Digitized by Google

BIBLIOTECA NA[...]
Vittorio Emanue[...]
D
42
NAPOLI

Digitized by Google

L1. D 42

Digitized by Google

Digitized by Google

POLYBII

DIODORI SICVLI
NICOLAI DAMASCENI
DIONYSII HALICAR.
APPIANI ALEXAND.
DIONIS ET
IOANNIS ANTIOCHENI

Excerpta ex Collectaneis

CONSTANTINI AVGVSTI
PORPHYROGENETÆ.

HENRICVS VALESIVS nunc primùm Græcè edidit, Latinè vertit, Notiſque illuſtrauit.

PARISIIS, M. DC. XXXIV.
Sumptibus MATHVRINI DV PVIS, viâ Iacobæâ, ſub ſigno Coronæ.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

NAPOLI

Digitized by Google

CLARISSIMO,

ET

NOBILISSIMO VIRO,

D. NIC. FABRICIO PEIRESCIO,

IN SVPREMO SENATV AQVENSI REGIS CONSILIARIO,

HENRICVS VALESIVS S.D.

IAMDVDVM hic liber redire ad te, tanquam ad parentem & auctorem ſuum geſtit, Vir Clariſſime. quidni enim te parentem appellem & auctorem eius libri, qui primùm à te repertus, aduectúſque ſumptibus tuis ex inſula Cypro, & in hanc vrbem eſt miſſus? Iacuit ille quidem in hac vrbe nimiùm fortaſſe diu, neglectus à quibuſdam, tranſcriptus à paucis, iiſque doctiſſimis viris, quibus, vt equidem exiſtimo, ad eius editionem parandam atque abſoluendam nihil præter otium defuit. Nunc verò tandem operâ noſtrâ prodit in lucem, non magis

Conſtantini Auguſti purpura, quàm nominis tui titulo conſpicuus. Ac de Conſtantino quidem alij viderint, ſitne de iis ſcriptoribus quos tot in centones carpſit ac diſtribuit, benè meritus necne. Equidem, ſi quod ſentio dicere licet, magnam ei gratiam à nobis deberi puto, qui has antiquitatis reliquias conſeruauerit. Atque vtinam omnes Collectaneorum eius libros haberemus. Cæterùm & Conſtantinus ipſe, & priſci illi ſcriptores tibi vni plurimùm debent, cuius ope ac diligentia nunc quaſi rediuiui lucem adſpiciunt. Sed & quotquot hæc lecturi ſunt, vniuerſi mecum, vt ſpero, libentiſſimè tibi gratias agent. Tu quidem & antea ſæpè de literis benè meritus es, & poſthac etiam mereberis. Feres tamen æquo animo id inter tua de ſtudiis ac ſtudioſis omnibus merita præcipuum à me numerari, cùm ob pondus atque auctoritatem ſcriptorum, tum ob multiplicem rerum coniunctam cum vtilitate varietatem. Neque verò hæc, vtpote Excerpta, ſpernenda ac negligenda cuiquam debent videri. Etenim cùm ſcriptores ipſi optima ſui parte mutilati ad nos peruenerint, inuentis cuiuſquemodi reliquiis frui nolle, nimis delicati ac faſtidioſi ingenij eſſe arbitror. Quod ſi antiquas ſtatuas & ſigna ex ære ac marmore, tametſi confracta ac mutila miramur, cur non etiam hæc optimorum ſcriptorum fragmenta pari honore pro-

ſequemur? maximè cùm ex iis longè maior vtilitas quàm ex vllis vel perfectiſsimis ſignis percipi poſsit. Me certè in hiſce Excerptis & exſcribendis & interpretandis poſitæ operæ non pœnitet. Quam quidem, qualiſcunque eſt, tibi, NICOLAE FABRICI, *libens dono ac nuncupo, vt iam hic liber præfixis titulis tuis ex aſſe cenſeatur tuus. Tot igitur nominibus mancipatum tibi hunc ſtudiorum meorum primum fœtum accipies benigna ac paterna fronte, eúmque aduerſus obtrectatores, ſi qui erunt, tuebere, méque tui obſeruantiſsimum amare perges.*

Vale, vir Clariſsime.

ã iij

Digitized by Google

IN COLLECTANEA EX Polybio, Diodoro & aliis, ad Candidum Lectorem Præfatio.

ETSI in argumento huius libri ſatis ſuperque & conſilium Collectoris, & Collectionis ordo ac methodus aperitur, pauca tamen cùm de Conſtantino ipſo huius Collectionis auctore, tum de editione noſtra hîc præfari viſum eſt. Igitur Conſtantinus Auguſtus Leonis Auguſti filius fuit, Baſilij Auguſti nepos: vnde πορφύρας ἀπόγονος in Argumento huius libri dicitur, ac vulgò πορφυρογέννητος cognominatur. (ſic enim malo dicere, quàm cum aliis πορφυρογεννήτην) Hic cùm admodum puer à patre eſſet derelictus, tutoribus ſummam imperij, vt ferè fit, penes ſe retinentibus, lene ac placidum ingenium ad humaniorum artium ſtudia contulit. In quibus cùm magnoperè profeciſſet, (fuit enim omnibus diſciplinis excultiſſimus) tandem conſilium prorſus regio animo dignum cepit, quo non ſibi ſolùm, ſed etiam ſtudioſis omnibus prodeſſet. Primùm itaque optimorum ſcriptorum in omni doctrinæ genere exemplaria, quæ iamtum ob frequentes barbarorum excurſus, crebráſque vrbium vaſtationes rariora erant, vndique conquiſiuit, iiſque Palatinam biblio-

thecam inſtruxit, non magis Principis ipſius quàm publico omnium vſui dicatam. Deinde cùm tanta tamq; immenſa librorum moles pleroſque à legendo deterreret, ipſe, vt principem decuit, ſingulorum vtilitati ac compendio conſulens, auctores omnes qui idem argumentum tractauerant, in vnum compegit corpus, reſectis ſuperfluis, ac ſelectis ex vnoquoque ſcriptore iis locis quæ quiſque elegantiſſimè tractauerat. Tales ſunt γεωπονικῶν libri à Conſtantino noſtro collecti, vt titulus ipſe & argumentum iis libris præfixum demonſtrat. Sed & ἱππιατρικῶν libros, qui etiamnum extant ex Simone, Xenophonte, Apſyrto & Hierocle excerpti, ab eodem eſſe collectos equidem non dubito. Verùm his & ſi qui præterea eiuſmodi libri ad notitiam noſtram non venerunt, & magnitudine operis, & vtilitate longè præſtant COLLECTANEA HISTORICA, in tres & quinquagintá titulos (quos Locos communes vocant) ab eodem Conſtantino diſtributa, ac ſex ſupra centum libris comprehenſa. Singulos enim titulos Conſtantinus in duo volumina diuiſerat. priori continebantur antiquiſſimi quique hiſtoriæ ſcriptores, aut certè qui hiſtoriam ab origine mundi repetebant. Ij verò qui res geſtas Cæſarum compoſuerant, in poſterius volumen erant rejecti. Ex his autem tribus ac quinquaginta titulis Excerptorum, vnicus hodie ſupereſt, qui de legationibus inſcribitur, in duos, vt dixi, diſtributus libros. Prior à Fuluio Vrſino, alter à Dauide Hoeſchelio viris doctiſſimis eſt editus. Quibus iungendus etiam eſt hic noſter, qui nunc primùm

in lucem prodit beneficio viri Clariſſimi doctiſſimique & ad iuuandas literas vnicè nati, NIC. FABRICII PEIRESCII, titulo Περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας. Ita vnus adhuc & quinquaginta horum Collectaneorum libri deſiderantur, graui ſanè ac deflendâ iacturâ. Ij enim ſi omnes extarent, non difficile eſſet, coniunctis ac conſarcinatis omnibus fragmentis, optimos ſcriptores, aut vndequaque integros, aut certè leuiſſimè mutilos exhibere. Tituli autem eorum librorum qui deſunt, quos quidem in noſtro codice citatos reperi, hi ferè ſunt: περὶ ἀναγορεύσεως βασιλέων. περὶ ἀνακλήσεως ἥττης. περὶ οἰκισμῶν. περὶ παραδόξων. περὶ ἐπιβουλῆς. περὶ δημηγοριῶν. περὶ ἐθνῶν. περὶ συμβολῆς, id eſt, de prælijs. περὶ ἐκκλησιαστικῶν. περὶ πολιτικῶν διοικήσεως. περὶ γνωμῶν περὶ ἑλληνικῆς ἱστορίας. περὶ ἀνδραγαθημάτων. περὶ στρατηγημάτων. περὶ γάμων. Quibus addi poteſt, περὶ ἐκφράσεως. cuius libri index laudatur à Suida in σάμβυκες. Item, περὶ ἐπιβοῶν. περὶ κυνηγεσίας. περὶ στρατειῶν. περὶ νίκης. περὶ ἐπιστολῶν. περὶ ἐρώτων, aliique plures qui in Excerptis legationum citabantur: quorum indicem refert Hoëſchelius in Epiſtola quam editioni ſuæ præfixit. Et hæc de Conſtantini conſilio ac methodo in his conficiendis libris dicta ſufficiant. Reſtat vt quid à nobis ſpeciatim in editione huius libri præſtitum ſit, paucis moneamus. Primùm igitur id mihi conſilium fuit, vt ea duntaxat quæ nondum edita eſſent, ederem in lucem. Quocirca euoluendæ fuerunt editiones omnium auctorum quorum hîc fragmenta referuntur, eò vt inueſtigarem quid editum, quid nondum editum fuiſſet. Quod ſi

quis

quis interdum locus in exemplari noſtro vel auctior, vel emendatior legebatur, tum ego illum apponere minimè dubitaui. Nonnunquam verò initium duntaxat loci cuiuſdam qui in editis codicibus extabat, conſultò poſui, vt notatis vtrimque duobus quaſi confiniis, facilius intelligeretur, vbinam fragmentum aliquod ſedem haberet. quod quidem in Collectaneis ex poſtremis Dionis libris ſæpius occurrit, verbi causâ pag. 697. 701. 714. Deinde in collocandis ſcriptoribus nolui eum ordinem ſequi quem inſtituerat Conſtantinus. Etenim ille primùm Ioſephum, atque inde Chronicorum ſcriptores Chriſtianos poſuerat: priſcos autem illos Græcæ ac Romanæ hiſtoriæ conditores quaſi poſt ſigna rejecerat. Ego verò ordinem temporum ſequi malui, ac Polybium agmen ducere iuſſi: quod & Fuluium Vrſinum in edendis Collectaneis Legationum feciſſe animaduerti poſtea. Ioannem autem Malelam (ne quis fortè eum hîc deſideret) conſultò miſſum feci, eò quòd præter tres quatuorve fabulas de Minoe, Antiopa, ac Bellerophonte, eaſque illepido ſermone textas, nihil bonæ frugis continebat. Georgium quoque Syncellum, quod is mancus ac lacer erat, neque vllum ex eius editione operæpretium fore videbam, itidem prætermiſi. Cæterùm in Græco, vt vocant, textu, multa ſunt à nobis emendata, nonnulla etiam addita ac ſuppleta, præſertim ex Suidæ lexico. Quippe hic Grammaticus cùm cætera Conſtantini noſtri Collectanea ſtudioſè legerat, (vixit enim pænè iiſdem temporibus, vt ipſemet innuit

in v. Αδάμ) tum ex hoc Excerptorum Περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας libro plurima in lexicum ſuum coniecit, ſuppreſſo, vt ſolet, auctorum nomine. Proinde & Fuluius Vrſinus ex eo Suidæ lexico multa Polybij fragmenta collegit, non ex mſ. codicis auctoritate, vt putauit Caſaubonus, ſed ſolâ coniectura adductus, & indicio ſtyli qui Polybianum quid referre videbatur. Argumento ſit quod multa Polybio aſſignat, quæ alterius auctoris ſunt. vt cùm eum locum qui à Suida laudatur in ἀποξενωσάμενος, tribuit Polybio, qui tamen eſt Ioannis Antiocheni, extatque in hac editione noſtra pag: 838. item cùm alterum locum à Suida adductum in Φειδίας, eidem Polybio vindicat. At is eſt deſumptus ex Iuliani Orat. 3. Sic etiam locus ille quem Caſaubonus in fragmentis Polybij, pag. 1012. de Philopœmene intellexit, Polybij nullo modo eſt, ſed elogium eſt Valerij Poplicolæ, ex Dionyſij Halic. lib. v. Iam locus ille de Cretenſibus, pag. 1013: eſt ex Diodori Siculi legatione vltima. Ibidem de Maſſaniſſa locus eſt ex Appiani Libyco. Horum doctiſſimorum virorum exemplo, quædam Polybij fragmenta haudquaquam ſpernenda, ex Suidæ lexico adiecimus, quæ erant ab ipſis prætermiſſa. In quibus ſi fortè nos coniectura noſtra fefellit, cum magnis viris erraſſe, patrocinium erit culpæ. Supereſt vt de interpretatione mea ac Notis pauca dicam. Fragmentorum interrupta ſeries magnam interpreti difficultatem afferat neceſſe eſt. Etenim cùm ſenſus (præcipuè in hiſtoriis rerum geſtarum) ferè ex antecedentibus pendeat, amiſſis iis difficile eſt mentem

auctoris aſſequi poſſe. Adhæc elegantiam Latini ſermonis huiuſmodi excerptorum interpretatio vix admittit. Proinde ſi fortè in alterutro peccat verſio noſtra, veniam nobis ab Lectore concedi æquum erit. Ex tot enim interpretibus qui Græcos libros Latinâ lingua expreſſerunt, quotuſquiſque eſt qui non quandoque ſit lapſus? Mihi quidem is optimus interpres videri ſolet, qui rariſſimè peccat. Polybij verſio Latina auctore Iſ. Caſaubono, viro eruditiſſimo, hodie communi omnium conſenſu optima atque emendatiſſima habetur. Eadem tamen næuis ſuis non caret. Ac, ne fortè id temerè effudiſſe quibuſdam videar, quædam hîc eius verſionis σφάλματα adducere non inutile fuerit. Polybius lib. 2. pag. 150. ait: ὥστε παραπλήσιον εἶναι τὸ σύμπαν σχῆμα τῆς στρατοπεδείας τῇ τῶν ἀγαθῶν ὁπλομάχων παρεμβολῇ. quæ ſic vertit Caſaubonus, *ut caſtrametationis uniuerſa forma ſimilis eſſet peritorum campidoctorum poſitioni*. cùm *gladiatorum* vertere debuiſſet. In Polybij lib. 4. p. 322. legitur, ὁ δ' αὐτόμολος, Caſaubonus *Automolum* vertit, cùm nomen eſſe proprium putaret. At Polybius Ætolum quendam transfugam intelligit, cuius ſuprà meminerat. p. 907. *Calliam quinquertionem* vertit, qui in Græco eſt, Καλλίας ὁ παγκρατιαστής.. quaſi idem eſſet παγκρατιαστὴς & πένταθλος. Mitto quod p. 296. vbi habetur, οἱ δ' Ἀχαιοὶ τὸ λάφυρον ἐπεκήρυξαν κατὰ τῶν Αἰτωλῶν, vertit, *ius eſſe ſpolium capiendi ab Ætolis edixerunt*. eodemque modo vertit p. 305. & 746. cùm tamen *prædam* interpretari debuiſſet. Iam quod ἐξελίττειν ſemper interpretatur, *explicare aciem*, non

poſſum probare. Latini certè id dicunt *ſubducere*. Sic Frontinus lib. 2. cap. 4. de Fabio Rullo. & Saluſtius in Catilina ad finem. Liuius lib. 44. de Æmilio Paulo; *ex poſtrema acie triarios primos ſubducit, deinde principes, poſtremò haſtatos*. Plutarchus eandem rem narrans; ὄντων δὲ τῶν συνεχῶν τοῖς τελευταίοις καθ᾽ ὑπαγωγὴν ἐξελιττομένων. Sed & pag. 800. cap. 9. Legationum, vbi Polybius dicit, ἧκον εἰς τὴν Θερμικῶν σύνοδον, vertit Caſaubonus, *Thermopylas ad Græcorum conuentum venit*. ſecutus T. Liuium, qui lib. 23. ita dicit. Videndum tamen eſt ne Polybius potius de conuentu publico Ætolorum qui in oppido Thermo fiebat, ſenſerit, de quo conſule caput 73. Legat. Quid quod & pag. 773. mendum eſſe putauit in his, λαβὼν γὰρ συνεργὸν τὴν ἀχρειότητα τὴν Χαρι-μόρτου. at locus eſt planiſſimus. alludit enim Polybius ad Charimorti nomen. Neminem etiam inducere debet coniectura illa Caſauboni; qui Excerpta illa à libro 6. ad 17. ſuſpicatur eſſe Epitomen à M. Bruto confectam. Quod iis demùm perſuadere poterit; qui neſciunt quantum inter Excerpta & Epitomen interſit. Epitome nihil omittit quod ad hiſtoriam ſpectat, excurſus duntaxat qui in Polybio nimis frequentes ſunt, reſecat. In Excerptis loca tantùm ſelecta continentur. Atque hæc de verſione Caſauboni quaſi per exceſſum dicta ſint; non obtrectandi ſtudio, (id enim alienum eſt à nobis) ſed vt ſi fortè quid à me peccatum in verſione mea deprehendetur, facilius Lector ignoſcat. Deinde verò vt abſterſis his næuis aliquam gratiam à ſtudioſis iniremus, hominis enim ingenui eſſe arbitror,

vt ait Polybius noſter *, non ex alienis erratis glo- *Pag.80.
riam captare, ſed cùm noſtris, tum etiam alienis ſcri-
ptis, quantum in nobis eſt, curam atque emendatio-
nem adhibere. Cuius quidem inſtituti noſtri vbique
velim Lectorem meminiſſe, ſi quando in Notis à do-
ctorum hominum opinione diſſentimus. Idemque ipſe
à cæteris poſtulo, vt ſicubi, quod nimium ſæpè for-
taſſis accidit, à veritate aberrauerim, corrigere atque
emendare ne dubitent; hoc enim, dummodo bono
more & citra conuicium fiat, gratiæ atque honori
habendum puto. Vale Lector.

Summa Priuilegij.

CAVTVM eſt auctoritate Regis Chriſtianiſſimi, ne quis in regno Franciæ, aliiſve locis ditioni ſuæ ſubjectis, *Polybij, Diodori Siculi, Nicolai Damaſceni, Dionyſij Halicarnaſſei, Dionis, Appiani Alexandrini, & Joannis Antiocheni Excerpta ex Collectaneis Conſtantini Auguſti Porphyrogenetæ*, ab HENRICO VALESIO *nunc primùm Græcè edita, Latinè verſa, Notiſq; illuſtrata*, abſque permiſſu MATHVRINI DV PVIS, Bibliopolæ Pariſienſis, intra decennium imprimat aut diuendat, publicationis exemplarium, ſi quis ſecùs fecerit, mulcta indicta, provt amplius in ipſo diplomate continetur, dato Fontebelleo, decima quinta Maij, anno Domini milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo quarto.

Signatum mandato Regis,

RENOÜARD.

CONSTANTINI PORPHYROGENETÆ DE VIRTVTIBVS ET Vitiis Collectanea,

In quibus luculenta continentur EXCERPTA *nondum hactenus edita, ex* POLYBIO, DIODORO, NICOLAO DAMASCENO, *& alijs.*

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΑΡΕΤΗΣ ΚΑΙ ΚΑΚΙΑΣ ΒΙΒΛΙΟΥ ΠΡΩΤΟΥ.

ΟΣΟΙ τῶν πάλαι ποτὲ βασιλέων τε καὶ ἰδιωτῶν μὴ τὸν νοῦν παρεσύρησαν ἡδοναῖς ἢ κατεμαλακίσθησαν, ἀλλὰ τὸ τῆς ψυχῆς εὐγενὲς ἀκηλίδωτον ἀρετῇ συνετήρησαν· οὗτοι δὴ οὗτοι καὶ πόνοις ἐνεκαρτέρησαν, καὶ λόγοις ἐνησχολήθησαν, καὶ ἄλλος ἄλλό τι τῶν ὅσοι λογικώτερον ἐπεβίωσαν, παιδείας ἐρασταὶ γεγονότες σπουδαιότερόν τινα συνεγράψαντο. τοῦτο μὲν τῆς σφῶν αὐτῶν πολυμαθίας δεῖγμα ἐναργὲς τοῖς μετέπειτα καταλιπεῖν ἱμειρόμενοι· τοῦτο δὲ καὶ εὔκλειαν ἀείμνηστον ἐκ τῶν ἐντυγχανόντων καρπώσασθαι μνώμενοι. ἐπεὶ δὲ ἐκ τῆς τῶν τοσούτων ἐτῶν περιδρομῆς ἄπλετόν τι χρῆμα καὶ πραγμάτων ἐγίγνετο, καὶ λόγων ἐπλέκετο, ἐπ' ἄπειρόν τε καὶ ἀμήχανον ἡ τῆς ἱστορίας εὐρύνετο συμπλοκή. ἔδει δὲ ἐπιρρεπέστερον πρὸς τὰ χείρω τὴν τῶν ἀνθρώπων προαίρεσιν μετατίθεσθαι χρόνοις ὕστερον, καὶ ὀλιγώρως ἔχειν πρὸς τὰ καλὰ, καὶ ῥαθυμότερον διακεῖσθαι πρὸς τὴν τῶν φθασάντων γενέσθαι κατάληψιν, κατόπιν γινομένης τῆς ἀληθοῦς ἐπιτεύξεως· ὥστ' ἐντεῦθεν ἀδηλίᾳ σκιάζεσθαι τὴν τῆς ἱστορίας ἐφεύρεσιν, πῆ μὲν σπάνει βίβλων ἐπωφελῶν, πῆ δὲ πρὸς τὴν ἐκτάδην πολυλογίαν δειμαινόντων καὶ κατορρωδούντων· ὁ τῆς Πορφύρας ἀπόγονος Κωνσταντῖνος ὁ ὀρθοδοξότατος καὶ χριστιανικώτατος τῶν πώποτε βεβασιλευκότων, ὀξυωπέστερον πρὸς τὴν τῶν κα-

ARGVMENTVM LIBRI PRIORIS, DE VIRTVTIBVS ET VITIIS.

QVICVNQVE olim ſiue Reges, ſiue ſortis priuatæ homines, mente fuerunt, neque voluptatibus deprauata, neque mollicie corrupta, ſed animi nobilitatem intemeratam ad virtutem conſeruarunt: hi profectò & inter labores durarunt, & otium in literis conſumpſerunt. Ac ſi qui illorum vitam in ſtudiis diligentius egiſſent, eruditionis amore inflammati aliquid impenſiore cura conſcripſerunt, partim quod multiplicis doctrinæ ſuæ certũm aliquod poſteris monimentum relinquere auerent: partim etiam immortalis memoriæ deſiderio, quam apud lectores conſequerentur. Quoniam verò per tot annorum curricula & res immenſæ quotidie exoriebantur & ſcripta contexebantur: hiſtoriæ conſcriptio ſemper latius ſeſe propagans, infinita iam res erat, & quæ humani ingenij vim excederet. Enimuerò aliter euenire non poterat, quin hominum ſtudia & voluntates poſterioribus temporibus ad deteriora ſe inclinarent, honeſta ſuſque deque haberent, & ad cognoſcendas priorum ſæculorum res euaderent negligentiores: inueſtigatione veri ſemel neglecta. Ita vt hiſtoriæ cognitio tenebris obuoluta redderetur incerta, tum propter librorum vtilium inopiam, tum quia ad illa tot & tanta volumina vulgò homines expaueſcebant. Idcircò Cõſtãtinus Porphyrogeneta Imperator omnium qui vnquam fuerunt rectæ fidei tenaciſſimus & Chriſtianiſſimus, ingenio præditus ad rerum pulchrarum perceptionem acu-

tiſſimo, ea denique præſtans intelligentia, vt facilè quiduis ad effectum perduceret, illud primo fore optimum eſt ratus & vulgo omnibus vtile; vt libros vndique ex omnibus orbis partibus doctrina varia refertos conquireret: deinde vaſtam illam librorum molem, quæ lectores enecabat (cum præſertim moleſta pleriſque omnibus & tædij plena ea res videretur) in partes minutas putauit diſtribuendam: & luculentam vtilitatem quæ poterat inde percipi, oculis hominum exponendam. Adeò vt hoc delectu habito maiori attentione & aſſiduitate lectioni incumbere ſtudioſi queant, & ſermonis facundiam altius ac penitius animo imprimere. Hoc amplius Imperator magno & felici conatu Opus vniuerſum in tractatus diuerſos numero tres & quinquaginta cenſuit diſtribuendum, in quibus quidquid magnificum habet hiſtoria, incluſum continetur. neque ineſt quidquam hiſtoriæ inſertum, quod partitionem hanc in hoſce tractatus effugerit. Neque vero ob diuiſionem ſententiarum, ſeries Operis totius vllo modo corrumpitur. Verum ſeruat hæc Synopſis, vel vt verius dicam, hæc rerum cognatarum adunatio in ſingulis partibus concinnandis vnicuique tractatui conuenientem rationem. Horum verò tractatuum præſens hic qui DE VIRTVTIBVS ET VITIIS inſcribitur, ordine eſt quinquageſimus. Primus autem inſcriptionem habet DE IMPERATORVM RENVNCIATIONE. Continetur etiam hoc prooemio quos patres habeant, & auctores ſingula ſcripta, & quorum parta ſint ingeniis; ne Excerpta hæc nominibus careant, & habeantur non pro legitimis, ſed pro ſpuriis & ſubdititiis fœtibus. Sunt autem hæc excerpta ex Annalibus infra ſubiectis.

I. *Ex Ioſephi Antiquitatum libris.*
II. *Ex Gregorio Monacho.*
III. *Ex Chronico Ioannis Malelæ.*
IV. *Ex Ioannis Antiocheni Chronico.*

λῶν κατανόησιν διαρκέστατος, καὶ δραστήριον ἐρηκὼς νοῶν. ἔκρινε βέλτιστον εἶναι καὶ κοινωφελὲς, τῷ τε βίῳ ὀνησιφόρον· πρότερον μὲν ζητητικῇ διεγέρσει βίβλους ἄλλοθεν ἄλλας ἐξ ἁπάσης ἑκασταχοῦ οἰκουμένης συλλέξασθαι, παντοδαπῆς καὶ πολυειδοῦς ἐπιστήμης ἐγκυμονούσας· ἔπειτα δὲ τῆς πλατυεπείας μέγεθος καὶ ἀκοὰς ἀποκναῖον, ἄλλως τε καὶ ὀχληρὸν καὶ φορτικὸν φαινόμενον τοῖς πολλοῖς, δεῖν ᾠήθη καταμερίσαι τοῦτο εἰς λεπτομέρειαν, ἀνεπιφθόνως τε προθεῖναι πᾶσι κοινῇ τὴν ἐκ τούτων ἀναφυομένην ὠφέλειαν· ὡς ἐκ μὲν τῆς ἐκλογῆς προσεκτικωτέρως καὶ ἐνδελεχέστερον κατεντυγχάνειν τοὺς τροφίμους τῶν λόγων, καὶ μονιμώτερον ἐντυποῦσθαι τούτοις τὴν τῶν λόγων εὐφράδειαν. μεγαλοφυῶς τε καὶ εὐεπηβόλως πρὸς ἐπὶ τούτοις καταμερίσαι εἰς ὑποθέσεις διαφόρους, τρεῖς ἐπὶ ταῖς πεντήκοντα τὸν ἀριθμὸν οὔσας, ἐν αἷς καὶ ὑφ' αἷς ἅπασα ἱστορικὴ μεγαλουργία συγκλείεται. κοὐκ ἔστιν οὐδὲν τῶν συγκειμένων, ὃ διαφεύξεται τὴν τοιαύτην τῶν ὑποθέσεων ἀπαρίθμησιν, οὐδὲν δὲ τὸ παράπαν ἀφαιρουμένης τῆς τοῦ λόγου ἀκολουθίας τῇ διαιρέσει τῶν ἐννοιῶν· ἀλλὰ σύσσωμον σωζούσης, καὶ ἑκάστῃ ὑποθέσει προσαρμοζομένης τηλικαύτης οὐ συνόψεως, ἀληθέστερον δ' εἰπεῖν, οἰκειώσεως. ὧν κεφαλαιωδῶν ὑποθέσεων ἡ προκειμένη αὕτη καὶ ἐπιγραφομένη, περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας, πεντηκοστὴ οὖσα τυγχάνει. τῆς πρώτης δὲ ἐπώνυμον λαχούσης περὶ βασιλέων ἀναγορεύσεως· ἐμφαίνει γ' οὖν τουτὶ τὸ προοίμιον, τίνας οἱ λόγοι πατέρας κέκτηνται, καὶ ὅθεν ἀποκυΐσκονται, ὡς ἂν μὴ ὦσιν αἱ κεφαλαιώδεις ὑποθέσεις ἀκατονόμαστοι καὶ μὴ γνήσιοι, ἀλλὰ νόθοι τε καὶ ψευδώνυμοι. Εἰσὶ δ' ἐκ τῶν ὑποτεταγμένων χρονικῶν,

α' Ἰωσήπου ἀρχαιολογίας.

β' Γεωργίου μοναχοῦ.

γ' Ἰωάννου τοῦ ἐπίκλην Μαλέλα χρονικῆς.

δ' Ἰωάννου Ἀντιοχέως χρονικῆς ἱστορίας.

ε' Διοδώρου Σικελιώτου καθολικῆς ἱστορίας.
ϛ' Νικολάου Δαμασκηνοῦ καθολικῆς ἱστορίας.
ζ' Ηροδότου Αλικαρνησέως.
η' Θουκυδίδου.
θ' Ξενοφῶντος Κύρου παιδείας καὶ ἀναβάσεως Κύρου τοῦ Παρυσάτιδος.
ι' Αῤῥιανοῦ Αλεξ.....
ια' Διονυσίου Αλικαρνασέως Ρωμαϊκῆς ἱστορίας.
ιβ' Πολυβίου τοῦ Μεγαλοπολίτου Ρωμαϊκῆς ἱστορίας.
ιγ' Αππιανοῦ Ρωμαϊκῆς τῆς ἐπίκλην βασιλικῆς.
ιδ' Δίωνος Κοκκιανοῦ Ρωμαϊκῆς ἱστορίας. καὶ οἱ ἐφεξῆς ἐν τῷ δευτέρῳ τεύχει ἐπιγράφονται.

ΙΑΜΒΟΙ ΣΗΜΑΙΝΟΝΤΕΣ
τὴν βασιλικὴν ἀγωγήν.

Αἰὼν ὁ μακρὸς ὥσπερ ἀύθη τοὺς λόγους
Απανταχοῦ γῆς εἶχεν ἐσκεδασμένους,
Ανθοῦντας, οὐ πέμποντας εὔπνοον χάριν.
Ταννῦν δὲ τούτους εὐσεβὴς Κωνσταντῖνος
Δρέψας, ἀγείρας ἐμμελεῖ μουσουργίᾳ
Προύθηκε πᾶσι θελκτικὴν εὐοσμίαν,
Οσοις λόγου μέτεστιν εὐώδεις λόγους.
Ον τοῖς λόγοις στέφοιμεν ὡς λόγων φίλον.
Ασυγκρίτως γὰρ ἐν μέδουσιν ἐκπρέπει.
Λάμπων, προφαίνων χρηστότητα τοῦ κράτους
Γίγας φεραυγῆς ὥσπερ ἡλίου φάος
Εχθροῖς ἅπασιν, εὐνόοις θ' ὑπηκόοις.
Οὐκοῦν βοάτω πρὸς θεὸν πᾶς τις μέροψ.
Τιθωνὸν αὐτὸν δεῖξον ἄλλον ἐν χρόνοις.
Ως ἂν τὰ λῷστα τοῦ βίου συνεισφέροι.

v. *Ex Diodori Siculi vniuerſali hiſtoria.*
vi. *Ex Nicolai Damaſceni vniuerſali hiſtoria.*
vii. *Ex Herodoto Halicarnaſſeo.*
viii. *Ex Thucydide.*
ix. *Ex Xenophontis libris de Inſtitutione Cyri, & de Expeditione Cyri Paryſatidis filij.*
x. *Ex Arriani hiſtoria de rebus geſtis Alexandri.*
xi. *Ex Dionyſij Halicarnaſſei hiſtoria Romana.*
xii. *Ex Polybij Megalopolitani hiſtoria Romana.*
xiii. *Ex Appiani hiſtoria Romana quæ inſcribitur Regia.*
xiv. *Ex Dionis Cocceiani hiſtoria Romana.*

Sequentes auctores in ſecundo libro recenſebuntur.

IAMBICI VERSVS DE STVDIIS Conſtantini Porphyrogenetæ.

Immenſa lapſi temporis longinquitas
Diſerta paſſim ſcripta diſſipauerat,
Florida, at odoris deſtituta gratia:
Collecta quæ nunc cum labore ſedulo
Communicaſti litteratis omnibus,
Auguſte Conſtantine, principum decus.
Igitur amantem litterarum principem
Ab litteratis concelebrari decet.
Namque ille Reges inter eximius nitet
Tanquam Gigas ſoliſue flammiuomi iubar,
Clementiámque oſtentat imperij ſui
Simul beneuolis ſubditis, & hoſtibus.
Ergo vniuerſi fundite has Deo preces:
Annos ei donare Tithoni velis,
Bona erogare pergat vt mortalibus.

EX POLYBII MEGALOPOLITANI HISTOR. LIB. VI.

LVCIVS Demarati Corinthij filius Romam ſe contulit, tum in ſeipſo, tum in opibus ſuis magnam ſpem collocans. Eáſque ob cauſas nulli ſe in Repub. inferiorem fore ſperabat. Vxorem quoque habebat cùm ad alia vtilem, tum ad res agendas conſilio & induſtria præditam. Romam igitur ingreſſus, ac ciuitate donatus ſtatim ad Regis obſequium ſeſe accommodauit: atque ob liberalitatem, & ingenij dexteritatem, maxime vero propter liberalem à puero inſtitutionem, breui maximam gratiam atque auctoritatem apud Regem eſt conſecutus. Ac progreſſu temporis eò gratiæ proceſſit, vt regni negotia vnà cum Marcio adminiſtraret. In qua ille adminiſtratione cùm omnium ciuium vtilitati proſpiceret, ac ſingulos qui ab eo quidpiam poſtulabant, gratia atque opera ſua adiuuaret, ac diuitiis ſuis pro loco ac tempore magnifice vteretur, multos quidem ſibi deuinctos beneficiis tenebat, beneuolentiam vero ac laudem virtutiſque famam apud omnes ſibi comparauerat, quocirca & regnum adeptus eſt.

Eos qui rectæ inſtitutioni ſtudent, cùm omnes virtutes ſtatim à puero condiſcere atque exercere oportet, tum maximè fortitudinem.

EX LIB. VII.

Quidam hiſtoriæ ſcriptores qui de Hieronymi interitu ſcripſere, plurimis verbis ad commouendam admirationem abuſi ſunt; dum partim prodigia quæ illius tyrannidem præceſſere narrant, & Syracuſanorum calamita-

ΕΚ ΤΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΠΟΛΥΒΙΟΥ
Μεγαλοπολίτου, βίβλ. ϛʹ.

ΟΤΙ Λεύκιος ὁ Δημαράτου τοῦ Κορινθίου υἱὸς εἰς Ῥώμην ὥρμησε, πιστεύων αὑτῷ τε καὶ τοῖς χρήμασι, πεπεισμένος οὐδενὸς ἔλαττον ἕξειν ἐν τῇ πολιτείᾳ διά τινας ἀφορμάς· ἔχων γυναῖκα χρησίμην κατ᾽ ἄλλα, καὶ πρὸς πᾶσαν ἐπιβολὴν πραγματικὴν εὐφυῆ συνεργόν. παραγενόμενος δ᾽ εἰς τὴν Ῥώμην, καὶ τυχὼν τῆς πολιτείας, εὐθέως ἡρμόσατο πρὸς τὴν τοῦ βασιλέως ἀρέσκειαν. ταχὺ δὲ διὰ τὴν χορηγίαν, καὶ διὰ τὴν τῆς φύσεως ἐπιδεξιότητα, καὶ μάλιστα διὰ τὴν ἐκ παίδων ἀγωγήν, ἁρμόσας τῷ προεστῶτι μεγάλης ἀποδοχῆς ἔτυχε καὶ πίστεως παρ᾽ αὐτῷ. χρόνου δὲ προϊόντος εἰς τοῦτ᾽ ἦλθε παραδοχῆς, ὥστε συνοικεῖν καὶ συγχειρίζειν τῷ Μαρκίῳ τὰ κατὰ τὴν βασιλείαν. ἐν δὲ τούτοις ἐπ᾽ ἀγαθῷ πᾶσι γινόμενος καὶ συνεργῶν, καὶ συγκατασκευάζων τοῖς δεομένοις ἀεί τι τῶν χρησίμων, ἅμα δὲ καὶ τῇ τοῦ βίου χορηγίᾳ μεγαλοψύχως εἰς τὸ δέον ἑκάστοτε καὶ σὺν καιρῷ χρώμενος, ἐν πολλοῖς μὲν ἀπετίθετο χάριν, ἐν πᾶσι δ᾽ εὔνοιαν ἐνειργάσατο καὶ φήμην ἐπὶ καλοκἀγαθίᾳ, καὶ τῆς βασιλείας ἔτυχεν.

Ὅτι πάντα χρὴ τὰ τῆς ἀρετῆς ἔργα τοὺς καλῶς ἀσκοῦντας, ἐκ παίδων ἀσκεῖν, μάλιστα δὲ τὴν ἀνδρείαν.

Ὅτι τινὲς τῶν λογογράφων τῶν ὑπὲρ τῆς καταστροφῆς τοῦ Ἱερωνύμου γεγραφότων, πολύν τινα πεποίηνται λόγον, καὶ πολλήν τινα διατέθεινται τερατείαν, ἐξηγούμενοι μὲν τὰ πρὸ τῆς ἀρχῆς αὐτοῖς γινόμενα σημεῖα, καὶ τὰς ἀτυχίας τὰς Συρακου-

σίων, τραγῳδοῦντες δὲ τὴν ὠμότητα τῶν τρόπων, καὶ τὴν ἀσέβειαν τῶν πράξεων, ἐπὶ δὲ πᾶσι τὸ παράλογον καὶ τὸ δεινὸν τῶν περὶ τὴν καταστροφὴν αὐτοῦ συμβάντων, ὥστε μήτε Φάλαριν, μήτ᾽ Ἀπολλόδωρον, μήτ᾽ ἄλλον μηδένα γεγονέναι τύραννον
f. καίτοι. ἐκείνου πικρότερον. * καὶ παῖς παραλαβὼν τὴν ἀρχήν, εἶτα μῆνας οὐ πλείω τριῶν καὶ δέκα βιώσας, μετήλλαξε τὸν βίον. κατὰ δὲ τὸν χρόνον τοῦτον, ἕνα μὲν τινὰ καὶ δεύτερον ἐστρεβλῶσθαι, καί τινας τῶν φίλων καὶ τῶν ἄλλων Συρακοσίων ἀπεκτάνθαι δυνατόν· ὑπερβολὴν δὲ γεγονέναι παρανομίας, καὶ περιηλλαγμένην ἀσέβειαν οὐκ εἰκός. καὶ τῷ μὲν τρόπῳ διαφερόντως εἰκαῖον αὐτὸν γεγονέναι καὶ παράνομον φατέον. οὐ μὴν εἴς γε σύγκρισιν ἀκτέον οὐδενὶ τῶν προειρημένων τυράννων. ἀλλά μοι δοκοῦσιν οἱ τὰς ἐπὶ μέρους γράφοντες πράξεις, ἐπειδὰν ὑποθέσεις ἀπεριλήπτους ὑποστήσωνται καὶ στενάς, πτωχεύοντες πραγμάτων ἀναγκάζεσθαι τὰ μικρὰ μεγάλα ποιεῖν, καὶ περὶ τῶν μηδὲ μνήμης ἀξίων πολλούς τινας διατίθεσθαι λόγους· ἔνιοι δὲ καὶ δι᾽ ἀκρισίαν εἰς τὸ παραπλήσιον τούτοις ἐμπίπτουσιν. ὅσῳ γὰρ ἄν τις εὐλογώτερον καὶ περὶ ταῦτα τὸν ἀναπληροῦντα τὰς βίβλους, καὶ τὸν ἐπιμετροῦντα λόγον τῆς διηγήσεως εἰς Ἱέρωνα καὶ Γέλωνα διάγοιτο, παρεὶς Ἱερώνυμον. καὶ γὰρ τοῖς φιληκόοις ἡδίων οὗτος καὶ τοῖς φιλομαθοῦσι τῷ παντὶ χρησιμώτερος. Ἱέρων μὲν γάρ, πρῶτον μὲν δι᾽ αὑτοῦ κατεκτήσατο τὴν Συρακουσίων καὶ τῶν συμμάχων ἀρχήν, οὐ πλοῦτον, οὐ δόξαν, οὐχ ἕτερον οὐδὲν ἐκ τῆς τύχης ἕτοιμον παραλαβών· καὶ μὴν οὐκ ἀποκτείνας, οὐ φυγαδεύσας, οὐ λυπήσας οὐδένα τῶν πολιτῶν, δι᾽ αὑτοῦ βασιλεὺς κατέστη τῶν Συρακοσίων· ὃ πάντων ἐστὶ παραδοξότατον. ἔτι δὲ τό, μὴ μόνον κτήσασθαι τὴν ἀρχὴν οὕτως, ἀλλὰ καὶ διαφυλάξαι τὸν αὐτὸν τρόπον· ἔτη γὰρ ν΄ καὶ τέτταρα βασιλεύσας, διετήρησε μὲν τῇ πατρίδι τὴν εἰρήνην, διεφύλαξε δ᾽ αὑτῷ τὴν ἀρχὴν ἀνεπιβούλευτον, διέφυγε δὲ τὸν ταῖς ὑπεροχαῖς

tes, partim crudelitatem ingenij ac res ab eo impiè geſtas tragicorum more exaggerant, ac poſtremò nouitatem atque atrocitatem eorum quæ in ipſius obitu acciderunt, vt nec Phalaris, neque Apollodorus, neque alius porrò quiſquam illo acerbior tyrannus vnquam extiterit. Qui tamen cùm admodum puer regnum ſuſcepiſſet, atque exinde non ampliùs quàm menſes tredecim vixiſſet, ſtatim è vita diſceſſit. Hoc autem temporis ſpatio fieri ſane potuit, vt vnus aut alter cruciatus ſit, & ex ipſius amicis ac reliquis Syracuſanis nonnulli interfecti fuerint, ſingularem verò crudelitatem atque inauditam impietatem illam fuiſſe minime credibile eſt. Ac natura quidem temerarium atque iniuſtum illum fuiſſe fatendum omninò eſt: nulli tamen ante dictorum tyrannorum eſt conferendus. Sed qui particulares hiſtorias conſcribunt, cùm argumenta breuia atque anguſta tractanda ſuſceperint, mihi videntur rerum inopia laborantes eò neceſſitatis adduci, vt res exiguas in immenſum extollant, ac de rebus ne mentione quidem dignis multa verba faciant. Quidam etiam præ iudicij inopia in idem vitium incurrunt. Quantò enim rectiùs quis huiuſmodi ſermonem qui librorum explendorum cauſa narrationibus cumuli vicem adiici ſolet, ad Hieronem potiùs ac Gelonem tranſtuliſſet, omiſſo Hieronymo. Hic enim audiendi diſcendique cupidis longè gratior ſermo atque vtilior foret. Namque Hiero primum quidem Syracuſanorum ac ſociorum principatum ſua induſtria ſibi comparauit, cùm neque opes, neque gloriam, neque aliud porrò quidquam à fortuna paratum habuiſſet, prætereà nemine è ciuibus occiſo aut in exilium miſſo, nemine vel moleſtia affecto, ſuo Marte Syracuſanorum regnum eſt adeptus, quod quidem maximam habet admirationem. Illud verò non minus mirabile, quòd regnum non modò ita eſt aſſecutus, ſed etiam iiſdem artibus conſeruauit. Nam cùm annos quatuor & quinquaginta regnauerit, patriæ quidem ſuæ pacem, ſibi vero ſecurum ab inſidiis regnum præſtitit, atque adeò inuidiam quæ ſum-

ma quæque comitari ſolet, effugit. Qui cùm ſæpius principatu ſe abdicare tentaſſet, à ciuibus publicè eſt prohibitus. Cúmque eſſet liberaliſſimus in Græcos & cupidiſſimus gloriæ, & maximam ſibi famam & Syracuſanis non mediocrem apud omnes beneuolentiam conciliauit. Denique cum in omnium rerum abundantia ac deliciis ſummáque copia degeret, annos tamen amplius nonaginta vixit, ſenſuſque omnes & cuncta corporis membra integra ac ſana retinuit, quod mihi quidem certiſſimum temperantiæ argumentum videtur:

Gelo annos amplius quinquaginta cùm vixerit, hunc pulcherrimum vitæ ſcopum ſibi propoſuit, vt parenti morem gereret, ac nec diuitias nec regni maieſtatem, neque aliud quidquam beneuolentia ac fide quæ parentibus debetur pluris faceret:

Gorgus Meſſenius opibus ac generis ſplendore Meſſeniorum nulli ſecundus; quod ad Athleticam verò laudem attinet, in adoleſcentia omnium qui in gymnicis ludis coronæ ſtudio decertant celeberrimus fuerat. Nam & formæ dignitate, & totius vitæ exteriore cultu, prætereà etiam coronarum numero nulli ætatis ſuæ concedebat. Quinetiam poſtquam relictis certaminibus gymnicis ad Rempub. & negotia patriæ tractanda ſe contulit, hac quoque ex parte non minorem quàm ex ante acta vita gloriam retulit. Nam & plurimum abeſſe videbatur ab illo ſtupore qui athletas fere comitari ſolet, & ad res gerendas gnauiſſimus, ac prudentiſſimus in Rep. habebatur.

Hîc verò, ait Polybius, orationis curſum ſiſtere ac pauca de Philippo dicere lubet, eo quod hoc illi initium mutationis & proni in peiora impetus fuit. Atque iis qui in Rep. verſantur ſi aliquem ex hiſtoria fructum percipere cupiant, nullum illuſtrius exemplum proponi poſſe arbitror. Nam cùm ob regni ipſius famam, tum ob indolis præſtantiam illuſtres, atque omnibus Græcis

παρεπόμενον φθόνον. ὅς γε πολλάκις ἐπιβαλλόμενος ἀποθέσθαι τὴν δυναστείαν, ἐκωλύθη κατὰ κοινὸν ὑπὸ τῶν πολιτῶν. εὐεργετικώτατος δὲ καὶ φιλοδοξότατος γενόμενος εἰς τοὺς Ἕλληνας, μεγάλην μὲν αὑτῷ δόξαν, οὐ μικρὰν δὲ Συρακοσίοις εὔνοιαν παρὰ πᾶσιν ἀπέλιπε. καὶ μὴν ἐν περιουσίᾳ καὶ τρυφῇ, καὶ δαψιλείᾳ πλείστῃ διαγενόμενος, ἔτη μὲν ἐβίωσε πλείω ϟ'. διεφύλαξε δὲ τὰς αἰσθήσεις ἁπάσας, διετήρησε δὲ πάντα καὶ τὰ μέρη τοῦ σώματος ἀβλαβῆ. τοῦτο δέ μοι δοκεῖ σημεῖον οὐ μικρόν, ἀλλὰ παμμέγεθες εἶναι βίου σώφρονος.

Ὅτι Γέλων πλείω τῶν ν' βιώσας ἐτῶν, σκοπὸν προέθηκε κάλλιστον ἐν τῷ ζῆν, τὸ πειθαρχεῖν τῷ γεννήσαντι, καὶ μήτε πλοῦτον, μήτε βασιλείας μέγεθος, μήτ' ἄλλο περὶ πλείονος ποιήσασθαι μηδὲν τῆς πρὸς τοὺς γονεῖς εὐνοίας καὶ πίστεως.

Ὅτι Γόργος ὁ Μεσσήνιος οὐδενὸς ἦν δεύτερος Μεσσηνίων πλούτῳ καὶ γένει, διὰ δὲ τὴν ἄθλησιν κατὰ τὴν ἀκμὴν πάντων ἐνδοξότατος ἐγεγόνει τῶν περὶ τοὺς γυμνικοὺς ἀγῶνας φιλοστεφανούντων. καὶ γὰρ κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν καὶ κατὰ τὴν τοῦ λοιποῦ βίου προστασίαν, ἔτι δὲ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν στεφάνων, οὐδενὸς ἐλείπετο τῶν καθ' αὑτόν. καὶ μὴν ὅτε καταλύσας τὴν ἄθλησιν, ἐπὶ τὸ πολιτεύεσθαι καὶ τὸ πράττειν τὰ τῆς πατρίδος ὥρμησε, καὶ περὶ τοῦτο τὸ μέρος οὐκ ἐλάττω δόξαν ἐξεφέρετο τῆς πρότερον ὑπαρχούσης αὐτῷ· πλεῖστον μὲν ἀπέχειν δοκῶν τῆς τοῖς ἀθληταῖς παρεπομένης ἀγωνίας, πραγματικώτατος δὲ καὶ νουνεχέστατος εἶναι νομιζόμενος περὶ τὴν πολιτείαν.

Ὅτι φησὶν ὁ Πολύβιος, ἐγὼ δὲ κατὰ τὸ παρὸν ἐπιστήσας τὴν διήγησιν βραχέα βούλομαι διαλεχθῆναι περὶ Φιλίππου, διὰ τὸ ταύτην τὴν ἀρχὴν γενέσθαι τῆς εἰς τοὔμπαλιν μεταβολῆς αὐτοῦ καὶ τῆς ἐπὶ χεῖρον ὁρμῆς, καὶ μεταθέσεως. δοκεῖ γάρ μοι τοῖς καὶ κατὰ βραχὺ βουλομένοις τῶν πραγματικῶν ἀνδρῶν περιποιεῖσθαι τὴν ἐκ τῆς ἱστορίας διόρθωσιν, ἐναργέστατον εἶναι τοῦτο παράδειγμα. καὶ γὰρ διὰ τὸ τῆς ἀρχῆς ἐπιφανές, καὶ διὰ τὸ τῆς φύσεως λαμπρόν, ἐκφανεστάτας συμβαίνει καὶ γνωριμωτάτας γεγονέναι πᾶσι τοῖς Ἕλλησι τὰς εἰς

ἑκάτερον τὸ μέρος ὁρμὰς τοῦ βασιλέως· τούτου παραπλησίως δὲ καὶ τὰ συνεξακολουθήσαντα ταῖς ὁρμαῖς ἑκατέραις ἐκ παραθέσεως. ὅτι μὲν οὖν αὐτὰς μετὰ τὸ παραλαβεῖν τὴν βασιλείαν τάς τε κατὰ Θετταλίαν καὶ Μακεδονίαν, καὶ συλλήβδην τὰ κατὰ τὴν ἰδίαν ἀρχὴν, οὕτως ὑποτετάχει, καὶ συνέκλινε ταῖς εὐνοίαις ὡς οὐδενὶ τῶν πρότερον βασιλέων. καίτοι νέῳ ὄντι παραλαβόντι τὴν Μακεδόνων δυναστείαν, εὐχερὲς καταμαθεῖν ἐκ τούτων. συνεχέστατα γὰρ αὐτοῦ περισπασθέντος ἐκ Μακεδονίας, διὰ τὸν πρὸς Αἰτωλοὺς καὶ Λακεδαιμονίους πόλεμον, οὐχ οἷον ἐστασίασέ τι τῶν προειρημένων ἐθνῶν, ἀλλ' οὐδὲ τῶν περιοικούντων ἐτόλμησε βαρβάρων οὐδεὶς ἅψασθαι τῆς Μακεδονίας. καὶ μὴν περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου καὶ Χρυσογόνου, καὶ τῶν ἄλλων φίλων εὐνοίας, καὶ προ-
ἴσ. τῶν. θυμίας εἰς αὐτὸν, οὐδ' ἂν εἰπεῖν τις δύναιτ' ἀξίως, *τὴν δὲ Πελοποννησίων καὶ Βοιωτῶν, ἅμα δὲ τούτοις Ἠπειρωτῶν, Ἀκαρνάνων, ὅσων ἑκάστοις ἀγαθῶν ἐν βραχεῖ χρόνῳ παραίτιος ἐγένετο· καθό-
ἴσ. εἰ δεῖ. λου γε μὴν *ἤδη μικρὸν ὑπερβολικώτερον εἰπεῖν, οἰκειότατ' ἂν οἶμαι περὶ Φιλίππου τοῦτο ῥηθῆναι, δι' ὅτι κοινός τις οἷον ἐρώμενος ἐγένετο τῶν Ἑλλήνων, διὰ τὸ τῆς αἱρέσεως εὐεργετικόν. ἐκφανέστατον δὲ καὶ μέγιστον δεῖγμα περὶ τοῦ τί δύναται προαίρεσις καλοκἀγαθικὴ καὶ πίστις, τὸ πάντας Κρηταιεῖς συμφρονήσαντας καὶ τῆς αὐτῆς μεταλαβόντας συμμαχίας, ἕνα προστάτην ἑλέσθαι τῆς νήσου Φίλιππον, καὶ ταῦτα συντελεσθῆναι χωρὶς ὅπλων καὶ κινδύνων, ὃ πρότερον οὐ ῥᾳδίως ἂν εὕροι τις γεγονός. ἀπὸ τοίνυν τῶν κατὰ Μεσσηνίους ἐπιτελεσθέντων, ἅπαντα τὴν ἐναντίαν ἐλάμβανε διάθεσιν αὐτῷ, καὶ τοῦτο συνέβαινε κατὰ λόγον. ῥαπεὶς γὰρ ἐπὶ τὴν ἀντικειμένην προαίρεσιν τῇ πρόσθεν, καὶ ταύτῃ προσθεὶς ἀεὶ τἀκόλουθον, ἔμελλε καὶ τὰς τῶν ἄλλων διαλήψεις περὶ αὐτοῦ ῥέψειν εἰς
f. ἐνεχύρησεν. τἀναντία, καὶ ταῖς τῶν πραγμάτων συντελείαις *ἐχρήσατο ἐναντίαις ἢ πρότερον. ὃ καὶ συνέβη γενέσθαι, δῆλον δὲ τοῦτο ἔσται τοῖς προσέχουσιν ἐπιμελῶς, διὰ τῶν ἑξῆς ῥηθησομένων πράξεων.

notiſſimi in vtramque partem huius Regis impetus fuerunt, notiſſimi quoque caſus qui vtraque eius inſtituta conſecuti ſunt. Nam quemadmodum ſimulac regnum accepit, Theſſalia ſimul ac Macedonia atque omnes Regni eius prouinciæ omni obſequio ac beneuolentia eum amplexæ ſunt, quanta neminem Regum antea, tametſi adhuc adoleſcens regnum Macedoniæ ſuſcepiſſet, id verò inde perſpici facilè poteſt. Cùm enim belli aduerſus Ætolos, ac Lacedæmonios ſuſcepti cauſa continuè à Macedonia diſtineretur, non modò ex ſupra dictis gentibus nulla rebellauit, ſed nec vicinorum quiſquam Barbarorum Macedoniæ fines contingere eſt auſus. Iam beneuolentiam erga illum ac ſtudium omnium amicorum, & maximè Alexandri ac Chryſogoni, ne quidem exprimere dicendo quiſquam poſſit, nec quot ac quanta breuiſſimo temporis ſpatio beneficia contulerit in Peloponneſios, ac Bœotos, ſimúlque Epirotas & Acarnanas. Quod ſi quid tantiſper exaggerando dicere licet, iure optimo id de Philippo dici poſſe exiſtimo, amorem ac delicias Græcorum omnium illum fuiſſe, ob illius prolixam de omnibus bene merendi voluntatem. Quantum autem valeat præclarum vitæ inſtitutum ac concepta ſemel opinio, hoc celeberrimo & maximo teſtimonio demonſtrari poteſt, quod omnes ſimul Cretenſes concordia inter ſe ac ſocietate inita vnum Philippum Dictatorem ad res inſulæ conſtituendas publicè elegerunt, quodque citra vim ac periculum cuncta effecta ſunt, quod ſuperiori memoria haud facilè quis factum eſſe recordetur. At verò ob crudelitatem ac perfidiam qua ille in Meſſenios eſt vſus, omnia illi in contrarium vertére, idque ſane iure optimo. Nam cum vitæ inſtitutum priori contrarium eſſet amplexus, ac quotidie malum malo cumularet, conſentaneum erat vt contrariam de illo opinionem cuncti conciperént, & ipſe contrarios longéque alios quàm anteà rerum ſucceſſus experiretur. Quod quidem ei poſteà contigit, vt ex iis quæ deinceps narrabimus, attentus hiſtoriæ lector manifeſtè perſpiciet.

Aratus cùm Philippum videret bellum aduerſus Romanos apertè ſuſcipere, atque erga ſocios longè alia ac priùs voluntate affectum eſſe, variis difficultatibus ac rationibus in medium allatis, ægrè Philippum ab incepto deterruit. Cæterùm cùm id quod in libro quinto ſimpliciter tantum & abſolutè poſuimus, nunc rebus ipſis confirmetur, admonendos eſſe hîc duximus hiſtoriæ lectores, ne qua fortè propoſitio abſque demonſtratione à nobis relinquatur. Nam cum bellum Ætolicum narrantes eo loci conſtitiſſemus, quo Philippum diximus nimio animi impetu porticus, & reliqua donaria Thermi oppidi deſtruxiſſe, atque huius facti culpam non tam ipſum in Regem ob illius adhuc ætatem, quam in Regis amicos & Comites conferri debere, de Arato quidem aſſeruimus reliquam eius vitam huiuſmodi omne facinus ab eo amoliri, Demetrij autem Pharij prorſus tale vitæ inſtitutum fuiſſe: atque id nos poſteà oſtenſuros eſſe tum polliciti, hunc in locum ſermonis illius demonſtrationem diſtulimus. quando ſcilicet Philippus Demetrio quidem præſente, vt in Meſſenicarum rerum narratione oſtendimus, Arato autem vno duntaxat die tardiùs delato, teterrima facinora aggredi cœpit, & deguſtato ſemel humano cruore, & ſocios trucidandi fœdúſque omne violandi initio ſumpto, non ex homine lupus, quod in Arcadica eſt fabula, vt ait Plato, ſed ex legitimo Rege acerbus tyrannus euaſit. Sed altero etiam longè certiori argumento declarari poteſt, vtriuſque hominis ſecta ac ſententia, illo ſcilicet conſilio quod de Meſſeniorum arce vterque Regi dedit, de quo ſupra commemoraui, vt iam de iis quæ in Ætolia geſta ſunt nullus ſit dubitandi locus. Quæ cum ita ſint, quæ in vtroque fuerit inſtituti diuerſitas facilè colligi poteſt. Nam quemadmodum Philippus Arati conſilium ſecutus Meſſeniis quod ad arcem pertinet fidem ſeruauit, & ingenti vt aiunt vulneri, cædes dico quas in vrbe edi-

Ὅτι ὁ Ἄρατος θεωρῶν τὸν Φίλιππον ὁμολογουμένως τόν τε πρὸς Ῥωμαίους ἀναλαμβάνοντα πόλεμον, καὶ τὴν πρὸς τοὺς συμμάχους αἵρεσιν ὁλοσχερῶς ἠλλοιωμένον, πολλὰς εἰσενεγκάμενος ἀπορίας καὶ σκήψεις, μόλις ἀπετρέψατο τὸν Φίλιππον. ἡμεῖς δὲ * τοῦ κατὰ τὴν ε'. βίβλον ἡμῖν ἐν ἐπαγγελίᾳ καὶ φάσει μόνον εἰρη- mſ. τόπ. μένου, νῦν δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων τὴν πίστιν εἰληφότος, βουλόμεθα παραναμνῆσαι τοὺς συνεφιστάνοντας τῇ πραγματείᾳ, πρὸς τὸ μηδεμίαν τῶν ἀποφάσεων ἀναπόδεικτον μηδ' ἀμφισβητουμένην καταλιπεῖν. καθ' ὃν γὰρ καιρὸν ἐξηγούμενοι τὸν Αἰτωλικὸν πόλεμον ἐπὶ τοῦτο τὸ μέρος τῆς διηγήσεως ἐπέστημεν· ἐν ᾧ Φίλιππον ἔφαμεν τὰς ἐν Θέρμῳ στοὰς καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἀναθημάτων θυμικώτερον διαφθεῖραι· καὶ δεῖν τούτων τὴν αἰτίαν οὐχ οὕτως ἐπὶ τὸν βασιλέα διὰ τὴν ἡλικίαν, ὡς ἐπὶ τοὺς συνόντας αὐτῷ φίλους ἀναφέρειν, τότε περὶ μὲν Ἀράτου τὸν βίον ἐφήσαμεν ἀπολογεῖσθαι τοῦ μηδὲν ἂν ποιῆσαι μοχθηρόν, Δημητρίου δὲ τοῦ Φαρίου τὴν τοιαύτην εἶναι προαίρεσιν· δῆλον δὲ τοῦτο ποιήσειν ἐπηγγείλαμεθα διὰ τῶν ἑξῆς ῥηθησομένων, εἰς τοῦτον ὑπερθέμενοι τὸν καιρὸν τὴν πίστιν τῆς στερηθείσης ἀποφάσεως· ἐν ᾧ παρὰ μίαν ἡμέραν Δημητρίου μὲν παρόντος ὡς ἀρτίως ὑπὲρ τῶν κατὰ Μεσσηνίους ὑπεδείξαμεν, Ἀράτου δὲ καθυστερήσαντος, ἤρξατο Φίλιππος ἅπτεσθαι τῶν μεγίστων ἀσεβημάτων· καὶ καθάπερ ἂν εἰ γευσάμενος αἵματος ἀνθρωπείου, καὶ τοῦ φονεύειν, καὶ παρασπονδεῖν τοὺς συμμάχους, οὐ λύκος ἐξ ἀνθρώπου, κατὰ τὸν Ἀρκαδικὸν μῦθον, ὥς φησιν ὁ Πλάτων, ἀλλὰ τύραννος ἐκ βασιλέως ἀπέβη πικρός. τούτου δ' ἐναργέστερον ἔτι δεῖγμα τῆς ἑκατέρου γνώμης τὸ περὶ τῆς ἄκρας συμβούλευμα τὸ ῥηθὲν ἐν τοῖς * πολιτικοῖς, πρὸς p. 505. Polybij. τὸ μηδὲ περὶ τῶν κατ' Αἰτωλοὺς διαπορεῖν. ὧν ὁμολογουμένων εὐμαρὲς ἤδη συλλογίσασθαι τὴν διαφορὰν τῆς ἑκατέρου προαιρέσεως. καθάπερ γὰρ νῦν Φίλιππος πεισθεὶς Ἀράτῳ διεφύλαξε τὴν πρὸς Μεσσηνίους πίστιν ἐν τοῖς κατὰ τὴν ἄκραν, καὶ μεγάλῳ

τὸ δὴ λεγόμενον ἕλκει τῷ περιγεγονότι περὶ τὰς σφαγὰς, μικρὸν ἴαμα προσέθηκεν. οὕτως ἐν τοῖς κατ' Αἰτωλοὺς Δημητρίῳ κατακολουθήσας ἠσέβει μὲν εἰς τοὺς θεοὺς, τὰ καθιερωμένα τῶν ἀναθημάτων διαφθείρων· ἡμάρτανε δὲ περὶ τοὺς ἀνθρώπους, ὑπερβαίνων τοὺς τοῦ πολέμου νόμους· ἠστόχει δὲ τῆς σφετέρας προαιρέσεως ἀπαραίτητον καὶ πικρὸν ἑαυτὸν ἀποδεικνύων ἐχθρὸν τοῖς διαφερομένοις. ὁ δ' αὐτὸς λόγος καὶ περὶ τὴν κατὰ Κρήτην· καὶ γὰρ ἐπ' ἐκείνων Ἀράτῳ μὲν καθηγεμόνι χρησάμενος περὶ τῶν ὅλων· οὐχ οἷον ἀδικήσας, ἀλλ' οὐδὲ λυπήσας οὐδένα τῶν κατὰ τὴν νῆσον, ἅπαντας μὲν εἶχε Κρηταιεῖς ὑποχειρίους, ἅπαντας δὲ τοὺς Ἕλληνας εἰς τὴν πρὸς αὑτὸν εὔνοιαν ἐπήγετο διὰ τὴν σεμνότητα τῆς προαιρέσεως. οὕτω πάλιν ἐπακολουθήσας Δημητρίῳ, καὶ παραίτιος γενόμενος Μεσσηνίοις τῶν ἄρτι ῥηθέντων ἀτυχημάτων, ἅμα τὴν παρὰ τοῖς συμμάχοις εὔνοιαν, καὶ τὴν παρὰ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν ἀπέβαλε πίστιν· τηλικαύτην τοῖς νέοις βασιλεῦσι ῥοπὴν ἔχει καὶ πρὸς ἀτυχίαν, καὶ πρὸς ἐπανόρθωσιν τῆς ἀρχῆς ἡ τῶν παρεπομένων φίλων ἐκλογὴ καὶ κρίσις, ὑπὲρ ἧς οἱ πλείους οὐκ οἶδ' ὅπως ῥαθυμοῦντες οὐδὲ τὴν ἐλαχίστην ποιοῦνται πρόνοιαν·

Ὅτι Φίλιππος παραγενόμενος εἰς τὴν Μεσσήνην ἔφθειρε τὴν χώραν δυσμενικῶς, θυμῷ τὸ πλέον ἢ λογισμῷ χρώμενος. ἤλπιζε γὰρ, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, βλάπτων συνεχῶς, οὐδέποτε ἀγανακτήσειν οὐδὲ μισήσειν τοὺς κακῶς πάσχοντας· προήχθην δὲ καὶ νῦν καὶ διὰ τῆς προτέρας βίβλου σαφέστερον ἐξηγήσασθαι περὶ τούτων, οὐ μόνον διὰ τὰς πρότερον ἡμῖν εἰρημένας αἰτίας, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ τῶν συγγραφέων τοὺς μὲν ὅλως παραλελοιπέναι τὰ κατὰ τοὺς Μεσσηνίους. τοὺς δὲ καθόλου διὰ τὴν πρὸς τοὺς μονάρχους εὔνοιαν ἢ τἀναντία φόβον, οὐχ οἷον ἐν ἁμαρτίᾳ γεγονέναι τὴν εἰς τοὺς Μεσσηνίους ἀσέβειαν Φιλίππου καὶ παρανομίαν, ἀλλὰ τοὐναντίον ἐν ἐπαίνῳ καὶ κατορθώματι τὰ πεπραγμένα διασαφεῖν ἡμῖν. οὐ μόνον δὲ περὶ Μεσσηνίους τοῦτο πεποιηκότας ἰδεῖν ἔστι τοὺς γρά-

derat, leue medicamentum adhibuit: ſic in bello aduerſus Ætolos Demetrio obſecutus, & Deos impiè offendebat, quorum donaria vaſtabat, & humano generi iniuriam faciebat iura belli tranſgrediendo. ac prætereà contra inſtitutum ac propoſitum ſibi ab initio ſcopum peccabat, dum implacabilem atque acerbum aduerſariis hoſtem ſe præbebat. Idem in rebus Cretenſibus exiſtimandum eſt. Namque in iis quamdiu Arati conſilio eſt vſus, neminem ex tota inſula non modò iniuria, ſed ne moleſtia quidem afficiens, cùm omnes Cretenſes dicto audientes habuit, tum vero omnes Græcos grauitate conſilij ad ſui amorem pellexit. At contra magiſtro vſus Demetrio, cùm Meſſeniis eas, quas memoraui, calamitates intuliſſet, vnà ſociorum beneuolentiam, atque apud omnes Græcos fidei opinionem amiſit. Tantùm in Regum adoleſcentia ad infelicitatem aut ad confirmationem regni valet delectus amicorum & Comitum. de quo tamen plerique neſcio cuiuſmodi negligentia minimè laborant.

Ex Lib. VIII. pag. 518.

Philippus Meſſeniam ingreſſus, agros hoſtiliter vaſtare cœpit, ira magis quàm conſilio ductus. Sperabat enim, vt mihi quidem videtur, cùm aſſiduè aliis damnum inferret, miſeros homines nunquam id moleſtè laturos, neque ipſum odio habituros eſſe. Ac de his quidem & nunc & ſuperiore libro enucleatius verba vt facerem impulſus ſum, non ob eas tantùm cauſas, quas priùs adduxi, ſed etiam eò quod hiſtoriæ ſcriptores partim damna omnia à Philippo Meſſeniis illata ſilentio prætermiſerint: partim beneuolentia in Principes aut contrà metu, impietatem ac crudelitatem illam, qua in Meſſenios ſæuiit Philippus, non modò vitio non verterint, verumetiam tanquam præclarum facinus laude proſecuti ſint. Nec verò in iis ſolùm quæ ad Meſſenios pertinent, idem admiſſum eſt, ab iis qui res Philippi in li-

teras retulerunt, ſed etiam in aliis pleriſque. Quo ſit vt eorum libri hiſtoriæ quidem nullam ſpeciem, ſed potius encomij formam habeant. Ego vero ita exiſtimo, nec vituperari falſo, nec laudari Reges oportere, (quod tamen plerique fecerunt) ſed ſingulorum factis ac conſiliis conſentaneum aſſiduè ſermonem accommodandum. Verum fortaſſe id dictu facile, factu autem imprimis arduum eſt. Multæ enim ac variæ neceſſitates in vita occurrunt, quibus fracti homines ea quæ ſibi videntur liberè loqui aut ſcribere vetantur. Quamobrem nonnullis quidem eorum danda eſt venia, aliis vero minimè indulgenda. Ac maximè omnium Theopompus hac in parte reprehenſionem meretur, qui cùm initio hiſtoriæ Philippi, hac maximè cauſa ſe ad ſcribendum impulſum eſſe dixiſſet, quod Philippo Amyntæ filio parem virum nunquam antea Europa protuliſſet, repente tum in ipſo proœmio, tum per totam hiſtoriam eum in mulieres intemperantiſſimè exarſiſſe memorat, adeò vt propter illius hac in parte cupiditatem atque inſaniam domus Regia in periculum inciderit. Eundem præterea iniuſtiſſimum atque erga amicos ac ſocios perfidiſſimum deſcribit: & qui vrbes plurimas per vim ac fraudem captas in ſeruitutem redegerit. Eundem quoque ebrietati valde deditum fuiſſe narrat, adeò vt diurno etiam tempore ebrius ab amicis plerumque ſit deprehenſus: quod ſi quis libri noni ac quadrageſimi principium in manus ſumpſerit, ſcriptoris omnino importunitatem mirabitur. qui inter cætera hæc etiam dicere non dubitauit, eadem enim verba quibus ille vſus eſt, hic apponenda eſſe duximus. Nam ſi quis inter Græcos aut barbaros impudicus erat ac proteruus, illico Macedoniam ad Philippum delatus, ſodalis Regis vocabatur. Omnino enim Philippus modeſtos ac frugi homines reſpuebat: helluones autem ac prodigos, & vino atque aleæ de-

φοντας τοῦ Φιλίππου τὰς πράξεις, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν ἄλλων παραπλησίως. ἐξ ὧν ἱστορίας μὲν οὐδαμῶς ἔχειν αὐτοῖς συμβαίνει διάθεσιν τὰς συντάξεις, ἐγκωμίου δὲ μᾶλλον. ἐγὼ δ' οὔτε λοιδορεῖν ψευδῶς φημὶ δεῖν τοὺς μονάρχους, οὔτ' ἐγκωμιάζειν, ὃ πολλοῖς ἤδη συμβέβηκεν· τὸ δ' ἀκόλουθον δὲ τοῖς προγεγραμμένοις ἀεὶ καὶ τὸν πρέποντα τῶν ἑκάστων προαιρέσεσι λόγον ἐφαρμόζειν. ἀλλ' ἴσως τοῦτ' εἰπεῖν μὲν εὐμαρές, πρᾶξαι δὲ καὶ λίαν δυσχερές, διὰ τὸ πολλὰς καὶ ποικίλας εἶναι διαθέσεις καὶ περιστάσεις· αἷς εἴκοντες ἄνθρωποι κατὰ τὸν βίον, οὔτε λέγειν, οὔτε γράφειν δύνανται τὸ φαινόμενον. ὧν χάριν τισὶ μὲν αὐτῶν συγγνώμην δοτέον, ἐνίοις γε μὴν οὐ δοτέον· μάλιστα δ' ἄν τις ἐπιτιμήσειε περὶ τοῦτο τὸ μέρος Θεοπόμπῳ. ὅς γ' ἐν ἀρχῇ τῆς Φιλίππου συντάξεως δι' αὐτὸ μάλιστα παρορμηθῆναι φήσας πρὸς τὴν ἐπιβολὴν τῆς πραγματείας, διὰ τὸ μηδέποτε τὴν Εὐρώπην ἐνηνοχέναι τοιοῦτον ἄνδρα παράπαν, οἷον τὸν Ἀμύντου Φίλιππον, μετὰ ταῦτα παραπόδας ἔν τε τῷ προοιμίῳ, καὶ παρ' ὅλην δὲ τὴν ἱστορίαν, ἀκρατέστατον μὲν αὐτὸν ἀποδείκνυσι πρὸς γυναῖκας· ὥστε καὶ τὸν ἴδιον οἶκον *ἐσφαλκέναι τὸ καθ' αὐτὸν διὰ τὴν πρὸς τοῦτο τὸ μέρος ὁρμὴν καὶ προστασίαν· ἀδικώτατον δὲ καὶ κακοπραγμονέστατον περὶ τὰς τῶν φίλων καὶ συμμάχων κατασκευάς. πλείστας δὲ πόλεις ἐξηνδραποδισμένον καὶ πεπραξικοπηκότα μετὰ δόλου καὶ βίας, ἐκπαθῆ δὲ γεγονότα καὶ περὶ τὰς *ἀκροποσίας· ὥστε καὶ μεθ' ἡμέραν πλεονάκις μεθύοντα καταφανῆ γενέσθαι τοῖς φίλοις. Εἰ δέ τις ἀναγνῶναι βουληθείη τὴν ἀρχὴν τῆς ἐνάτης καὶ μ' αὐτοῦ βίβλου, παντάπασιν ἂν θαυμάσαι τὴν ἀτοπίαν τοῦ συγγραφέως. ὅς γε χωρὶς τῶν ἄλλων τετόλμηκε καὶ ταῦτα λέγειν· αὐταῖς γὰρ λέξεσιν, αἷς ἐκεῖνος κέχρηται, κατατετάχαμεν. Εἰ γάρ τις ἦν ἐν τοῖς Ἕλ-
” λησιν ἢ τοῖς βαρβάροις φησὶ λάσταυρος ἢ θρασὺς τὸν τρόπον, οὗτοι
” πάντες εἰς Μακεδονίαν ἀθροιζόμενοι πρὸς Φίλιππον, ἑταῖροι τοῦ
” βασιλέως προσηγορεύοντο. καθόλου γὰρ ὁ Φίλιππος τοὺς μὲν κο-
” σμίους τοῖς ἤθεσι καὶ τῶν ἰδίων βίων ἐπιμελουμένους ἀπεδοκίμαζε,

Suidas in ἐσφαλκέναι.

f. ἀκρατοπ. ex Suida in ἐκπαθής.

» τοὺς δὲ πολυτελεῖς καὶ ζῶντας ἐν μέθαις καὶ κύβοις ἐτίμα, καὶ προῆ-
» γεν. τοιγαροῦν οὐ μόνον ταῦτ' ἔχειν αὐτοὺς παρεσκεύαζεν, ἀλλὰ καὶ τῆς
» ἄλλης ἀδικίας καὶ βδελυρίας ἀθλητὰς ἐποίησεν.* τί γὰρ τῶν αἰσχρῶν
» ἢ δεινῶν αὐτοῖς οὐ προσῆν; ἢ τί τῶν καλῶν καὶ σπουδαίων οὐκ ἀπῆν;
» ὧν οἱ μὲν ξυρόμενοι καὶ λεαινόμενοι διετέλουν ἄνδρες ὄντες· οἱ δ'
» ἀλλήλοις ἐτόλμων ἐπανίστασθαι πώγωνας ἔχουσι· καὶ περιήγοντο μὲν
» δύο καὶ τρεῖς τοὺς ἑταιρευομένους, αὐτοὶ δὲ τὰς αὐτὰς ἐκείνοις χρήσεις
» ἑτέροις παρείχοντο. ὅθεν καὶ δικαίως ἄν τις αὐτοὺς οὐχ ἑταίρους*
» ὑπελάμβανεν εἶναι, οὐδὲ στρατιώτας, ἀλλὰ χαμαιτύπους προσ-
» ηγόρευσεν. ἀνδροφόνοι γὰρ τὴν φύσιν ὄντες, ἀνδρόπορνοι τὸν τρόπον
» ἦσαν. ἁπλῶς δ' εἰπεῖν, ἵνα παύσωμαι φησὶ μακρολογῶν, ἄλλως
» τε καὶ τοσούτων μοι πραγμάτων ἐπικεχυμένων, ἡγοῦμαι τοιαῦτα θη-
» ρία γεγονέναι, καὶ τοιοῦτον τρόπον τοὺς φίλους καὶ τοὺς ἑταίρους Φι-
» λίππου προσαγορευθέντας, οἵους οὔτε τοὺς Κενταύρους τοὺς τὸ Πή-
» λιον κατασχόντας, οὔτε τοὺς Λαιστρυγόνας τοὺς τὸ Λεοντίνων πεδίον
» οἰκήσαντας, οὔτ' ἄλλους οὐδ' ὁποίους. ταύτην δὲ τήν τε πικρίαν

Vide p. 1030.

ἀλλ' ἑταίρας adde ex Athenæo lib. 6. pag. 260.

leg. πρὸς ἄν. * πῶς φησὶ περὶ τῶν ἐν Ἰταλίᾳ Λοκρῶν ποιήσασθαι τοὺς λόγους, καὶ παρ' οὗ πυθέσθαι περὶ τούτων, καὶ προσεξειργασμένος, ἵνα μὴ φανῇ τοῦ τυχόντος ἀκηκοὼς· ὅτι συνέβαινε τὸν τούτου πατέρα πρεσβείας κατηξιῶσθαι πρότερον ὑπὸ Διονυσίου· ἦπου γ' ἂν οὗτος δημοσίας ἀναγραφῆς ἐπιλαβόμενος, ἢ παραδοσίμου στήλης παρεσιώπησεν; ὁ γὰρ τὰς συγκρίσεις ποιούμενος ἀνέκαθεν τῶν Ἐφόρων πρὸς τοὺς βασιλεῖς τοὺς ἐν Λακεδαίμονι· καὶ τοὺς ἄρχοντας τοὺς Ἀθήνησι, καὶ τὰς ἱερείας τὰς ἐν Ἄργει παραβάλλων πρὸς τοὺς Ὀλυμπιονίκας, καὶ τὰς ἁμαρτίας τῶν πόλεων περὶ τὰς ἀναγραφὰς τὰς τούτων ἐξελέγχων παρὰ τρίμηνον ἐχούσας τὸ διαφέρον, οὗτός ἐστι· καὶ μὴν ὁ τὰς ὀπισθοδόμους στήλας· καὶ τὰς ἐν ταῖς φλιαῖς τῶν νεῶν προξενίας ἐξευρηκὼς Τίμαιός ἐστιν. ὃν οὔθ' ὑπάρχοντι τῶν τοιούτων ἀγνοεῖν, οὔθ' εὑρόντα παραλιπεῖν πιστευτέον, οὔτε ψευσαμένῳ συγγνώμην δοτέον οὐδαμῶς. πικρὸς γὰρ γεγονὼς καὶ ἀπαραίτητος ἐπιτιμητὴς τῶν πέλας, εἰκότως ἂν καὶ ὑπὸ τῶν πλησίον αὐτὸς ἀπαραιτήτου τυγχάνοι κατηγορίας. οὐ μὴν ἀλλὰ προφανῶς ἐν τούτοις ἐψευσμένος, μεταβὰς ἐπὶ τοὺς ἐν Ἰταλίᾳ Λοκροὺς, πρῶτον μέν φησι τήν τε πολιτείαν καὶ τὰ λοιπὰ φιλάνθρωπα τοῖς Λοκροῖς ἀμφοτέροις Ἀριστοτέλη καὶ Θεόφραστον κατεψεῦσθαι τῆς πόλεως. ἐγὼ δ' οὐκ ἀγνοῶ μὲν, ὅτι * καὶ ταύτῃ

l. κἂν τῇ πραγματείᾳ ἀναγκασθήσομαι παρεκβαίνειν διερειζόμενος καὶ διαβεβαιούμενος περὶ τούτων. οὐ μὴν ἀλλὰ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν εἰς ἕνα τόπον ὑπερεθέμην τὸν περὶ Τιμαίου λόγον, ἵνα μὴ πολλάκις ἀναγκάζωμαι τοῦ καθήκοντος ὀλιγωρεῖν.

quibus collocutus eſt, nobis commemorauit: ne cui dubitandi locus relinqueretur, ſed vrbe ac loco deſignatis rei veritas requiri poſſet. Igitur qui hæc omnia prætermiſit, conſcius ſibi eſſe mendacii deprehenditur. Nam Timæum ſi quid huiuſmodi nactus eſſet, nunquam id omiſſurum fuiſſe, ſed ambabus, quod aiunt, vlnis amplexurum, ex his perſpicuum eſt. Nam qui Echecratis teſtimonio nominatim innititur, (quocum ait ſe de Locris, qui in Italia ſunt, ſermonem habuiſſe, & à quo id ſeſe accepiſſe memorat, atque vt ne ab leui ac ſpernendo auctore audiiſſe videatur, illud adiungit, huius Echecratis patrem mandatu Dionyſii tyranni olim legationem obiiſſe.) an idem vnquam publicum ſcriptum aut antiquam tabulam nactus reticuiſſet? Etenim hic ipſe eſt, qui Ephoros à prima inſtitutione cum Spartanorum Regibus comparat, qui Magiſtratus Athenienſium, & ſacerdotes Iunonis apud Argiuos cum Olympiorum victoribus confert, & qui in Commentariis publicis ciuitatum, errorem hac in re admiſſum ob trimeſtris ſpatii differentiam redarguit. Hic eſt qui tabulas poſt ædem ſacram, qui apud Phliaſios monumenta publici hoſpitij primus reperit. ipſe inquam Timæus, quem neque huiuſmodi quidquam ignoraſſe fas eſt, neque cùm inueniſſet, præteriiſſe credendum, nec ſi eſt mentitus, vllatenus ei condonandum eſt. Nam cùm alios ipſe acerbè atque inclementer obiurgari ſoleat, iure merito ab aliis pari inclementia tractabitur. Cæterùm in his reus manifeſti mendacii conuictus, vbi ad Locros in Italia degentes tranſiuit, primum quidem Ariſtotelem ait ac Theophraſtum in his quæ ad Remp. Locrorum & ciuilia apud vtroſque Locros inſtituta pertinent, mentitos eſſe. Ego verò non ambigo, mihi in hoc opere neceſſe fore ab inſtituto curſu interdum diuertere, vt meam de huiuſmodi reb. ſententiam proferam ac confirmem. Sed tamen vel eò maximè ſum adductus, vt hunc de Timæo ſermonem vnum in locũ conferrẽ, ne ſæpius à propoſito recedere cogerer.

Idem Timæus ſcribit Democharem ſuperiorib. corporis partib. impudicum fuiſſe, neq. dignum qui ignem ſacrum flatu accenderet. eundémq. Botryis ac Philænidis, aliorúmque huiuſmodi laſciuiæ ſcriptorum cõmentarios obſcœnitate ſua ſuperaſſe. Iſtud verò conuicium atque eam turpitudinem non ſolùm nemo paulo humanior protulerit, ſed ne vllus quidem ex iis qui in fornice quæſtum corpore fecerunt. Hic deinde vt ſuis obſcœnis atque impudentibus maledictis fidem adſtrueret, mendacium quoque aduerſus eundem virum confinxit, Comico quodam abſque nomine teſte aduocato. Cæterùm mentiri Timæum ego inde coniicio, primùm quod Demochares & natus eſt & educatus liberaliter, quippe Demoſthenis ſororis filius. deinde quod non Pręturâ ſolùm, ſed & cæteris honoribus ab Athenienſibus eſt ornatus. quæ profectò nunquam eſſet adeptus, ſi huiuſmodi probris contaminatus fuiſſet. Itaque Timæus mihi quidem videtur non tam Democharem quàm Athenienſes conuiciis inceſſere, qui talem virum euexerint, eique Remp. ac ſingulorum vitam commendarint. ſed longe aliter ſe res habet. neque enim Archedicus poëta Comicus hæc vnus de Democharc dixiſſet, vt vult Timæus, ſed cùm ex Antipatri familiaribus multi, in quem Demochares multa dixit, quæ non ipſum modò Antipatrum, ſed eius etiam hæredes atque amicos offendere poterant, tum verò plurimi ex iis qui diuerſas in Rep. partes ſequebantur, inter quos fuit & Demetrius Phalereus. quem quidem ille non leuiter in hiſtoria ſua perſtrinxit. Ait enim eam eius adminiſtrationem fuiſſe, atque eiuſmodi rebus inſignem, propter quas publicanus aliquis aut vilis aliquis opifex ſeſe efferant. Nam quod multa in vrbe vili precio væneant, quodq. abundent copiæ ad victum neceſſariæ, eò maximè Demetrium gloriari ſcribit, & quod teſtudo fidicularũ ope gradiens, ac ſaliuam expuens, in pompa ei præibat; ac præterea per theatrum iuuenes dimittebantur canentes, Athenienſium ciuitatem conceſſa cæteris Græcis omnium honeſtarum rerum gloriâ,

Ὅτι Τίμαιός φησι Δημοχάρην ἡταιρηκέναι μὲν τοῖς ἄνω μέρεσι τοῦ σώματος, οὐκ εἶναι δ' ἄξιον τὸ ἱερὸν πῦρ φυσᾶν, ὑπερβεβηκέναι δὲ τοῖς ἐπιτηδεύμασι τὰ Βότρυος ὑπομνήματα καὶ τὰ Φιλαινίδος καὶ τῶν ἄλλων ἀναισχυντογράφων. ταύτην δὲ τὴν λοιδορίαν καὶ τὰς ἐμφάσεις, οὐχ οἷον ἄν τις διέθετο πεπαιδευμένος ἀνήρ, ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἀπὸ τέγους ἀπὸ τοῦ σώματος εἰργασμένων οὐδείς. ὁ δ' ἵνα πιστὸς φανῇ κατὰ τὴν αἰσχρολογίαν, καὶ τὴν ὅλην ἀναισχυντίαν, καὶ προσκατέψευσται τἀνδρὸς κωμικόν τινα μάρτυρα προσεπισπασάμενος ἀνώνυμον· πόθεν δ' ἐγὼ καταστοχάζομαι τοῦτο; πρῶτον μὲν ἐκ τοῦ πεφυκέναι καὶ τετράφθαι καλῶς Δημοχάρην, ἀδελφιδοῦν ὄντα Δημοσθένους. δεύτερον ἐκ τοῦ μὴ μόνον στρατηγίας αὐτὸν ἠξιῶσθαι παρ' Ἀθηναίοις, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων τιμῶν. ὧν οὐδὲν ἂν αὐτῷ συνεξέδραμε τοιαύταις ἀτυχίαις παλαίοντι. διὸ καὶ δοκεῖ μοι Τίμαιος οὐχ οὕτω Δημοχάρους κατηγορεῖν ὡς Ἀθηναίων· οἳ τοιοῦτον ἄνδρα προῆγον, καὶ τοιούτῳ τὴν πατρίδα καὶ τοὺς ἰδίους βίους ἐνεχείριζον. ἀλλ' οὐκ ἔστι τούτων οὐδέν. οὐ γὰρ ἂν Ἀρχέδικος ὁ κωμῳδιογράφος ἔλεγε ταῦτα μόνος περὶ Δημοχάρους, ὡς Τίμαιός φησιν. ἀλλὰ πολλοὶ μὲν ἂν τῶν Ἀντιπάτρου φίλων, καθ' οὗ πεπαρρησίασται πολλὰ καὶ δυνάμενα λυπεῖν οὐ μόνον αὐτὸν Ἀντίπατρον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐκείνου διαδόχους καὶ φίλους γεγονότας· πολλοὶ δὲ τῶν ἀντιπεπολιτευμένων, ὧν ἦν καὶ Δημήτριος ὁ Φαληρεύς. οὗ κεῖνος οὐ τὴν τυχοῦσαν πεποίηται κατηγορίαν ἐν ταῖς ἱστορίαις· φάσκων αὐτὸν τοιοῦτον γεγονέναι προστάτην τῆς πατρίδος· καὶ ἐπὶ τούτοις σεμνύνεσθαι κατὰ τὴν πολιτείαν, ἐφ' οἷς ἂν καὶ τελώνης σεμνυνθείη βάναυσος. ἐπὶ γὰρ τῷ πολλὰ καὶ λυσιτελῶς πωλεῖσθαι κατὰ τὴν πόλιν, καὶ δαψιλῆ τὰ πρὸς τὸν βίον ὑπάρχειν πᾶσιν, ἐπὶ τούτοις φησὶ μεγαλαυχεῖν αὐτόν. καὶ διότι κοχλίας αὐτόματος βαδίζων προηγεῖτο τῆς πομπῆς αὐτῷ σίαλον ἀναπτύων· σὺν δὲ τούτοις ὄνοι διεπέμποντο διὰ τοῦ θεάτρου, * διότι δὴ πάντων τῶν τῆς Ἑλλάδος καλῶν ἡ πατρὶς παρακεχωρηκυῖα τοῖς

deest ᾄδοντες.

ἄλλοις, ἐποίει Κασσάνδρῳ τὸ προσταττόμενον· ἐπὶ τούτοις αὐτὸν οὐκ αἰσχύνεσθαί φησιν. ἀλλ' ὅμως οὔτε Δημήτριος, οὔτ' ἄλλος οὐδεὶς εἰρήκει περὶ Δημοχάρους τοιοῦτον οὐδέν. ἐξ ὧν ἐγὼ βεβαιοτέραν τὴν τῆς πατρίδος ἡγούμενος μαρτυρίαν, ἢ τὴν Τιμαίου πικρίαν, θαρρῶν ἀποφαίνομαι μηδενὶ τὸν Δημοχάρους βίον ἔνοχον εἶναι τῶν τοιούτων κατηγορημάτων. καίπερ εἰ κατ' ἀλήθειαν ὑπῆρχέ τι τοιοῦτον ἀτύχημα περὶ Δημοχάρην, ποῖος καιρὸς ἢ ποία πρᾶξις ἠνάγκασε Τίμαιον ταῦτα κατατάττειν εἰς τὴν ἱστορίαν· καθάπερ γὰρ οἱ νοῦν ἔχοντες, *& caetera quae leguntur in lib.* XII *pag. 659. usque ad illa* γεγονότα ἐν ταῖς ἱστορίαις. ἡμεῖς δὲ τὸ μὲν ἐπιμετρεῖν τῆς ἀπεχθείας αὐτοῦ χάριν ἀφήκαμεν, τὰ δὲ οἰκεῖα τῆς προθέσεως αὐτῶν οὐ παρελείψαμεν.

Ὅτι κατὰ τοῦ Ἐφόρου Τίμαιος πλείστην πεποίηται καταδρομήν, αὐτὸς ὢν δυσὶν ἁμαρτήμασιν ἔνοχος· τῷ μὲν ὅτι πικρῶς κατηγορεῖ τῶν πέλας ἐπὶ τούτοις, οἷς αὐτὸς ἔνοχός ἐστιν. τῷ δὲ διότι καθόλου διέφθαρται τῇ ψυχῇ, τοιαύτας ἀποφάσεις ἐκτιθέμενος ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν, καὶ τοιαύτας ἐντίκτων δόξας τοῖς ἐντυγχάνουσι. πλὴν εἰ τὸν Καλλισθένην θετέον εἰκότως κολασθέντα μεταλλάξαι τὸν βίον, τί χρὴ πάσχειν Τίμαιον; πολὺ γὰρ ἂν δικαιότερον τούτῳ νεμεσήσαι τὸ δαιμόνιον ἢ Καλλισθένει. ἐκεῖνος μὲν οὖν ἀποθεοῦν Ἀλέξανδρον* οὐκ ἐβουλήθη. Τίμαιος δὲ μείζω ποιεῖ Τιμολέοντα τῶν ἐπιφανεστάτων θεῶν, καὶ Καλλισθένης μὲν ἄνδρα τοιοῦτον, ὃν πάντες μεγαλοφυέστερον ἢ κατ' ἄνθρωπον γεγονέναι τῇ ψυχῇ συγχωροῦσιν. οὗτος δὲ Τιμολέοντα τὸν οὐχ οἷον δόξαντά τι πεπραχέναι μεγαλεῖον, ἀλλ' οὐδ' ἐπιβαλόμενον. μίαν δὲ τῷ βίῳ γραμμὴν διανύσαντα, καὶ ταύτην οὐδὲ σπουδαίαν τρόπον τινὰ πρὸς τὸ μέγεθος τῆς οἰκουμένης· λέγω δὲ τὴν ἐκ τῆς πατρίδος εἰς Συρακούσας. ἀλλά μοι δοκεῖ πεισθῆναι Τίμαιος, ὡς ἂν Τιμολέων πεφιλοδοξηκὼς ἐν αὐτῇ Σικελίᾳ καθάπερ ἐν ὀξυβάφῳ, σύγκριτος φανῇ τοῖς ἐπι-

Caſſandro in omnibus dicto audientem eſſe. atque illum ait horum non puduiſſe. Et tamen neque Demetrius, neque alius quiſquam huiuſmodi quid de Demochare dixit. Quo fit vt teſtimonium patriæ Timæi acerbitati anteponendum eſſe ratus, conſtanter affirmare auſim Democharis vitam ab omni eiuſmodi crimine puram atque integram fuiſſe. Sed tametſi hâc culpâ reuera laboraſſet Demochares, quæ verò res aut ratio Timæum cogebat, id vt hiſtoriæ mandaret? Nam quemadmodum viri prudentes, *&c. quæ leguntur in lib. 12. pag. 659. vſque ad illa verba*, Quæ geſta ſunt, non commemoret. *quibus adde.* Nos verò, id quod nimium videbatur, odij illius cauſa rejecimus; quod autem eius inſtituto conueniebat, non prætermiſimus.

Idem Timæus Ephorum vehementer inſectatus eſt, cùm ipſe duobus peccatis ſit obnoxius. vni quidem, quòd alios acerbè criminetur ob ea maximè delicta quibus ipſe conſtringitur. alteri verò, quòd ingenio fuerit planè corrupto, qui eiuſmodi ſententias commentariis ſuis prodiderit, eáſque opiniones legentium animis infuderit. Sed ſi Calliſthenem meritò pœnas dediſſe ſtatuendum eſt, quid Timæum pati oportet? Huic enim multò iuſtius numen infenſum fuerit quàm Calliſtheni. quippe Calliſthenes Alexandrum in Deorum numerum referre noluit. Timæus verò Timoleontem ſupra omnes Deos attollit. Et Calliſthenes quidem eum virum, quem omnes præſtantiore vi mentis quàm humana ferat conditio fuiſſe conſentiunt. Hic verò Timoleontem, qui non modò nihil magnificum videtur geſſiſſe, ſed ne ſuſcepiſſe quidem, & qui vnicum in tota vita ſpatium decucurrit, atque illud parum illuſtre præ orbis terrarum magnitudine, interuallum ſcilicet quod eſt Corintho Syracuſas vſque. Sed prorſus mihi videtur Timæus perſuaſum habuiſſe, ſi Timoleon qui in ſola Sicilia tanquam in acetabulo gloriam captaſſet, celeberri-

mis tamen heroïbus comparandus eſſe videretur, ita & ſeipſum tametſi de Italia tantum ac Sicilia tractauiſſet; cum iis ſcriptoribus meritò comparatum iri, qui vniuerſi orbis hiſtoriam condiderunt. Hæc igitur pro Ariſtotele ac Theophraſto & Calliſthene, itémque pro Ephoro ac Demochare aduerſus Timæi conuicia dicta ſufficiant, ſimúlque aduerſus eos qui hunc ſcriptorem abſque ambitione veritatem proferre perſuaſum habent.

De Timæi autem ſecta atque inſtituto meritò quis dubitauerit. Etenim ipſe dicit Poëtas & Hiſtoricos frequenti earundem vocum in ſcriptis ſuis repetitione ingenia ſua prodere ſolere. atque Homerum quod hoc verbo δαιτρεύειν (quod eſt cibos diſtribuere) ſæpius vtitur, helluonem ſeſe ſatis oſtendere. Ariſtotelem quoque qui ſuis in Commentariis paſſim obſonia condiat, obſonii appetentem & catillonem fuiſſe. Idem de Dionyſio tyranno, qui lectos ornaret diligenter, & velorum bonitatem ac varietatem ſtudioſè inquireret aſſiduè. Ita etiam de Timæo conſequenter exiſtimandum eſt, vario ac moroſo ingenio illum fuiſſe. Etenim in aliorum quidem vitiis obiurgandis magnam grauitatis & celſi animi ſpeciem oſtendit: in ſuis verò narrationibus ipſe ſomniis & prodigiis refertus eſt, & fabulis ab omni fide remotis, ac poſtremò degeneri ac muliebri ſuperſtitione. Igitur nonnullis præ imperitia ac iudicij prauitate vſuuenire, vt cùm præſentes ſint, tamen abeſſe videantur, & videntes quodammodo non videant, ex his quæ Timæo contigiſſe oſtendimus, perſpici poteſt.

Agrigenti taurus olim æneus fuit à Phalaride fabricatus, in quem homines viuos immittebat, ac deinde ſuppoſito igne miſeros eo ſupplicio cruciabat, vt ære concalefacto incluſi, & vndique ardentes interirent; ac ſi quando præ doloris acerbitate exclamarent, ſonus mugienti tauro ſimilis exaudiretur.

Φανε-

φανερωτάτοις τῶν ἡρώων, κἂν αὐτὸς ὑπὲρ Ἰταλίας μόνον καὶ Σικελίας πραγματευόμενος, εἰκότως παραβολῆς ἀξιωθῆναι τοῖς ὑπὲρ τῆς οἰκουμένης καὶ τῶν καθόλου πράξεων πεποιημένοις τὰς συντάξεις. περὶ μὲν οὖν Ἀριστοτέλους, καὶ Θεοφράστου, καὶ Καλλισθένους· ἔτι δὲ Ἐφόρου καὶ Δημοχάρους ἱκανὰ τὰ καθ' ἡμῖν ἐστὶ πρὸς τὴν Τιμαίου καταδρομήν, ὁμοίως δὲ καὶ πρὸς τοὺς ἀφιλοτίμως πεπεισμένους ἀληθεύειν τὸν συγγραφέα τοῦτον.

Ὅτι διαπορεῖν ἐστὶ περὶ τῆς αἱρέσεως Τιμαίου. φησὶ γὰρ τοὺς ποιητὰς καὶ συγγραφέας διὰ τὸν ὑπεράγαν πλεονασμὸν ἐν τοῖς ὑπομνήμασι διαφαίνειν τὰς ἑαυτῶν φύσεις. λέγων τὸν μὲν ποιητὴν ἐκ τοῦ *δαιτρεύειν πολλαχοῦ τῆς ποιήσεως, ὡσανεὶ γαστρίμαργον παρεμφαίνειν· τὸν δὲ Ἀριστοτέλην ὀψαρτύοντα πλεονάκις ἐν τοῖς συγγράμμασιν, ὀψοφάγον εἶναι καὶ λίχνον· τὸν αὐτὸν τρόπον ἐπὶ τοῦ Διονυσίου τοῦ τυράννου κλινοκοσμοῦντος καὶ τὰς τῶν ὑφασμάτων ἰδιότητας καὶ ποικιλίας ἐξεργαζομένου συνεχῶς. ἀνάγκη τὴν ἀκόλουθον ποιεῖσθαι διάληψιν, καὶ δυσαρεστεῖσθαι κατὰ τὴν προαίρεσιν. οὗτος γὰρ ἐν μὲν ταῖς τῶν πέλας κατηγορίαις πολλὴν ἐπιφαίνει δεινότητα καὶ τόλμαν· ἐν δὲ ταῖς ἰδίαις ἀποφάσεσιν ἐνυπνίων καὶ τεράτων καὶ *θυμῶν ἀπιθάνων, καὶ συλλήβδην δεισιδαιμονίας ἀγεννοῦς καὶ τερατείας γυναικώδους ἐστὶ πλήρης. οὐ μὴν ἀλλὰ διότι γε συμβαίνει διὰ τὴν ἀπειρίαν καὶ κακοκρισίαν πολλοὺς ἐνίοτε καθάπερ εἰς τὸν παρόντα τρόπον τινὰ μὴ παρεῖναι, καὶ βλέποντας μὴ βλέπειν, ἐκ τῶν εἰρημένων γε νῦν καὶ τῶν Τιμαίῳ συμβεβηκότων γέγονε φανερόν.

Suidas in δαιτρεύειν.

leg. μύθων ex Suida in δεισιδαιμονία.

Ὅτι περὶ τοῦ ταύρου τοῦ χαλκοῦ τοῦ παρὰ Φαλάριδος κατασκευασθέντος ἐν Ἀκράγαντι, εἰς ὃν ἐνεβίβαζεν ἀνθρώπους, κἄπειτα πῦρ ὑποκαίων ἐλάμβανε τιμωρίαν παρὰ τῶν ὑποταττομένων τοιαύτην· ὥστε ἐκπυρουμένου τοῦ χαλκοῦ, τὸν μὲν ἄνθρωπον πανταχόθεν παροπτώμενον καὶ περιφλεγόμενον διαφθείρεσθαι, κατὰ δὲ τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἀλγηδόνος ὁπότ' ἂν βοήσειεν, μυκηθμῷ παραπλήσιον τὸν ἦχον ἐκ τοῦ κατασκευάσματος προσπίπτειν τοῖς ἀκούουσι.

τούτου δὲ τοῦ ταύρου κατὰ τὴν ἐπικράτειαν Καρχηδονίων μετενεχθέντος ἐξ Ἀκράγαντος εἰς Καρχηδόνα, καὶ τῆς θυρίδος διαμενούσης περὶ τὰς συνωμοσίας, δι' ἧς συνέβαινε καθιέναι τοὺς ἐπὶ τὴν τιμωρίαν· καὶ ἑτέρας αἰτίας, δι' ἣν ἐν Καρχηδόνι κατεσκευάσθη τοιοῦτος ταῦρος οὐδαμῶς δυναμένης εὑρεθῆναι τὸ παράπαν· ὅμως Τίμαιος ἐπέβαλε καὶ τὴν κοινὴν φήμην διασκευάζειν καὶ τὰς ἀποφάσεις τῶν ποιητῶν καὶ συγγραφέων ψευδοποιεῖν. φάσκων μήτ' εἶναι τὸν ἐν Καρχηδόνι ταῦρον ἐξ Ἀκράγαντος, μήτε γεγονέναι τοιοῦτον ἐν τῇ προειρημένῃ πόλει. καὶ πολλοὺς δέ τινας εἰς τοῦτο τὸ μέρος διατέθειται λόγους, κατὰ τοῦ Τιμαίου, τί ποτε δεῖ λέγειν ὄνομα καὶ ῥῆμα· πάντα γὰρ ἐπιδέχεσθαί μοι δοκεῖ τὰ πικρότατα τὸ γένος, οἷς ἐκεῖνος κέχρηται κατὰ τῶν πλησίον. ὅτι μὲν οὖν ἐστὶ φιλαπεχθής, καὶ ψεύστης, καὶ τολμηρός, σχεδὸν ἱκανῶς ἐκ τῶν προειρημένων ὑποδέδεικται. διότι δ' ἀφιλόσοφός ἐστι καὶ συλλήβδην ἀναγωγὸς συγγραφεύς, ἐκ τῶν λέγεσθαι μελλόντων ἔσται συμφανές. ἐν γὰρ τῇ μιᾷ καὶ εἰκοστῇ βίβλῳ, καὶ ταύτης ἐπὶ τελευτῇ, λέγει κατὰ τὴν τοῦ Τιμολέοντος παράκλησιν ταῦτα. διότι τῆς γῆς τῆς ὑπὸ τῷ κόσμῳ κειμένης εἰς τρία μέρη διῃρημένης, καὶ τῆς μὲν Ἀσίας, τῆς δὲ Λιβύης, τῆς δ' Εὐρώπης προσαγορευομένης. ταῦτα γὰρ οὐχ ὅπως Τίμαιον εἰρηκέναι τις ἂν πιστεύσειεν, ἀλλ' οὐδὲ τὸν λεγόμενον Μαργίτην ἐκεῖνον. τίς γὰρ οὕτως ἐστὶν ἀδαὴς οὐ λέγω τῶν πρὸς ὑπομνήμασι γεγονότων;

ZHTEI.

Ὅτι Αἰτωλοὶ διά τε τὴν συνέχειαν τῶν πολέμων, καὶ διὰ τὴν πολυτέλειαν τῶν βίων, ἔλαθον οὐ μόνον ἄλλους, ἀλλὰ καὶ σφᾶς αὐτοὺς καταχρέους γενηθέντες. διόπερ οἰκείως διακείμενοι πρὸς καινοτομίαν τῆς οἰκείας πολιτείας, εἵλοντο νομογράφους Δωρίμαχον καὶ Σκόπαν, θεωροῦντες τούτους κατά τε τὰς προαιρέσεις κινητικοὺς ὑπάρχοντας, καὶ κατὰ τὰς οὐσίας ἐνδεδεμένους εἰς πολλὰ τῶν βιωτικῶν συναλλαγμάτων. οἳ καὶ παραλαβόντες τὴν ἐξουσίαν ταύτην ἔγραψαν νόμους.

hic taurus cùm iis temporibus quibus Pœni Siciliæ imperium obtinebant, Agrigento Carthaginem tranſlatus ſit, maneátque etiamnum feneſtra circa eius interſcaplia, qua damnati immittebantur, cúmque nulla demùm alia cauſa reperiri potuerit, propter quam huiuſmodi taurus Carthagine fabricatus ſit: nihilominus Timæus communem ac peruulgatam famam euertere eſt aggreſſus, & Poëtarum atque Hiſtoricorum teſtimonia falſi conuincere. Affirmat enim Taurum qui Carthagine eſt, Agrigento aduectum non eſſe, neque eiuſmodi taurum Agrigenti vnquam extitiſſe. atque in hanc ſententiam multa dicit, aduerſus illam Timæi, quomodo appellem neſcio. nullum eſt enim tam acerbum genus conuicij, quo ille aduerſus alios vtitur, quod huic illius facto non arbitrer conuenire. Rixoſum igitur ac mendacem illum fuiſſe atque impudentem, ſatis ſuperque in ſuperioribus oſtendimus. Quod verò philoſophiæ imperitus, prorſúſque indoctus ſcriptor fuerit, ex his quæ mox dicentur perſpicuum fiet. Nam in primo & viceſimo libro, ſub finem, in illa Timoleontis exhortatione hæc ait, *Cùm orbis terrarum ſit omnis diuiſus in tres partes, & hæc quidem Aſia, illa autem Africa, tertia Europa appelletur.* Hæc porrò, non dico Timæum, ſed ne Margitem quidem illum protuliſſe, credibile nulli videatur. quis eſt enim adeo ignarus non illorum, qui hiſtorias conſcribunt?

Ex Libro XIII.

Ætoli cùm ob bellorum aſſiduitatem, tum ob ſuum in priuata vita luxum paulatim ac ſine ſenſu grauiſſimum æs alienum contraxerunt. Quare ad res nouas animis propenſi Duumviros legibus ſcribendis conſtituerunt, Dorimachum & Scopam, quos & ingenio factioſos eſſe norant, & quod ad facultatates ſpectat, multis delictorum nominibus implicitos. Hi accepta poteſtate leges ſcripſêre.

Scopas Ætolorum Prætor, fruſtratus principatu, cuius maximè cauſâ leges conſcribere auſus fuerat, Alexandriam cogitabat, ratus ſeſe illius vrbis opibus inopiam ſuam atque immenſam animi cupiditatem facilè expleturum; ſed reuera cupiditate erat inexplebili. Namque Alexandriam delatus, præter commoda atque emolumenta militiæ, cui ipſe præfectus erat, cùm rerum ſumma eius fidei committeretur, in ſingulos dies decem minas ſtipendij nomine ab Rege accipiebat; cæteris in inferiori gradu conſtitutis vnica mina dabatur. Neque his tamen contentus, adhuc plura vt antea concupiſcebat: donec ob huiuſmodi cupidinem etiam ipſis qui ei tantas opes largiebantur inuiſus, auro ſimul ac ſpiritu priuatus eſt.

Enimvero Heraclides, *&c. quæ leguntur in libro 13. pag. 673.*

Erat Damocles induſtrius miniſter, & ad res tractandas apprimè vtilis. Is tum vnà cum Pythione ad ſpeculanda Romanorum conſilia miſſus fuerat.

Nabis Lacedæmoniorum tyrannus, *&c. quæ extant in libro 13. pag. 674. vſque ad illa verba*, Hoc modo multos ſuſtulit, qui pecunias dare recuſabant.] Reliqua erant in eius imperio his ſimilia ac conſentanea. Maritimarum enim prædarum ſocietatem cum Cretenſibus inierat, ac per vniuerſam Peloponneſum ſacrilegos, latrones & ſicarios ſparſos habebat, quibus ipſe, particeps lucri huiuſmodi ſcelere parti, arcem ac refugium Spartam præbebat. Fortè iis temporibus peregrini ex Bœotia Lacedæmonem profecti, quẽdam ex Nabidis Equiſonibus ſollicitauerant, vt cum ipſis vnà iter faceret, capto priùs equo albo, qui totius Regii ſtabuli generoſiſſimus habebatur. cúmq. aſſenſiſſet Equiſo, repente miſſi à Nabide ſatellites comprehenſum Megalopoli

Ὅτι Σκόπας ὁ Αἰτωλῶν στρατηγὸς, ἀποτυχὼν τῆς ἀρχῆς, ἧς χάριν ἐτόλμα γράφειν τοὺς νόμους, μετέωρος ἦν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν. τῇ ἐκεῖθεν ἐλπίδι πεπεισμένος ἀναπληρώσειν τὰ λείποντα τοῦ βίου, καὶ τὴν τῆς ψυχῆς πρὸς τὸ πλεῖον ἐπιθυμίαν. ἀλλ' ἀκόρεστος ἦν. τούτῳ γὰρ εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἀφικομένῳ πρὸς ταῖς ἐκ τῶν* ὑπάρων ὠφελείαις, ὧν ἦν αὐτὸς κύριος διὰ τὸ πιστεύε- ὑπαίθρων leg.
σθαι περὶ τῶν ὅλων· καὶ τῆς ἡμέρας ἑκάστης ὀψώνιον ἐξέθηκεν ὁ βασιλεὺς αὐτῷ μὲν δεκαμναιαῖον· τοῖς δὲ ἐπί τινος ἡγεμονίας μετ' ταῦτα τεταγμένοις μναιαῖον. ἀλλ' ὅμως οὐκ ἤρκειτο τούτοις, ὃς τὸ πρότερον προσκαρτερῶν τῷ πλείονι διετέλεσε. μέχρι διὰ τὴν ἀπληστίαν καὶ παρ' αὐτοῖς τοῖς διδοῦσι φθονηθεὶς, τὸ πνεῦμα προσέθηκε τῷ χρυσίῳ.

Ὅτι Ἡρακλείδης, *&c. quæ leguntur in lib. 13. pag. 673.*

Ὅτι Δαμοκλῆς, ὁ μετὰ Πυθίωνος πεμφθεὶς κατάσκοπος πρὸς Ῥωμαίους, ὑπηρετικὸν ἦν σκεῦος εὐφυὲς καὶ πολλὰς ἔχον ἀφορμὰς εἰς πραγματικὴν οἰκονομίαν.

Ὅτι τῶν Λακεδαιμονίων τύραννος Νάβις ἔτος ἤδη τρίτον ὑπῆρχεν. ὃς ὁλοσχερὲς μὲν οὐδὲν ἐπεβάλλετο, *&c. quæ leguntur in lib. 13. uſque ad* διέφθειρε τῶν ἐξαρνουμένων· καὶ τὰ λοιπὰ δὴ ἦν τούτοις ὅμοια καὶ σύστοιχα κατὰ τὴν ἀρχήν. ἐκοινώνει μὲν γὰρ τοῖς Κρησὶ τῶν κατὰ θάλατταν λῃστειῶν· εἶχε δὲ καθ' ὅλην τὴν Πελοπόννησον ἱεροσύλους, ὁδοιδόκους, φονέας, οἷς μερίτης γινόμενος τῶν ἐκ τῆς ῥᾳδιουργίας λυσιτελῶν, ὁρμητήριον καὶ καταφυγὴν παρείχετο τούτοις τὴν Σπάρτην. πλὴν κατά γε τοὺς καιροὺς τούτους ξένοι τῶν ἀπὸ τῆς Βοιωτίας εἰς τὴν Λακεδαίμονα παρεπιδημήσαντες ἐψυχαγώγησάν τινα τῶν τοῦ Νάβιδος ἱπποκόμων. ὥστε συναποχωρῆσαι μεθ' ἑαυτῶν, ἔχοντα λευκὸν ἵππον, ὃς ἐδόκει δυνατώτατος εἶναι τῶν ἐκ τῆς τυραννικῆς ἱπποστάσεως. τούτου δὲ πεισθέντος καὶ πράξαντος τὸ προειρημένον, καταδιώξαντες οἱ παρὰ τοῦ Νάβιδος εἰς τὴν Μεγάλην πόλιν καὶ καταλαβόντες,

τὸν μὲν ἵππον εὐθὺς ἀπῆγον, καὶ τὸν ἱπποκόμον οὐδενὸς ἀντιποιουμένου. μετὰ δὲ ταῦτα καὶ τοῖς ξένοις ἐπέβαλλον τὰς χεῖρας. οἱ δὲ Βοιωτοὶ τὸ μὲν πρῶτον ἠξίουν ἄγειν αὐτοὺς ἐπὶ τὴν ἀρχήν. οὐδενὸς δὲ προσέχοντος ἀνεβόα τις τῶν ξένων, βοήθεια. συνδραμόντων δὲ τῶν ἐγχωρίων καὶ μαρτυρομένων τοὺς ἄνδρας ἐπανάγειν ἐπὶ τὴν ἀρχήν, ἠναγκάσθησαν προϊέμενοι τοὺς ἀνθρώπους οἱ
leg. πάλαι. παρὰ τοῦ Νάβιδος ἀπελθεῖν. ὁ δὲ *πάλιν ζητῶν ἀφορμὰς ἐγκλημάτων καὶ πρόφασιν εὔλογον διαφορᾶς, τότε λαβόμενος ταύτης, εὐθέως ἤλαυνε τὰ Πρασαγόρου θρέμματα καὶ τινων ἑτέρων. ἐξ ὧν ἐγένετο ἀρχὴ τοῦ πολέμου.

Ὅσῳ δέ τινες ἐπαποροῦντες, πῶς ὑμεῖς τὰς ἄλλας πράξεις ἁπάσας κατ' ἐνιαυτὸν γράφοντες τὰς παραλλήλους, περὶ μόνων
leg. πόσων. τῶν κατ' Αἴγυπτον ἐν καιρῷ* τῷ σὺν ἐκ πλείονος χρόνου πεποιήμεθα τὴν ἐξήγησιν: ἡμεῖς δὲ τοῦτο πεποιήκαμεν διά τινας τοιαύτας αἰτίας. Πτολεμαῖος ὁ βασιλεύς, περὶ οὗ νῦν ὁ λόγος, ὁ Φιλοπάτωρ μετὰ τὸ συντελεσθῆναι τὸν περὶ κοίλην Συρίαν πόλεμον, ἀποστὰς πάντων τῶν καλῶν, ἐτράπη πρὸς βίον ἄσωτον καὶ τοιοῦτον, οἷον ἀρτίως διεληλύθαμεν. ΖΗΤΕΙ. ΕΝΕΛΕΙΠΕ ΓΑΡ ΦΥΛΛΑ μη'. ΕΝ ΟΙΣ ΓΕΡΙ ΤΟΥ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΕΝΕΦΕΡΕΤΟ ΚΑΙ ΑΡΣΙΝΟΗΣ. ὀψὲ δέ ποτε βιασθεὶς ὑπὸ τῶν πραγμάτων ἐνέπεσεν εἰς τὸν νῦν δεδηλωμένον πόλεμον. ὃς χωρὶς τῆς εἰς ἀλλήλους ὠμότητος καὶ παρανομίας, οὔτε παράταξιν, οὔτε ναυμαχίαν, οὔτε πολιορκίαν, οὔθ' ἕτερον οὐδὲν εἶχε μνήμης ἄξιον. διόπερ ὑπέδραμον οὕτω κἀμοὶ τῷ γράφοντι ῥᾳδίαν ἔσεσθαι καὶ τοῖς ἀναγινώσκουσιν εὐμαθεστέραν τὴν διήγησιν, εἰ μὴ κατ' ἐνιαυτὸν ἐπιψαύων μικρῶν καὶ οὐκ ἀξίων ἐπιστάσεως πραγμάτων ἀποδιδοίην τὸν λόγον· ἀλλ' εἰσάπαξ οἱονεὶ σωματοειδῆ ποιήσας τὴν τοῦ βασιλέως προαίρεσιν ἀπαγγείλαιμι περὶ αὐτῆς.

Equiſonem cum equo abduxêre nemine refragante: mox peregrinis etiam manus injecêre. At Bœoti initio quidem poſtulabant vt ad vrbis Magiſtratum ducerentur. Sed cùm nemo commoueretur, quidam ex illis ciuium fidem implorare contenta voce cœpit. Concurſu repente incolarum facto, cùm ad Magiſtratum ducendos eſſe omnibus placeret, miſſi à Nabide ſatellites dimiſſis peregrinis abſcedere ſunt coacti. At Nabis qui criminandi cauſas, ac ſpecioſum belli prætextum iampridem quærebat, hunc tum nactus, continuò Proagoræ aliorúmque armenta hoſtiliter abegit. quod principium belli fuit.

Ex libro XIV.

Ne quis autem fortè miretur, cur cùm ſingulis annis res omnes geſtas coniunctim ſcribere ſoleamus, in ſolis Ægypti rebus commemorandis tanto à tempore repetitam narrationem inſtituimus; velim is ſciat huiuſmodi rationibus nos maximè eò adductos eſſe. Ptolemæus Rex, de quo hîc ſermo eſt, cognomento Philopater, confecto in Cœleſyria bello, à ſtudio rerum honeſtarum ad luxurioſum ac perditum viuendi genus ſe contulit, vt proximè à nobis oſtenſum eſt. [Reliqva qværenda. deerant enim XLVIII. folia, in quibus de Ptolemæo & Arſinoe continebatur.] Sero tandem rerum neceſſitate compulſus in id bellum incidit, de quo nunc agimus. quo quidem in bello præter mutuam crudelitatem atque inhumanitatem, nullum pedeſtre, nullum nauale prælium, nulla obſidio; nihil denique quidquam memoria dignum extitit. Quamobrem cùm ſcribenti mihi, tum legentibus faciliorem & planiorem fore narrationem exiſtimaui, ſi non per ſingulos annos minima quæque nec obſeruatu digna carpens atque delibans verba facerem, ſed ſimul ac ſemel quaſi vno corpore complexus, huius Regis ſtudia ac mores aperirem.

Ex Libro XV.

Molpagoras quidam fuit apud Cianos vir cùm ad dicendum, tum ad agendum promptus, ſed ingenio ambitioſus. Is populi beneuolentiam captans, & locupletiſſimos homines damnandos populo obiiciens, nonnullis etiam neci datis, aut in exilium pulſis, bona eorum publicans, atque inter multitudinem diuidens, breui regiam poteſtatem ſibi comparauit.

At Philippus vrbis Cianorum potitus, *&c. quæ extant in libro 15. pag. 709.*

Philippus per reditum alios ſubinde atque alios contra fœderis leges violans, circiter meridiem Thaſum appulit, eámque, licet amicam ac ſociam, in ſeruitutem redegit.

Hic Soſibius ſubditicius Ptolemæi tutor, callidus ac recoctus & maleficus in aula miniſter videtur fuiſſe. ac primo quidem omnium Lyſimacho Ptolemæi filio, & Arſinoes Lyſimachi filiæ necem comparaſſe. Deinde Magæ filio Ptolemæi ac Berenicæ Magæ filiæ. Poſteáque Berenicæ Ptolemæi Philopatoris matri. Itémque Cleomeni Spartano, ac poſtremò Arſinoæ Berenices filiæ.

Agathocles falſus Ptolemæi tutor, poſtquam celeberrimum quemque è medio remouit, ac multitudinis furorem reſtitutione ſtipendiorum compreſſiſſe ſibi viſus eſt, è veſtigio ad priſtinos mores rediit, ac dignitates omnes Palatij tum vacuas, amicis ſuis conceſſit, producto ex vltimis ac ſeruilibus miniſteriis viliſſimo quoque atque impudentiſſimo. Ipſe dies noctéſque in vino atque iis quæ vinum conſequi ſolent, libidinibus agebat; nec nuptis,

Ori

Ὅτι Μολπαγόρας τις ἦν παρὰ τοῖς Κίοις ἀνὴρ καὶ λέγειν καὶ πράττειν ἱκανός, κατὰ δὲ τὴν αἵρεσιν πλεονέκτης. ὃς πρὸς χάριν ὁμιλῶν τῷ πλήθει, καὶ τοὺς εὐκαιροῦντας τοῖς βίοις ὑποβάλλων τοῖς ὄχλοις· καί τινας μὲν εἰς τέλος ἀναιρῶν, τινὰς δὲ φυγαδεύων, καὶ τὰς οὐσίας τὰς τούτων δημεύων, καὶ διαδιδοὺς τοῖς πολλοῖς, ταχέως τῷ τοιούτῳ τρόπῳ περιεποιήσατο μοναρχικὴν ἐξουσίαν.

Ὅτι ὁ Φίλιππος κύριος γενόμενος τῆς τῶν Κιανῶν πόλεως περιχαρὴς ἦν, ὡς καλήν τινα καὶ σεμνὴν πρᾶξιν * ἐπιτελεσάμενος, *&c. quæ edita ſunt in lib.* xv. *pag.* 709.

mſ. ἀποτελεσμένος in editionibus τελεσμ.

Ὅτι Φίλιππος κατὰ τὸν ἀνάπλουν ἕτερον ἐφ' ἑτέρῳ παρασπόνδημα μεταχειριζόμενος προσέσχε περὶ μέσον ἡμέρας πρὸς τὴν τῶν Θασίων πόλιν, καὶ ταύτην φιλίαν οὖσαν ἐξηνδραπόδισεν.

Ὅτι Σωσίβιος ὁ ψευδεπίτροπος Πτολεμαίου ἐδόκει γεγονέναι σκεῦος ἀγχίνουν καὶ πολυχρόνιον. ἔτι δὲ κακοποιὸν ἐν βασιλείᾳ, καὶ πρώτῳ μὲν ἀρτῦσαι φόνον Λυσιμάχῳ, ὃς ἦν υἱὸς Ἀρσινόης τῆς Λυσιμάχου, καὶ Πτολεμαίου. δευτέρῳ δὲ Μάγα τῷ Πτολεμαίου καὶ Βερενίκης τῆς Μάγα. τρίτη δὲ Βερενίκῃ τῇ Πτολεμαίου μητρὶ τοῦ Φιλοπάτορος, τετάρτῳ Κλεομένει τῷ Σπαρτιάτῃ· πέμπτῃ θυγατρὶ Βερενίκης Ἀρσινόῃ.

Vide Polybium p. 720.

mſ. μάγα καὶ Πτολ. τῆς Βερονίκης.

Ὅτι Ἀγαθοκλῆς ὁ ψευδεπίτροπος Πτολεμαίου ἐπεὶ τοὺς ἐπιφανεστάτους τῶν ἀνδρῶν ἐκποδὼν ἐποίησε, καὶ τὸ πολὺ τῆς τοῦ πλήθους ὀργῆς παρακατέσχε τῇ τῶν ὀψωνίων ἀποδόσει· παραπόδας εἰς τὴν ἐξ ἀρχῆς συνήθειαν ἐπανῆλθε. καὶ τὰς μὲν τῶν φίλων χώρας ἀνεπλήρωσε, παρεισαγαγὼν ἐκ τῆς διακονίας καὶ τῆς ἄλλης ὑπηρεσίας τοὺς εἰκαιοτάτους καὶ θρασυτάτους. αὐτὸς δὲ τὸ πολὺ τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτὸς ἐν μέθῃ διέτριβε, καὶ ταῖς τῇ μέθῃ παρεπομέναις ἀκρασίαις, οὐ φειδόμενος οὔτ' ἀκμαζούσης γυναικὸς, οὔτε

νύμφης, οὔτε παρθένου, καὶ πάντα ταῦτα ἔπραττε μετὰ τῆς ἐπαχθεστάτης φαντασίας· ὅθεν πολλῆς μὲν καὶ παντοδαπῆς γινομένης δυσαρεστήσεως, οὐδεμιᾶς δὲ θεραπείας οὐδὲ βοηθείας προσαγομένης· τὸ δ᾽ ἐναντίον ἀεὶ προσεπαγομένης ὕβρεως, ὑπερηφανίας, ῥαθυμίας, ἀνεθυμιᾶτο πάλιν ἐν τοῖς πολλοῖς τὸ προϋπάρχον μῖσος, καὶ πάντες ἀνενεοῦντο τὰ προγεγενημένα περὶ τὴν βασιλείαν ἀτυχήματα διὰ τοὺς ἀνθρώπους τούτους. τῷ δὲ μηδὲν ἔχειν πρόσωπον ἀξιόχρεον τὸ προστησόμενον, καὶ δι᾽ οὗ τὴν ὀργὴν εἰς τὸν Ἀγαθοκλέα καὶ τὴν Ἀγαθόκλειαν ἀποσείσονται, τὴν ἡσυχίαν ἦγον. ἔτι μίαν ἐλπίδα καραδοκοῦντες τὴν κατὰ τὸν Τληπόλεμον, καὶ ταύτῃ προσμένοντες.

Suidas in Σωσίβιος.

Ὅτι Ἀντίοχος ὁ βασιλεὺς ἐδόκει κατὰ μὲν τὰς ἀρχὰς γεγονέναι μεγαλεπίβολος καὶ τολμηρὸς, καὶ τοῦ προτεθέντος ἐξεργαστικός. προβαίνων δὲ κατὰ τὴν ἡλικίαν ἐφάνη πολὺ καταδεέστερος αὑτοῦ καὶ τῆς τῶν ἐκτὸς προσδοκίας.

Ὅτι Φίλιππος ὁ βασιλεὺς παραγενόμενος εἰς τὸ Πέργαμον, καὶ νομίζων οἷον αὐτόχειρ Ἀττάλου γενέσθαι, πᾶσαν αἰτίαν ἐναπεδείκνυτο. χαριζόμενος γὰρ οἱονεὶ λυσσῶντι τῷ θυμῷ, τὸ πλεῖον τῆς ὀργῆς οὐκ εἰς τοὺς ἀνθρώπους, ἀλλ᾽ εἰς τοὺς θεοὺς διετίθετο· κατὰ μὲν γὰρ τοὺς ἀκροβολισμοὺς εὐχερῶς αὐτὸν ἀπέρυκεν διὰ τὰς τῶν τόπων ὀχυρότητας, οἱ τὸ Πέργαμον παραφυλάττοντες· ἀπὸ δὲ τῆς χώρας οὐδὲν ὠφελεῖτο, τῷ προνενοῆσθαι τὸν Ἄτταλον ὑπὲρ τούτων ἐπιμελῶς. λοιπὸν, εἰς τὰ τῶν θεῶν ἕδη καὶ τεμένη διετίθετο τὴν ὀργὴν, ὑβρίζων οὐκ Ἄτταλον, ὥς γέ μοι δοκεῖ, πολὺ δὲ μᾶλλον ἑαυτόν. οὐ γὰρ μόνον ἐνεπίμπρα καὶ κατασκάπτων ἔρριπτε τοὺς ναοὺς καὶ τοὺς βωμοὺς, ἀλλὰ καὶ τοὺς λίθους ἔθραυε πρὸς τὸ μηδὲ πάλιν ἀνασταθῆναι μηδὲν τῶν κατεφθαρμένων. ἐπεὶ δὲ τὸ Νικηφόριον ἐλυμήνατο, τὸ μὲν ἄλσος ἐκτεμὼν, τὸν δὲ περίβολον διαρρίψας, τούς τε ναοὺς

nec ſponſis, nec virginum pudori parcens, atque hæc cuncta cum intolerabili ſuperbia factitabat. Quare cùm præſentem rerum ſtatum vniuerſi ægrè ferrent, nullum autem ſolatium ac remedium adhiberetur; contrà, potius inſolentia, ſuperbia, ac deſidia quotidie inualeſceret, rurſus priſtinum vulgi odium exarſit, cunctique clades & calamitates regni ab his hominibus profectas memoria repetebant. Sed cùm idoneus vir deeſſet, cuius ductu atque opera iram ſuam in Agathoclem & Agathocliam effunderent, interim quieſcebant, vnicam ſpem adhuc in Tlepolemo habentes, qua ſe tantiſper ſuſtentabant.

Rex Antiochus initio quidem maximarum rerum capax eſſe viſus eſt, & ad perficiendum id quod ſemel ſuſcepiſſet, ſingulari audacia præditus: ſed in ipſo progreſſu ætatis longè cum ſeipſo, tum externorum hominum expectatione inferior apparuit.

Ex Libro XVI.

Philippus cùm Pergamum vſque veniſſet, tantumnon in manus ſuas Attalum veniſſe ratus, nullum crudelitatis ſpecimen omiſit. animo enim rabie quadam percito obſecutus, iram ſuam in Deos magis quàm in homines effudit. atque in velitationibus quidem, facilè à militibus qui Pergamum cuſtodiebant, ob locorum munitiones repellebatur. ex agris autem nullam prædam faciebat, quippe cùm Attalus diligenter huiuſmodi omnib. prouidiſſet. Quod erat reliquum: in Deorum ſimulacra ac templa ſæuiebat, non Attalo, vt mihi quidem videtur, ſed ſibi ipſi iniuriam faciens. Neque enim ſolùm inflammabat templa, aras diſturbabat, ſed etiam lapides ipſos confringebat, ne diſſipatæ ædes poſthac reſtitui poſſent. Ac poſtquam Nicephorium vaſtauit, luco penitùs exciſo, euerſóque ſepto,

multáque ibidem ac precioſiſſima fana ſolo æquauit; principio quidem verſus Thyatira eſt profectus, mox inde reflexo itinere Campum petiit, qui Thebes appellatur, ratus ſe per eas regiones maxima præda potiturum eſſe. Qua ſpe iterum fruſtratus, delatúſque ad Hieran Comen, Legatos ad Zeuxim miſit, poſtulans vt commeatum ſubminiſtrare, ac reliqua ſibi pręſtare ex præſcripto fœderis vellet. At Zeuxis parere quidem fœderi velle ſe imprimis ſimulabat, ſed reipſa nolebat Philippum opibus ac potentia augere.

Cæterùm, quod ab initio fuerit inſtitutum Nabidis Lacedæmoniorum tyranni, ac quomodo expulſis ciuibus ſeruos ad libertatem vocauit, ac dominorum vxoribus & filiabus matrimonii iure coniunxit, ſatis ſuperque ſuperioribus libris oſtendimus; ac præterea quomodo potentiam ſuam tanquam aſylum quoddam cunctis ob impietatem ac malitiam patriâ profugis oſtentans, perditorum hominum colluuiem Spartam congregauit. Nunc verò quemadmodum iis temporibus quæ ſuperiùs notaui, ſocius cùm eſſet Ætolorum, Elidenſium ac Meſſeniorum, iiſque omnibus vbi opus eſſet, opem ferre teneretur cùm ex iuramento ſolenniter præſtito, tum ex fœdere; nihilominus calcata omni fide Meſſeniorum vrbem violare eſt aggreſſus, deinceps referam.

Sed quoniam nonnulli ex iis qui particulares hiſtorias condiderunt, de his quoque temporibus ſcripſêre, quibus ea quæ proximè, Meſſeniis ac cæteris ſociis contigerunt, fert animus pauca de iis diſſerere. Dicam autem, non de omnibus, ſed de iis duntaxat qui memoratu maximè digni atque illuſtres extiterunt. Hi ſunt Zeno atque Antiſthenes Rhodij, quos multis ex cauſis nobiliſſimos eſſe exiſtimaui.

ἐκ θεμελίων ἀνέσκαψε πολλοὺς καὶ πολυτελεῖς ὑπάρχοντας, ὥρμησε τὰς μὲν ἀρχὰς ἐπὶ Θυατείρων, ἐκεῖθεν δὲ ποιησάμενος τὴν ἀναζυγὴν εἰς τὸ Θήβης πεδίον εἰσέβαλε, νομίζων εὐπορήσειν λείας μάλιστα περὶ τούτους τοὺς τόπους. ἀποπεσὼν δὲ καὶ ταύτης τῆς ἐλπίδος, καὶ παραγενόμενος * εἰς Ἱερὰν κώμην, διεπέμπετο πρὸς Ζεῦξιν, παρακαλῶν αὐτὸν σῖτον χορηγῆσαι, καὶ τὰ λοιπὰ συμπράττειν κατὰ τὰς συνθήκας. [ὁ δὲ Ζεῦξις ὑπεκρίνετο μὲν ποιεῖν τὰ κατὰ τὰς συνθήκας, οὐκ ἐβούλετο δὲ ἀληθινῶς σωματοποιεῖν τὸν Φίλιππον.] *hæc poſtrema addidi ex Suida in* σωματοποιεῖν.

Ὅτι κατὰ τὴν Πελοπόννησον, τίνα μὲν ἐξ ἀρχῆς προαίρεσιν ἐνεστήσατο Νάβις ὁ τῶν Λακεδαιμονίων τύραννος, καὶ πῶς ἐκβαλὼν τοὺς πολίτας ἠλευθέρωσε τοὺς δούλους, καὶ συνῴκισε ταῖς τῶν δεσποτῶν γυναιξὶ καὶ θυγατράσιν· ὁμοίως δὲ καὶ τίνα τρόπον ἀναδείξας τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν οἷον ἄσυλον ἱερὸν τοῖς ἢ δι' ἀσέβειαν ἢ πονηρίαν φεύγουσι τὰς ἑαυτῶν πατρίδας, ἤθροισε πλῆθος ἀνθρώπων ἀνοσίων εἰς τὴν Σπάρτην, ἐν τοῖς πρὸ τούτων δεδηλώκαμεν. πῶς δὲ καὶ τίνα τρόπον κατὰ τοὺς προειρημένους καιροὺς, σύμμαχος ὑπάρχων Αἰτωλοῖς, Ἠλείοις, Μεσσηνίοις, καὶ πᾶσι τούτοις ὀφείλων καὶ κατὰ τοὺς ὅρκους, καὶ κατὰ τὰς συνθήκας βοηθεῖν, εἴ τις ἐπ' αὐτοὺς ἴοι, παρ' οὐδὲν ποιησάμενος τὰς προειρημένας πίστεις, ἐπεβάλετο παρασπονδῆσαι τὴν τῶν Μεσσηνίων πόλιν, νῦν ἐροῦμεν.

Ὅτι φησὶ Πολύβιος, ἐπεὶ δέ τινες τῶν τὰς κατὰ μέρος γραφόντων πράξεις γεγράφασι καὶ περὶ τούτων τῶν καιρῶν, ἐν οἷς τά τε κατὰ Μεσσηνίους, καὶ τὰ κατὰ τὰς προειρημένας συμμαχίας συνετελέσθη, βούλομαι βραχέα περὶ αὐτῶν διαλεχθῆναι. ποιήσομαι δὲ οὐ πρὸς ἅπαντας, ἀλλ' ὅσους ὑπολαμβάνω μνήμης ἀξίους εἶναι καὶ διαστολῆς. Εἰσὶ δ' οὗτοι Ζήνων καὶ Ἀντισθένης οἱ Ῥόδιοι· τούτους δὲ ἀξίους εἶναι κρίνω διὰ πλείους αἰτίας.

f. πρὸς ἐπ. καὶ γὰρ κατὰ τοὺς καιροὺς γεγόνασι, καὶ * περὶ περὶ πεπολίτευνται; καὶ καθόλου πεποίηνται τὴν πραγματείαν, οὐκ ὠφελείας χάριν, ἀλλὰ δόξης καὶ τοῦ καθήκοντος ἀνδράσι πολιτικοῖς. παρὰ δὲ τὰς αὐτὰς γράφειν ἡμῖν πράξεις, ἀναγκαῖόν ἐστι μὴ παρασιωπᾶν, ἵνα μὴ παρὰ τῆς πατρίδος ὀνόματι καὶ παρὰ τὸ δοκεῖν οἰκειοτάτας εἶναι Ῥοδίοις τὰς κατὰ θάλατταν πράξεις, ἡμῶν ἀντιδοξούντων πρὸς αὐτοὺς, ἔνιοι μᾶλλον ἐπακολουθήσωσιν ἐκείνοις ἤπερ ἡμῖν οἱ φιλομαθοῦντες. οὗτοι τοίνυν ἀμφότεροι, πρῶτον μὲν τὴν περὶ Λάδην ναυμαχίαν οὐχ ἥττω τῆς περὶ Χίον, ἀλλ' ἐνεργεστέραν καὶ παραβολωτέραν ἀποφαίνουσι. καὶ τῇ κατὰ μέρος τοῦ κινδύνου χρείᾳ καὶ συντελείᾳ, καὶ καθόλου φασὶ τὸ νίκημα γεγονέναι κατὰ τοὺς Ῥοδίους. ἐγὼ δὲ διότι μὲν δεῖ ῥοπὰς διδόναι ταῖς αὑτῶν πατρίσι τοὺς συγγραφέας συγχωρήσαιμ' ἄν, οὐ μὴν τὰς ἐναντίας τοῖς συμβεβηκόσιν ἀποφάσεις ποιεῖσθαι περὶ αὐτῶν. ἱκανὰ γὰρ τὰ κατ' ἄγνοιαν γινόμενα τοῖς γράφουσιν, ἃ διαφυγεῖν ἄνθρωπον δυσχερές. ἐὰν δὲ κατὰ προαίρεσιν ψευδογραφῶμεν, ἢ πατρίδος ἕνεκεν, ἢ φίλων, ἢ χάριτος, τί διοίσομεν τῶν ἀπὸ τούτου τὸν βίον πορίζομένων; ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνοι τῷ λυσιτελεῖ μετροῦντες, ἀδοκίμους ποιοῦσι τὰς αὐτῶν συντάξεις· οὕτως οἱ πολιτικοὶ τῷ μισεῖν ἢ τῷ φιλεῖν ἑλκόμενοι, πολλάκις εἰς αὐτὸ τέλος ἐμπίπτουσι τοῖς προειρημένοις. διὸ δεῖ καὶ τοῦτο τὸ μέρος ἐπιμελῶς τοὺς μὲν ἀναγινώσκοντας παρατηρεῖν, τοὺς δὲ γράφοντας αὐτοὺς παραφυλάττεσθαι. δῆλον δ' ἐστὶ τὸ λεγόμενον ἐκ τῶν ἐνεστώτων. ὁμολογοῦντες γὰρ οἱ προειρημένοι διὰ τῶν κατὰ μέρος, ἐν τῇ περὶ Λάδην ναυμαχίᾳ δύω μὲν αὐτάνδρους πεντήρεις τῶν Ῥοδίων ὑποχειρίους γενέσθαι τοῖς πολεμίοις· ἐκ δὲ τοῦ κινδύνου μιᾶς νηὸς ἐπαραμένης τὸν δόλωνα διὰ τὸ τετρωμένην αὐτὴν θαλαττοῦσθαι, πολλοὺς καὶ τῶν ἐγγὺς τὸ παραπλήσιον ποιοῦντας ἀποχωρεῖν πρὸς τὸ πέλαγος, τέλος δὲ μετ' ὀλίγων καταλειφθέντα τὸν ναύαρχον ἀναγκασθῆναι ταὐτὸ τοῖς προειρημένοις πράττειν.

Nam & illis temporibus vixerunt, & Rempublicam adminiſtrarunt, atque poſtremò non vtilitatis propriæ cauſi, ſed gloriæ ſtudio, provt viros decet in Repub. verſatos, ad ſcribendum ſe contulerunt. Sed quoniam eaſdem res ac nos ipſi hiſtoriæ mandarunt, pauca admonere neceſſe habeo: ne hiſtoriæ ſtudioſi, patriæ celebritate, eáque opinione inducti, quod rei naualis gloria Rhodiorum propria eſſe videtur, ſi quando ab illis ſcriptoribus diſſentiamus, illorum ſententiæ libentius quàm noſtræ accedant. Igitur ambo illi primum quidem aiunt prælium illud nauale ad Laden non inferius fuiſſe alterâ ad Chium pugnâ, ſed longè acrius ac formidoloſius. Et cùm particulatim in ſingulis pugnæ momentis, atque in rei diſcrimine tum in ſumma victoriam penes Rhodios ſtetiſſe affirmant. Ego verò ſcriptores rerum geſtarum paululum in patriæ ſuæ gratiam inclinare debere equidem non diffiteor: ita tamen vt ne aduerſus rei veritatem ei faueant. Etenim ſuperſunt alia peccata plurima, in quæ ex veri ignoratione ſcriptores incurrunt; quæ quidem cùm homines nati ſimus, vitare difficile eſt. Quod ſi de induſtria falſum ſcientes ſcribamus, aut in patriæ, aut in amicorum gratiam, quid intereſt inter nos atque eos qui eiuſmodi facto victum ſibi comparant? Nam quemadmodum veritatem illi vtilitate ſua metiendo, ſcriptis ſuis authoritatem detrahunt; ſic viri in Repub. exercitati, ſæpenumero odio aut amore attracti, in idem atque illi vitium incidere ſolent. Proinde lectores ab hac parte diligenter ſibi cauere oportet, ac ſcriptores quoq. ipſos. Atque hoc ex iis quæ in manibus nunc habemus, perſpicuum eſt. Nam cùm auctores illi ſuperiùs nominati ſigillatim fateantur, in pugna nauali ad Laden, duas Rhodiorũ quinqueremes cũ ipſis hominib. ab hoſte eſſe captas, & in ipſo diſcrimine cùm nauis vna vulnerata, iamjámq. ſubmergẽda dolonẽ ſuſtuliſſet, multos ex proximis nauib. exẽplum ſecutos, in altũ refugiſſe, tandẽq. Præfectũ claſſis cum paucis relictum idem inuitũ feciſſe:

ac tum quidem in Myndiam tempeſtate ejectos, poſtridie ad inſulam Co delatos aufugiſſe. Hoſtes verò & quinqueremes captas ad naues ſuas religaſſe, & ſubductis nauibus ad inſulam Ladem in ipſis Rhodiorum caſtris ſtationem feciſſe. Præterea Mileſios rei euentu obſtupefactos, non Philippo ſolùm, ſed etiam Heraclidi vrbem ingreſſis coronas obtuliſſe. Hæc cùm illi fateantur quæ victos manifeſtò arguunt, nihilominus cùm in ſingulis partibus tum generali ſententia Rhodios victores pronuntiant. idque cùm etiamnum in prytaneo extent litteræ, his de rebus tum maximè à Nauarcho ſcriptæ ad Senatum Magiſtratúſque Rhodiorum: eæque non Antiſthenis ac Zenonis narrationi, ſed noſtræ potius conſentientes. Poſtea iidem auctores ſubjungunt de iniuria contra fœderis leges Meſſeniis illata. Quo loco ſcribit Zeno Nabim Lacedæmone profectum, trajecto Eurota fluuio iuxta riuum qui Hoplites vocatur, via quam Sthenem, ſeu Anguſtam vocant, iter feciſſe ſecundùm Poliaſium, donec ad Sellaſiæ agrum peruenit. Inde Thalamas delatum per oppidum Pharas ad Pamiſum fluuium veniſſe. De quibus equidem quid dicam non habeo. Prorſus enim idem eſt ac ſi diceres Corintho profectum quempiam, trajecto Iſthmo poſtquam Scironidas ad petras acceſſit, rectà Contoporiam veniſſe, ac ſecundùm Mycenas iter Argos feciſſe. Hæc enim haudquaquam leui differentia, ſed planè contrario ſitu ſibi inuicem ſunt oppoſita. quippe Iſthmus & Scironides petræ ad ortum ſunt Corintho. Contoporia autem ac Mycenæ proximè ad occaſum Hibernum. Proinde fieri nullo modo poteſt, vt qui iter illud teneat ad loca ſuperiùs memorata, vnquam accedat. Idem quoque contingit in illa Nabidis profectione. Namque Eurotas & ager Sellaſiorum ad Orientem æſtiuum Spartæ ſiti ſunt,

καὶ τότε μὲν εἰς τὴν Μυνδίαν *ἀπουρώσαντας καθορμισθῆναι· Suidas in ἀπουρωσ.
τῇ δ' ἐπαύριον ἀναχθέντας εἰς Κῶ, διᾶραι τοὺς πολεμίους· τὰς δὲ πεντήρεις ἀνάψασθαι, καὶ καθορμισθέντας ἐπὶ τὴν Λάδην, ἐπὶ τῇ κείνων στρατοπεδείᾳ ποιήσασθαι τὴν ἔπαυλιν. ἔτι δὲ τοὺς Μιλησίους καταπλαγέντας τὸ γεγονός, οὐ μόνον τὸν Φίλιππον ἀλλὰ καὶ τὸν Ἡρακλείδην στεφανῶσαι διὰ τὴν ἔφοδον. ταῦτα δ' εἰρηκότες ἃ προφανῶς ἐστιν ἴδια τῶν ἡττημένων, ὅμως καὶ διὰ τῶν κατὰ μέρος καὶ διὰ τῆς καθολικῆς ἀποφάσεως νικῶντας ἀποφαίνουσι τοὺς Ῥοδίους. καὶ ταῦτα τῆς ἐπιστολῆς ἔτι μενούσης ἐν τῷ πρυτανείῳ, τῆς ὑπ' αὐτοὺς τοὺς καιροὺς ὑπὸ τοῦ ναυάρχου πεμφθείσης περὶ τούτων τῇ τε βουλῇ καὶ τοῖς πρυτάνεσιν, οὐ ταῖς Ἀντισθένους καὶ Ζήνωνος ἀποφάσεσιν, ἀλλὰ ταῖς ἡμετέραις. ἑξῆς δὲ τοῖς προειρημένοις γράφουσι περὶ τοῦ κατὰ Μεσσηνίους παρασπονδήματος· ἐν ᾧ φησὶν ὁ Ζήνων ὁρμήσαντα τὸν Νάβιν ἐκ τῆς Λακεδαίμονος, καὶ διαβάντα τὸν Εὐρώταν ποταμὸν παρὰ τὸν ὁπλίτην προσαγορευόμενον πορεύεσθαι διὰ τῆς ὁδοῦ τῆς στενῆς παρὰ τὸ Πολιάσιον, ἕως ἐπὶ τοὺς κατὰ ἔλλας ἀφίκετο τόπους. ἐντεῦθεν δὲ ἐπὶ Θαλάμας ἐπιβαλόντα κατὰ Φαρὰς παραγενέσθαι πρὸς τὸν Πάμισον ποταμόν. ὑπὲρ ὧν οὐκ οἶδα πῶς χρὴ λέγειν. τοιαύτην γὰρ φύσιν ἔχει τὰ προειρημένα πάντα συλλήβδην, ὥστε μηδὲν διαφέρειν τοῦ λέγειν, ὅτι ποιησάμενός τις ἐκ Κορίνθου τὴν ὁρμὴν καὶ διαπορευθεὶς τὸν Ἰσθμόν, καὶ συνάψας ταῖς Κυρυνίσιν, εὐθέως ἐπὶ τὴν Κοντοπορείαν ἐπεβάλετο καὶ περὶ τὰς Μυκήνας ἐποιεῖτο τὴν πορείαν εἰς Ἄργος. ταῦτα γὰρ οὐχ οἷον παρὰ μικρόν ἐστιν, ἀλλὰ τὴν ἐναντίαν διάθεσιν ἔχει πρὸς ἄλληλα, καὶ τὰ μὲν κατὰ τὸν Ἰσθμόν ἐστι καὶ τὰς Σκιράδας πρὸς ἀνατολὰς τοῦ Κορίνθου. τὰ δὲ κατὰ τὴν Κοντοπορείαν καὶ Μυκήνας, ἔγγιστα πρὸς δύσεις χειμερινάς. ὥστ' εἶναι τελέως ἀδύνατον ἀπὸ τῶν προηγουμένων ἐπιβάλλειν τοῖς προειρημένοις τόποις. τὸ δ' αὐτὸ καὶ περὶ τοὺς κατὰ τὴν Λακεδαίμονα συμβέβηκεν. ὁ μὲν γὰρ Εὐρώτας καὶ τὰ περὶ τὴν Σελασίαν κεῖται τῆς Σπάρτης ὡς πρὸς τὰς

mſ. Σελλ. hic & infra.

θερινὰς ἀνατολάς. τὰ δὲ κατὰ Θαλαμίας, καὶ Φαρὰς, καὶ Πάμισον ὡς πρὸς τὰς χειμερινὰς δύσεις. ὅθεν οὐχ οἷόν τ' ἐπὶ τὴν Σελλασίαν, ἀλλ' οὐδὲ τὸν Εὐρώταν δέον ἐστὶ διαβαίνειν τὸν προτιθέμενον παρὰ Θαλαμίας ποιεῖσθαι τὴν πορείαν εἰς τὴν Μεσσηνίαν. πρὸς δὲ τούτοις φησὶ τὴν ἐπάνοδον ἐκ τῆς Μεσσήνης πεποιῆσθαι τὸν Νάβιν κατὰ τὴν πύλην τὴν φέρουσαν ἐπὶ Τέγεαν. τοῦτο δ' ἔστιν ἄλογον. πρόκειται γὰρ τῆς Τεγέας ἡ μεγάλη πόλις ὡς πρὸς τὴν Μεσσήνην, ὥστ' ἀδύνατον εἶναι καλεῖσθαί τινα πύλην παρὰ τοῖς Μεσσηνίοις ἐπὶ Τέγεαν. ἀλλ' ἔστι παρ' αὐτοῖς πύλη Τεγεᾶτις προσαγορευομένη, καθ' ἣν ἐποίησε τὴν ἐπάνοδον Νάβις· ᾧ πλανηθεὶς, ἔγγιον ὑπέλαβε τὴν Τέγεαν εἶναι μόνον. τὸ δ' ἔστιν οὐ τοιοῦτον, ἀλλ' ἡ Λακωνικὴ καὶ ἡ Μεγαλοπολῖτις χώρα μεταξὺ κεῖται τῆς Μεσσηνίας καὶ Τεγεάτιδος. τὸ δὲ τελευταῖον, φησὶ γὰρ τὸν Ἀλφειὸν ἐκ τῆς πηγῆς εὐθέως κρυφθέντα καὶ πολὺν ἐνεχθέντα τόπον ὑπὸ γῆς, ἐκβάλλειν περὶ Λυκόαν τῆς Ἀρκαδίας. ὁ δὲ ποταμὸς οὐ πολὺν τόπον ἀποσχὼν τῆς πηγῆς καὶ κρυφθεὶς ἐπὶ δέκα στάδια, πάλιν ἐκπίπτει, καὶ τὸ λοιπὸν φερόμενος διὰ τῆς Μεγαλοπολίτιδος, τὰς μὲν ἀρχὰς ἐλαφρὸς, εἶτα λαμβάνων αὔξησιν, καὶ διανύσας ἐπιφανῶς πᾶσαν τὴν προειρημένην χώραν ἐπὶ σ' σταδίους, γίνεται πρὸς Λυκόαν ἤδη προσειληφὼς καὶ τὸ τοῦ Λουσίου ῥεῦμα, καὶ παντελῶς ἄβατος καὶ βαρύς. ΖΗΤΕΙ, ΟΛΙΓΑ ΔΙΕΛΕΙΠΕ. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πάντα μοι δοκεῖ τὰ προειρημένα διαπτώματα μὲν εἶναι, πρόφασιν δὲ ἐπιδέχεσθαι καὶ παραίτησιν. τὰ μὲν γὰρ δι' ἄγνοιαν γέγονε· τὸ δὲ περὶ τὴν ναυμαχίαν διὰ τὴν πρὸς τὴν πατρίδα φιλοστοργίαν. εἴ τις οὖν εἰκότως ἂν Ζήνωνι μέμψαιτο, διότι τὸ πλεῖον οὐ περὶ τὴν τῶν πραγμάτων ζήτησιν, οὐδὲ περὶ τὸν χειρισμὸν τῆς ὑποθέσεως, ἀλλὰ περὶ τὴν τῆς λέξεως κατασκευὴν ἐσπούδακε, καὶ δῆλός ἐστι πολλάκις ἐπὶ τούτῳ σεμνυνόμενος, καθάπερ καὶ πλείους ἕτεροι τῶν ἐπιφανῶν συγγραφέων.

Thalamæ verò & Pharæ ac Pamiſus amnis proximè ad occaſum hibernum. Quo fit non modò vt Sellaſiam peruenire, ſed ne Eurotam quidem traijcere poſſit is qui per Thalamas in Meſſeniam iter inſtituerit. Inſuper ſcribit Nabidem Meſſenâ reuerſum eſſe portâ qua iter eſt Tegeam. quod eſt abſurdum. Namque ex aduerſo Tegeæ, versùs ipſam Meſſenam, ſita eſt Megalopolis, vt nulla penitùs porta apud Meſſenios ita vocari poſſit ad Tegeam. Eſt quidem apud eos porta, quæ Tegeatis appellatur, quâ Nabis domum reuerſus eſt. qua re inductus Zeno, proximam Meſſenæ Tegeam eſſe exiſtimauit, cùm tamen aliter res habeat. Nam Laconicus ac Megalopolitanus ager Meſſeniam inter ac Tegeatidem interiacet. Poſtremò affirmat idem Zeno, Alpheum ab ipſo ſtatim fonte occultatum, poſtquam per longinqua terræ ſpatia ſubterraneus fluxit circa Lycoam Arcadiæ oppidum ſeſe egerere. At hic fluuius non procul à ſuis fontibus infra terram ſubiens, ac per decem ſtadia occultus, rurſus erumpit, ac deinceps per Megalopolitanum agrum fluens, initio quidem modicus, poſtea incremento accepto, celebris vniuerſam illam regionem permeat per ducenta ſtadia, & ſic demùm Lycoam attingit, adſcito iam flumine Luſio confragoſus, nec vado permeabilis. DESVNT NONNVLLA. Enimvero cuncta huiuſmodi mihi quidem peccata eſſe videntur, ſed quæ excuſationem ac veniam admittant. Hæc enim ex ignoratione veri profecta ſunt. Illud verò in deſcriptione pugnæ naualis ex innato erga patriam amore fluxit. Quamquam non immeritò aliquis Zenonem accuſet, quod non in ipſa rerũ inquiſitione neq. in argumenti ſui tractatione, ſed in dictionis elegãtia plurimum ſtudium impendit. atque in eo ſæpiuſculè ſe iactat, quod & plerique alij ſcriptores celeberrimi nominis fecêre.

Ego verò, curam quidem ac ſtudium in eo collocandum eſſe cenſeo, vt res geſtæ eleganter atque ornatè proferantur; neque enim exigua, ſed maxima inde vtilitas hiſtoriæ accedit; ita tamen, vt ne prima ac potiſſima ea pars à viris moderatis habeatur. tantum abeſt: Aliæ enim ſunt præſtantiores hiſtoriæ partes, in quibus vir rerum ciuilium gnarus, iuſtiùs ſeſe oſtentet. Exempli gratia, Hic idem ſcriptor vbi Gazæ obſidionem atque illud prælium narrat, quo Antiochus in Syria Cœle ad oppidum Panium cum Scopa conflixit, in ſermonis ornatu tantum ſtudium poſuiſſe deprehenditur, vt illos etiam qui ex profeſſo ad oſtentationem ac plauſum ſcripta ſua componunt, longo interuallo ſuperarit. In rebus autem ipſis adeò negligens fuit, vt hac leuitate illius atque imperitiâ nulla maior eſſe poſſit. Ordinem enim inſtructæ à Scopa aciei priore loco dicere exorſus, in dextro quidem cornu phalangem cum modica parte equitatus ad pedem montis conſtitiſſe ſcribit; cornu verò eiuſdem ſiniſtrum, atque omnes in eo cornu ordinatos equites planiciem tenuiſſe. Cæterùm Antiochum prima luce partem copiarum Præfecto maiore è filiis Antiocho præmiſiſſe, vt editiora montium loca quæ hoſtibus imminebant, occuparet. Sole demùm illuceſcente, traiecto cum reliquis copiis fluuio, inter vtraque caſtra in planicie aciem inſtruxiſſe, ac phalangem quidem rectâ mediæ hoſtium aciei oppoſuiſſe. Equitatus verò partem ad ſiniſtrum phalangis cornu conſtituiſſe, partem ad læuum, in quo & cataphracti erant equites, quibus Antiochus iunior erat præfectus. Deinde ſubdit, Elephantos ante ipſam phalangem in prima acie certis interuallis ordinatos fuiſſe cũ equitib. Tarentinis, quibus præerat Antipater. Interualla autem belluarum ſa-

ἐγὼ δὲ, φημὶ μὲν δεῖν πρόνοιαν ποιεῖσθαι καὶ σπουδάζειν ὑπὲρ τοῦ δεόντως ἐξαγγέλλειν τὰς πράξεις. δῆλον γὰρ ὡς οὐ μικρὰ, μεγάλα δὲ συμβάλλεται τοῦτο πρὸς τὴν ἱστορίαν· οὐ μὴν ἡγεμονικώτατόν γε καὶ πρῶτον αὐτὸ παρὰ τοῖς μετρίοις ἀνδράσι τίθεσθαι, πολλοῦ γε δεῖν· ἀλλὰ γὰρ ἂν εἴη καλλίω μέρη τῆς ἱστορίας, ἐφ' οἷς ἂν μᾶλλον σεμνυνθείη πολιτικὸς ἀνήρ. ὃ δὲ λέγειν βούλομαι, γένοιτ' ἂν οὕτω μάλιστα καταφανές. ἐξηγούμενος γὰρ ὁ προειρημένος συγγραφεὺς τήν τε Γάζης πολιορκίαν καὶ τὴν γενομένην παράταξιν Ἀντιόχου πρὸς Σκόπαν ἐν κοίλῃ Συρίᾳ περὶ τὸ Πάνιον, περὶ μὲν τὴν τῆς λέξεως κατασκευὴν δῆλός ἐστιν ἐπὶ τοσοῦτον ἐσπουδακὼς, ὡς ὑπερβολὴν τερατείας μὴ καταλιπεῖν, τοῖς τὰς ἐπιδεικτικὰς καὶ πρὸς ἔκπληξιν τῶν πολλῶν συντάξεις ποιουμένοις· τῶν γε μὴν πραγμάτων ἐπὶ τοσοῦτον ὠλιγώρηκεν, ὥστε πάλιν ἀνυπέρβλητον εἶναι τὴν εὐχέρειαν καὶ τὴν ἀπειρίαν τοῦ συγγραφέως. προθέμενος γὰρ πρῶτον τὴν διασάφησιν τὴν τῆς περὶ τὸν Σκόπαν ἐκτάξιν, τῷ μὲν δεξιῷ κέρατί φησὶ τῆς ὑπωρείας ἔχεσθαι τὴν φάλαγγα μετ' ὀλίγων ἱππέων, τὸ δ' εὐώνυμον αὐτῆς καὶ τοὺς ἱππεῖς πάντας τοὺς ἐπὶ τούτου τεταγμένους ἐν τοῖς ἐπιπέδοις κεῖσθαι· τὸν δ' Ἀντίοχον ἐπὶ μὲν τῆς ἑωθινῆς ἐκπέμψαι φησὶ τὸν πρεσβύτερον υἱὸν Ἀντίοχον, ἔχοντα μέρος τι τῆς δυνάμεως, ἵνα προκαταλάβηται τῆς ὀρεινῆς τοὺς ὑπερκειμένους τῶν πολεμίων τόπους. τὴν δὲ λοιπὴν δύναμιν ἅμα τῷ φωτὶ διαβιβάσαντα τὸν ποταμὸν, μεταξὺ τῶν στρατοπέδων ἐν τοῖς ἐπιπέδοις ἐκτάττειν, τιθέντα τοὺς μὲν φαλαγγίτας ἐπὶ μίαν εὐθεῖαν κατὰ μέσην τὴν τῶν πολεμίων τάξιν, τῶν δ' ἱππέων τοὺς μὲν ἐπὶ τὸ λαιὸν κέρας τῆς φάλαγγος, τοὺς δ' ἐπὶ τὸ δεξιὸν, ἐν οἷς εἶναι καὶ τὴν κατάφρακτον ἵππον, ἧς ἡγεῖτο πάσης ὁ νεώτερος Ἀντίοχος τῶν υἱῶν. μετὰ δὲ ταῦτα φησὶ τὰ θηρία προτάξαι τῆς φάλαγγος ἐν διαστήματι, καὶ τοὺς μετ' Ἀντιπάτρου Ταραντίνους· τὰ δὲ μεταξὺ τῶν θη-

ρίων πληρῶσαι τοῖς τοξόταις καὶ σφενδονήταις· αὐτὸν δὲ μετὰ τῆς ἑταιρικῆς ἵππου καὶ τῶν ὑπασπιστῶν κατόπιν ἐπιστῆναι τοῖς θηρίοις. ταῦτα δ' ὑποθέμενος τὸν μὲν νεώτερον Ἀντίοχόν φησιν, ὃν ἐν τοῖς ἐπιπέδοις ἔθηκε κατὰ τὸ λαιὸν τῶν πολεμίων, ἔχοντα τὴν κατάφρακτον ἵππον, τοῦτον ἐκ τῆς ὀφρύης ἐπενεχθέντα τρέψασθαι τοὺς ἱππέας τοὺς περὶ τὸν Πτολεμαῖον τὸν Ἀερόπου καὶ καταδιώκειν, ὃς ἐτύγχανε τοῖς Αἰτωλοῖς ἐπιτεταγμένος ἐν τοῖς ἐπιπέδοις ἐπὶ τῶν εὐωνύμων. τὰς δὲ φάλαγγας ἐπεὶ συνέβαλον ἀλλήλαις, μάχην ποιεῖν ἰσχυράν. ὅτι δὲ συμβαίνειν ἀδύνατον ἦν, τῶν θηρίων καὶ τῶν ἱππέων, καὶ τῶν εὐζώνων προτεταγμένων, τοῦτο οὐκέτι συνορᾷ. μετὰ δὲ ταῦτά φησι καταπονουμένην τὴν φάλαγγα τῇ εὐχερείᾳ, καὶ πιεζομένην ὑπὸ τῶν Αἰτωλῶν ἀναχωρεῖν ἐπὶ πόδα· τὰ θηρία τοὺς ἐγκλίνοντας ἐκδεχόμενα, καὶ συμπίπτοντα τοῖς πολεμίοις μεγάλην παρέχεσθαι χρείαν. πῶς δὲ ταῦτα γέγονεν ὀπίσω τῆς φάλαγγος, οὐ ῥᾴδιον καταμαθεῖν, ἢ πῶς γενόμενα παρεῖχεν χρείαν μεγάλην. ὅτε γὰρ ἅπαξ αἱ φάλαγγες συνέπεσον ἀλλήλαις, οὐκέτι δυνατὸν ἦν κρῖναι τὰ θηρία, τίς ὑποπιπτόντων φίλιος ἢ πολέμιός ἐστι. πρὸς δὲ τούτοις φησὶ τοὺς Αἰτωλῶν ἱππέας δυσχρηστεῖσθαι κατὰ τὸν κίνδυνον διὰ τὴν ἀσυνήθειαν τῆς τῶν θηρίων φαντασίας. ἀλλ' οἱ μὲν ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ ταχθέντες ἐξ ἀρχῆς ἀκέραιοι διέμενον, ὡς αὐτός φησι. τὸ δὲ λοιπὸν πλῆθος τῶν ἱππέων τὸ μερισθὲν ἐπὶ τὸ λαιόν, ὑποφεύγει πᾶν ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Ἀντίοχον ἡττημένον. ποῖον οὖν μέρος τῶν ἱππέων ἦν κατὰ μέσην τὴν φάλαγγα τὸ τοὺς ἐλέφαντας ἐκπληττόμενον; ποῦ δὲ ὁ βασιλεὺς γέγονε; καὶ τίνα παρέσχηται χρείαν ἐν τῇ μάχῃ τὸ κάλλιστον σύστημα περὶ αὐτὸν ἐσχηκὼς καὶ τῶν πεζῶν καὶ τῶν ἱππέων; ἁπλῶς γὰρ οὐδὲν εἴρηται περὶ τούτων. ποῦ δὲ ὁ πρεσβύτερος τῶν υἱῶν Ἀντιόχου, ὁ μετὰ μέρους τινὸς τῆς δυνάμεως προκαταλαβόμενος τοὺς ὑπερδεξίους τόπους; οὗτος μὲν γὰρ οὐδὲ εἰς τὴν στρατοπεδείαν ἀνακεχώρηκεν αὐτῷ μετὰ τὴν μάχην, εἰκότως·

gittariis ac funditoribus Antiochum compleuiſſe. Ipſum cum ala amicorum, quam Hetæricen vocant, & corporis cuſtodibus poſt belluas ſtetiſſe. Atque his ita præmiſſis, mox iuniorem Antiochum, quem in planicie è regione ſiniſtri hoſtium cornu Cataphractis equitibus præfectum poſuerat, eundem ait ſubito ex collibus coortum, equites quibus Ptolemæus Æropi filius præerat, in fugam vertiſſe, ac diu perſecutum eſſe: qui quidem Ptolemæus Ætolos in planicie ad læuam poſitos ducebat; ipſas autem phalanges vbi congreſſæ inuicem ſunt, acre prælium feciſſe. Atqui non animaduertit prorſus fieri non potuiſſe vt in prima acie conſiſtentibus Elephantis & equitibus, leuique armatura phalanges inter ſe congrederentur. Poſtea ſubjicit, Macedonum phalangem loci iniquitate preſſam, vrgentibus cummaximè Ætolis, pede preſſo receſſiſſe: Elephantos verò cùm cedentes reciperent, atque in hoſtem ferrentur, magno adjumento fuiſſe. Porrò qua ratione elephanti à tergo phalangis fuerint, aut ita mutati, quod magnum commodum attulerint, intelligere difficile eſt: Simul enim ac legiones inter ſe conflixére, dijudicare belluæ non poſſunt vter cedentium amicus, vter hoſtis ſit. Præterea equitatum ait Ætolorum inuſitata belluarum ſpecie inter pugnandum territum eſſe. Atqui in dextro locati cornu, incolumes atque integri perſtitére, vt idem refert. Cæteri equites in ſiniſtro cornu diſtributi, ab iuniore Antiocho ſuperati, terga verterunt. quinam igitur ſunt equites illi in media phalange poſiti, qui belluarum adſpectu cohorruerunt? Vbinam Rex ipſe adfuit? quem ſui vſum in pugna præbuit? cùm lectiſſimum & peditum & equitum agmen circa ſe haberet? Neque enim de his quidquam omnino dicit, vbinam gentium eſt maior Antiochus, qui cum parte exercitus præmiſſus ſuperiora loca occupauerat? hic enim ne confecto quidem prælio in caſtra reuerſus dicitur, atq. id meritò.

duos enim Antiochi filios poſuit, cùm tamen vnicus tum ad bellum cum patre ſit profectus. Quomodo item Scopas primus ſimul ac poſtremus ex pugna diſ-ceſſit? Etenim Scopam ſcribit, cùm iuniorem Antiochum à perſequendo reuerſum à tergo legionariis inſtare cerneret, tum penitùs de victoria deſperantem ſe recepiſſe. poſtea verò maximum in diſcrimen adductam rem eſſe incluſa inde ab elephantis, inde ab equitibus phalange, Scopámque poſtremum ceſſiſſe ex diſcrimine. Hæc verò atque eiuſmodi cætera errata magno pudori ſcriptoribus eſſe exiſtimo. Proinde maximè quidem enitendum eſt, vt omnes hiſtoriæ partes ac numeros impleamus; id enim inprimis laudabile eſt. Sin verò id aſſequi non poſſumus, maximè in præcipuis ac ſummè neceſſariis eius partibus elaborandum eſt. Atque hæc vt dicerem eò ſum adductus, quod perinde vt in cæteris artibus ac ſtudiis, ſic etiam in hiſtoria veram germanámque ſpeciem & vtilitatem plerumque negligi videam: illum verò ornatum ad oſtentationem & pompam compoſitum laudari ac probari, tanquam magnum aliquid atque mirabile. cùm tamen id genus vt ferè in pictura & factu ipſo, & approbatione facilius ſit. Cæterùm de illa ſitus Laconicæ ignoratione, eò quod grauis eſſe is error videretur, ad ipſum Zenonem literas ſcribere non dubitaui, hominis ingenui eſſe arbitratus, non ex alienis erratis gloriam captare, quod nonnulli ſolent, ſed cùm noſtris, tum etiam alienis commentariis vtilitatis publícæ gratia, quantum in nobis eſt, curam atque emendationem adhibere. Porrò ipſe acceptâ epiſtolâ, cùm exemplaria emendari non poſſe cerneret, quia iam in vulgus edita eſſent, ægrè quidem admodũ, vt conjicere eſt, id tulit. cæterùm conſilium noſtrum beniuolè probauit. Idem quoque ab his qui nos ſequentur ipſemet poſtulo, ſicubi fortè in hoc opere de induſtria mentitus, aut veritatem ſciens, diſſimulaſſe compertus fuero,

δύω

δύο γὰρ Ἀντιόχους ὑπέθετο τοῦ βασιλέως υἱοὺς ὄντας, ἑνὸς τοῦ τότε συνεστρατευμένου. πῶς δὲ ὁ Σκόπας ἅμα μὲν* αὐτῷ παρόντος, ἅμα δ᾽ ἔσχατος ἀπήλλαχεν ἐκ τοῦ κινδύνου; φησὶ γὰρ αὐτὸν ἰδόντα τοὺς περὶ τὸν νεώτερον Ἀντίοχον ἐκ τοῦ διώγματος ἐπιφαινομένους κατὰ νώτου τοῖς φαλαγγίταις, καὶ διὰ τοῦτο τὰς τῆς νίκης ἐλπίδας ἀπογνόντα ποιήσασθαι τὴν ἀποχώρησιν. μετὰ δὲ ταῦτα συστῆναι τὸν μέγιστον κίνδυνον κυκλωθείσης τῆς φάλαγγος ὑπό τε τῶν θηρίων καὶ τῶν ἱππέων, καὶ τελευταῖον ἀποχωρῆσαι τὸν Σκόπαν ἀπὸ τοῦ κινδύνου. ταῦτα δέ μοι δοκεῖ καὶ καθόλου τὰ τοιαῦτα τῶν ἀλογημάτων πολλὴν ἐπιφέρειν αἰσχύνην τοῖς συγγραφεῦσι. διὸ δεῖ μάλιστα μὲν πειρᾶσθαι πάντων κρατεῖν τῶν τῆς ἱστορίας μερῶν· καλὸν γάρ. εἰ δὲ μὴ τοῦτο δυνατὸν, τῶν ἀναγκαιοτάτων καὶ τῶν μεγίστων ἐν αὐτῇ πλείστην ποιεῖσθαι πρόνοιαν. ταῦτα μὲν οὖν προήχθην εἰπεῖν θεωρῶν νῦν καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν, καὶ ἐπιτηδευμάτων, τὸ μὲν ἀληθινὸν καὶ πρὸς τὴν χρείαν ἀνῆκον ἐν ἑκάστοις ἐπισεσυρμένον. τὸ δὲ πρὸς ἀλαζονείαν καὶ φαντασίαν ἐπαινούμενον καὶ ζηλούμενον, ὡς μέγα τι καὶ θαυμάσιον· ὃ καὶ τὴν κατασκευὴν ἔχει ῥᾳδιεστέραν, καὶ τὴν εὐδόκησιν ὀλιγοδεεστέραν. καθάπερ αἱ λοιπαὶ τῶν γραφῶν. περὶ δὲ τῆς τῶν τόπων ἀγνοίας τῶν κατὰ τὴν Λακωνικὴν, διὰ τὸ μεγάλην εἶναι τὴν παράπτωσιν, οὐκ ὤκνησα γράψαι καὶ πρὸς αὐτὸν Ζήνωνα, κρίνων καλὸν εἶναι τὸ μὴ τὰς τῶν πέλας ἁμαρτίας ἴδια προτερήματα νομίζειν, καθάπερ ἔνιοι ποιεῖν εἰώθασιν. ἀλλὰ μὴ μόνον τῶν ἰδίων ὑπομνημάτων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀλλοτρίων καθόσον οἷοί τε ἐσμὲν, ποιεῖσθαι πρόνοιαν καὶ διόρθωσιν χάριν τῆς κοινῆς ὠφελείας. ὁ δὲ λαβὼν τὴν ἐπιστολὴν, καὶ γνοὺς ἀδύνατον οὖσαν τὴν μετάθεσιν, διὰ τὸ προεκδεδωκέναι τὰς συντάξεις, ἐλυπήθη μὲν ὡς ἔνι μάλιστα φαίνεται. ποιεῖν δ᾽ οὐδὲν εἶχε. τήν γε μὴν ἡμετέραν αἵρεσιν ἀπεδέξατο φιλοφρόνως. ὃ δὴ κἂν ἐγὼ παρακελεύσαιμι* περὶ αὐτοῦ καθ᾽ ἡμᾶς καὶ τοὺς ἐπιγινομένους, ἐὰν μὲν κατὰ πρό-

leg. αὐτός.

f. παρίσθαι.

θεσιν εὐεισκώμματά που κατὰ τὴν πραγματείαν διαψευδόμενοι, καὶ παρορῶντες τὴν ἀλήθειαν, ἀπαραιτήτως ἐπιτιμᾶν. ἐὰν δὲ κατ' ἄγνοιαν, συγγνώμην ἔχειν, καὶ μάλιστα πάντων ἡμῖν διὰ τὸ μέγεθος τῆς συντάξεως, καὶ διὰ τὴν καθόλου περιβολὴν τῶν πραγμάτων.

Ὅτι ὁ Τληπόλεμος ὁ τὰ τῆς βασιλείας τῶν Αἰγυπτίων πράγματα μεταχειριζόμενος ἦν μὲν κατὰ τὴν ἡλικίαν νέος, καὶ κατὰ τὸ συνεχὲς ἐν στρατιωτικῷ βίῳ διεγεγόνει μετὰ φαντασίας. ἦν δὲ καὶ τῇ φύσει μετέωρος καὶ φιλόδοξος, καὶ καθόλου πολλὰ μὲν εἰς πραγμάτων λόγον ἀγαθὰ προσεφέρετο, πολλὰ δὲ καὶ κακά. στρατηγεῖν μὲν γὰρ ἐν τοῖς ὑπαίθροις, καὶ χειρίζειν πολεμικὰς πράξεις δυνατὸς ἦν, καὶ ἀνδρώδης ὑπῆρχε τῇ φύσει, καὶ πρὸς τὰς στρατιωτικὰς ὁμιλίας εὐφυῶς διέκειτο. πρὸς δὲ ποικίλων πραγμάτων χειρισμὸν δεόμενον ἐπιστάσεως καὶ νήψεως, καὶ πρὸς φυλακὴν χρημάτων, καὶ καθόλου τὴν περὶ τὸ λυσιτελὲς οἰκονομίαν ἀφυέστατος ὑπῆρχε πάντων· ᾗ καὶ ταχέως οὐ μόνον ἔσφηλεν, ἀλλὰ καὶ τὴν βασιλείαν ἠλάττωσε. παραλαβὼν γὰρ τὴν τῶν χρημάτων ἐξουσίαν, τὸ μὲν πλεῖστον μέρος τῆς ἡμέρας κατέτριβε σφαιρομαχῶν καὶ πρὸς τὰ μειράκια διαμιλλώμενος ἐν τοῖς ὅπλοις. ἀπὸ δὲ τούτων γινόμενος εὐθέως πότους συνῆγε καὶ τὸ πλεῖον μέρος τοῦ βίου περὶ ταῦτα, καὶ σὺν τούτοις εἶχε τὴν διατριβήν. ὃν δέ ποτε χρόνον τῆς ἡμέρας ἀπεμέριζε πρὸς ἐντεύξεις, ἐν τούτῳ διεδίδου, μᾶλλον δὲ εἰ δεῖ τὸ φαινόμενον εἰπεῖν, διερρίπτει τὰ βασιλικὰ χρήματα τοῖς ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος παραγεγονόσι πρεσβευταῖς, καὶ τοῖς περὶ τὸν Διόνυσον τεχνίταις, μάλιστα δὲ τοῖς περὶ τὴν αὐλὴν ἡγεμόσι καὶ στρατιώταις· καθόλου γὰρ ἀνανεύειν οὐκ ᾔδει. τῷ δὲ πρὸς χάριν ὁμιλήσαντι πᾶν ἐξ ἑτοίμου τὸ φανὲν ἐδίδου. τὸ λοιπὸν, ηὔξανε τὸ κακὸν ἐξ αὐτοῦ λαμβάνον τὴν ἐπίδοσιν. πᾶς γὰρ ὁ παθὼν εὖ παρὰ τὴν προσδοκίαν, καὶ τοῦ γεγονότος χάριν καὶ τοῦ μέλλοντος ὑπερέβαλλε ταῖς τῶν λόγων εὐχαριστίαις. ὁ δὲ πυνθανόμενος τὸν γινόμενον ἐκ πάντων ἔπαινον ὑπὲρ αὐτοῦ,

vt acerbè citra veniæ ſpem increpare ne dubitent: ſin verò ignoratione lapſus, veniam indulgeant; ac maximè omnium nobis, propter operis magnitudinem rerúmque copiam quas hîc complexi ſumus.

Tlepolemus, qui Ægyptiaci regni negotia adminiſtrabat, ætate quidem iuuenis erat, atque in militari vita aſſiduè cum ſplendore verſatus; ingenio autem tumido, gloriæque auido. Denique & multas ad rerum adminiſtrationem animi & corporis virtutes, & multa vitia attulerat. Namque exercitum ducere, res bellicas tractare idoneus erat inprimis; naturâ quoque robuſtus, & ad militares congreſſus ac ſermones aptiſſimus. Ad ciuilium autem rerum tractationem, quæ attentionem ac vigilantiam animi deſiderant, & ad pecuniæ cuſtodiam, atque in vniuerſum ad vtilitatis rationem ineundam, ineptiſſimus erat omnium mortalium. Itaque breui non ſolùm ipſe concidit, ſed regnum etiam labefactauit. Pecuniæ enim regiæ adminiſtrationem nactus, maximam dici partem pilæ luſu, & armorum exercitatione cum adoleſcentibus conterebat. Ab his deinde ad conuiuia & compotationes tranſibat, ac maximam vitæ partem his in rebus atque in huiuſmodi contubernio exigebat. quod ſi interdum aliquod dici tempus audiendis negotiis vacabat, tum verò diſtribuebat, aut vt veriùs dicam, diſſipabat regiam pecuniam, eámque Legatis è Græcia aduectis, & ſcenicis artificibus, ac maximè degentibus in aula Ducibus ac militibus erogabat. Prorſus enim recuſare & abnuere non poterat; ſed vnicuique qui ad eius gratiam aliquid dixiſſet, quidquid ad manum erat, temerè donabat. quod malum ipſomet fouente atque augente poſtea increbuit: quicunq. enim præter ſpem beneficium ab eo acceperant, tum ob præteritum, tum futuri ſpe in agēda gratia omnib. eum laudib. cumulabāt. Cumque ipſe laudes ſuas ab omnib. prędicari acciperet,

& in conuiuiis Tlepolemum ad ſingula pocula appellari, audiret quoque inſcriptiones & ludicra carmina per vrbem ab acroamatis de ipſo cani ſolita, tandem efferri cœpit, magiſque ac magis in dies intumeſcere, atque ad peregrinas ac militares largitiones eò facilius ferri. Quamobrem indignati aulici, omnia eius facta dictáque improbabant, atque eius faſtum ægrè ferebant. Contrà verò Soſibium comparantes admirabantur. Namque hic Regis curam maiori prudentia gerere videbatur quàm eius ætas ferret, atque in congreſſibus cum extraneis eam ſpeciem atque auctoritatem ſeruare, quam locus eius ac dignitas poſtulabat. Regij enim & annuli & corporis cuſtodia ipſi mandata erat. Circa hæc tempora Ptolemæus Soſibij filius à Philippo ex Macedonia eſt reuerſus. qui quidem priuſquam Alexandriâ ſoluiſſet, cùm ſuopte ingenio, tum ob paternas opes faſtu turgebat. Poſtquam verò in Macedoniam appulſus, cum illius aulæ iuuentute familiariter verſatus eſt, Macedonum virtutem in ipſa calceamenti ac veſtis proprietate poſitam eſſe ratus, cuncta huiuſmodi ſtudioſè æmulatus tum aderat; atque ex hac ſua profectione quod cum Macedonibus congreſſus fuiſſet, vnum modò ſe virum eſſe ſibi perſuaſerat, cæteros verò Alexandrinos mancipia ac fatuos eſſe. Quamobrem ſtatim Tlepolemo obtrectare cœpit. Porrò vniuerſis aulicis ei fauentibus, eò quod Tlepolemus negotia ac pecuniam regiam, non vt curator, ſed quaſi hæres adminiſtrabat, breui diſſenſio in maius aucta eſt. At Tlepolemus cùm infenſi de ipſo ſermones ab aulicorum obſeruatione ac malitia profecti ad eum deferrentur, initio quidem hæc ſpernebat, ſed poſtea quam conſilio publicè habito cùm Tlepolemus abeſſet, de praua eius adminiſtratione palàm conqueri ſunt auſi, commotus tum demùm conſilium coëgit, atque in medium progreſſus, ipſos quidem clàm & ſingulos ſeipſum calumniari dixit.

καὶ τὰς ἐν τοῖς πότοις * ἐπιλύσεις, ἔτι δὲ τὰς ἐπιγραφὰς, καὶ τὰ διὰ τῶν ἀκροαμάτων εἰς αὐτὸν ᾀδόμενα παίγνια κατὰ τὴν πόλιν, εἰς τέλος ἐγαυροῦτο καὶ μᾶλλον ἀεὶ καὶ μᾶλλον ἐξετυφοῦτο, καὶ παραχρηστότερος ἐγίνετο πρὸς τὰς ξενικὰς καὶ στρατιωτικὰς χρείας. ἐφ' οἷς οἱ περὶ τὴν αὐλὴν ἀσχάλλοντες πάντα παρεσημαίνοντο, καὶ βαρέως αὐτοῦ τὴν αὐθάδειαν ὑπέφερον, τὸν δὲ Σωσίβιον ἐκ παραθέσεως ἐθαύμαζον. ἐδόκει γὰρ οὗτος τοῦ τε βασιλέως προεστάναι φρονιμώτερον ἢ κατὰ τὴν ἡλικίαν. τήν τε πρὸς τοὺς ἐκτὸς ἀπάντησιν * ἀξίαν ποιεῖσθαι τῆς ἐγκεχειρισμένης αὐτῷ πίστεως· αὕτη δ' ἦν ἡ σφραγὶς, καὶ τὸ τοῦ βασιλέως σῶμα. κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον ἀνακομιζόμενος ἧκει παρὰ τοῦ Φιλίππου Πτολεμαῖος ὁ Σωσιβίου. καὶ πρὶν μὲν οὖν ἐκ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐκπλεῦσαι, πλήρης ἦν τύφου διά τε τὴν ἰδίαν φύσιν, καὶ διὰ τὴν προγεγενημένην ἐκ τοῦ πατρὸς εὐκαιρίαν. ὡς δὲ καταπλεύσας εἰς τὴν Μακεδονίαν, συνέμιξε τοῖς περὶ τὴν αὐλὴν νεανίσκοις, ὑπολαβὼν εἶναι τὴν Μακεδόνων ἀνδρείαν ἐν τῇ τῆς ὑποδέσεως καὶ τῇ τῆς ἐσθῆτος διαφορᾷ, παρῆν ταῦτα πάντα ἐζηλωκώς. καὶ πεπιστευμένος αὐτὸν μὲν ἄνδρα γεγονέναι διὰ τὴν ἐκδημίαν, καὶ διὰ τὸ Μακεδόσιν ὡμιληκέναι. τοὺς δὲ κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἀνδράποδα καὶ βλάκας διειλημμένος. διόπερ εὐθέως ἐζηλοτύπει καὶ παρετρίβετο πρὸς τὸν Τληπόλεμον. πάντων δ' αὐτῷ συγκατατιθεμένων τῶν περὶ τὴν αὐλὴν, διά τε τὸν Τληπόλεμον καὶ τὰ πράγματα, καὶ τὰ χρήματα μὴ ὡς ἐπίτροπον, ἀλλ' ὡς κληρονόμον χειρίζειν, ταχέως ηὐξήθη τὰ τῆς διαφορᾶς· καθ' ὃν καιρὸν ὁ Τληπόλεμος προσπιπτόντων αὐτῷ λόγων δυσμενικῶν ἐκ τῆς τῶν αὐλικῶν παρατηρήσεως καὶ κακοπραγμοσύνης, τὰς μὲν ἀρχὰς παρήκουε καὶ κατεφρόνει τῶν λεγομένων. ὡς δέ ποτε καὶ κοινῇ συνεδρεύσαντες ἐτόλμησαν ἐν τῷ μέσῳ καταμέμφεσθαι τὸν Τληπόλεμον, ὡς κακῶς χειρίζοντα τὰ κατὰ τὴν βασιλείαν οὐ παρόντος αὐτοῦ, τότε δὴ παροξυνθεὶς συνῆγε τὸ συνέδριον, καὶ παρελθὼν ἐκείνους μὲν ἔφη λάθρα καὶ

f. ἐπικλύσεις.

mſ. ἄξιαι

κατ' ἰδίαν ποιεῖσθαι κατ' αὐτοῦ τὰς διαβολάς. αὐτὸς δ' ἔκρινε κοινῇ καὶ κατὰ πρόσωπον αὐτὴν ποιήσασθαι τὴν κατηγορίαν. ΖΗΤΕΙ ἐν τῷ περὶ δημηγοριῶν.

Ὅτι μετὰ τὴν δημηγορίαν ἔλαβε καὶ τὴν σφραγῖδα παρὰ Σωσιβίου, καὶ ταύτην παρειληφὼς ὁ Τληπόλεμος, λοιπὸν ἤδη πάντα τὰ πράγματα κατὰ τὴν αὐτοῦ προαίρεσιν ἔπραττεν.

Ὅτι Ἀντιόχου τοῦ βασιλέως τὴν τῶν Γαζαίων πόλιν πορθήσαντος φησὶν ὁ Πολύβιος· ἐμοὶ δὲ καὶ δίκαιον ἅμα καὶ πρέπον εἶναι δοκεῖ τὸ τοῖς Γαζαίοις ἀποδοῦναι τὴν καθήκουσαν μαρτυρίαν. οὐδὲν γὰρ διαφέροντες ἀνδρείᾳ τῶν κατὰ Κοίλην Συρίαν πρὸς τὰς πολεμικὰς πράξεις, ἐν κοινωνίᾳ πραγμάτων καὶ τῷ τηρεῖν τὴν πίστιν πολὺ διαφέρουσι καὶ συλλήβδην ἀνυπόστατον ἔχουσι τὴν τόλμαν. κατὰ γὰρ τεπάρτην ἔφοδον ἐκπλαγέντων τῶν ἄλλων διὰ τὸ μέγεθος τῆς δυναστείας, καὶ πάντων ἐγχειρισάντων σφᾶς αὐτοὺς καὶ τὰς πατρίδας Μήδοις, μόνοι τὸ δεινὸν ὑπέμειναν, πάντες τὴν πολιορκίαν ἀναδεξάμενοι· κατὰ δὲ τὴν Ἀλεξάνδρου παρουσίαν οὐ μόνον τῶν ἄλλων παραδεδωκότων αὑτούς, ἀλλὰ καὶ Τυρίων ἐξηνδραποδισμένων μετὰ βίας, καὶ σχεδὸν ἀνελπίστου τῆς σωτηρίας ὑπαρχούσης τοῖς ἐναντιουμένοις πρὸς τὴν ὁρμὴν καὶ βίαν τοῦ Ἀλεξάνδρου, μόνοι τῶν κατὰ Συρίαν ὑπέστησαν καὶ πάσας ἐξελέγξαντες ἐλπίδας. τὸ δὲ παραπλήσιον ἐποίησαν καὶ κατὰ τοὺς ἐνεστῶτας καιρούς. οὐδὲν γὰρ ἀπέλιπον τῶν ἐνδεχομένων σπουδάζοντες διαφυλάξαι τὴν πρὸς τὸν Πτολεμαῖον πίστιν. διὸ καθάπερ καὶ κατ' ἰδίαν ἐπισημαινόμεθα τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας ἐν τοῖς ὑπομνήμασι, τὸν αὐτὸν τρόπον χρὴ καὶ κοινῇ τῶν πόλεων τὴν ἐπ' ἀγαθῷ ποιήσασθαι μνήμην, ὅσαι * τῶν καλῶν ἐκ παραδόσεως τε καὶ προθέσεως πράττειν εἰώθασιν.

deeſt.

Ὅτι Φίλιππος ὁ βασιλεὺς τοῦ χειμῶνος ἤδη καταρχομένου καθ' ὃν Πόπλιος Σολπίκιος ὕπατος κατεστάθη ἐν Ῥώμῃ· ποιούμενος τὴν διατριβὴν ἐν τοῖς Βαργυλίοις, θεωρῶν καὶ τοὺς Ῥοδίους καὶ τὸν Ἄτταλον οὐχ οἷον διαλύοντας τὸ ναυτικόν, ἀλλὰ καὶ προσπληροῦντας ναῦς,

Sibi verò in animo eſſe aduerſus ipſos ſimul omnes coràm accuſationem inſtituere. RELIQVA PETENDA SVNT EX EXCERPTIS CONCIONVM.

Poſtquam Tlepolemus dicendi finem feciſſet, annulum quoque à Soſibio accépit, quo accepto, cuncta deinceps arbitratu ſuo adminiſtrauit.

De Gazenſium vrbe ab Antiocho vaſtata hæc Polybius ſcribit. Mihi verò æquum atque opportunum hîc videtur Gazæos meritò virtutis teſtimonio minimè fraudare. Nam cùm fortitudine in rebus bellicis nihil à reliquis Cœleſyriæ incolis differant, tamen in ſocietate incunda ac ſeruanda fide longè illos ſuperant, & inuicta quadam audacia vtuntur. Nam cùm Perſæ olim in Syriam irrupiſſent, cunctis potentiæ magnitudine attonitis, ſéque ac vrbes ſuas vltrò dedentibus, ſoli Gazæi reſiſtere auſi, obſidionem pertulêre. Expeditione quoque Alexandri, cùm non modò vniuerſi deditionem feciſſent, ſed & Tyrus vi capta, atque in ſeruitutem redacta eſſet, atque aduerſus vim & impetum Alexandri nulla propemodum ſalutis ſpes reſiſtentibus appareret, ſoli è Syris non ceſſère, ſed ad omne diſcrimen parati nihil intentatum reliquêre. Eadem conſtantiâ nunc quoque vſi reperiuntur. Nam dum Ptolemæo fidem præſtare ſtudent, nihil penitùs ab illis eſt omiſſum. Quamobrem vt ſigillatim in hoc noſtro opere viros fortes collaudare ſolemus, ita & ciuitates quæ rerum honeſtarum ſtudia, ſiue exemplo à maioribus tradito, ſiue ſua ſponte ſectantur, ſuæ virtutis laude afficere oportet.

Philippus Rex ineunte iam hyeme qua P. Sulpitius Galba Romæ Conſul creatus eſt, Bargyliis moratus, cùm Attalum & Rhodios intelligeret non modò copias nauales non dimittere, ſed remige etiam ac militibus naues inſtruere, maio-

ríque animo vigiliis ac cuſtodiæ oræ maritimæ incumbere, ipſe maxima in difficultate verſabatur, multáque ac varia conſilia animo agitabat. Simul enim eruptionem è portu Bargyliorum timebat, ac maritimum diſcrimen præuidebat. Ex alia parte Macedonicis rebus diffidens, prorſus hyemare in Aſia nolebat, quippe Ætolos verebatur ac Romanos. Neque enim ignorabat legationes, quæ vtpote confecto iam Punico bello Romam vndique aduerſus ipſum mittebantur. Proinde maxima anxietate diſtractus, cogebatur interim ibidem ſedens, lupino, vt aiunt, ritu viuere: ab his enim per furtum ac latrocinium, ab his vi rapiens, aliis præter ingenium blanditus, eò quod eius copiæ famæ laborabant, modò carnes, modò ficus, interdum frumentum oppidò modicum veſcebatur. quorum partem ei Zeuxis, partem Mylaſenſes & Alabadenſes & Magnetes ſuppeditabant, eíſque cùm aliquid offerrent, adulabatur; cùm nihil dabant, allatrabat, & inſidias comparabat. Denique Mylaſenſium oppido ſtructis operâ Philoclis inſidiis, ob imprudentiam fruſtratus receſſit, & Alabadenſium agros quaſi hoſtiles vaſtauit, cauſatus alimenta militi ſuo conquirenda eſſe.

Ex libro XVII.

Omnia Tito ex animi ſententia ſuccedebant; *&c. quæ edita ſunt in libro 17. pag. 751.*

Mihi verò ſæpenumero mirari ſubit hominum in pleriſque rebus ignorantiam, ſed maximè in eo quod ad proditores ſpectat. Quamobrem operępretium fore arbitror pauca de iis pro tempore ac loco diſſerere, atque hunc locum iudicatu & explicatu difficilem eſſe, equidem non ignoro; qui enim reuera proditor ſit exi-

καὶ φιλοτιμότερον προσκειμένους ταῖς φυλακαῖς, δυσχρήστως διέκειτο, καὶ πολλὰς καὶ ποικίλας εἶχε περὶ τοῦ μέλλοντος ἐπινοίας. ἅμα μὲν γὰρ ἠγωνία τὸν ἐκ τῶν Βαργυλίων ἔκπλουν, καὶ προεωρᾶτο τὸν κατὰ θάλατταν κίνδυνον. ἅμα δὲ τοῖς κατὰ τὴν Μακεδονίαν πράγμασι διαπιστῶν, οὐδαμῶς ἐβούλετο παραχειμάζειν κατὰ τὴν Ἀσίαν. φοβούμενος μὲν οὖν καὶ τοὺς Αἰτωλοὺς καὶ τοὺς Ῥωμαίους. καὶ γὰρ οὐδ' ἠγνόει τὰς ἐξαποστελλομένας κατ' αὐτοῦ πρεσβείας εἰς Ῥώμην, διότι πέρας εἶχε τὰ κατὰ τὴν Λιβύην. ἐξ ὧν ἐδυσχρηστεῖτο μὲν ὑπερβαλλόντως, ἠναγκάζετο δὲ κατὰ τὸ παρὸν ἐπιμένειν αὐτοῦ, τὸ δὴ λεγόμενον, λύκου βίον ζῶν. παρ' ὧν μὲν γὰρ ἁρπάζων καὶ κλέπτων, τοὺς δὲ ἀποβιαζόμενος, ἐνίοις δὲ παρὰ φύσιν αἰκάλλων διὰ τὸ λιμώττειν αὐτῷ τὸ στράτευμα· ποτὲ μὲν ἐσιτεῖτο κρέα, ποτὲ δὲ σῦκα, ποτὲ δὲ σιτάρια βραχέα παντελῶς, ὧν τινὰ μὲν αὐτῷ Ζεῦξις ἐχορήγει, τινὰ δὲ Μυλασεῖς, καὶ Ἀλαβανδεῖς, καὶ Μάγνητες. οὓς ὁπότε μέν τι δοῖεν, ἔσαινεν, ὅτε δὲ μὴ δοῖεν, ὑλάκτει καὶ ἐπεβούλευεν αὐτοῖς. τέλος ἐπὶ τὴν Μυλασέων πόλιν πράξεις συνεστήσατο διὰ Φιλοκλέους, ἐσφάλη δὲ διὰ τὴν ἀλογίαν τῆς ἐπιβολῆς. τὴν δ' Ἀλαβανδέων χώραν ὡς πολεμίαν κατέφθειρε, φήσας ἀναγκαῖον εἶναι πορίζειν τῷ στρατεύματι τὰ πρὸς τὴν τροφήν. [παρὰ δὲ Μαγνήτων ἐπεὶ σῖτον οὐκ εἶχον, σῦκα ἔλαβε. διὸ καὶ Μυοῦντος κυριεύσας τοῖς Μάγνησιν ἐχαρίσατο τὸ χωρίον ἀντὶ τῶν σύκων.]

Ὅτι ὁ Τίτος στρατηγὸς ἦν τῶν Ῥωμαίων. τούτῳ δὲ ἐγεγόνει πάντα κατὰ νοῦν, &c. *quæ edita ſunt in libro* XVII. *pag.* 751.

Ὅτι φησὶν ὁ Πολύβιος περὶ προδοτῶν. ἐμοὶ ἔστι πολλάκις μὲν, καὶ ἐπὶ πολλοῖς θαυμάζειν ἐπέρχεται τῶν ἀνθρωπείων ἁμαρτημάτων, μάλιστα δ' ἐπὶ τῷ κατὰ τοὺς προδότας· διὸ καὶ βούλομαι τὰ πρέποντα τοῖς καιροῖς διαλεχθῆναι περὶ αὐτῶν. καίτοι γε οὐκ ἀγνοῶ διότι δυσθεώρητον ὁ τόπος ἔχει τι καὶ δυσπαράγραφον. τίνα γὰρ ὡς ἀληθῶς προδότην δεῖ νο-

μίζειν, οὐ ῥάδιον ἀποφήνασθαι. δῆλον γὰρ ὡς οὔτε τοὺς ἐξ ἀκεραίου συμπεριφερομένους τῶν ἀνδρῶν πρός τινας βασιλεῖς ἢ δυνάστας * κοινωνεῖν πραγμάτων, εὐθέως προδότας νομιστέον· οὔτε τοὺς κατὰ περιστάσεις μετατιθέντας τὰς αὑτῶν πατρίδας ἀπό τινων ὑποκειμένων πρὸς ἑτέρας φιλίας καὶ συμμαχίας, οὐδὲ τούτους, πολλοῦ γε δεῖ. ἐπεί τοι γε πολλάκις οἱ τοιοῦτοι μεγίστων ἀγαθῶν γεγόνασιν αἴτιοι ταῖς ἰδίαις πατρίσιν. ἵνα δὲ μὴ πόρρωθεν τὰ παραδείγματα φέρωμεν, ἐξ αὐτῶν τῶν ἐνεστώτων ῥᾳδίως ἔσται τὸ λεγόμενον κατάδηλον. Εἰ γὰρ μὴ σὺν καιρῷ τότε μετέρριψε τοὺς Ἀχαιοὺς Ἀρίσταινος ἀπὸ τῆς Φιλίππου συμμαχίας πρὸς τὴν Ῥωμαίων, φανερῶς ἄρδην ἀπολώλει τὸ ἔθνος. νῦν δὲ χωρὶς τῆς κατ' αὐτὸν τὸν καιρὸν ἀσφαλείας ἑκάστοις περιγενομένης, αὐξήσεως τῶν Ἀχαιῶν ὁμολογουμένως ὁ προειρημένος ἀνὴρ, κἀκεῖνο τὸ διαβούλιον, αἴτιος ἐδόκει γεγονέναι. διὸ καὶ πάντες αὐτὸν οὐχ ὡς προδότην, ἀλλ' ὡς εὐεργέτην καὶ σωτῆρα τῆς χώρας ἐτίμων. ὁ δ' αὐτὸς ἂν εἴη λόγος καὶ περὶ τῶν ἄλλων, ὅσοι κατὰ τὰς τῶν καιρῶν περιστάσεις τὰ παραπλήσια τούτοις πολιτεύονται καὶ πράττουσιν. ᾗ καὶ Δημοσθένην κατὰ πολλά τις ἂν ἐπαινέσας, ἐν τούτῳ μέμψαιτο, διότι πικρότατον ὄνειδος τοῖς ἐπιφανεστάτοις τῶν Ἑλλήνων εἰκῆ καὶ ἀκρίτως προσέρριψε, φήσας ἐν μὲν Ἀρκαδίᾳ τοὺς περὶ Κερκιδᾶν, καὶ Ἱερώνυμον, καὶ Εὐκαμπίδαν προδότας γενέσθαι τῆς Ἑλλάδος, ὅτι Φιλίππῳ συνεμάχουν. ἐν δὲ Μεσσήνῃ τοὺς Φιλιάδου παῖδας Νέωνα καὶ Θρασύλοχον· ἐν Ἄργει δὲ τοὺς περὶ Μύρτιν καὶ Τελέδαμον, καὶ Μνασίαν· παραπλησίως ἐν Θετταλίᾳ μὲν τοὺς περὶ Δάοχον καὶ Κινέαν· παρὰ δὲ Βοιωτοῖς τοὺς περὶ Θεογείτονα καὶ Τιμόλαον. σὺν δὲ τούτοις καὶ πλείους ἑτέρους ἐξηρίθμηται κατὰ πόλιν ὀνομάζων. καίτοι γε πάντων μὲν τῶν προειρημένων ἀνδρῶν πολὺν ἐχόντων λόγον καὶ φαινόμενον ὑπὲρ τῶν καθ' αὑτοὺς δικαίων· πλεῖστον δὲ τῶν ἐξ Ἀρκαδίας καὶ Μεσσήνης.

ποῖ. ἰάν.

ſtimandus, definire haud facile eſt. Etenim conſtat, neque eos qui rebus integris ſocietatis cum Regibus aut principibus ineundæ auctores ſunt, neque eos qui ob temporum neceſſitatem ciues ſuos ab amicitia ac ſocietate iam conſtitutâ, ad noua fœdera cum aliis ferienda traducunt, proditores habendos eſſe. Multùm certè abeſt. quippe huiuſmodi homines ſæpè maximorum bonorum ciuibus ſuis auctores fuère. Ac ne longiùs exempla repetamus, ex his quæ præ manibus nunc habemus, id facillimè perſpici poteſt. Niſi enim Ariſtænetus ab Philippi ſocietate Achæos ad amicitiam populi Romani opportunè tum traduxiſſet, actum erat de gente Achæorum. At nunc præter ſecuritatem quam ſingulis Achæis ea tempeſtate præſtitit, inter omnes conſtat ei viro, atque huic eius conſilio incrementum Reipublicæ Achæorum deberi. Itaque is non vt proditor, ſed vt optimè meritus, ac ſeruator gentis ab omnibus colebatur. Idem de aliis quoque dicendum eſt, qui pro rerum ac temporum neceſſitate eadem in Republica præſtant. Quare etiam Demoſthenes, vir alioqui maxima laude dignus, in hac parte alicui reprehendendus fortè videatur, quod viris totius Græciæ celeberrimis temerè & abſque iudicio turpiſſimi criminis notam inuſſit. Etenim Cercidam & Hieronymum & Eucampidam in Arcadia, Meſſenæ Iphiadis filios Neonem & Thraſylochum, Argis Myrtim & Teledamum & Mnaſiam. Daochum ſimiliter ac Cineam in Theſſalia, apud Bœotos autem Theogitonem ac Timolaum proditores Græciæ fuiſſe dicit, eò quod Philippi ſocietatem ſint amplexi. Alios quoque plures ex ſingulis ciuitatibus nominatim recenſet, tametſi omnes illi multis & grauiſſimis rationibus factum ſuum defendere poſſint, atque in primis Arcades ac Meſſenij.

Namque hi accito in Peloponneſum Philippo, cùm Lacedæmonios depreſſiſſent, primùm quidem id effecerunt vt vniuerſi Peloponneſij reſpirare, & libertatis ſpeciem aliquam concipere poſſent. Deinde recuperato agro atque oppidis & vrbibus, quas Spartani cùm potentiâ valerent, Meſſeniis, Megalopolitanis, Tegeatibus atque Argiuis eripuerant, rebus ſuis maximum incrementum attulêre. Pro quibus ſanè meritis æquum erat, non vt Philippo ac Macedonibus bellum indicerent, ſed potius vt pro virili parte honori illius & gloriæ ſeruirent. Quod ſi id præſtitiſſent, aut præſidio Macedonum in ciuitates ſuas recepto, aut Republica ac legibus ſublatis libertatem ciuibus ſuis ademiſſent, ſuæ ipſorum potentiæ confirmandæ cauſa; eſſet cur eo nomine digni eſſe viderentur. ſin verò omnibus officiis patriæ ſatisfacientes, iudicio duntaxat in Republica gubernanda, & prouidentiâ præſtiterunt cæteris, haudquaquam communes rati Athenienſibus ac ſuis ciuitatibus temporum eſſe rationes, non idcirco à Demoſthene proditores dici debuerunt. Atenim ille patriæ ſuæ vtilitate cuncta permenſus, idque perſuaſum habens vniuerſos Græcos ciuitatem Athenienſium ſpectare oportere, ſin minus, proditores eſſe appellandos, falli & à veritate procul aberrare mihi quidem videtur: præſertim cum ea quæ tum Græciæ contigerunt, non Demoſthenis ipſius, ſed Eucampidæ & Hieronymi ac Cercidæ & Iphiadis liberorum conſilia ſuo ſuffragio comprobarint, Etenim Athenienſes quidem ex immodica aduerſus Philippum contentione, in maximas tandem calamitates delapſi ſunt, accepta ad Chæroneam clade. ac niſi Regis ipſius magnitudo animi & gloriæ cupiditas obſtitiſſet, longè grauiora ex Demoſthenis conſiliis adhuc perpeſſi fuiſſent. Contrà Arcadibus & Meſſeniis cum vniuerſis ſecuritas à Spartanorum viribus ope illorum virorum præſtita eſt,

οὗτοι γὰρ ἐπισπασάμενοι Φίλιππον εἰς Πελοπόννησον, καὶ ταπεινώσαντες Λακεδαιμονίους, πρῶτον μὲν ἐποίησαν ἀναπνεῦσαι καὶ λαβεῖν ἐλευθερίας ἔννοιαν πάντας τοὺς τὴν Πελοπόννησον κατοικοῦντας. ἔπειτα δὲ τὴν χώραν ἀνακομισάμενοι καὶ τὰς πόλεις, ἃς παρῄρηντο Λακεδαιμόνιοι κατὰ τὴν εὐκαιρίαν, Μεσσηνίων, Μεγαλοπολιτῶν, Τεγεατῶν, Ἀργείων, ηὔξησαν τὰς ἑαυτῶν πατρίδας ὁμολογουμένως. ἀνθ' ὧν οὐ πολεμεῖν ὤφειλον Φιλίππῳ καὶ Μακεδόσιν, ἀλλὰ πάντα κατὰ δύναμιν ἐνεργεῖν, ὅσα πρὸς δόξαν καὶ τιμὴν ἀνῆκεν. εἰ μὲν οὖν ταῦτ' ἔπραττον ἢ φρουρὰν παρὰ Φιλίππου δεχόμενοι ταῖς πατρίσιν, ἢ καταλύοντες τοὺς νόμους ἀφῃροῦντο τὴν ἐλευθερίαν καὶ παρρησίαν τῶν πολιτῶν χάριν τῆς ἰδίας πλεονεξίας ἢ δυναστείας, ἄξιοι τῆς προσηγορίας ἦσαν ταύτης. εἰ δὲ τηροῦντες τὰ πρὸς τὰς πατρίδας δίκαια κρίσει πραγμάτων διεφέροντο, νομίζοντες οὐ ταὐτὸ συμφέρειν Ἀθηναίοις εἶναι καὶ ταῖς ἑαυτῶν πόλεσιν, οὐ δήπου διὰ τοῦτο καλεῖσθαι προδότας ἐχρῆν αὐτοὺς ὑπὸ Δημοσθένους. ὁ δὲ πάντα μετρῶν πρὸς τὸ τῆς ἰδίας πατρίδος συμφέρον, καὶ πάντας ἡγούμενος δεῖν τοὺς Ἕλληνας ἀποβλέπειν πρὸς Ἀθηναίους, εἰ δὲ μή, προδότας ἀποκαλεῖν, ἀγνοεῖν μοι δοκεῖ καὶ πολὺ παραπαίειν τῆς ἀληθείας· ὃ πεποίηκε Δημοσθένης, ἄλλως τε δὴ καὶ τῶν συμβαινόντων τότε τοῖς Ἕλλησιν οὐ Δημοσθένει μεμαρτυρηκότων, ὅτι καλῶς προυνοήθη τοῦ μέλλοντος, ἀλλ' Εὐκάμπιδᾳ καὶ Ἱερωνύμῳ, καὶ Κερκιδᾷ, καὶ τοῖς Φιλιάδου παισίν. Ἀθηναίοις μὲν γὰρ τῆς πρὸς Φίλιππον ἀντιπαραγωγῆς τὸ τέλος ἀπέβη τὸ πεῖραν λαβεῖν τῶν μεγίστων συμπτωμάτων πταίσασι τῇ μάχῃ περὶ Χαιρώνειαν. εἰ δὲ μὴ διὰ τὴν τοῦ βασιλέως μεγαλοψυχίαν καὶ φιλοδοξίαν, καὶ πορρωτέρω τὰ τῆς ἀτυχίας ἂν αὐτοῖς προὔβη διὰ τὴν Δημοσθένους πολιτείαν. διὰ δὲ τοὺς προειρημένους ἄνδρας, κοινῇ μετ' Ἀρκάσι καὶ Μεσσηνίοις ἀπὸ Λακεδαιμονίων ἀσφάλεια καὶ ῥᾳστώνη κατεσκευάσθη.

κατ' ἰδίαν δὲ ταῖς αὑτῶν πατρίσι πολλὰ καὶ λυσιτελῆ συνεξηκο-
λούθησε. τίσιν οὖν εἰκότως ἂν ἐπιφέροι τις τὴν ὀνομασίαν ταύ-
την, ἔστι μὲν δυσπαράγραφον. μάλιστα δ' ἂν προστρέχοι πρὸς
τὴν ἀλήθειαν ἐπὶ τοὺς τοιούτους φέρων, ὅσοι τῶν ἀνδρῶν κατὰ τὰς
ὁλοσχερεῖς περιστάσεις, ἢ τῆς ἰδίας ἀσφαλείας καὶ λυσιτελείας χάριν,
ἢ τῆς πρὸς τοὺς ἀντιπολιτευομένους διαφορᾶς ἐγχειρίζουσι τοῖς
ἐχθροῖς τὰς πόλεις. ἢ καὶ νὴ Δία πάλιν, ὅσοι φρουρὰν εἰσδεχόμενοι
ἴσ. συγχορούμ. καὶ * συγχρώμενοι ταῖς ἔξωθεν ἐπικουρίαις πρὸς τὰς ἰδίας ὁρ-
μὰς καὶ προθέσεις, ὑποβάλλουσι τὰς πατρίδας ὑπὸ τὴν τῶν
leg. πλείω δυναμένων. * πλειόνων δυνάμεων ἐξουσίαν. τοὺς τοιούτους ὑπὸ τὸ τῆς προ-
δοσίας ὄνομα μετρίως ἄν τις ὑποτάττοι πάντας. οἷς λυσιτελὲς μὲν
ἀληθῶς ἢ καλὸν οὐδὲν οὐδέποτε συνεξηκολούθησε, τὰ δ' ἐναν-
τία πᾶσιν ὁμολογουμένως. ἢ καὶ θαυμάζειν ἔστι πρὸς τὸν ἐξ ἀρχῆς
λόγον, πρὸς τί ποτε βλέποντες ἢ τίσι χρώμενοι διαλογισμοῖς
ὁρμῶσι πρὸς τὴν τοιαύτην ἀτυχίαν. οὔτε γὰρ ἔλαθε πώποτε
προδοὺς οὐδεὶς πόλιν, ἢ στρατόπεδον, ἢ φρούριον, ἀλλὰ κἂν
παρ' αὐτὸν τὸν τῆς πράξεως καιρὸν ἀγνοηθῇ τις, ὅ γε ἐπιγινό-
μενος χρόνος ἐποίησε φανεροὺς ἅπαντας, οὐδὲ μὴν γνωσθεὶς οὐ-
δεὶς, οὐδέποτε μακάριον ἔσχε βίον· ἀλλ' ὡς μὲν ἐπίπαν ὑπ' αὐτῶν
τούτων, οἷς χαρίζονται τυγχάνουσι τῆς ἁρμοζούσης τιμωρίας. χρῶνται
μὲν γὰρ τοῖς προδόταις οἱ στρατηγοὶ καὶ δυνάσται πολλάκις διὰ τὸ
συμφέρον. ὅταν γε μὴν ἀποχρήσωνται, χρῶνται λοιπὸν ὡς προ-
δόταις, κατὰ τὸν Δημοσθένην. μάλ' εἰκότως ἡγούμενοι τὸν ἐγχειρίσαντα
τοῖς ἐχθροῖς τὴν πατρίδα καὶ τοὺς ἐξ ἀρχῆς φίλους, μηδέποτ' ἂν ὄντως
σφίσι γενέσθαι, μηδὲ διαφυλάξαι τὴν πρὸς αὐτοὺς πίστιν. οὐ μὴν ἀλλ'
ἐὰν καὶ τὰς τούτων διαφύγωσι χεῖρας, τάς γε δὴ τῶν παρασπονδηθέν-
των οὐ ῥᾳδίως ἐκφυγγάνουσιν. ἐὰν δέ ποτε καὶ τὰς ἀμφοτέρων τού-
των ἐπιβουλὰς διολισθάνωσιν, ἥ γε παρὰ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις φή-
μη τιμωρὸς αὐτοῖς ἕπεται παρ' ὅλον τὸν βίον, πολλοὺς μὲν φόβους ψευ-
δεῖς, πολλοὺς δὲ ἀληθεῖς παριστάνουσα, καὶ νύκτωρ, καὶ μεθ' ἡμέραν

tum ſingulàtim ipſorum ciuitatibus multa & maxima commoda acceſſerunt. Quibus igitur maximè id nomen competat, diſtinctè affirmare difficile eſt: ſed proximè ad veritatem acceſſerit, qui eis tribuet quotquot difficillimis Reipublicæ temporibus, ſiue incolumitatis & vtilitatis propriæ cauſa, ſiue ob diſſenſionem cum illis qui contrarias in Republica partes tuentur, patriam hoſtibus tradunt: vel quotquot admiſſo in vrbem præſidio, externiſque auxiliis ad conſilia ſua & conatus ad exitum perducendos abuſi, patriam potentiorum imperio ſubijciunt. Huiuſmodi omnes proditorum nomine meritò cenſeantur: quibus nullus vnquam fructus, nullum operæpretium, ſed prorſus alia omnia contigerunt, vt inter omnes conſtat. Itaque, vt initio dixi, mirari ſubit, quid in animo habentes, & quibus demum rationibus adducti homines, in eam calamitatem præcipites feruntur. Neque enim quiſquam cùm aut exercitum, aut vrbem, aut præſidium prodidiſſet, vnquam latuit: ſed tametſi in ipſo facinore latuerit, mox ſecuto tempore eſt detectus. Nullus porrò eorum deprehenſus reliquum vitæ feliciter duxit. ſed vt plurimùm ab iis ipſis quibus gratificati ſunt, meritâ pœnâ afficiuntur. Plerumque enim duces ac principes vtilitatis ſuæ cauſa illorum opera vti ſolent; cæterùm vbi rem ad exitum perduxerunt, iiſdem tanquam proditoribus vtuntur, ſicut ait Demoſthenes. idque ſanè iure optimo. quippe ita exiſtimant, eum qui patriam ac veteres amicos hoſtibus prodiderit, nunquam beneuolum ac fidum ſuis partibus futurum. Quod ſi illorum manus fortè effugerint, at eorum quos prodiderint non effugient. Sin verò vtriuſque partis inſidias declinauerint, fama certè vltrix vbique terrarum eis imminet quoad viuunt, multáſque modò inanis, modò veri metus cauſas dies noctéſque ſuggerit,

& eorum inimicis ſuffragatur, ac varias nocendi anſas ſubminiſtrat. Poſtremò ne noctu quidem ſcelerum ſuorum eos obliuiſci patitur, ſed omnis generis inſidias atque caſus in ſomnis exhorreſcere cogit, vt qui ſibi conſcij ſint, maleuolentiæ omnium hominum & publici in ſeipſos odij. Quæ cùm ita ſint, nihilominus tamen nemini vnquam cui opus eſſet, proditor defuit. Proinde non iniuriâ quis dixerit, hominum genus cùm verſutiâ & calliditate cætera animalia ſuperare videatur, multa tamen dici poſſe cur deterrimum habeatur. Nam cæteræ animantes quæ ſolis corporis cupiditatibus ſeruiunt, per has duntaxat in fraudem labuntur: at humanum genus váriis prætereà opinionibus inductum, non pauciora per imprudentiam peccat quàm naturæ vitio. Atque hæc quidem de his à nobis dicta ſint.

Attalus Rex antea quidem à Sicyoniis impensè colebatur, ex quo ſacrum Apollinis agrum grandi pecunia eis redemerat: in cuius beneficii gratiam coloſſum eius decem cubitûm altitudine iuxta Apollinem in foro poſuerunt. tum verò cùm decem talenta ciuitati dono dediſſet, & decem millia medimnûm frumenti; maiori beneuolentia eum complexi, & auream ſtatuam illi decreuerunt, & ſolenne ſacrum quotannis fieri lege lata ſanxerunt. His honoribus affectus Attalus, Cenchreas abiit.

Nabis tyrannus relicto ad præſidium vrbis Argiuorum Timocrate Pellenenſi, cuius fide atque operâ in grauiſſimis negociis vtebatur, Spartam regreſſus, paucis poſt diebus vxorem eò remiſit, mandans vt cùm primùm Argos veniſſet, cogendæ pecuniæ incumberet. Illa Argos ingreſſa, crudelitatem Nabidis longo interuallo ſuperauit. Nunc enim ſingulas illuſtres feminas, nunc ſimul plures genere inter ſe iunctas domum accerſendo, vi ac tormentis omnib. compellebat,

πᾶσι δὲ συνεργοῦσα καὶ συνυποδεικνύουσα τοῖς κακόν τι κατ' ἐκείνων βουλομένοις. τὸ δὲ τελευταῖον οὐδὲ κατὰ τοὺς ὕπνους ἐῶσα λήθην αὐτοὺς ἔχειν τῶν ἡμαρτημένων, ἀλλ' ὀνειρώττειν ἀναγκάζουσα πᾶν γένος ἐπιβουλῆς καὶ περιπετείας, ἅτε συνειδότας ἑαυτοῖς τὴν ὑπάρχουσαν ἐκ πάντων ἀλλοτριότητα πρὸς σφᾶς, καὶ τὸ κοινὸν μῖσος. ἀλλ' ὅμως τούτων οὕτως ἐχόντων οὐδεὶς οὐδέποτε δεηθεὶς ἠπόρησε προδότου, πλὴν τελέως ὀλίγων τινῶν. ἐξ ὧν εἰκότως εἴποι τις ἄν, *ὅτι τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος δοκοῦν πανουργότατον εἶναι τῶν ζώων, πολλὴν ἔχει λόγον τοῦ φαυλότατον ὑπάρχειν. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα ζῷα ταῖς τοῦ σώματος ἐπιθυμίαις αὐταῖς δουλεύοντα, διὰ μόνας ταύτας σφάλλεται. τὸ δὲ τῶν ἀνθρώπων γένος καὶ προσδεδοξοποιημένον, οὐχ ἧττον διὰ τὴν ἀλογιστίαν ἢ διὰ τὴν φύσιν ἁμαρτάνει. καὶ ταῦτα μὲν ἡμῖν ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω. Hæc edita ſunt in libri 17. p. 752.

Ὅτι ὁ βασιλεὺς Ἄτταλος ἐτιμᾶτο μὲν καὶ πρότερον ὑπὸ τῆς τῶν Σικυωνίων πόλεως διαφερόντως, ἐξ οὗ τὴν ἱερὰν χώραν τοῦ Ἀπόλλωνος ἐλυτρώσατο χρημάτων αὐτοῖς οὐκ ὀλίγων. ἀνθ' ὧν καὶ τὸν κολοσσὸν αὐτοῦ τὸν δεκάπηχυν ἔστησαν παρὰ τὸν Ἀπόλλωνα τὸν περὶ τὴν ἀγοράν. τότε δὲ πάλιν αὐτοῦ δέκα τάλαντα δόντος καὶ μυρίους μεδίμνους πυρῶν, πολλαπλασίως ἐπιταθέντες ταῖς εὐνοίαις, εἰκόνα τε χρυσῆν ἐψηφίσαντο καὶ θυσίαν αὐτῷ συντελεῖν κατ' ἔτος ἐνομοθέτησαν, Ἄτταλος μὲν οὖν τυχὼν τῶν τιμῶν τούτων ἀπῆρεν εἰς Κεγχρεάς.

Ὅτι Νάβις ὁ τύραννος ἀπολιπὼν ἐπὶ τῆς τῶν Ἀργείων πόλεως Τιμοκράτην τὸν Πελληνέα, διὰ τὸ μάλιστα τούτῳ πιστεύειν *καὶ χρῆσθαι πρὸς τὰς ἐπιφανεστάτας πράξεις, ἐπανῆλθεν εἰς τὴν Σπάρτην, καὶ μετά τινας ἡμέρας ἐξέπεμψε τὴν γυναῖκα. δοὺς ἐντολὰς παραγενομένην εἰς Ἄργος περὶ πόρον γίνεσθαι χρημάτων. ἡ δὲ ἀφικομένη πολὺ κατὰ τὴν ὠμότητα Νάβιν ὑπερέθετο. ἀνακαλεσαμένη γὰρ τὰς γυναῖκας τινὰς μὲν κατ' ἰδίαν, τινὰς δὲ κατὰ συγγένειαν, πᾶν γένος αἰκίας καὶ βίας προσέφερε. mſ. κεχρῆσθαι.

μέχρι σχεδὸν ἁπασῶν οὐ μόνον τὸν χρυσοῦν ἀφείλετο κόσμον, ἀλλὰ καὶ τὸν ἱματισμὸν τὸν πολυτελέστατον.

Ὅτι τισὶ συμβέβηκε τὸ τὰς μὲν ἐν ταῖς ἐπιτυχίαις ἐξουσίας, *&c. quæ edita ſunt in lib.* XVII. *pag. 768.*

Ἤδη γὰρ κατὰ τὴν Ἑλλάδα τῆς δωροδοκίας ἐπιπολαζούσης καὶ τοῦ μηδένα μηδὲν δωρεὰν πράττειν, καὶ τοῦ χαρακτῆρος τούτου νομιστευομένου παρὰ τοῖς Αἰτωλοῖς, οὐκ ἐδύναντο πιστεύειν διότι χωρὶς δώρων ἡ τηλικαύτη μεταβολὴ γέγονε τοῦ Τίτου πρὸς τὸν Φίλιππον· οὐκ εἰδότες τὰ Ῥωμαίων ἔθη καὶ νόμιμα περὶ τοῦτο τὸ μέρος. [ἀλλ' ἐξ αὐτῶν τεκμαιρόμενοι καὶ συλλογιζόμενοι, διότι τὸν μὲν Φίλιππον εἰκὸς ἦν προτείνειν πλῆθος χρημάτων διὰ τὸν καιρόν· τὸν δὲ Τίτον μὴ δύνασθαι τούτοις ἀντοφθαλμεῖν.] ἐγὼ δὲ κατὰ μὲν τοὺς ἀνωτέρω χρόνους καὶ κοινὴν ἂν ποιούμενος ἀπόφασιν ἐθάῤῥησα ἂν περὶ πάντων Ῥωμαίων εἰπεῖν, ὡς οὐδὲν ἂν πράξαιεν τοιοῦτον. λέγω δὲ πρότερον ἢ τοῖς διαποντίοις αὐτοὺς ἐγχειρῆσαι πολέμοις, ἕως ἐπὶ τῶν ἰδίων ἐθῶν καὶ νομίμων ἔμενον. ἐν δὲ τοῖς νῦν καιροῖς περὶ πάντων μὲν οὐκ ἂν τολμήσαιμι τοῦτ' εἰπεῖν. κατ' ἰδίαν μέντοι γε περὶ πλειόνων ἀνδρῶν ἐν Ῥώμῃ θαῤῥήσω ἂν ἀποφήνασθαι, διότι δύνανται τὴν πίστιν ἐν τούτῳ τῷ μέρει διαφυλάττειν· μαρτυρίας δὲ χάριν ὁμολογούμενα δύο ὀνόματα, τοῦ μὴ δοκεῖν ἀδύνατα λέγειν. Λεύκιος μὲν γὰρ Αἰμύλιος ὁ Περσέα νικήσας, κύριος γενόμενος τῆς Μακεδόνων βασιλείας, ἐν ᾗ τῆς ἄλλης χωρὶς κατασκευῆς καὶ χορηγίας, ἐν αὐτοῖς εὑρέθη τοῖς θησαυροῖς ἀργυρίου καὶ χρυσίου πλείω τῶν ἑξακισχιλίων ταλάντων, οὐχ οἷον ἐπεθύμησε τούτων τινός, ἀλλ' οὐδ' αὐτόπτης ἠβουλήθη γενέσθαι. δι' ἑτέρων δὲ τὸν χειρισμὸν ἐποιήσατο τῶν προειρημένων. καίτοι κατὰ τὸν ἴδιον βίον οὐ περιττεύων τῇ χορηγίᾳ, τὸ δ' ἐναντίον ἐλλείπων μᾶλλον· μεταλλάξαντος γοῦν αὐτοῦ τὸν βίον οὐ πολὺ κατόπιν τοῦ πολέμου, βουληθέντες οἱ κατὰ φύσιν υἱοὶ Πόπλιος Σκιπίων, καὶ Κόιντος Μάξιμος ἀποδοῦναι τῇ γυναικὶ τὴν φερνὴν

hæc ſuppleui ex Excerptis legationũ Polybii, pag. 789.

donec non aureum modò ornatum, ſed veſtem quoque precioſiſſimam ferè vniuerſis ademit.

Ex Libro XVIII.

Accidit hoc & aliis fortaſſe iam antè, *&c. quæ edita ſunt in lib. 17. pag. 768.*

Iam enim inter Græcos graſſabatur ſordida hæc munerum captatio, gratis nemine quidquam faciente. quæ morum nota cùm vbique pro legitima obtineret apud Ætolos, perſuadere ſibi illi non poterant gratuito contigiſſe eam Titi erga Philippum voluntatis mutationem, ignari moris hac in parte inſtitutíque Romanorum. verùm ex ſeipſis coniectura ducta perquam probabile eſſe diſputabant, Philippum quidem tempori ſeruientem, pecuniæ vim magnam offerre; Titum verò oculos contrà attollere non ſuſtinere. Ego verò ſuperioribus quidem temporibus generaliter pronuncians, de omnibus Romanis affirmare non dubitauerim, eos huiuſmodi aliquid nunquam eſſe facturos; antequam ſcilicet tranſmarina ſuſcepiſſent bella, dum conſuetudines moréſque maiorum ſeruabant. Nunc verò his temporibus de omnibus quidem aſſerere id non auſim, ſed ſigillatim de pluribus ciuibus Romanis id aſſeuerare haudquaquam verear, eos hac in parte fidem atque integritatem præſtare poſſe. Ne cui autem fortè falſa commentus eſſe videar, duorum virorum exempla apud omnes ſine controuerſia recepta hîc adducam. L. Æmilius, is qui Perſem ſuperauit, regno Macedonum potitus, in quo præter reliquam ſupellectilem & cæteras opes, auri argentiq. plus quàm ſex millia talentûm in theſauris ipſis reperta ſunt, non mòdò nihil ex iis concupiuit, ſed ne ipſe quidem ſpectare ea dignatus, per alios cuncta adminiſtrauit, tametſi rei familiaris amplam copiam non haberet, quin potius inopiâ laboraret. Etenim cùm haud multò poſt Perſicum illud bellum è vita abiiſſet, Pub. Scipio & Q. Maximus naturales eius filij, cùm vxori dotem quinque ac viginti talenta reſtituere vellent,

tanta difficultate pecuniæ laborauerunt, vt prorſus tandem diſſoluere id nomen non potuerint, niſi domeſtica ſupellectile & mancipiis, & præterea aliquot prædiis priùs diſtractis. Quod ſi fortaſſe id alicui incredibile videbitur, veritatem eius rei aſſequi in promptu eſt. Nam cùm pleraque ac maximè huiuſce generis facinora ab ipſis Romanis in dubium reuocentur, propter mutuas contentiones atque inimicitias, hoc quod dixi vno omnium conſenſu firmari quiſquis interrogauerit, deprehendet. Pub. item Scipio, naturâ quidem Lucij filius, Publij verò Africani, qui Magnus cognominatus eſt, adoptione nepos, Carthaginis compos factus, quæ vrbs totius orbis locupletiſſima habebatur, nihil ex ea prorſus neque emptionis titulo, neque alia ratione comparatum in priuatum vſum traduxit: quamuis ille non magnis opibus abundaret, ſed modicis facultatibus, vtpote Romanus, eſſet inſtructus. Neque verò ſolùm à Carthaginenſi præda abſtinuit, ſed omnino nihil ex Africæ diuitiis cum ſuis bonis commiſceri eſt paſſus. Atque hanc huius viri in eo genere gloriam apud Romanos indubitatam eſſe ſi quis inquirere voluerit, comperiet. Verùm de his omnibus commodiori loco diſtinctè & accuratè tractabimus. At Titus conſtitutâ cum Philippo die, *&c. quæ edita ſunt in Excerptis Legationum, cap. 6. pag. 789.*

Attalus Rex è vita diſceſſit, quem quidem, vt & in aliis omnibus facere conſueuimus, ſuo elogio ornare, ius faſque eſt. Huic enim viro nullum ad ſpem regni ſubſidium præter diuitias fortuna dederat. quæ ſi cum prudentia & audacia adminiſtrentur, maximas ad omnem conatum afferunt vtilitates. ſecùs, grauium malorum ac poſtremò interitus cauſa pleriſq. eſſe ſolent,

εἴκοσι τάλαντα καὶ πέντε, ἐπὶ τοσοῦτον ἐδυσχρηστήθησαν, ὡς οὐδ᾽ εἰς τέλος ἐδυνήθησαν, εἰ μὴ τὴν ἐνδουχίαν ἀπέδοντο καὶ τὰ σώματα, καὶ σὺν τούτοις ἔτι τινὰς τῶν κτήσεων. εἰ δέ τισιν ἄπιστον τὸ λεγόμενον ἐοικέναι δόξει, ῥᾴδιον ὑπὲρ τούτου λαβεῖν πίστιν. πολλῶν γὰρ ἀμφισβητουμένων παρὰ Ῥωμαίοις, καὶ μάλιστα περὶ τοῦτο τὸ μέρος διὰ τὰς πρὸς ἀλλήλους ἀντιπαραγωγάς, ὅμως τὸ νῦν εἰρημένον ὑφ᾽ ἡμῶν, ὁμολογούμενον εὑρήσει παρὰ πᾶσιν ὁ ζητῶν. καὶ μὴν Πόπλιος Σκιπίων ὁ τούτου μὲν κατὰ φύσιν υἱός, Ποπλίου δὲ τοῦ μεγάλου κληθέντος κατὰ θέσιν υἱωνός, κύριος γενόμενος τῆς Καρχηδόνος, ἥτις ἐδόκει πολυχρημονεστάτη τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην εἶναι πόλεων, ἁπλῶς τῶν ἐξ ἐκείνης οὐδὲν εἰς τὸν ἴδιον βίον μετήγαγεν, οὔτ᾽ ὠνησάμενος, οὔτ᾽ ἄλλῳ τρόπῳ κτησάμενος οὐδέν. καίπερ οὐχ ὅλως εὐπορούμενος κατὰ τὸν βίον, ἀλλὰ μέτριος ὢν κατὰ τὴν ὕπαρξιν ὡς Ῥωμαῖος. οὐχ οἷον δὲ τῶν ἐξ αὐτῆς τῆς Καρχηδόνος ἀπέσχετο μόνον, ἀλλὰ καὶ καθόλου τῶν ἐκ τῆς Λιβύης οὐδὲν ἐπιμιχθῆναι πρὸς τὸν ἴδιον εἴασε βίον. περὶ δὲ τούτου πάλιν τἀνδρὸς ὁ ζητῶν ἀληθινῶς, ἀναμφισβήτητον εὑρήσει παρὰ Ῥωμαίοις τὴν περὶ τοῦτο τὸ μέρος δόξαν. ἀλλὰ γὰρ ὑπὲρ μὲν τούτων οἰκειότερον λαβόντες καιρόν, ποιησόμεθα ἐπιπλεῖστον διαστολήν· ὁ δὲ Τίτος ταξάμενος ἡμέραν, *& cætera, quæ edita ſunt in Excerptis legationum, pag. 789. quæ ad librum 18. pertinent.*

Ὅτι φησὶν ὁ Πολύβιος ἐν τῷ ιη′ λόγῳ ὅτι Ἄτταλος ἐτελεύτησε τὸν βίον. ὑπὲρ οὗ δίκαιόν ἐστι, καθάπερ περὶ τῶν ἄλλων εἰθίσμεθα, ποιεῖν, καὶ περὶ τούτου νῦν ἐπιφθέγξασθαι τὸν ἁρμόζοντα λόγον. ἐκείνῳ μὲν γὰρ ἐξαρχῆς ἄλλο μὲν οὐδὲν ἐφόδιον ὑπῆρξε πρὸς βασιλείαν τῶν ἐκτός, πλοῦτος δὲ μόνον. ὃς μετὰ νοῦ μὲν καὶ τόλμης χειριζόμενος, ὡς ἀληθῶς μεγάλην παρέχεται χρείαν πρὸς πᾶσαν ἐπιβολήν. ἄνευ δὲ τῶν προειρημένων, τοῖς πλείστοις κακῶν παραίτιος πέφυκε γίνεσθαι καὶ συλλήβδην ἀπωλείας.

καὶ γὰρ φθόνους γεννᾷ καὶ ἐπιβουλὰς, καὶ πρὸς διαφθορὰν σώματος καὶ τύχης μεγίστας ἔχει ῥοπάς· ὀλίγαι δέ τινες εἰσὶ ψυχαὶ παντάπασιν, αἳ ταῦτα δυνάμεναι διωθεῖσθαι τῇ τοῦ πλούτου δυνάμει. διὸ καὶ τοῦ προειρημένου ἄξιον ἀγασθῆναι τὴν μεγαλοψυχίαν, ὅτι πρὸς οὐδὲν τῶν ἄλλων ἐπεβάλετο χρῆσθαι τοῖς χορηγίοις, ἀλλὰ πρὸς βασιλείας κατάκτησιν. οὗ μεῖζον ἢ κάλλιον οὐδὲν οἷόν τέ ἐστιν οὐδ' εἰπεῖν. ὃς τὴν ἀρχὴν ἐνεστήσατο τῆς προειρημένης ἐπιβολῆς, οὐ μόνον διὰ τῆς εἰς τοὺς φίλους εὐεργεσίας καὶ χάριτος, ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν κατὰ πόλεμον ἔργων. νικήσας γὰρ μάχῃ Γαλάτας, ὃ βαρύτατον καὶ μαχιμώτατον ἔθνος ἦν τότε κατὰ τὴν Ἀσίαν, ταύτην ἀρχὴν ἐποιήσατο, καὶ τότε πρῶτον αὐτὸν ἔδειξε βασιλέα. τυχὼν δὲ τῆς τιμῆς ταύτης, καὶ βιώσας ἔτη δύω πρὸς τοῖς ο'. τούτων δὲ βασιλεύσας μ'. καὶ δ'. σωφρονέστατα μὲν ἐβίωσε καὶ σεμνότατα πρὸς γυναῖκα καὶ τέκνα· διεφύλαξε δὲ τὴν πρὸς πάντας τοὺς συμμάχους καὶ φίλους πίστιν· ἐναπέθανε δὲ ἐν αὐτοῖς τοῖς καλλίστοις ἔργοις, ἀγωνιζόμενος ὑπὲρ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας. τὸ δὲ μέγιστον δ'. υἱοὺς ἐν ἡλικίᾳ καταλιπὼν, οὕτως ἡρμόσατο τὰ κατὰ τὴν ἀρχὴν, ὥστε παισὶ παίδων ἀστασίαστον παραδοθῆναι τὴν βασιλείαν.

Ὅτι Πολυκράτης ὁ τῆς Κύπρου ἄρχων ἐπὶ Πτολεμαίου τοῦ παιδὸς, *&c. quæ ſunt edita inter Excerpta lib. 17. pag. 773.*

ΛΟΓΟΣ κ'.

Ὅτι Βοιωτοὶ ἐκ πολλῶν ἤδη χρόνων κατεκλιθῶντες ἦσαν, καὶ μεγάλην εἶχον διαφορὰν πρὸς τὴν γεγενημένην εὐεξίαν, καὶ δόξαν αὐτῶν τῆς πολιτείας. οὗτοι γὰρ μεγάλην περιποιησάμενοι καὶ δόξαν καὶ δύναμιν ἐν τοῖς Λευκτρικοῖς καιροῖς, οὐκ οἶδ' ὅπως κατὰ τὸ συνεχὲς ἐν τοῖς ἑξῆς καιροῖς ἀφῄρουν ἀμφοτέρων ἀεὶ τῶν προειρημένων, ἔχοντες στρατηγὸν Ἀμφιόκριτον. ἀπὸ δὲ τούτων τῶν καιρῶν οὐ μόνον ἀφῄρουν,

Nam & inuidiam & inſidias pariunt, & ad corporis animíque perniciem maxima habent momenta. Ac pauciſſima ingenia reperias, quæ diuitiarum adminiculo huiuſmodi mala propulſare poſſint. Quare illius viri magnitudinem animi mirari conuenit, qui nullius alterius rei cauſa, ſed ad regnum ſibi comparandum opibus vti inſtituit, quo certè nihil maius aut illuſtrius dici poteſt. atque id primum aggreſſus eſt, non modò liberalitate & gratia erga amicos, ſed etiam auxilio rei militaris: Superatis enim prælio Gallis, quæ gens maximè terribilis ac bellicoſiſſima tum in Aſia erat, tum primùm regium nomen palam ſibi adſciuit. qua dignitate per quatuor & quadraginta annos potitus, (vixit enim annis duobus & ſeptuaginta) ſingulari modeſtia & grauitate cum vxore ac liberis vixit, & ſociis omnibus atque amicis fidem præſtitit: ac poſtremò præclariſſimis rebus eſt immortuus, pro libertate Græciæ contendens. quodque præcipuum eſt, quatuor filiis adoleſcentibus relictis regnum adeo ſtabile ac firmum tranſmiſit, vt ad tertiam ſtirpem tranquilla & pacata eius poſſeſſio peruenerit.

Polycrates Cypri Præfectus iam inde à Ptolemæi patris temporibus, *&c. quæ edita ſunt in libro 17. pag. 773.*

Ex Libro XX.

Bœotorum res iamdudum malè habebant, atque à priſtino illo vigore ac Reipublicæ ſplendore longè aberant. Nam Bœoti cùm Leuctricis temporibus maximam gloriam ac potentiam adepti eſſent; neſcio quo pacto paulatim deinceps vtramque imminuerunt Prætore Amæocrito. exinde verò non imminuerunt ſolùm,

ſed prorſus ad contraria ſtudia conuerſi, priſtinam laudem extinxerunt. Cùm enim Achæi in bellum cum Ætolis eos coniecisſent, Bœoti amicitia & ſocietate cum Achæis facta, poſthac aſſiduè aduerſus Ætolos pugnabant: cúmque Ætoli in Bœotiam cum exercitu aliquando irrupiſſent, Bœoti cum omni iuuentute egreſſi, non expectato Achæorum auxilio, qui copias contraxerant, iamque præſto erant futuri, cum Ætolis conflixerunt. Quo in prælio victi, adeo animos deſponderunt, vt nullum deinceps certamen de laude & gloria ſuſcipere auſi fuerint, neque vllius præclari facinoris aut prælij ſocietatem cum vllo Græcorum ex publico decreto coïuerint: ſed ad conuiuia & crapulas conuerſi, & animorum vim & corporum fregerint. Quæ res, (vt ſingula ab his imprudenter facta in vnum conferam,) ita euenit. Poſt ſuprà dictam cladem, relicta ſtatim Achæorum ſocietate, Ætolis gentem adiunxerunt. Cùm verò Ætoli bellum aduerſus Demetrium Philippi patrem aliquanto pòſt ſuſcepiſſent, his rurſus relictis, Demetrio cum copiis Bœotiam ingreſſo, ſe ſuáque omnia dedidêre, nullo priùs tentato belli diſcrimine. Cæterùm cùm modica quædam ſcintilla priſtinæ maiorum gloriæ adhuc in quibuſdam viueret, erant qui præſentem rerum ſtatum atque impenſum illud erga Macedones obſequium ægrè ferrent. Proinde his maximæ in Republica diſſenſiones atque altercationes fuêre cum Aſconda ac Neone Brachyllis majoribus. Hi enim Macedonum partes ſtudioſiſſimè fouebant. Tandem verò Aſcondæ factio ſuperior euaſit hoc pacto: Antigonus is qui poſt Demetrij obitum Philippi tutelam geſſit, cuiuſpiam negotij cauſâ, ad extremos Bœotiæ fines cùm nauigaret, repentè æſtu maris circa Labrynam exorto naues eius in ſicco deſtitutæ ſunt.

ἀλλ' ἁπλῶς εἰς τἀναντία τραπέντες, καὶ τὴν πρὸ τοῦ δόξαν ἐφ' ὅσον οἷοί τ' ἦσαν ἠμαύρωσαν. Ἀχαιῶν γὰρ αὐτοὺς πρὸς Αἰτωλοὺς ἐκπολεμωσάντων, μεταλαβόντες τούτοις τῆς αὐτῆς αἱρέσεως, καὶ ποιησάμενοι συμμαχίαν, μετὰ ταῦτα κατὰ τὸ συνεχὲς ἐπολέμουν πρὸς Αἰτωλούς. ἐμβαλόντων δὲ μετὰ δυνάμεως εἰς τὴν Βοιωτίαν τῶν Αἰτωλῶν, ἐκστρατεύσαντες πανδημεὶ, καὶ τῶν Ἀχαιῶν ἠθροισμένων καὶ μελλόντων παραβοηθεῖν, οὐκ ἐκδεξάμενοι τὴν τούτων παρουσίαν συνέβαλον τοῖς Αἰτωλοῖς. ἡττηθέντες δὲ κατὰ τὸν κίνδυνον οὕτως ἀνέπεσον ταῖς ψυχαῖς, ὥστ' ἀπ' ἐκείνης τῆς χρείας, ἁπλῶς οὐδενὸς ἔτι τῶν καλῶν ἀμφισβητεῖν ἐτόλμησαν· οὐδ' ἐκοινώνησαν οὔτε πράξεως, οὔτ' ἀγῶνος οὐδενὸς ἔτι τοῖς Ελλησι μετὰ κοινοῦ δόγματος, ἀλλ' ὁρμήσαντες πρὸς εὐωχίαν καὶ μέθας, οὐ μόνον τοῖς σώμασιν ἐξελύθησαν, ἀλλὰ καὶ ταῖς ψυχαῖς. τὰ δὲ κεφάλαια τῆς κατὰ μέρος ἀγνοίας ἐχειρίσθη παρ' αὐτοῖς τὸν τρόπον τοῦτον. μετὰ γὰρ τὴν προειρημένην ἧτταν εὐθέως ἐγκαταλιπόντες τοὺς Ἀχαιοὺς, προσένειμαν Αἰτωλοῖς τὸ ἔθνος. ἀνελομένων δὲ καὶ τούτων πόλεμον μετά τινα χρόνον πρὸς Δημήτριον τὸν Φιλίππου πατέρα, πάλιν ἐγκαταλιπόντες τούτους, καὶ παραγενομένου Δημητρίου μετὰ δυνάμεως εἰς τὴν Βοιωτίαν, οὐδενὸς πεῖραν λαβόντες τῶν δεινῶν ὑπέταξαν σφᾶς αὐτοὺς ὁλοσχερῶς Μακεδόσι. βραχέος δ' αἰθύγματος ἐγκαταλειπομένου τῆς προγονικῆς δόξης, ἦσάν τινες οἱ δυσαρεστοῦντες τῇ παρούσῃ καταστάσει, καὶ τῷ πάντα πείθεσθαι Μακεδόσι. διὸ καὶ μεγάλην ἀντιπολιτείαν εἶναι συνέβαινε τούτοις πρὸς τοὺς περὶ τὸν Ἀσκώνδαν, καὶ Νέωνα τοὺς Βραχύλλου προγόνους. οὗτοι γὰρ ἦσαν οἱ μάλιστα τότε μακεδονίζοντες. οὐ μὴν ἀλλὰ τέλος κατίσχυσαν οἱ περὶ τὸν Ἀσκώνδαν, γενομένης τινὸς περιπετείας τοιαύτης. Ἀντίγονος μετὰ τὸν Δημητρίου θάνατον ἐπιτροπεύσας Φιλίππου, πλέων ἐπί τινας πράξεις πρὸς τὰ ἔσχατα τῆς Βοιωτίας πρὸς Λάβρυμναν, παραδόξου γενομένης ἀμπώτεως ἐκάθισαν πρὸς τὸ ξηρὸν αἱ νῆες αὐτοῦ.

κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον προσπεπτωκυίας τῆς φήμης, ὅτι μέλλει κατατρέχειν τὴν χώραν Ἀντίγονος, Νέων ἱππαρχῶν τότε, καὶ πάντας τοὺς Βοιωτῶν ἱππεῖς μετ' αὐτοῦ περιαγόμενος χάριν τοῦ παραφυλάττειν τὴν χώραν, ἐπῆλθε τοῖς περὶ τὸν Ἀντίγονον ἀπορουμένοις, καὶ δυσχρηστουμένοις διὰ τὸ συμβεβηκός. καὶ δυνάμενος μεγάλα βλάψαι τοὺς Μακεδόνας, ἔδοξε φείσασθαι παρὰ τὴν προσδοκίαν αὐτῶν. τοῖς μὲν οὖν ἄλλοις Βοιωτοῖς ἤρεσκε τοῦτο πράξας, τοῖς δὲ Θηβαίοις οὐχ ὅλως εὐδόκει τὸ γεγονός. ὁ δ' Ἀντίγονος ἐπελθούσης μετ' ὀλίγον τῆς πλήμμης, καὶ κουφισθεισῶν τῶν νεῶν, τῷ μὲν Νέωνι μεγάλην εἶχε χάριν ἐπὶ τῷ μὴ συνεπιτεθεῖσθαι σφίσι κατὰ τὴν περιπέτειαν. αὐτὸς δὲ τὸν προκείμενον ἐτέλει πλοῦν εἰς τὴν Ἀσίαν. διὸ καὶ μετὰ ταῦτα νικήσας Κλεομένη τὸν Σπαρτιάτην, καὶ κύριος γενόμενος τῆς Λακεδαίμονος, ἐπιστάτην ἀπέλιπε τῆς πόλεως Βραχύλλην. οὐ μόνον δὲ ταύτην αὐτῶν ἔσχε τὴν πρόνοιαν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸ συνεχές, ὅτε μὲν αὐτός, ὅτε δὲ Φίλιππος χορηγοῦντες καὶ συνεπισχύοντες ἀεί, ταχέως κατηγωνίσαντο τοὺς ἐν ταῖς Θήβαις αὐτοῖς ἀντιπολιτευομένους, καὶ πάντας ἠνάγκασαν μακεδονίζειν πλὴν τελέως ὀλίγων τινῶν. τὰ μὲν οὖν κατὰ τὴν οἰκίαν τὴν Νέωνος τοιαύτην ἔλαβε τὴν ἀρχήν, καὶ τῆς πρὸς Μακεδόνας συστάσεως καὶ τῆς κατὰ τὴν οὐσίαν ἐπιδόσεως. τὰ δὲ κοινὰ τῶν Βοιωτῶν εἰς τοσαύτην παρεγεγόνει καχεξίαν, ὥστε σχεδὸν εἴκοσι καὶ ε' ἐτῶν τὸ δίκαιον μὴ διεξῆχθαι παρ' αὐτοῖς, μήτε περὶ τῶν ἰδιωτικῶν συμβολαίων, μήτε περὶ τῶν κοινῶν ἐγκλημάτων. ἀλλ' οἱ μὲν φρουρὰς παραγγέλλοντες τῶν ἀρχόντων, οἱ δὲ στρατείας κοινάς, ἐξέκοπτον ἀεὶ τὴν δικαιοδοσίαν. ἔνιοι δὲ τῶν στρατηγῶν καὶ μισθοδοσίας ἐποίουν ἐκ τῶν κοινῶν τοῖς ἀπόροις τῶν ἀνθρώπων. ἐξ ὧν ἐδιδάχθη τὰ πλήθη τούτοις προσέχειν, καὶ τούτοις περιποιεῖν τὰς ἀρχάς. δι' ὧν ἔμελλε τῶν μὲν ἀδικημάτων καὶ τῶν ὀφειλημάτων οὐχ ὑφέξειν δίκας, προσλήψεσθαι δὲ τῶν κοινῶν ἀεί τι διὰ τὴν τῶν ἀρχόντων χάριν. πλεῖστα δὲ

Ac tum fortè perlatâ famâ Antigonum in Bœotiam irruptionem parare, Neo Præfectus equitum, cuſtodiendæ regionis cauſa vniuerſum equitatum Bœotorum circumducens, laboranti Antigono, & eo caſu tum maximè turbato, ſuperuenit. cúmque maximo damno Macedonas afficere poſſet, præter ipſorum ſpem viſus eſt iis peperciſſe; quod eius factum cæteris quidem Bœotis placuit, at Thebani minimè approbauerunt. Cæterùm Antigonus accedente paulò pòſt mari, alleuatiſque nauibus, Neoni quidem multam gratiam habuit, quod in attonitos eo periculo impetum non feciſſet. ipſe inſtitutam in Aſiam nauigationem perſecutus eſt. Itaque victo poſtea Cleomene Spartano Lacedæmonis potitus, curatorem vrbis Brachyllem reliquit. Neque verò tunc duntaxat huius familiæ curam habuit, ſed continuè partim ipſe, partim Philippus pecuniam viréſque ſuppeditantes, breui contrariam Thebis factionem afflixêre, cunctóſque ad colendas Macedonum partes præter admodum paucos compulêre. Huiuſmodi ex cauſa familiæ quidem Neonis & gratia apud Macedones & ingentes opes acceſſerunt. at Reſpublica Bœotorum in eam perturbationem adducta erat, vt per quinque ac viginti ferè annos continuum apud illos iuſtitium fuerit, nec de priuatis contractibus, nec de publicis controuerſiis ius redditum ſit. Quippe Magiſtratus nunc præſidium, nunc expeditionem totius gentis indicendo, iuriſdictionem aſſiduè differebant: atque è Prætoribus nonnulli pecuniam publicam inter egentiſſimos ciues diuidebant. Quo factum eſt, vt plebs eis plurimùm fauere, & Magiſtratus cunctos mandare ſuis ſuffragiis cœperit, cùm & maleficiorum, & æris alieni iudicium ea ratione ſubterfugeret, & nouà ſemper ex ærario lucra à Magiſtratibus popularem gratiam captantibus acceptura eſſet. Plurimùm ad

huiuſmodi corruptionem contulit Opheltas, qui in dies noui aliquid excogitabat, quod tum quidem in commune vtile eſſe videbatur, ſed poſtmodum certiſſimam omnibus perniciem allaturum erat. his acceſſit aliud prauum inſtitutum. Orbi enim non agnatis, quæ priùs conſuetudo apud illos erat, facultates ſuas relinquebant: Sed in conuiuia ac compotationes legabant, atque inter amicos ſuos, communes illas iubebant eſſe. Multique adeo quibus ſuperſtites erant liberi, maximam partem bonorum ſodalitatibus huiuſmodi diuidebant. ita vt non pauci inter Bœotos eſſent, quibus per menſem plures ſuppeterent cœnæ, quàm menſis dies erant. Quamobrem Megarenſes qui huiuſmodi rerum ſtatum odio habebant, reuocatâ in memoriam priſtinâ ſocietate, quæ ipſis cum Achæis interceſſerat, rurſus ad Achæorum amicitiam ſectámque ſe tranſtulerunt. Quippe Megarenſes principio quidem iam inde ab Antigoni Gonatæ temporibus ſub Achæorum formula cenſebantur: poſtquam verò Cleomenes ad Iſthmum præſedit, intercluſi, conſentientibus Achæis ſeſe Bœotis adiunxêre: ſed paulò ante hæc tempora quæ nunc commemoramus, cùm Bœotorum adminiſtratio eis diſpliceret, denuò ad Achæorum partes tranſierunt. At Bœoti infenſi quod deſpectui habiti eſſe ſibi videbantur, vniuerſi cum exercitu aduerſus Megarenſes profecti ſunt. cúmque illos valde ſpernerent, neque antè præuidiſſent Achæos auxilio adfore, confeſtim obſidionem vrbis atque oppugnationem inſtituerunt. ſed mox coorto inter eos terrore quodam panico, diffuſóque rumore Philopœmenem cum Achæorum copiis adeſſe, effuſi in fugam ſcalis ad mœnia relictis, curſu in patriam reuerterunt. Huiuſmodi Repub. vſi Bœoti, tamen tempora belli Philippici & Antiochini mirâ felicitate effugerunt: verùm ſecutis poſtea temporibus non euaſerunt, ſed quaſi conſultò compenſans fortuna grauiter eis inſultare poſtmodum viſa eſt, vt infra narrabitur.

συνεβάλετο πρὸς τὴν τοιαύτην Ὀφέλτας, ἀεί τι προσεπινοῶν, ὃ κατὰ τὸ παρὸν ἐδόκει τοὺς πολλοὺς ὠφελεῖν, μετὰ δὲ ταῦτα πάντας ἀπολεῖν ἔμελλεν ὁμολογουμένως. τούτοις δ' ἠκολούθησε καὶ ἕτερος ζῆλος οὐκ εὐτυχής. οἱ μὲν γὰρ ἄτεκνοι τὰς οὐσίας οὐ τοῖς κατὰ γένος ἐπιγινομένοις τελευτῶντες ἀπέλειπον· ὅπερ ἦν ἔθος παρ' αὐτοῖς πρότερον. ἀλλ' εἰς εὐωχίας καὶ μέθας διετίθεντο, καὶ κοινὰς τοῖς φίλοις ἐποίουν. πολλοὶ δὲ καὶ τῶν ἐχόντων γενεάς, ἀπεμέριζον τοῖς συσσιτίοις τὸ πλεῖον μέρος τῆς οὐσίας. ὥστε πολλοὺς εἶναι Βοιωτῶν, οἷς ὑπῆρχε δεῖπνα τοῦ μηνὸς πλείω τῶν εἰς τὸν μῆνα διατεταγμένων ἡμερῶν. διὸ καὶ Μεγαρεῖς μισήσαντες μὲν τὴν τοιαύτην κατάστασιν, μνησθέντες δὲ τῆς προγεγενημένης αὐτοῖς μετὰ τῶν Ἀχαιῶν συμπολιτείας, αὖθις ἀπένευσαν πρὸς τοὺς Ἀχαιοὺς καὶ τὴν ἐκείνων αἵρεσιν. Μεγαρεῖς γὰρ ἐξ ἀρχῆς μὲν ἐπολιτεύοντο μετὰ τῶν Ἀχαιῶν ἀπὸ τῶν κατ' Ἀντίγονον τὸν Γονατᾶν χρόνων. ὅτε δὲ Κλεομένης εἰς τὸν Ἰσθμὸν προσεκάθισε, διακλεισθέντες προσέθεντο τοῖς Βοιωτοῖς μετὰ τῆς τῶν Ἀχαιῶν γνώμης. βραχὺ δὲ πρὸ τῶν νῦν λεγομένων καιρῶν δυσαρεστήσαντες τῇ πολιτείᾳ τῶν Βοιωτῶν, αὖθις ἀπένευσαν πρὸς τοὺς Ἀχαιούς. οἱ δὲ Βοιωτοὶ διοργισθέντες ἐπὶ τῷ καταφρονεῖσθαι δοκεῖν, ἐξῆλθον ἐπὶ τοὺς Μεγαρεῖς πανδημεὶ σὺν τοῖς ὅπλοις. οὐδένα δὲ ποιούμενοι λόγον τῶν Μεγαρέων, τῆς παρουσίας* αὐτῶν οὕτω θυμωθέντες πολιορκεῖν ἐπεβάλοντο, καὶ προσβολὰς ποιεῖσθαι τῇ πόλει. πανικοῦ δ' ἐμπεσόντος αὐτοῖς, καὶ φήμης ὅτι πάρεστι Φιλοποίμην τοὺς Ἀχαιοὺς ἔχων, ἀπολιπόντες πρὸς τῷ τείχει τὰς κλίμακας, ἔφυγον προτροπάδην εἰς τὴν οἰκείαν. τοιαύτην δ' ἔχοντες οἱ Βοιωτοὶ τὴν διάθεσιν τῆς πολιτείας, εὐτυχῶς πως διωλίσθανον, καὶ τοὺς κατὰ Φίλιππον, καὶ τοὺς κατ' Ἀντίοχον καιρούς. ἐν γε μὴν τοῖς ἑξῆς οὐ διέφυγον, ἀλλ' ὥσπερ ἐπίτηδες ἀνταπόδοσιν ἡ τύχη ποιουμένη βαρέως ἔδοξεν αὐτοῖς ἐπεμβαίνειν. ὑπὲρ ὧν ἡμεῖς ἐν τοῖς ἑξῆς ποιησόμεθα μνήμην.

l. Ἀχαιῶν οὐκ ἐνθυμηθέντες.

Ὅτι οἱ πολλοὶ πρόφασιν μὲν εἶχον τῆς πρὸς Ῥωμαίους ἀλλοτριότητος, τὴν ἐπαναίρεσιν τὴν Βραχύλλου, καὶ τὴν στρατείαν ἣν ἐποιήσατο Τίτος ἐπὶ Κορώνειαν, διὰ τοὺς ἐπιγινομένους φόνους ἐν ταῖς ὁδοῖς τῶν Ῥωμαίων. τῇ δ' ἀληθείᾳ καχεκτοῦντες ταῖς ψυχαῖς διὰ τὰς προειρημένας αἰτίας. καὶ γὰρ τοῦ βασιλέως συνεγγίζοντος, ἐξῄεσαν ἐπὶ τὴν ἀπάντησιν οἱ τῶν Βοιωτῶν *ἀρξάντες· συμμίξαντες δὲ καὶ φιλανθρώπως ὁμιλήσαντες, ἦγον αὐτὸν εἰς τὰς Θήβας.

leg. ἄρχοντες.

Τέλος τοῦ κ΄. λόγου τῆς Πολυβίου ἱστορίας.

Ὅτι Παμφιλίδας ὁ τῶν Ῥοδίων ναύαρχος ἐδόκει πρὸς τοὺς πάντας καιροὺς εὐαρμοστότερος εἶναι τοῦ Πασιστράτου, διὰ τὸ βαθύτερος τῇ φύσει καὶ στασιμώτερος μᾶλλον ἢ τολμηρότερος ὑπάρχειν. ἀγαθοὶ γὰρ οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων οὐκ ἐκ τῶν κατὰ λόγον, ἀλλ' ἐκ τῶν συμβαινόντων ποιεῖσθαι τὰς διαλήψεις· ἄρτι γὰρ δι' αὐτὸ τοῦτο προκεχειρισμένοι τὸν Πασίστρατον διὰ τὸ πρᾶξιν ἔχειν τινὰ καὶ τόλμαν, παραχρῆμα μετέπιπτον εἰς τἀναντία τῆς γνώμης διὰ τὴν περιπέτειαν.

Ὅτι Διοφάνης ὁ Μεγαλοπολίτης μεγάλην ἕξιν εἶχεν ἐν τοῖς πολεμικοῖς, διὰ τὸ πολυχρονίου γεγονότος τοῦ πρὸς Νάβιν πολέμου τοῖς Μεγαλοπολίταις ἀστυγείτονος, πάντα συνεχῶς τὸν χρόνον ὑπὸ τὸν Φιλοποίμενα τεταγμένος τριβὴν ἐσχηκέναι τῶν κατὰ πόλεμον ἔργων ἀληθινήν. χωρίς τε τούτων κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν, καὶ κατὰ τὴν σωματικὴν χρείαν ἦν ὁ προειρημένος ἀνὴρ δυνατὸς καὶ καταπληκτικός. ὃ δὲ κυριώτατον πρὸς πόλεμον ὑπῆρχεν ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ τοῖς ὅπλοις ἐχρῆτο διαφερόντως.

Plerique Bœotorum alienati in Romanos animi cauſam prætexebant, Brachyllis cædem, & quod Titus aduerſus Coroneam cum exercitu eſſet profectus, ob frequentes ciuium Romanorum cædes, quæ per vias committebantur: ſed reuera animorum corruptio ex antè dictis rationibus conflata in cauſa erat. Nam cùm Antiochus Rex proximè Thebas veniſſet, Bœotorum magiſtratus obuiam ei egreſſi, ac beneuolè collocuti, Regem in vrbem deduxerunt.

Finis libri XX.

Pamphilidas Rhodiorum nauarchus ad omnia temporum momenta aptior Paſiſtrato videbatur. quippe ſagaciori ingenio, & maiori conſtantia quàm audacia præditus erat. Plerique enim homines non ex conſilio ac ratione, ſed ex euentu iudicare ſolent: ſiquidem cùm Paſiſtratum nuper elegiſſent, eò maximè quod ad agendum audendúmque ſtrenuus erat, tum repente ob illum caſum in contrariam ſententiam verſi omnes fuerunt.

Diophanes Megalopolitanus magno vſu rei militaris inſtructus fuit. bello enim aduerſus Nabidem tyrannum diuturno & Megalopolitanis ipſis finitimo, ſub Philopœmenis diſciplina aſſiduè militans, veram ac ſeriam rerum bellicarum peritiam collegerat. Præterea ipſa ſpecie & corporis robore conſpicuus ac formidabilis erat. quodque eſt præcipuum, ſtrenuus bellator, & tractandorum inprimis armorum peritus.

Moagetes Cibyratarum tyrannus, crudelis fuit & callidus, neque ſtrictim, ſed accuratè merito elogio afficiendus eſt.

Cùm Ptolemæus Ægypti Rex Lycopolim obſediſſet, Ægyptiorum optimates rei nouitate perculſi, regis fidei ſeſe omnes dediderunt. quos quidem rex acerbè accepit, eóque in multa diſcrima eſt delapſus. Idem quoque iis temporibus accidit, quibus Polycrates defectores in poteſtatem redegit. Athinis enim & Pauſiras & Cheſuphus & Irobaſtus, qui ex optimatibus Ægyptiorum reliqui erant, temporum neceſſitati cedentes, Saïn venerunt, ſéque Regis fidei vltrò commiſerunt. At Ptolemæus ſpretâ omni fide, comprehenſos homines & nudos ad currum reuinctos traxit, ac paulò pòſt neci dedit. Inde Naucratim profectus cum exercitu, aſſumptis mercenariis militibus, quos ei ex Græcia Ariſtonicus adduxerat, Alexandriam maritimo itinere eſt reuerſus, cùm nullam omnino partem rei militaris attigiſſet ex iniquo Polycratis conſilio, tametſi annum ætatis quintum ac viceſimum ingreſſus.

Apollonias Regis Attali vxor, Eumenis mater, Cyzico oriunda erat, mulier ob plurimas cauſas memoria & laude digna. Nam & quod plebeïa cùm eſſet, tamen Regina adſcita eſt, idque faſtigium vſque ad exitum vitæ retinuit, non meretriciis illecebris, ſed modeſtia morumque grauitate quadam ciuili & probitate; eapropter virtutis ſuæ laudem meretur. & maximè quod cùm quatuor filios peperiſſet, incredibilem in cunctos beneuolentiam atque amorem ad extremum vſque ſpiritum conſeruauit, quamuis diuturno tempore marito ſuperſtes vixerit.

Ori

Ὅτι Μοαγέτης ἦν τύραννος Κιβύρας ὠμὸς γεγονὼς καὶ δόλιος· καὶ οὐκ ἄξιός ἐστιν ἐκ παραδρομῆς, ἀλλὰ μετ' *ἐπιστάσεως τυχεῖν τῆς ἁρμοζούσης μνήμης. mſ. ἐπιτάσεως.

Ὅτι Πτολεμαῖος ὁ βασιλεὺς Αἰγύπτου, ὅτε τὴν Λύκων πόλιν ἐπολιόρκησε, καταπλαγέντες τὸ γεγονὸς οἱ δυνάσται τῶν Αἰγυπτίων ἔδωκαν σφᾶς αὐτοὺς εἰς τὴν τοῦ βασιλέως πίστιν. οἷς κακῶς ἐχρήσατο, καὶ εἰς κινδύνους πολλοὺς ἐνέπεσεν. παραπλήσιον δέ τι συνέβη καὶ κατὰ τοὺς καιρούς, ἡνίκα Πολυκράτης τοὺς ἀποστάτας ἐχειρώσατο. οἱ γὰρ περὶ τὸν Ἀθίνιν καὶ Παυσίραν, καὶ Χέσουφον, καὶ τὸν Ἰρόβαστον, οἵπερ ἦσαν ἔτι διασωζόμενοι τῶν δυναστῶν, εἴξαντες τοῖς πράγμασι παρῆσαν εἰς τὸν Σάϊν, σφᾶς αὐτοὺς εἰς τὴν τοῦ βασιλέως ἐγχειρίζοντες πίστιν. ὁ δὲ Πτολεμαῖος ἀθετήσας τὰς πίστεις, καὶ δήσας τοὺς ἀνθρώπους γυμνοὺς ταῖς ἁμάξαις, εἷλκε καὶ μετὰ ταῦτα τιμωρησάμενος ἀπέκτεινε. καὶ παραγενόμενος εἰς τὴν Ναύκρατιν μετὰ τῆς στρατιᾶς, καὶ παραστήσαντος αὐτῷ τοὺς ἐξενολογημένους ἄνδρας ἐκ τῆς Ἑλλάδος Ἀριστονίκου, προσδεξάμενος τούτους ἀπέπλευσεν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν. τῶν μὲν τοῦ πολέμου πράξεων οὐδεμιᾶς κεκοινωνηκὼς διὰ τὴν Πολυκράτους ἀδικοδοξίαν, καίπερ ἔχων ἔτη πέντε καὶ εἴκοσιν.

Ὅτι Ἀπολλωνιὰς ἡ Ἀττάλου τοῦ πατρὸς Εὐμένους τοῦ βασιλέως γαμετὴ Κυζικηνὴ ἦν, γυνὴ διὰ πλείους αἰτίας ἀξία μνήμης καὶ παρασημασίας. καὶ γὰρ ὅτι δημότις ὑπάρχουσα βασίλισσα ἐγεγόνει, καὶ ταύτην διεφύλαξε τὴν ὑπεροχὴν μέχρι τῆς τελευταίας, οὐχ ἑταιρικὴν προσφερομένη πιθανότητα, σωφρονικὴν δὲ καὶ πολιτικὴν σεμνότητα καὶ καλοκαγαθίαν, καὶ δικαία τυγχάνειν τῆς ἐπ' ἀγαθῷ μνήμης ἐστίν. καὶ καθόλου ὅτι τέτταρας υἱοὺς γεννήσασα, πρὸς πάντας τούτους ἀνυπέρβλητον διεφύλαξε τὴν εὔνοιαν, καὶ φιλοστοργίαν μέχρι τῆς τοῦ βίου καταστροφῆς, καίτοι χρόνον οὐκ ὀλίγον ὑπερβιώσασα τἀνδρός.

πλὴν οἵγε περὶ τὸν Ἄτταλον ἐν τῇ παρεπιδημίᾳ καλὴν περιεποιήσαντο φήμην, ἀποδιδόντες τῇ μητρὶ τὴν καθήκουσαν χάριτα καὶ τιμήν. ἄγοντες γὰρ ἐξ ἀμφοῖν ταῖν χεροῖν μέσην αὐτῶν τὴν μητέρα, περιῄεσαν τά θ' ἱερὰ καὶ τὴν πόλιν μετὰ τῆς θεραπείας. ἐφ' οἷς οἱ θεώμενοι μεγάλως τοὺς νεανίσκους ἀπεδέχοντο καὶ κατηξίουν, καὶ μνημονεύοντες τῶν περὶ τὸν Κλέοβιν καὶ Βίτωνα, συνέκρινον τὰς αἱρέσεις αὐτῶν, καὶ τὸ τῆς προθυμίας τῆς ἐκείνων λαμπρὸν, τῷ τῆς ὑπεροχῆς τῶν βασιλέων ἀξιώματι συναναπληροῦντες. ταῦτα δ' ἐτελέσθη ἐν Κυζίκῳ μετὰ τὴν διάλυσιν τὴν πρὸς Προυσίαν τὸν βασιλέα.

Ὅτι Ὀρτιάγων ὁ βασιλεὺς τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ Γαλατῶν ἐπεβάλετο τὴν ἁπάντων τῶν Γαλατῶν δυναστείαν εἰς αὑτὸν μεταστῆσαι. καὶ πολλὰ πρὸς τοῦτο τὸ μέρος ἐφόδια προσεφέρετο καὶ φύσει καὶ τριβῇ. καὶ γὰρ εὐεργετικὸς ἦν καὶ μεγαλόψυχος, καὶ κατὰ τὰς ἐντεύξεις εὔχαρις καὶ συνετός. τὸ δὲ συνέχον παρὰ Γαλάταις, ἀνδρώδης ἦν καὶ δυναμικὸς πρὸς τὰς πολεμικὰς χρείας.

Ὅτι Ἀριστόνικος ὁ τοῦ Πτολεμαίου τοῦ βασιλέως Αἰγύπτου εὐνοῦχος μὲν ἦν, ἐκ παιδίου δ' ἐγεγόνει σύντροφος τῷ βασιλεῖ. τῆς δ' ἡλικίας προβαινούσης ἀνδρωδεστέραν εἶχεν ἢ κατ' εὐνοῦχον τόλμην καὶ προαίρεσιν· καὶ γὰρ φύσει στρατιωτικὸς ἦν, καὶ τὸ πλεῖστον ἐποιεῖτο διατριβὴν ἐν τούτοις, καὶ περὶ ταῦτα. παραπλησίως δὲ καὶ κατὰ τὰς ἐντεύξεις ἱκανὸς ὑπῆρχε, καὶ τὸν κοινὸν νοῦν εἶχεν, ὃ σπάνιόν ἐστι. πρὸς δὲ τούτοις, πρὸς εὐεργεσίαν ἀνθρώπων ἐπεφύκει καλῶς.

Ὅτι Δεινοκράτης ὁ Μεσσήνιος ἦν οὐ μόνον κατὰ τὴν τριβὴν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν φύσιν αὐλικὸς καὶ στρατιωτικὸς ἄνθρωπος. τὸν
mſ. ἐπιφ. δὲ πραγματικὸν τρόπον * ὑπέφαινε μὲν τέλειον, ἦν δὲ ψευδεπίγραφος καὶ ῥωπικός. ἔν τε γὰρ τοῖς πολεμικοῖς κατὰ μὲν τὴν εὐχέρειαν καὶ τὴν τόλμαν πολὺ διέφερε τῶν ἄλλων,

Cæterùm Attalus cum fratre in illo matris aduentu in vrbem Cyzicum, obſequio atque honore matri, vt par erat, præſtito, maximam laudem eſt adeptus. Matrem enim ambo mediam vtraque manu deducentes, templa ac cætera vrbis loca cum comitatu regio perluſtrarunt. Proinde vniuerſi qui aderant, hoc ſpectaculo delectati, adoleſcentes vehementer laudabant: & Cleobidis ac Bitonis factum memoriâ repetentes, vtrumque inter ſe comparabant; atque inſigni illorum alacritati, regale horum faſtigium æquabant. Hæc Cyzici geſta ſunt poſt pacem cum Pruſia Rege factam.

Ortiago Galatiæ regulus, omnium qui in Aſia ſunt Gallorum principatum ambibat. Ad hunc verò conatum & naturâ & vſu plurima adjumenta habebat. Etenim liberalitate ac magnitudine animi erat inſigni, & in congreſſu ac ſermonibus vrbanus & prudens; quodque apud Gallos præcipuum habetur, fortiſſimus ac bello ſtrenuus erat.

Ariſtonicus Ptolemæi Regis Ægypti eunuchus quidem erat, à puero vnà cum Rege in aula educatus. Progreſſu autem ætatis fortior ac generoſior euaſit, quàm Eunuchi natura ferre ſoleat. Nam ſuopte ingenio erat bellicoſus, & aſſiduè in rebus bellicis ſeſe exercebat. Idem in congreſſibus idonea dexteritate vtebatur, quodque raro admodum contingit, moderati ac ciuilis animi erat, ac poſtremò ad benè merendum de hominibus naturâ factus.

Erat Dinocrates Meſſenius non vſu ſolùm, ſed naturâ etiam aulicus ac militaris: prudentiam verò in rebus gerendis ſpecie quidem omnibus numeris abſolutam præferebat, reipſa autem adumbrata quædam & fucata ciuilis prudentiæ imago in ipſo inerat.

Namque in bellicis rebus alacritate atque audacia cunctos anteibat, & in ipſo pugnæ diſcrimine erat conſpicuus. Similiter in reliqua vitæ ratione, in ſermonibus quidem venuſtus promptúſque, in conſuetudine autem ac conuictu vrbanus atque ciuilis, neque ab amore alienus. In rebus autem publicis ac ciuilibus animum intendere, & futura prudenter præuidere, ſeque adeo præmunire, & ad populum verba facere, prorſus non poterat. Qui cùm maximorum cauſas malorum in patria excitauiſſet, nullius demùm momenti eſſe arbitrabatur quæ ageret. Sed idem vitæ inſtitutum tenebat, nihil in futurum proſpiciens, ſed amoribus ac poculis de die indulgens, ac ſymphoniacorum cantibus aures commodans: tandem verò Titus ad ſtatum in quo res eſſent, leuiter attendere eum coëgit. Conſpicatus enim hominem longâ & ad talos demiſſa veſte in conuiuio ſaltantem, tacuit tum quidem; poſtridie verò cùm adiiſſet eum Dinocrates, & neſcio quid patriæ ſuæ impetrare vellet: Equidem, inquit Titus, quod in me erit præſtabo, cæterùm te miror, Dinocrates, quo pacto in conuiuio tibi ſaltare lubeat, cùm tantos motus in Græcia excitaris. Tum quidem pauliſper ad ſe rediiſſe viſus eſt, atque agnoſſe tandem, argumentum longè ab inſtituto ingenióq. ſuo abhorrens, abs ſe ſuſceptum fuiſſe. Cæterùm tunc temporis inter Titi comites in Græciam venerat, perſuaſus res Meſſeniorum ex arbitratu ſuo quamprimum conſtituendas eſſe.

Hiſdem temporibus grauium malorum initium Regi Philippo, totiq. Macedoniæ accidit; quæ res notatu ac commemoratione in primis digna eſt. Prorſus enim ac ſi fortunâ omnium ſcelerum quæ tota anteacta vita commiſerat, pœnas opportunè expetere ab eo vellet, quaſdã furias & vltrices omnium quos nefariè violauerat diras tum ei admouit. qui quidem noctu atque interdiu ipſi imminentes, eiuſmodi pœnas ab eo exegerunt, donec vltimum ſpiritum vitæ fudit, vt confeſſi ſint omnes mortales, quendã eſſe, vt prouerbio dicitur, iuſtitiæ oculum,

καὶ λαμπρὸς ἦν ἐν τοῖς κατ᾽ ἰδίαν κινδύνοις. ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τὴν ἄλλην διάθεσιν, ἐν μὲν ταῖς ὁμιλίαις εὔχαρις καὶ πρόχειρος ἦν, περί τε τὰς συνουσίας εὐτράπελος καὶ πολιτικός. ἅμα δὲ τούτοις φιλέραστος. περὶ δὲ κοινῶν ἢ πολιτικῶν πραγμάτων ἀτενίσαι, καὶ προϊδέσθαι τὸ μέλλον ἀσφαλῶς, ἔτι δὲ παρασκευάσασθαι καὶ διαλεχθῆναι πρὸς πλῆθος εἰς τέλος ἀδύνατος. καί ποτε κεκινηκὼς ἀρχὴν μεγάλων κακῶν τῇ πατρίδι, τελείως οὐδὲν ᾤετο ποιεῖν. ἀλλὰ τὴν αὐτὴν ἀγωγὴν ἦγε τοῦ βίου, [προορώμενος οὐδὲν τῶν μελλόντων.] ἐρῶν δὲ καὶ κωθωνιζόμενος ἀφ᾽ ἡμέρας, καὶ τοῖς ἀκροάμασι τὰς ἀκοὰς ἀνατεθεικώς. βραχεῖαν δέ τινα τῆς περιστάσεως ἔμφασιν ὁ Τίτος αὐτὸν ἠνάγκασε λαβεῖν. ἰδὼν γὰρ αὐτὸν παρὰ πότον ἐν μακροῖς ἱματίοις ὀρχούμενον, παρ᾽ αὐτὰ μὲν ἐσιώπησε· τῇ δ᾽ αὔριον ἐντυγχάνοντος αὐτοῦ, καί τι περὶ πατρίδος ἀξιοῦντος, ἐγὼ μὲν ὦ Δεινόκρατες πᾶν, ἔφη, ποιήσω τὸ δυνατόν· ἐπὶ δὲ σοῦ θαυμάζω, πῶς δύνῃ παρὰ *πότον ὀρχεῖσθαι, τηλικούτων πραγμάτων ἀρχὴν κεκινηκὼς ἐν τοῖς Ἕλλησι. δόξας δὲ τότε βραχύ τι συσταλῆναι καὶ μαθεῖν ὡς ἀνοίκειον ὑπόθεσιν τῆς ἰδίας αἱρέσεως καὶ φύσεως ἀποδέδωκε, πλὴν * τότε παρῆν εἰς τὴν Ἑλλάδα μετὰ τοῦ Τίτου, πεπεισμένος ἐξ ἐφόδου τὰ κατὰ τὴν Μεσσήνην χειρισθήσεσθαι κατὰ τὴν αὐτοῦ βούλησιν.

mſ. πότου.

mſ. τότε.

Ὅτι τῷ βασιλεῖ Φιλίππῳ καὶ τῇ συμπάσῃ Μακεδονίᾳ κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν δεινή τις ἀρχὴ κακῶν ἐνέπεσε, καὶ πολλῆς ἐπιστάσεως καὶ μνήμης ἀξία. καθάπερ γὰρ ἂν εἰ δίκην ἡ τύχη βουλομένη λαβεῖν ἐν καιρῷ παρ᾽ αὐτοῦ πάντων τῶν ἀσεβημάτων καὶ παρανομημάτων, ὧν εἰργάσατο κατὰ τὸν βίον, τότε παρέστησέ τινας ἐριννῦς καὶ ποινὰς, καὶ προστροπαίους τῶν δι᾽ ἐκεῖνον ἠτυχηκότων· οἳ συνόντες αὐτῷ καὶ νύκτωρ, καὶ μεθ᾽ ἡμέραν τοιαύτας ἔλαβον παρ᾽ αὐτοῦ τιμωρίας, ἕως οὗ τὸ ζῆν ἐξέλιπεν, ὡς καὶ πάντας ἀνθρώπους ὁμολογῆσαι διότι κατὰ τὴν παροιμίαν, ἔστι δίκης ὀφθαλμός, ἧς μηδέποτε δεῖ καταφρονεῖν

Suidas in ποινὰς

Suidas in δίκης.

ἀνθρώπους ὑπάρχοντας. πρῶτον μὲν γὰρ αὐτῷ ταύτην παρεστήσατο τὴν ἔννοιαν, ὅτι δεῖ μέλλοντα πολεμεῖν πρὸς Ῥωμαίους, ἐκ τῶν ἐπιφανεστάτων καὶ παραθαλαττίων πόλεων, τοὺς μὲν πολιτικοὺς ἄνδρας μετὰ τέκνων καὶ γυναικῶν ἀναστάτους ποιήσαντα μεταγαγεῖν μὲν εἰς τὴν, νῦν μὲν Ἠμαθίαν, ὃ δὲ παλαιὸν Παιονίαν προσαγορευομένην. πληρῶσαι δὲ καὶ Θρᾳκῶν καὶ βαρβάρων τὰς πόλεις, ὡς βεβαιοτέρας αὐτῷ τῆς ἐκ τούτων πίστεως ὑπαρξούσης κατὰ τὰς περιστάσεις. οὗ συντελουμένου καὶ τῶν ἀνθρώπων ἀνασπάστων γινομένων, τηλικοῦτο συνέβη γενέσθαι πένθος καὶ τηλικοῦτον θόρυβον, ὥστε δοριάλωτον δοκεῖν

Suidas θεοκλ. ἅπασαν γίνεσθαι. ἐξ ὧν κατάραι καὶ *θεοκλυτήσεις ἐγίνοντο κατὰ τοῦ βασιλέως, οὐκέτι λάθρα μόνον, ἀλλὰ καὶ φανερῶς. μετὰ δὲ ταῦτα βουληθεὶς μηδὲν ἀλλότριον ὑποκεῖσθαι, μηδὲ

inſ. βασιλέως. δυσμενὲς μηδὲν ἀπολιπεῖν τῇ * βασιλείᾳ, ἔγραψε τοῖς ἐπὶ τῶν πόλεων διατεταγμένοις, ἀναζητῆσαι τοὺς υἱοὺς καὶ τὰς *θυγατέρας τῶν ὑπ' αὐτοῦ Μακεδόνων ἀνῃρημένων εἰς φυλακὴν ἀποθέσθαι. μάλιστα μὲν φέρων ἐπὶ τοὺς περὶ Ἄδμητον, καὶ Πυρρίχον, καὶ Σάμον, καὶ τοὺς μετὰ τούτων ἀπολομένους. ἅμα δὲ τούτοις συμπεριέλαβε καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας, ὅσοι κατὰ βασιλικὸν πρόσταγμα τοῦ ζῆν ἐστερήθησαν, ἐπιφθεγξάμενος ὥς φασι τὸν στίχον τοῦτον. Νήπιος ὃς πατέρα κτείνας υἱοὺς καταλείπει. ὄντων δὲ τῶν πλείστων ἐπιφανῶν διὰ τὰς τῶν πατέρων προαγωγάς, ἐπιφανὴς καὶ ἡ τούτων ἀτυχία συνέβαινε γίνεσθαι καὶ παρὰ πᾶσιν ἐλεεινή. τρίτον δ' ἡ τύχη δρᾶμα κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν ἐπεισήγαγε τὸ κατὰ τοὺς υἱούς. ἐν ᾧ τῶν μὲν νεανίσκων ἀλλήλοις ἐπιβουλευόντων, τῆς δ' ἀναφορᾶς περὶ τούτων ἐπ' αὐτὸν γινομένης, καὶ δέον διαλαμβάνειν, πότερον δεῖ γίνεσθαι τῶν υἱῶν φονέα, καὶ πότερον αὐτῶν δεδιέναι μᾶλλον κατὰ τὸν ἑξῆς βίον, μὴ γηράσκων αὐτὸς πάθῃ τὸ παραπλήσιον, ἐστροβεῖτο νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν περὶ τούτων διανοούμενος. ἐν τοιαύταις δ' οὔσης ἀτυχίαις καὶ ταραχαῖς τῆς αὐτοῦ ψυχῆς,

quem quidem ab hominibus ſperni haudquaquam fas ſit. Nam primùm huiuſmodi conſilium in animum eius iniecerunt, vniuerſam ciuium multitudinem cum vxoribus ac liberis, ex celeberrimis vrbibus oræ maritimæ in Emathiam, quæ olim Pæonia dicta eſt, traducendam eſſe, Thracibúſque & aliis Barbaris habitandas vrbes tradi oportere. quippe maiori erga ipſum fide hæc genera hominum in omni fortuna fore. Quæ cùm effectui mandarentur, ciuéſque à penatibus abſtraherentur, tantus repente gemitus fremitúſque eſt exortus, vt hoſtili expugnationi ac direptioni ſimillima res videretur. Proinde vota atque execrationes in caput Philippi non clam modò, ſed & palam concipiebantur. Poſtremò, cùm nihil infenſum ſuſpectúmque domui Regiæ in medio relinquere ſtatuiſſet, Præfectis ſingularum vrbium mandauit, vt liberos vtriuſque ſexus eorum quos ipſe interfeciſſet, comprehenſos cuſtodiæ traderent. præcipuè quidem Admetum ac Pyrrichum Samúmque, & reliquos, qui vnà interierant ſignificans, comprehenſis tamen & aliis omnibus, quotquot Regis præcepto trucidati erant. adjecto etiam, vt aiunt, eo verſu:

Stultus mactato ſobolem qui patre relinquit.

Cùm verò plerique horum ob parentum fortunam celebres eſſent, celebris quoque eorum calamitas extitit & miſeratione omnium digna. Tertiam fabulam fortuna induxit, ſimultatem inter Regis filios. In qua cùm alter alteri inſidias ſtruerent, atque eius rei nuncij ad patrem afferrentur, cùm cogitandum illi eſſet, vter ex filiis cædem auſurus eſſe videretur, & à quo maximè ſibi in futurum eſſet cauendum, ne ipſemet ſenectâ ætate idem pateretur, his curis agitabatur dies atque noctes. Quibus malis ac perturbationibus mens illius diſtenta cùm eſſet,

quis non fateatur, Dei alicuius iram in eius ſenium incubuiſſe, ob flagitia anteactæ victæ? Id verò ex iis quæ deinceps referam, clariùs elucebit. VIDE EXCERPTA DE MIRANDIS CASIBVS.

Philopœmenes Prætor Achæorum, virtute quidem nemini ex ſuperiori memoria concedebat, ſed fortunâ ſequiore vſus eſt. Proximus ab eo erat Lycortas, nulla re inferior.

Philopœmenes per quadraginta continuos annos in populari ac vario Reipublicæ ſtatu cum gloria verſatus, inuidiam tamen ciuium effugit, tametſi minimè ad gratiam, ſed cum conſtantia ac libertate res adminiſtraret. quod rarò cuiquam contigiſſe reperias.

Hannibal cùm ſeptemdecim annos in acie verſatus ſit, & plurimorum barbarorum linguâ ac moribus diuerſorum auxiliis vſus fuerit ad res arduas ac prope deſperatas, tamen à nemine ex commilitonibus inſidias paſſus, à nemine vnquam proditus fuit.

P. Scipio cùm Optimatum partes in Republica eſſet amplexus, tantam apud populum beneuolentiam, tantam in Senatu auctoritatem ſibi comparauit, vt apud populum quidem cùm ei neſcio quis diem dixiſſet, vt Romanis moris eſt, multáque acerbè ei objeciſſet, ipſe in medium progreſſus, aliud nihil reſponderit; ſed id vnum dixerit, non decere populum Romanum accuſatoribus P. Cornelij Scipionis auſcultare, cuius ope ipſa accuſandi facultas accuſatoribus parta ſit. quibus auditis, ſtatim vniuerſa plebs è concione diſceſſit, accuſatore ſolo in roſtris relicto.

Per ea tempora Lacedæmone erat quidã Chæron, qui anno ſuperiori legationẽ Romæ obierat. vir gnauus quidem ac ſolers, ſed tum temporis admodum iuuenis, &

τις οὐκ ἂν εἰκότως ὑπολάβοι θεῶν τινῶν αὐτῷ μῆνιν εἰς τὸ γῆρας κατασκῆψαι, διὰ τὰς ἐν τῷ προγεγονότι βίῳ παρανομίας. τοῦτο δ' ἔτι μᾶλλον ἔσται δῆλον ἐκ τῶν ἑξῆς ῥηθησομένων·

ΖΗΤΕΙ ἐν τῷ περὶ παραδόξων.

Ὅτι Φιλοποίμην ὁ τῶν Ἀχαιῶν στρατηγὸς ἀνὴρ ἦν τὴν κατ' ἀρετὴν πρὸ τοῦ οὐδενὸς δεύτερος, τῆς τύχης μέντοι γ' ἥττων. μετὰ δὲ τοῦτον Λυκόρτας, ὃς ἦν οὐδὲν ἥττων τούτου.

Ὅτι Φιλοποίμην τετταράκοντα ἔτη *συνεχῶς φιλοδοξήσας ἐν δημοκρατικῷ καὶ πολυειδεῖ πολιτεύματι, πάντη πάντως διέφυγε τὸν τῶν πολλῶν φθόνον, τὸ πλεῖον οὐ πρὸς χάριν, ἀλλὰ μετὰ παρρησίας πολιτευόμενος. ὃ σπανίως ἂν εὕροι τις ἂν γεγονός. mſ. συνει-θας.

Ὅτι Ἀννίβας ἑπτακαίδεκα ἔτη μείνας ἐν τοῖς ὑπαίθροις, καὶ πλείστοις ἀλλοφύλοις καὶ ἑτερογλώττοις ἀνδράσι χρησάμενος πρὸς ἀπηλπισμένας καὶ παραδόξους ἐλπίδας, ὑπ' οὐθενὸς οὔτ' ἐπεβουλεύθη τὸ παράπαν, οὔτ' ἐγκατελείφθη ὑπὸ τῶν συστρατευομένων.

Ὅτι Πόπλιος φιλοδοξήσας ἐν ἀριστοκρατικῷ πολιτεύματι, τηλικαύτην περιεποιήσατο, παρὰ μὲν τοῖς ὄχλοις εὔνοιαν, παρὰ δὲ τῷ συνεδρίῳ πίστιν, ὥστ' ἐν μὲν τῷ δήμῳ κρίνειν τινὸς ἐπιβαλλομένου κατὰ τὰ Ῥωμαίων ἔθη, καὶ πολλὰ μὲν κατηγορήσαντος καὶ πικρῶς, ἄλλο μὲν οὐδὲν εἶπε προελθών, οὐκ ἔφη δὲ πρέπον εἶναι τῷ δήμῳ τῶν Ῥωμαίων, οὐθενὸς ἀκούειν κατηγοροῦντος Ποπλίου Κορνηλίου Σκιπίωνος, δι' ὃν αὐτὴν τὴν τοῦ λέγειν ἐξουσίαν ἔχουσιν οἱ κατηγοροῦντες. ὧν ἀκούσαντες οἱ πολλοὶ παραχρῆμα διελύθησαν πάντες ἐκ τῆς ἐκκλησίας, ἀπολιπόντες τὸν κατηγοροῦντα μόνον.

Ὅτι κατὰ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς ἦν τις ἐν τῇ Λακεδαίμονι Χαίρων, ὃς ἐτύγχανε τῷ πρότερον ἔτει πεπρεσβευκὼς εἰς τὴν Ῥώμην. ἄνθρωπος ἀγχίνους μὲν καὶ πρακτικός, νέος δὲ καὶ ταπεινὸς καὶ δημο-

τικῆς ἀγωγῆς τετευχώς. οὗτος ὀχλαγωγῶν καὶ κινήσας ὃ μηθεὶς ἕτερος ἐθάῤῥει, ταχέως περιεποιήσατο φαντασίαν παρὰ τοῖς πολλοῖς. καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἀφελόμενος τὴν χώραν, ἣν οἱ τύραννοι συνεχώρησαν ταῖς ἀπολειφθείσαις τῶν φυγάδων ἀδελφαῖς, καὶ γυναιξὶ, καὶ μητράσι, καὶ τέκνοις, ταύτην δέδωκε τοῖς λεπτοῖς. εἰκῆ, καὶ ἀνίσως κατὰ τὴν ἰδίαν ἐξουσίαν. μετὰ δὲ ταῦτα τοῖς κοινοῖς ὡς ἰδίοις χρώμενος, ἐξεδαπάνα τὰς προσόδους, οὐ νόμου στοχαζόμενος, οὐ κοινοῦ δόγματος, οὐκ ἄρχοντος. ἐφ' οἷς τινὲς ἀγανακτήσαντες, ἐσπούδαζον κατασταθῆναι δοκιμαστῆρες τῶν κοινῶν κατὰ τοὺς νόμους. ὁ δὲ Χαίρων θεωρῶν τὸ γινόμενον, καὶ συνειδὼς αὑτῷ κακῶς κεχειρικότι τὰ τῆς πόλεως, τὸν ἐπιφανέστατον τῶν δοκιμαστήρων Ἀπολλωνίδην, καὶ μάλιστα δυνάμενον ἐρευνῆσαι τὴν πλεονεξίαν αὐτοῦ, τοῦτον ἀποπορευόμενον ἡμέρας ἐκ βαλανείου προσπέμψας τινὰς ἐξεκέντησεν. ὧν προσπεσόντων τοῖς Ἀχαιοῖς, καὶ τοῦ πλήθους ἀγανακτήσαντος ἐπὶ τοῖς γεγονόσιν, ἐξ αὐτῆς ὁ στρατηγὸς ὁρμήσας καὶ παραγενόμενος εἰς τὴν Λακεδαίμονα, τόν τε Χαίρωνα παρήγαγεν εἰς κρίσιν ὑπὲρ τοῦ φόνου, τοῦ κατὰ τὸν Ἀπολλωνίδην. καὶ κατακρίνας ἐποίησε δέσμιον. τούς τε λοιποὺς δοκιμαστῆρας παρώξυνε πρὸς τὸ ποιεῖσθαι τὴν ζήτησιν τῶν δημοσίων ἀληθινήν. φροντίσαι δὲ καὶ περὶ τοῦ κομίσασθαι τὰς οὐσίας τοὺς τῶν φυγάδων ἀναγκαίους πάλιν, ἃς ὁ Χαίρων αὐτῶν ἀφείλετο βραχεῖ χρόνῳ πρότερον.

Ὅτι Φιλοποίμενα καὶ Ἀρίσταινον τοῖς Ἀχαιοῖς συνέβη, οὔτε τὴν φύσιν ὁμοίαν ἔχειν, οὔτε τὴν αἵρεσιν τῆς πολιτείας. ἦν γὰρ ὁ Φιλοποίμην εὖ πεφυκὼς πρὸς τὰς πολεμικὰς χρείας, καὶ κατὰ τὸ σῶμα, καὶ κατὰ τὴν ψυχήν. ὁ δ' ἕτερος πρὸς τὰ * πολιτικὰ τῶν διαβουλίων. τῇ δ' αἱρέσει κατὰ τὴν πολιτείαν τοῦτο διέφερον ἀλλήλοις. τῆς γὰρ Ῥωμαίων ὑπεροχῆς ἤδη τοῖς Ἑλληνικοῖς πράγμασιν ἐμπλεκομένης ὁλοσχερῶς, κατά τε τοὺς Φιλιππικοὺς, καὶ τοὺς Ἀντιοχικοὺς καιροὺς, ὁ μὲν Ἀρίσταινος ἦγε τὴν ἀγωγὴν τῆς πολιτείας οὕτως,

Suidas addit καὶ λογικά.

infimæ ſortis nec liberaliter educatus. Hic concionabundus cùm eam rem commouiſſet, quam nemo tentare auſus fuerat, famam apud populum breui comparauit. Ac principio quidem agrum quem tyranni ſororibus ac coniugibus exulum matribúſque ac liberis conceſſerant, ipſe infimis hominibus temerè atque inæqualiter pro arbitrio ſuo diuiſit. Deinde publicâ pecuniâ quaſi priuatâ abuſus, vectigalia decoquere cœpit, abſque vlla lege, aut publico decreto, aut Magiſtratus auctoritate. Quam rem ægrè ferentes nonnulli, id egerunt vt Quæſtores ærarij publici legibus conſtituerentur. Id cùm animaduerteret Chæron, conſcius ſibi ipſe malè adminiſtratæ publicæ pecuniæ, Apollophanem è collegio Quæſtorum, virum clariſſimum, qui vnus eius peculatum ac furta deprehendere valebat, interdiu è balneo redeuntem ſubmiſſis percuſſoribus interfecit. Cuius rei nuncio ad Achæos delato, cùm vniuerſa populi multitudo eum caſum acerbè ferret, confeſtim Prætor magnis itineribus Spartam profectus, & Chæronem ipſum comprehenſum cauſam dicere iuſſit de Apollonidis cæde, damnatúmque in carcerem coniecit: & reliquos quæſtores hortatus eſt, vt de publica pecunia quæſtionem ſeriò exercerent; vtque operam darent, vti exulum propinquis bona nuper à Chærone adempta reſtituerentur.

Philopœmenes & Ariſtænus Achæi, neque ingenio ſimili fuerunt, neque eandem in Republica ſectam ſequebantur. Namque Philopœmenes quidem, & animo & corpore ad res militares egregiè factus; contrà Ariſtænus ad res ciuiles conſilio & eloquentia promptior erat. Inter vtriuſque autem in Rep. gerenda inſtitutum id interfuit. Nam cum Romanorum potentia bello Philippico & Antiochino penitùs ſe rebus Græciæ immiſcuiſſet, Ariſtænus quidem ita Remp. modera-

batur, vt quicquid è re populi Romani eſſet, lubentiſſimè faceret; quædam etiam vltrò antequam populus Romanus mandaſſet. Interim tamen operam dabat vt leges vbique ſeruare videretur, atque eam ſpeciem præ ſe ferebat. cedens interdum, ſi qua lex mandatis populi Romani apertè repugnabat. At Philopœmenes & ipſe quidem poſtulatis Romanorum, quæcunque à legibus ac fœdere gentis Achæorum non diſcedebant, ſine controuerſia aſſentiebatur: quæcumque verò præter leges ac fœdera imperabantur, adduci non poterat, eis ſponte vt parêret: ſed primò quidem rationibus contrà allatis, deinde verò precibus contendendum eſſe aiebat. quod ſi ne ſic quidem flectere illos potuiſſent, tunc demùm tanquam Diuûm fidem conteſtatos cedere, atque imperata facere oportere.

Ex Libro XXVI.

Perſeus renouata cum populo Rom. amicitia, confeſtim Græcos ſibi conciliare omnib. modis cœpit. Nam quotquot æris alieni causa aut iudicio condemnati ſolum verterant, quiq. ob majeſtatis crimina, Macedoniâ exceſſerant, vniuerſos in Macedoniam euocauit, edictis in inſula Delo ac Delphis, & in templo Itoniæ Mineruæ palam propoſitis; quibus non modò impunitatem, ſed etiam bonorum omnium reſtitutionem cum fructibus ab eo tempore ex quo quiſq. exularet, poſtliminio redeuntibus concedebat. Vniuerſis præterea Macedonibus fiſcalia debita remiſit, cunctóſq. ob ſuſpicionem, aut crimen majeſtatis vinctos cuſtodiâ liberauit. His geſtis cùm multorum animos arrexiſſet, præclaram omnib. Græcis ſpem in ſe oſtendebat. quinetiam in reliquo vitæ apparatu regiam dignitatem præferebat. Nam & ſpecie erat honeſta, & corpore ad omne opus bello & pace obeundum valido; atque in vultu ſupercilium & dignitas non incongrua ætati eius aderat. Vitauerat etiam paternam in mulieres atq. in conuiuiis intemperantiam. Ac Perſei quidem principatus huiuſmodi exordium habuit.

ὥστε πολὺ τὸ πρόσφορον Ῥωμαίοις ἐξ ἑτοίμου ποιεῖν, ἔνια δὲ καὶ πρὶν ἢ προστάξαι ἐκείνους. ἐπειρᾶτο μέντοιγε τῶν νόμων ἔχεσθαι δοκεῖν, καὶ τὴν τοιαύτην ἐφείλκετο φαντασίαν, εἴκων ὁπότε τούτων ἀντίπιπτοί τις προδήλως, τοῖς ὑπὸ Ῥωμαίων γραφομένοις. ὁ δὲ Φιλοποίμην, ὅσα μὲν εἴη τῶν παρακαλουμένων ἀκόλουθα τοῖς νόμοις, καὶ τῇ συμμαχίᾳ πάντα συγκατῄνει καὶ συνέπραττεν ἀπροφασίστως· ὅσα δὲ τούτων ἐκτὸς ἐπιτάττοιεν, οὐχ οἷός τ' ἦν ἐθελοντὴς συνυπακούειν. ἀλλὰ τὰς μὲν ἀρχὰς ἔφη δεῖν δικαιολογεῖσθαι, μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν ἀξιοῦν. Εἰ δὲ μηδ' οὕτως πείθοιεν, τέλος οἷον ἐπιμαρτυρομένους εἴκειν, καὶ τότε ποιεῖν τὸ παραγγελλόμενον.

Ὅτι Περσεὺς ἀνανεωσάμενος τὴν φιλίαν τὴν πρὸς Ῥωμαίους, εὐθέως ἑλληνοκοπεῖν ἐπεβάλετο, κατακαλῶν εἰς τὴν Μακεδονίαν καὶ τοὺς τὰ χρέα φεύγοντας, καὶ τοὺς πρὸς καταδίκας ἐκπεπτωκότας, καὶ τοὺς ἐπὶ βασιλικοῖς ἐγκλήμασι Μακεδονίαν παρακεχωρηκότας. καὶ τούτων ἐξετίθει προγραφὰς εἴς τε Δῆλον καὶ Δελφοὺς, καὶ τὸ τῆς * Ιτωνίας Ἀθηνᾶς ἱερόν· διδοὺς οὐ μόνον τὴν ἀσφάλειαν τοῖς καταπορευομένοις, ἀλλὰ καὶ τῶν ὑπαρχόντων κομιδὴν, ἀφ' ὧν ἕκαστος ἔφυγε· παρέλυσε δὲ καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ τῇ Μακεδονίᾳ τῶν βασιλικῶν ἐφειλημάτων. ἀφῆκε δὲ καὶ τοὺς ἐν ταῖς φυλακαῖς ἐγκεκλεισμένους ἐπὶ βασιλικαῖς αἰτίαις. ταῦτα δὲ ποιήσας πολλοὺς τε μετεωροδοκῶν καλὰς ἐλπίδας * ὑπεδείκνυε πᾶσι τοῖς Ἕλλησιν ἐν αὐτῷ. ἐπέφαινε δὲ καὶ κατὰ τὴν ἐν τῷ λοιπῷ βίῳ προστασίαν τὸ τῆς βασιλείας ἀξίωμα. κατά τε γὰρ τὴν ἐπιφάνειαν ἦν ἱκανὸς, καὶ πρὸς πᾶσαν σωματικὴν χρείαν τὴν διατείνουσαν εἰς τὸν πραγματικὸν τρόπον εὔθετος. κατά τε τὴν ἐπίφασιν εἶχεν ἐπισκύνιον καὶ τάξιν οὐκ ἀνοίκειον τῆς ἡλικίας. ἐπεφεύγει δὲ καὶ τὴν πατρικὴν ἀσέλγειαν, τήν τε περὶ τὰς γυναῖκας καὶ τὴν περὶ τοὺς πότους, καὶ τὰ μὲν προοίμια τῆς Περσέως ἀρχῆς τοιαύτην * εἶχε διάθεσιν.

mſ. ἀτω.

mſ. ὑποδεικνύται.

mſ. ἔχει.

Ὅτι Φίλιππος ὁ βασιλεὺς ὅτε μὲν ηὐξήθη, καὶ τὴν κατὰ τῶν Ἑλλήνων ἐξουσίαν ἔλαβε, πάντων ἦν ἀπιστότατος καὶ παρανομώτατος. ὅτε δὲ πάλιν τὰ τῆς τύχης ἀντέπνευσε, πάντων μετριώτατος. ἐπεὶ δὲ τοῖς ὅλοις πράγμασιν ἔπταισε, πρὸς πᾶν τὸ μέλλον ἁρμοζόμενος, ἐπειρᾶτο κατὰ πάντα τρόπον σωματοποιεῖν τὴν αὐτοῦ βασιλείαν.

ΛΟΓΟΣ κζ΄.

Ὅτι ὁ Κότυς ἦν ἀνὴρ καὶ κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν ἀξιόλογος, καὶ πρὸς τὰς πολεμικὰς χρείας διαφέρων· ἔτι δὲ κατὰ τὴν ψυχὴν πάντα μᾶλλον ἢ Θρᾷξ. καὶ γὰρ νήπτης ὑπῆρχε, καὶ πρᾳότητα καὶ βάθος ὑπέφαινεν ἐλευθέριον.

Ὅτι Πτολεμαῖος ὁ στρατηγὸς ὁ κατὰ Κύπρον οὐδαμῶς Αἰγυπτιακὸς γέγονεν, ἀλλὰ νουνεχὴς καὶ πρακτικός· παραλαβὼν γὰρ τὴν νῆσον ἔτι νηπίου τοῦ βασιλέως ὄντος, ἐγίνετο μὲν ἐπιμελῶς περὶ συναγωγὴν χρημάτων. ἐδίδου δ᾽ ἁπλῶς οὐδὲν οὐδενὶ, καίπερ αἰτούμενος πολλάκις ὑπὸ τῶν βασιλικῶν διοικητῶν, καὶ καταλαλούμενος πικρῶς ἐν τῷ μηδὲν προΐεσθαι. τοῦ δὲ βασιλέως εἰς ἡλικίαν παραγεγονότος, συνθεὶς πλῆθος ἱκανὸν χρημάτων ἐξαπέστειλεν, ὥστε καὶ τὸν Πτολεμαῖον αὐτὸν, καὶ τοὺς περὶ τὴν αὐλὴν εὐδοκῆσαι τῇ πρότερον αὐτοῦ συστολῇ, καὶ τῷ μηδὲν προΐεσθαι.

Ὅτι Κέφαλος ἧκεν ἐξ Ἠπείρου, ἔχων μὲν καὶ πρότερον ἤδη σύστασιν πρὸς τὴν Μακεδόνων οἰκίαν, τότε δὲ διὰ τῶν πραγμάτων ἠναγκασμένος αἱρεῖσθαι τὰ τοῦ Περσέως. ἡ δ᾽ αἰτία τοῦ συμβαίνοντος ἐγένετο τοιαύτη. Χάροψ ἦν Ἠπειρώτης ἀνὴρ τἄλλα μὲν καλὸς κἀγαθὸς, καὶ φίλος Ῥωμαίων, ὃς Φιλίππου τὰ κατὰ τὴν Ἤπειρον στενὰ κατασχόντος, αἴτιος ἐγένετο τοῦ Φίλιππον μὲν ἐκπεσεῖν ἐκ τῆς Ἠπείρου, Τίτον δὲ καὶ τῆς Ἠπείρου κρατῆσαι

Philippus Rex poſtea quidem quàm opibus auctus eſt, & Græciam in poteſtate habuit, omnium perfidiſſimus fuit ac flagitioſiſſimus; vbi verò aduerſam fortunam eſt expertus, omnium modeſtiſſimus. poſtremò poſtquam res eius funditùs labefactatæ ſunt, ad omnem futuri temporis caſum comparans ſeſe, regnum ſuum confirmare omnibus modis atque artibus contendebat.

Ex Libro XXVII.

Erat Cotys cùm ſpecie ipſa, tum militari fortitudine inſignis. Præterea ingenio prorſus Thracum diſſimilis: quippe ſobrietatem ac clementiam & ſolertiam quandam liberalem eminus præferebat.

Ptolemæus Præfectus Cypri, nulla re Ægyptius fuit, ſed prudens ac ſtrenuus inprimis. Nam cùm inſulæ Præfecturam Rege admodum puero accepiſſet, cogendæ quidem pecuniæ ſtudioſè incubuit. cæterùm nemini prorſus quidquam dabat, tametſi à curatoribus ac diſpenſatoribus regiæ pecuniæ ſæpiſſimè flagitaretur, grauitérque incuſaretur, quod reditus inſulæ penes ſe retineret. Sed poſteaquam Rex adoleſcentiam attigit, collectam ſatis magnam pecuniæ vim Alexandriam miſit, adeò vt Ptolemæus & cæteri omnes aulici priorem illius parſimoniam ac diligentiam vehementer probarint.

Cephalus tum ex Epiro quoq. adfuit, & antiqua amicitia ac gratia Regiæ Macedonum domui obſtrictus, & tum ad Perſei partes colendas neceſſitate temporũ compulſus tali cauſa. Charopus quidam Epirota fuit, vir cæteroqui probus, amicus populi Rom. qui cùm Philippus artiſſimas Epiri fauces occupauiſſet, vnus præcipuè effecerat vt & Philippus Epiro excideret, & Titus Epiri ſi-

mul ac Macedonum potiretur. Huius ex Machata filio Charopus nepos fuit, quem admodum adoleſcentem patre orbatum, auus Charopus cum honeſto comitatu Romam miſit, quo & linguam Romanam, & litteras perdiſceret. Hic adoleſcens Romæ pluriinis familiariter vſus, poſtmodum in patriam reuerſus eſt, quo tempore ſenior Charopus è vita diſceſſit. At iuuenis ſuopte ingenio leuis, omnique malicia refertus, contendere atque obtrectare viris clariſſimis cœpit. Ac principio quidem nulla eius ratio habebatur, ſed Antinoüs longè ætate & gloria antecellens, Rempublicam cum Cephalo arbitratu ſuo adminiſtrabat. Conflato autem Perſico bello, ſtatim Charopus eos viros apud populum Romanum criminari inſtituit, gratiam quæ illis apud Regiam Macedonum domum comparata erat, argumento adducens. Et omnia illorum dicta ac facta tum maximè obſeruando, atque in pejus detorquendo, nunc veritati adijciens, nunc detrahens, auctoritatem fidémque aduerſus eos ſibi comparauit. At Cephalus, vir ſingularis prudentiæ ac conſtantiæ, etiamtum in optima ſententia erat. Deos enim immortales precatus fuerat vt bellum ne conflaretur, néve de rerum ſumma decerneretur. ſin gerendum bellum eſſet, ſtatuerat ex fœderis præſcripto Romanos iuuare; præter fœderis autem leges nihil vltrò facere, atque in nullo obſequi indecorè ac turpiter. Cæterùm, cùm Charopus criminationi illius acriter inſiſteret, & quicquid non pro Romanis fieret, inſidiosè agi cauſaretur, initio quidem & ipſe & Antinoüs hominem ſpernebant, quippe nullius ſui conſilij à Romanorum ſocietate alieni, conſcij cùm eſſent. Poſtea verò cùm Hippolochum & Nicandrum & Lochagum Ætolos ſine cauſa Romam perduci cernerent, & Lyciſci calumniis fidem adhiberi, qui tum in Ætolia eandem ſectam ac Charopus inſtituerat:

καὶ τῶν Μακεδόνων. οὗτος υἱὸν ἔσχε Μαχατᾶν, οὗ Χάροψ ἐγένετο. τοῦτον αὐτίπαιδα κατὰ τὴν ἡλικίαν ὄντα, τοῦ πάππου μεταλλάξαντος ὁ Χάροψ μετὰ τῆς καθηκούσης προστασίας εἰς τὴν Ῥώμην ἀπέστειλε, χάριν τοῦ καὶ τὴν διάλεκτον καὶ τὰ γράμματα τὰ Ῥωμαϊκὰ μαθεῖν. τοῦτο τὸ μειράκιον πολλοῖς συνήθης γεγονὸς, ἐπανῆλθε μετά τινα χρόνον εἰς τὴν οἰκείαν. ὁ μὲν οὖν πρεσβύτερος Χάροψ μετήλλαξε τὸν βίον. τὸ δὲ μειράκιον μετέωρον ὂν τῇ φύσει, καὶ πάσης πονηρείας ἔμπλεον ἐκορωνία, καὶ παρεζίβετο πρὸς τοὺς ἐπιφανεῖς ἄνδρας. τὰς μὲν οὖν ἀρχὰς οὐδεὶς ἦν αὐτοῦ λόγος, ἀλλ' οἱ προκατέχοντες καὶ ταῖς ἡλικίαις καὶ ταῖς δόξαις οἱ περὶ τὸν Ἀντίνουν ἐχείριζον τὰ κοινὰ κατὰ τὰς αὐτῶν γνώμας. τοῦ δὲ πολέμου τοῦ Περσικοῦ συστάντος, εὐθέως διέβαλε τὸ μειράκιον τοὺς προειρημένους ἄνδρας πρὸς Ῥωμαίους. ἀφορμῇ μὲν χρώμενος τῇ προγεγενημένῃ συστάσει τῶν ἀνδρῶν πρὸς τὴν Μακεδόνων οἰκίαν. κατὰ δὲ τὸ παρὸν πάντα παρατηρῶν, καὶ πᾶν τὸ λεγόμενον ἢ πραττόμενον ὑπ' αὐτῶν ἐπὶ τὸ χεῖρον ἐκδεχόμενον, καὶ τὰ μὲν ἀφαιρῶν, τὰ δὲ προστιθεὶς, ἐλάμβανε πιθανότητας κατὰ τῶν ἀνθρώπων. ὁ δὲ Κέφαλος τἄλλα τε φρόνιμος καὶ στάσιμος ἄνθρωπος, καὶ κατὰ τοὺς καιροὺς τούτους ἐπὶ τῆς ἀρίστης ὑπῆρχε γνώμης. εὐχόμενος γὰρ ηὔξατο τοῖς θεοῖς μὴ συστῆναι τὸν πόλεμον, μηδὲ κριθῆναι τὰ πράγματα· πραττομένου δὲ τοῦ πολέμου, τὰ κατὰ τὴν συμμαχίαν ἐβούλετο δίκαια ποιεῖν Ῥωμαίοις. πέρα δὲ τούτου μηδὲ προστρέχειν ἀγεννῶς, μήθ' ὑπηρετεῖν μηδὲν παρὰ τὸ δέον. τοῦ δὲ Χάροπος ἐνεργῶς χρωμένου ταῖς κατ' αὐτοῦ διαβολαῖς, καὶ *πᾶσαν leg. πᾶν. παρὰ τὴν Ῥωμαίων βούλησιν γινόμενον εἰς ἐθελοκάκησιν ἄγοντος, τὸ μὲν πρῶτον οἱ προειρημένοι κατεφρόνουν, οὐδὲν αὑτοῖς συνειδότες ἀλλότριον βουλομένοις Ῥωμαίων. ὡς δὲ τοὺς περὶ τὸν Ἱππόλοχον καὶ Νίκανδρον καὶ Λόχαγον εἶδον τοὺς Αἰτωλοὺς ἀναγομένους εἰς τὴν Ῥώμην ἀπὸ τῆς ἱππομαχίας ἀλόγως, καὶ τὰς διαβολὰς τὰς ἐκ τῶν περὶ Λυκίσκον πεπιστευμένας κατ' αὐτῶν, οἵτινες κατὰ τὴν Αἰτωλίαν

τὴν αὐτὴν αἵρεσιν ἧγον τῷ Χάροπι, τὸ τηνικάδε προειδόμενοι τὸ μέλλον ἐβουλεύοντο περὶ αὐτῶν. ἔδοξεν οὖν αὐτοῖς πάντως πεῖραν λαμβάνειν, ἐφ' ᾧ μὴ προΐεσθαι σφᾶς αὐτοὺς ἀκρίτως, σώους δὲ εἰς τὴν Ῥώμην ἐπανάγεσθαι διὰ τὰς Χάροπος διαβολάς. οὕτω μὲν οὖν οἱ περὶ τὸν Κέφαλον ἠναγκάσθησαν παρὰ τὰς αὐτῶν προαιρέσεις ἑλέσθαι τὰ τοῦ Περσέως.

Ὅτι οἱ περὶ Θεόδοτον καὶ Φιλόστρατον ἐποίησαν ἀσεβὲς πρᾶγμα καὶ παράσπονδον ὁμολογουμένως. πυθόμενοι γὰρ τὸν ὕπατον τῶν Ῥωμαίων Αὖλον Ὀσίλιον παραγίνεσθαι κομιζόμενον εἰς Θετταλίαν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον, καὶ νομίζοντες εἰ παραδοῖεν τὸν Αὖλον τῷ Περσεῖ, μεγίστην μὲν πίστιν προσενέγκασθαι, μέγιστα δ' ἂν βλάψαι κατὰ τὸ παρὸν Ῥωμαίους, ἔγραφον τῷ Περσεῖ συνεχῶς ἐπισπεύδειν. ὁ δὲ βασιλεὺς ἐβούλετο μὲν ἐξ αὐτῆς προάγειν,

mſ. λωτὸν. καὶ συνάπτειν. τῶν δὲ Μολοττῶν κατὰ τὸν * Λωὸν ποταμὸν τὴν γέφυραν κατειληφότων ἐκωλύετο τῆς ὁρμῆς, καὶ πρῶτον ἠναγκάζετο διαμάχεσθαι πρὸς τούτους. συνέβη δὲ τὸν Αὖλον εἰς τοὺς Φανοτεῖς παραγενόμενον καταλῦσαι παρὰ Νέστορι τῷ Κρωπίῳ,

leg. μόνον ὄν. καὶ παραδοῦναι καθ' αὑτοῦ τοῖς ἐχθροῖς καιρὸν * ὁμολογούμενον, εἰ μὴ τύχη τις ἐβράβευσε πρὸς τὸ βέλτιον, οὐκ ἄν μοι δοκεῖ διαφυγεῖν. νῦν δὲ δαιμονίως πως ὁ Νέστωρ τὸ μέλλον ὑποπτευσάμενος, ἐξ αὐτῆς ἠνάγκασε μετελθεῖν εἰς γείτονα τῆς νυκτός· καὶ ἀπογνοὺς τὴν διὰ τῆς Ἠπείρου πορείαν ἀνήχθη καὶ πλεύσας εἰς Ἀντίκυραν, ἐκεῖθεν ἐποιήσατο τὴν ὁρμὴν εἰς Θετταλίαν.

Ὅτι Φαρνάκης πάντων τῶν πρὸ τοῦ βασιλέων ἐγένετο παρανομώτατος.

Ὅτι Ἄτταλος χειμάζων ἐν Ἐλατείᾳ, καὶ σαφῶς εἰδὼς τὸν ἀδελφὸν Εὐμένη λυπούμενον ὡς ἔνι μάλιστα, καὶ βαρυνόμενον ἐπὶ τῷ τὰς ἐπιφανεστάτας αὐτοῦ τιμὰς ἠθετῆσθαι ὑπὸ τῶν ἐν Πελοποννήσῳ διὰ κοινοῦ δόγματος, ἐπικρυπτόμενος δὲ πρὸς πάντας τὴν περὶ

tum demum proſpicientes animo conſilium de rebus ſuis cepêre, ſtatuerúntque ſubeundum eſſe diſcrimen, neque vllatenus ferendum vt criminationibus Charopi conſtricti Romam indicta cauſa perducerentur. Ita Cephalus ad Perſei partes inuitus tranſire eſt coactus.

Per hoc tempus à Theodoto ac Philoſtrato graue ac nefarium facinus ſuſceptum eſt. Nuncio enim accepto Aulum Hoſtilium Conſulem pop. Rom. in Theſſaliam ad exercitum proficiſcentem aduentare, rati ſe, ſi Aulum in manus Perſei traderent, maximam gratiam apud Regem inituros, ac grauiſſimum Romanis damnum allaturos in præſentia eſſe, aſſiduè ad Regem litteras dabant vt quamprimum accelerarer. At Rex in animo quidem habebat illicò progredi & obuiam ire. Sed cùm Moloſſi pontem Loi fluminis intercepiſſent, impetus eius retardabatur; priùs enim dimicandum cum Moloſſis erat. At Hoſtilius in Phanotenſium vrbem delatus, diuerſatúſque apud Neſtorem Cropium, opportunam planè aduerſus ſe inſidiarum anſam hoſtibus præbuerat, quam niſi benignior quædam fortuna deflexiſſet, prorſus effugere nullo modo poterat. Sed Neſtor mira ſagacitate rem odoratus, confeſtim in proximam ciuitatem migrare eum noctu iuſſit. Ille itinere per Epirum relicto, nauibus Anticyram aduectus, inde in Theſſaliam contendit.

Pharnaces omnium ex ſuperiori memoria Regum iniquiſſimus fuit.

Attalus qui Elatiæ hybernabat, cùm pro certo haberet Eumenem fratrem acerbiſſimè ferre quod vniuerſæ Peloponneſi ciuitates imagines ipſius ac ſtatuas,

& reliqua honoris monimenta communi decreto ſuſtulerant, quo animo erga fratrem eſſet occultè diſſimulans, ad nonnullos Achæorum interpretibus miſſis, id agere eſt molitus, vt non modò imagines & ſtatuæ, ſed & decreta honoris eius cauſâ tabulis inciſa, reſtituerentur. Id verò agebat Attalus, tum quia perſuaſum habebat gratiſſimam eam rem fratri fore, tum maximè vt amorem ſuum erga Eumenem fratrem & magnitudinem animi hoc teſtimonio declararet.

Per id tempus graue admodum & indignum facinus à Cretenſibus admiſſum eſt. tametſi enim multa eiuſmodi in Creta inſula fieri ſolent, nihilominus hoc de quo nunc ſermo eſt, cæteris omnibus antiſtare viſum eſt. Nam cùm non ſocietas ſolùm, ſed etiam commune ciuitatis ius cum Apolloniatis, ipſis intercederet, ac poſtremò omnia iura quæ ab hominibus ſacroſancta habentur, vtriſque communia eſſent, cùm eius fœderis tabulæ ſacramento vtrinque firmatæ iuxta ipſum ſimulacrum Iouis Idæi fixæ extarent, tamen calcata fœderis religione Apolloniatarum vrbem occuparunt. viriſque omnibus trucidatis, ac bonis eorum direptis, vxores ac liberos, omnémque agrum inter ſe diuiſerunt.

Erat Antiochus Rex ſtrenuus inprimis, & maximas res animo agitans, prorſúſque, ſi excipias ea quæ ad Peluſium geſſit, nomine regio digniſſimus.

Ex Libro XXVIII.

Lectores priùs admonendos eſſe duximus de Dinonis ac Polyarati inſtituto. Nam cùm grauiſſimi caſus & mutationes non ſolùm apud Rhodios, ſed in cęteris quoque ciuitatib. acciderint, operępretium fuerit diſpicere conſilia ſingulorum qui Reip. præerant, & quinam rectè ac cōſtanter ſe geſſerint, quinā officio ſuo defuerint videre,

αὐτὴν ὑπάρχουσαν διάθεσιν, ἐπεβάλετο διαπέμπεσθαι πρός τινας τῶν ἐν Ἀχαΐᾳ, σπουδάζων ἀποκαταστῆναι τἀδελφῷ αὐτοῦ μὴ μόνον τὰς ἀναθηματικάς, ἀλλὰ καὶ τὰς ἐγγράπτους τιμάς. τοῦτο δ' ἐποίει πεπεισμένος μεγίστην μὲν * ἀνακινῶν ταύτην χάριν προσενέγκασθαι, μάλιστα δ' ἂν τὸ φιλάδελφον καὶ γενναῖον τῆς αὐτοῦ προαιρέσεως ἐναποδείξασθαι τοῖς Ἕλλησι διὰ ταύτης τῆς πράξεως. f. ἂν ἐκείνῳ

Ὅτι οἱ Κρῆτες ἀνάξιον κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ἐποίησαν πρᾶγμα, δεινὸν καὶ παράσπονδον ὁμολογουμένως. καίπερ πολλῶν τοιούτων γινομένων κατὰ τὴν Κρήτην, ὅμως ἔδοξεν ὑπεραίρειν τὴν συνήθειαν τὸ τότε γινόμενον. ὑπαρχούσης γὰρ αὐτῆς οὐ μόνον φιλίας, ἀλλὰ συμπολιτείας πρὸς Ἀπολλωνιάτας καὶ καθόλου κοινωνίας πάντων τῶν ἐν ἀνθρώποις νομιζομένων δικαίων, καὶ περὶ τούτων κειμένης ἐνόρκου συνθήκης παρὰ τὸν Δία τὸν Ἰδαῖον, παρασπονδήσαντες τοὺς Ἀπολλωνιάτας, κατελάβοντο τὴν πόλιν, καὶ τοὺς μὲν ἄνδρας κατέσφαξαν, τὰ δ' ὑπάρχοντα διήρπασαν, τὰς γυναῖκας καὶ τὰ τέκνα, καὶ τὴν πόλιν, καὶ τὴν χώραν διανειμάμενοι κατεῖχον.

Ὅτι Ἀντίοχος ὁ βασιλεὺς ἦν καὶ πρακτικὸς καὶ τοῦ τῆς βασιλείας ὀνόματος ἄξιος, πλὴν τῶν κατὰ τὸ Πηλούσιον στρατηγημάτων.

ΛΟΓΟΣ κη'.

Ὅτι φησὶ Πολύβιος πρότερον ἐπιστήσαντες τοὺς ἀναγινώσκοντας ἐπὶ τὴν περὶ Δείνωνος καὶ Πολυαράτου διάληψιν. μεγάλης γὰρ οὔσης τῆς περιστάσεως καὶ τῆς μεταβολῆς οὐ μόνον παρὰ τοῖς Ῥοδίοις, ἀλλὰ σχεδὸν ἁπάσαις ταῖς πολιτείαις, χρήσιμον ἂν εἴη τὰς προαιρέσεις τῶν παρ' ἑκάστοις πολιτευομένων ἐπισκέψασθαι καὶ γνῶναι, τίνες φανήσονται τὸ κατὰ λόγον πεποιηκότες,

καὶ τίνες παραπεπαικότες τοῦ καθήκοντος· ἵνα οἱ ἐπιγινόμενοι ὡσπερεὶ τύπων ἐκτεθειμένων δύνωνται κατὰ τὰς ὁμοίας περιστάσεις τὰ μὲν αἱρετὰ διώκειν, τὰ δὲ φευκτὰ φεύγειν ἀληθινῶς, καὶ μὴ περὶ τὸν ἔσχατον καιρὸν τῆς ζωῆς ἀβλεπτοῦντες τὸ πρέπον, καὶ τὰς ἐν τῷ προγεγονότι βίῳ πράξεις αὐτῶν ποιῶσι. συνέβαινε τοιγαροῦν τρεῖς διαφορὰς γίνεσθαι τῶν ἐμπεσόντων εἰς τὰς αἰτίας κατὰ τὸν πρὸς Περσέα πόλεμον. ὧν μία μὲν ἦν τῶν οὐχ ἡδέως μὲν ὁρώντων κρινόμενα τὰ ὅλα, καὶ τὴν τῆς οἰκουμένης ἐξουσίαν ὑπὸ μίαν ἀρχὴν πίπτουσαν, οὔτε δὲ συνεργούντων, οὔτ' ἀντιπραττόντων ἁπλῶς Ῥωμαίοις οὐδέν, ἀλλ' οἷον ἐπιτετραφότων τῇ τύχῃ περὶ τῶν ἀποβησομένων. ἑτέρα δὲ τῶν ἡδέως ὁρώντων κρινόμενα τὰ πράγματα, καὶ βουλομένων νικᾶν τὸν Περσέα, μὴ δυναμένων δὲ συνεπισπάσασθαι τοὺς ἰδίους πολίτας, καὶ τοὺς ὁμοεθνεῖς πρὸς τὴν αὐτῶν γνώμην. τρίτη δὲ καὶ τῶν συνεπισπασαμένων καὶ μεταρριψάντων τὰ πολιτεύματα πρὸς τὴν Περσέως συμμαχίαν. πῶς οὖν ἕκαστοι τούτων ἐχείρισαν τὰ καθ' αὑτούς, σκοπεῖν πάρεστι. μετέρριψαν πρὸς Περσέα τὸ τῶν Μολοττῶν ἔθνος Ἀντίνους, καὶ Θεόδοτος, καὶ Κέφαλος μετ' αὐτῶν τῶν ἀντιπεσόντων ταῖς ἐπιβολαῖς αὐτῶν ὁλοσχερῶς. καὶ περιστάντος τοῦ κινδύνου, καὶ συνεγγίζοντος τοῦ δεινοῦ, πάντες ὁμόσε στάντες τοῖς παροῦσιν, ἀπέθανον γενναίως. διόπερ ἄξιον ἐπαινεῖν τοὺς ἄνδρας ἐπὶ τῷ μὴ προέσθαι μηδὲ περιιδεῖν σφᾶς αὐτοὺς εἰς ἀναξίαν διάθεσιν ἐμπεσόντας τοῦ προγεγονότος βίου. καὶ μὴν ἐν Ἀχαΐᾳ, καὶ παρὰ Θετταλοῖς καὶ Περραιβοῖς ἔσχον αἰτίαν καὶ πλείους διὰ τὴν ἡσυχίαν, ὡς ἐφεδρεύοντες τοῖς καιροῖς καὶ φρονοῦντες τὰ Περσέως. ἀλλ' οὔτε λόγον ἐν τῷ μέσῳ τοιοῦτον ἐξέβαλον, οὔτε γράφοντες, οὔτε διαπεμπόμενοι πρὸς τὸν Περσέα περὶ τινος ἐφωράθησαν, ἀλλὰ διεφύλαξαν ἀνεπιλήπτους ἑαυτούς. τοιγαροῦν εἰκότως οὗτοι καὶ δικαιολογίαν καὶ κρίσιν ὑπέμενον, καὶ πάσας ἐξήλεγχον τὰς ἐλπίδας.

vt poſteri tanquam ex propoſito exemplo diſcant, vbi ſimiles caſus ingruerint, honeſta quæque perſequi ac fugere contraria. ne ſi ſub exitum vitæ ab officio diſceſſerint, omnem anteactæ victæ ſuæ laudem commaculaſſe videantur. Tria erant genera eorum qui bello Perſico in ſuſpicionem venerant. primum, illorum qui ægrè ferebant rerum ſummam dijudicari, imperiúmque orbis terrarum vni genti addici. hi nulla re neque adjuuabant, neque aduerſabantur Romanis, ſed quaſi euentum fortunæ permiſerant. Alterum genus erat eorum, qui de ſumma rerum decerni libenter cernebant, ac ſuperiores Perſei partes eſſe optabant quidem, ſed ciues ſuos ac populares in ſuam ſententiam pertrahere non valebant. Tertium genus eorum hominum erat, qui ciuitates ſuas ad Perſei ſocietatem auctoritate ſua traduxerant. Quo autem modo ſinguli ſe geſſerint, perſpicere in promptu eſt. Gentem Moloſſorum cum ipſis contrariæ factionis hominibus ad Perſei Regis partes tranſtulerunt Antinoüs & Theodotus ac Cephalus. Iidem imminente extremò diſcrimine aduerſus præſentem fortunam congreſſi fortiter pugnantes occubuerunt. Quamobrem omni laude proſequendi ſunt, quòd ſemetipſos prodere atque indignam anteacta vita fortunam experiri haudquaquam ſuſtinuerint. At verò in Achaïa & apud Perrhæbos ac Theſſalos multò plures ob quietem ac ſilentium accuſabantur, quaſi tempus captarent, ac Perſeo taciti fauerent: ſed neque vllum eiuſmodi ſermonem in medio protuliſſe, neque ad Perſeum de eâ re litteras miſiſſe deprehenſi ſunt, verùm ab omni crimine integros ſe præſtitêre. Proinde mirum non eſt ſi eiuſmodi homines iudicium ſubire minimè detrectabant, atque in innocentia ſua ſpes poſitas habebant.

Neque enim puſilli animi leuius argumentum eſt, ſibi ipſum mortem conſciſcere nullius conſcium culpæ, interdum contrariæ in Republica factionis, interdum potentioris metu: quàm vitæ deſiderio plus quàm par ſit teneri. Prætereà apud Coos ac Rhodios, & in aliis ciuitatibus nonnulli palam Perſeo fauebant. qui pro Macedonibus verba facere, & Romanos accuſare, ac ſocietatem cum Perſeo publicè ſuadere cùm auſi eſſent, tamen ciues ſuos ad regias partes pertrahere non potuerant. Horum præcipui apud Coos Hippocritus & Diomedon fratres, Rhodi Dino & Polyaratus fuêre. quorum conſilium quis eſt qui non meritò damnauerit? Qui cùm ciues ſuos teſtes haberent omnium dictorum & factorum ſuorum, prætereà interceptis litteris quas ad Regem Perſeum miſerant, quaſque ab illo acceperant, comprehenſis denique interpretibus atque internunciis, qui vtrimque commeare ſoliti erant, nihilominus cedere fortunæ, ac ſe è medio eripere non ſuſtinebant. Ita vitæ deſiderio capti, ac profligatas ſpes ſecuti cùm perſtitiſſent, fortitudinis atque audaciæ quæ ipſis ineſſe videbatur, laudem imminuerunt, vt ne vllum quidem veniæ locum apud poſteros ſibi reliquerint. Conuicti enim ſuiſmet ipſorum chirographis ac miniſtris, non infelices, ſed impudentiſſimi eſſe videbantur. Erat quidam ex internunciis Thoas, qui à ſuprà dictis miſſus ſæpè in Macedoniam nauigarat. Hic rebus iam inclinatis, conſcientia facinoris ac metu Cnidum confugit. cúmque eum Cnidij in cuſtodiam compegiſſent, vindicatus à Rhodiis Rhodum remiſſus eſt; vbi habita de ipſo quæſtione cuncta confeſſus, prorſus cum omnibus interceptarum litterarum notis, cúmque epiſtolis, tum

οὐ γὰρ ἔλαττόν ἐστιν ἀγεννίας σημεῖον, τὸ μηδὲν αὑτῷ συνειδότα μοχθηρὸν παρεξάγειν ἐκ τοῦ ζῆν αὐτόν, ποτὲ μὲν τὰς τῶν ἀντιπολιτευομένων ἀνατάσεις καταπλαγέντα, ποτὲ δὲ τὴν τῶν κρατούντων ἐξουσίαν, τοῦ παρὰ τὸ καθῆκον φιλοζωεῖν. καὶ μὴν ἐν Ρόδῳ καὶ Κῷ, καὶ πλείοσιν ἑτέραις πόλεσιν ἐγένοντό τινες οἱ φρονοῦντες τὰ Περσέως, οἳ καὶ λέγειν ἐθάῤῥουν περὶ Μακεδόνων ἐν τοῖς ἰδίοις πολιτεύμασι, καὶ κατηγορεῖν μὲν Ρωμαίων, καὶ καθόλου συνίστασθαι πρὸς τὸν Περσέα κοινοπραγίαν, οὐ δυνηθέντες δὲ μεταῤῥῖψαι τὰ πολιτεύματα πρὸς τὴν τοῦ βασιλέως συμμαχίαν. τούτων δ' ἦσαν ἐπιφανέστατοι παρὰ μὲν τοῖς Κώοις Ιππόκριτος καὶ Διομέδων ἀδελφοί, παρὰ δὲ Ροδίοις Δείνων καὶ Πολυάρατος. ὧν τίς οὐκ ἂν καταμέμψαιτο τὴν προαίρεσιν; οἳ πρῶτον μὲν τοὺς πολίτας συνίστορας ἔχοντες πάντων τῶν σφίσι πεπραγμένων, καὶ τῶν εἰρημένων, ἔπειτα δὲ τῶν γραμμάτων ἑαλωκότων καὶ πεφωτισμένων καὶ τῶν παρὰ τοῦ Περσέως πρὸς ἐκείνους διαπεμπομένων, καὶ τῶν πρὸς τὸν Περσέα παρ' ἐκείνων, ἅμα δὲ καὶ τῶν ἀνθρώπων ὑποχειρίων γεγονότων τῶν διαπεμπομένων παρ' ἑκατέρων καὶ πρὸς ἑκατέρους, οὐχ οἷοί τ' ἦσαν εἴκειν οὐδ' ἐκποδὼν ποιεῖν ἑαυτούς, ἀλλ' ἀκμὴν ἠμφισβήτουν. τοιγαροῦν προσκαρτεροῦντες καὶ φιλοζωοῦντες πρὸς ἀπεγνωσμένας ἐλπίδας, καὶ τὸ δοκεῖν εἶναι περὶ αὐτοὺς τολμηρὸν καὶ παράβολον ἀνέτρεψαν, ὥστε παρὰ τοῖς ἐπιγινομένοις μηδ' ἔσχατον ἐλέῳ καὶ συγγνώμῃ τόπον καταλιπεῖν. ἐλεγχόμενοι γὰρ κατὰ πρόσωπον ὑπὸ τῶν ἰδίων χειρογράφων καὶ τῶν ὑπουργῶν, οὐ μόνον ἀτυχεῖν, ἔτι δὲ μᾶλλον ἀναισχυντεῖν ἔδοξαν. Θόας γάρ τις εἷς τῶν πλοϊζομένων, ὃς καὶ πολλάκις εἰς τὴν Μακεδονίαν ἐπεπλεύκει διαπεσταλμένος ὑπὸ τῶν προειρημένων. οὗτος ἐν τῇ μεταβολῇ τῶν πραγμάτων συνειδὼς αὑτῷ τὰ πεπραγμένα, δείσας ἀπεχώρησεν εἰς τὴν Κνίδον. τῶν δὲ Κνιδίων αὐτὸν εἰς φυλακὴν ἀποθεμένων, ἐξαιτηθεὶς ὑπὸ τῶν Ροδίων ἦλθεν εἰς τὴν Ρόδον. κἀκεῖ διὰ τῶν βασάνων ἐλεγχόμενος ἀνθωμολογεῖτο, καὶ σύμφωνος

ἦν πᾶσι τοῖς ἐκ τῶν αἰχμαλώτων γραμμάτων συνθήμασιν, ὁμοίως δὲ καὶ ταῖς ἐπιστολαῖς ταῖς παρά τε τοῦ Περσέως ἀπεσταλμέναις πρὸς τὸν Δείνωνα, καὶ παρὰ τούτου πρὸς ἐκεῖνον. ἐξ ὧν θαυμάζειν ἦν τίνι ποτὲ λογισμῷ χρώμενος ὁ Δείνων προσανείχετο ζῆν, καὶ τὸν παραδειγματισμὸν ὑπέμενε τοῦτον. πολὺ δὲ κατὰ τὴν ἀβουλίαν, καὶ κατὰ τὴν ἀγεννίαν ὁ Πολυάρατος ὑπερέθετο τὸν Δείνωνα. τοῦ γὰρ Ποπλίου προστάξαντος Πτολεμαίῳ τῷ βασιλεῖ τὸν Πολυάρατον ἀναπέμπειν εἰς τὴν Ῥώμην, ὁ βασιλεὺς εἰς μὲν τὴν Ῥώμην οὐκ ἔκρινε πέμπειν, ἐντρεπόμενος τὴν πατρίδα καὶ τὸν Πολυάρατον, εἰς δὲ τὴν Ῥόδον ἀποστέλλειν διέλαβε, κἀκείνου τοῦτο παρακαλοῦντος. παραστήσας οὖν λέμβον καὶ παραδοὺς αὐτὸν Δημητρίῳ τινὶ τῶν φίλων ἐξαπέστειλεν. ἔγραφε δὲ καὶ τοῖς Ῥοδίοις ὑπὲρ τῆς ἐκπομπῆς. ὁ δὲ Πολυάρατος προσχὼν Φασηλίδι κατὰ τὸν πλοῦν, καὶ διανοηθεὶς ἄττα δήποτ' οὖν, λαβὼν θαλλοὺς κατέφυγεν ἐπὶ τὴν κοινὴν ἑστίαν. ὃν εἴ τις εἴρετο τί βούλεται, πέπεισμαι μὴ δυνατὸν ἔχειν εἰπεῖν. εἰ μὲν γὰρ εἰς τὴν πατρίδα μολεῖν ἐπεθύμει, τί θαλλῶν ἔδει; τοῦτο γὰρ προὔκειτό ποι τοῖς ἄγουσιν αὐτόν. εἰ δ' εἰς τὴν Ῥώμην, καὶ μὴ βουλομένου κείνου τοῦτ' ἔδει γενέσθαι κατ' ἀνάγκην. τί οὖν καταλείπεθ' ἕτερον; ἄλλος γὰρ τόπος ὁ δεξόμενος αὐτὸν μετ' ἀσφαλείας οὐκ ἦν. οὐ μὴν ἀλλὰ τῶν Φασηλιτῶν πεμψάντων εἰς τὴν Ῥόδον, καὶ παρακαλούντων κομίζεσθαι καὶ παραλαμβάνειν τὸν Πολυάρατον, συνεχῶς οἱ Ῥόδιοι διαλαβόντες, ἄφρακτον μὲν ἐξαπέστειλαν τὸ παραπέμψον. ἀντιλαβεῖν δ' εἰς τὴν ναῦν ἐκώλυσε τὸν ἄρχοντα, διὰ τὸ προστετάχθαι τοῖς ἐκ τῆς Ἀλεξανδρείας εἰς Ῥόδον ἀποκαταστῆσαι τὸν ἄνθρωπον. παραγενομένης δὲ τῆς νεὼς εἰς τὴν Φασηλίδα, καὶ τοῦ μὲν Ἐπιχάρους, ὃς ἦν ἄρχων τῆς νεώς, οὐ βουλομένου δέχεσθαι τῷ πλοίῳ τὸν ἄνθρωπον, τοῦ δὲ Δημητρίου τοῦ προσχειρισθέντος ὑπὸ τοῦ βασιλέως διὰ τὴν ἀναπομπὴν κελεύοντος ἀνίστασθαι καὶ πλεῖν αὐτόν, καὶ τῶν Φασηλιτῶν συνεπισχυόντων αὐτῷ διὰ τὸ δεδιέναι, μή τις ἐκ Ῥωμαίων σφίσι διὰ ταῦτα μέμψις ἐπα-

à Dinone, tum à Perſeo vltrò citróque miſſis conſentiebat. Itaque mirum videbatur qua ratione ſpéque adductus Dino ſupereſſe adhuc, atque huiuſmodi ludibrio traduci ſuſtinebat. Sed Polyaratus & imprudentiâ & ignauiâ Dinonem longè ſuperauit. Nam cùm C. Popilius Ptolemæo Regi mandaſſet, vt Polyaratum mitteret Romam, Rex & Polyaratum & patriam reueritus, Romam quidem mittere eum haudquaquam decreuit, ſed Rhodum potius, quod & ipſe Polyaratus poſtulabat. Igitur nauigio impoſitum & Demetrij cuiuſdam ex amicis cuſtodię traditum Rhodum deſtinauit, litteris etiam ad Rhodios de illius tranſvectione datis. At Polyaratus Phaſelidem appulſus, neſcio quid animo cogitans ſumtis verbenis atque infulis ad penetrale vrbis confugit. quem quidem ſi quis tum interrogaſſet quid ſibi vellet, pro certo habeo dicere haud potuiſſe. Nam ſi in patriam reuerti optabat, quid velamenta prætendere opus fuit, cùm eò à cuſtodibus deduceretur? ſin Romam proficiſci malebat, etiam inuito illuc eundum erat. Quidnam igitur reliquum poteſt eſſe; alius enim præterea locus nullus extabat, in quo ſecurè poſſet conſiſtere. Cæterùm cùm Phaſelitæ Rhodum miſiſſent, poſtulantes vt Polyaratum ipſi accipere aſportaréque vellent, Rhodij prudenter reputantes nauem quidem apertam quâ deduceretur, miſerunt: cæterùm Præfectò nauis accipere illum in nauem interdixêre, quoniam Alexandrinis Rhodi hominem ſiſtere mandatum fuiſſet. Naue igitur Phaſelidem delatâ, cùm Epichares Præfectus Polyaratum nauigio excipere abnueret, contrà Demetrius, cuius cuſtodiæ commendatus ab Rege fuerat, exurgere hominem ac proficiſci iuberet, vrgeréntque adeò Phaſelitæ, veriti ne id ſibi apud populum Romanum fraudi eſſet, perculſus caſus graui-

tate, Demetrij nauigium rurſus conſcendit. Verùm in excenſione opportunitatem nactus, iterum confugit Caunum contento curſu. ac ſimiliter quiritando Cauniorum auxilium implorabat, à quibus repulſam paſſus eò quod Rhodiis contributi eſſent, clam ad Cibyratas miſit, poſtulans vt in vrbem reciperetur, mitterentúrque qui ipſum tutò deducerent. Notus autem Cibyratis eò erat, quod liberi Pancratis tyranni educati apud eum fuerant. Cùm aſſenſiſſent Cibyratæ & poſtulatis paruiſſent, ipſe Cibyram delatus, & ſeipſum & Cibyratas in grauiorem quàm antea difficultatem conjecit. Neque enim retinere illum penes ſe audebant metu populi Romani, neque porrò Romam deportare ob imperitiam rei maritimæ, quippe penitùs mediterranei poterant. quod erat reliquum, legationem Rhodum mittere, & in Macedoniam ad Proconſulem cogebantur, rogantes vt accipere hominem vellent. At L. Æmylius cùm Cibyratis quidem ſcripſiſſet, vt Polyaratum in arta cuſtodia haberent, Rhodúmque deducerent: Rhodiis verò, vt eundem maritimo itinere Romam tutò deferri curarent, re ab vtriſque, vt imperatum erat, perfectâ, tandem Polyaratus Romam venit, cùm & imprudentiam & mollitiem animi ſui quaſi ſpectaculo traduxiſſet, quantum in ſe erat. traditúſque non à Ptolemæo ſolùm Rege eſſet, ſed etiam à Phaſelitis & Cibyratis ac Rhodiis inconſtantiæ ſuæ cauſâ. quorſum verò de Dinone ac Polyarato prolixior à nobis inſtituta narratio eſt? Minimè certè vt eorum calamitati inſultare videar. id enim abſurdum omninò eſſet: ſed vt quaſi ob oculos poſita eorum imprudentia cæteros commonefaciam, ſi quando in ſimilia tempora inciderint, vt fortius meliúſque ſibi conſulat.

κολουθήσοι· καταπλαγεὶς τὴν περίστασιν, ἐνέβη πάλιν τὸν λέμβον πρὸς τὸν Δημήτριον. κατὰ δὲ τὸν ἀπόπλουν ἐπιλαβόμενος ἀφορμῆς εὐκαίρου, προσδραμὼν κατέφυγε πάλιν εἰς Καῦνον. κἀκεῖ παραπλησίως ἐδεῖτο τῶν Καυνίων βοηθεῖν. τούτων δὲ πάλιν ἀποτριβομένων αὐτὸν διὰ τὸ τάττεσθαι μετὰ Ῥοδίων, διεπέμπετο πρὸς Κιβυράτας, δεόμενος αὐτὸν δέξασθαι τῇ πόλει καὶ πέμψαι παραπομπήν. εἶχε γὰρ ἀφορμὴν πρὸς τὴν πόλιν διὰ τὸ τετράφθαι παρ' αὐτοῖς τοὺς παῖδας Παγκράτους τοῦ τυράννου. τῶν δὲ πεισθέντων καὶ ποιησάντων τὰ παρακαλούμενα, παραγενόμενος εἰς τὴν Κιβύραν, εἰς ἀπορίαν ἐνέβαλεν αὐτόν τε καὶ τοὺς Κιβυράτας μείζω τῆς πρότερον, ἢ ὅτε παρὰ τοῖς Φασηλίταις ἦν. οὔτε γὰρ ἔχειν παρ' αὐτοῖς ἐθάρρουν αὐτόν, διὰ τὸ δεδιέναι τὸν ἀπὸ Ῥωμαίων κίνδυνον· οὔθ' ἅμα πέμπειν εἰς τὴν Ῥώμην ἐδύναντο, διὰ τὴν ἀπειρίαν τῶν κατὰ θάλατταν ἔργων, ἅτε μεσόγαιοι τελέως ὑπάρχοντες. λοιπὸν ἠναγκάζοντο πρεσβεύειν εἰς τὴν Ῥόδον, καὶ πρὸς τὸν στρατηγὸν εἰς Μακεδονίαν, ἀξιοῦντες παραλαβεῖν τὸν ἄνθρωπον. τοῦ δὲ Λουκίου γράψαντος τοῖς μὲν Κιβυράταις τηρεῖν ἐπιμελῶς τὸν Πολυάρατον καὶ κομίζειν εἰς τὴν Ῥόδον, τοῖς δὲ Ῥοδίοις φροντίζειν τῆς κατὰ θάλατταν παραπομπῆς, ἵνα μετ' ἀσφαλείας εἰς τὴν Ῥώμην ἀνακομισθῇ, πειθαρχησάντων δ' ἀμφοτέρων τοῖς γραφομένοις, τούτῳ τῷ τρόπῳ συνέβη τὸν Πολυάρατον ἐλθεῖν εἰς τὴν Ῥώμην· ἐκθεατρίσαντα μὲν τὴν ἀβουλίαν τὴν αὑτοῦ καὶ τὴν ἀγεννίαν, ἐφ' ὅσον οἷός τ' ἦν, ἔκδοτον δὲ γινόμενον οὐ μόνον παρὰ Πτολεμαίου τοῦ βασιλέως, ἀλλὰ καὶ παρὰ Φασηλιτῶν, καὶ παρὰ Κιβυρατῶν, καὶ παρὰ Ῥοδίων διὰ τὴν ἰδίαν ἄνοιαν. τίνος οὖν χάριν τὸν πλείω λόγον πεποίημαι περὶ Πολυαράτου καὶ Δείνωνος; οὐχ ἵνα συνεπεμβαίνειν δόξω ταῖς ἐκείνων ἀτυχίαις. καὶ γὰρ ἄτοπόν γε τοῦτο τελέως. ἀλλ' ἵνα φανερὰν ποιήσας τὴν ἐκείνων ἀβουλίαν, βέλτιον παρασκευάσω βουλεύεσθαι καὶ φρονεῖν, τοὺς κατὰ τὰς περιστάσεις εἰς παραπλησίους ἐμπίπτοντας καιρούς.

Ὅτι Αἰτωλοὶ τὸν βίον ἀπὸ λῃστείας καὶ τῆς τοιαύτης παρανομίας εἰώθασιν ἔχειν. καὶ ἕως μὲν ἐξῆν τοὺς Ἕλληνας φέρειν καὶ λεηλατεῖν, ἐκ τούτων ἐπορίζοντο τοὺς βίους, πᾶσαν γῆν ἡγούμενοι πολεμίαν. μετὰ δὲ ταῦτα Ῥωμαίων ἐπιστάντων τοῖς πράγμασι, κωλυθέντες τῆς ἔξωθεν ἐπικουρείας, εἰς ἑαυτοὺς κατήντησαν. καὶ πρότερον μὲν κατὰ τὸν ἐμφύλιον πόλεμον, οὐκ ἔστιν ὃ τῶν δεινῶν οὐκ ἔπραξαν. βραχεῖ δ' ἀνώτερον χρόνῳ γεγευμένοι τοῦ φόνου τοῦ κατ' ἀλλήλων ἐν ταῖς κατὰ τὴν Ἀρσινόαν σφαγαῖς, ἕτοιμοι πρὸς πᾶν ἦσαν, ἀποτεθηριωμένοι τὰς ψυχὰς, ὥστε μηδὲ βουλὴν διδόναι τοῖς προεστῶσι. διόπερ ἦν ἀκρισίας καὶ παρανομίας, καὶ φόνου πλήρη τὰ κατὰ τὴν Αἰτωλίαν. καὶ τῶν πραττομένων παρ' αὐτοῖς ἐκ λογισμοῦ μὲν καὶ προθέσεως οὐδὲν ἐπετελεῖτο, πάντα δ' εἰκῇ καὶ φύρδην ἐπράττετο, καθάπερ εἰ λαίλαπός τινος ἐκπεπτωκυίας εἰς αὐτούς.

Ὅτι κατὰ τὴν Ἤπειρον παραπλήσια τούτοις ἐπράττετο. ἐφ' ὅσον γὰρ οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων μετριώτεροι τῶν κατὰ τὴν Αἰτωλίαν ἦσαν, ἐπὶ τοσοῦτον ὁ προεστὼς αὐτῶν ἀσεβέστερος, καὶ παρανομώτατος ὑπῆρχε τῶν ἄλλων. δοκῶ γὰρ μὴ γεγονέναι μηδ' ἔσεσθαι θηριωδέστερον ἄνθρωπον, μηδὲ σκαιότερον Χάροπος.

Ὅτι τοῦ περὶ Καλλικράτην μίσους καὶ Ἀνδρωνίδαν καὶ τοὺς λοιποὺς ὁμογνώμονας τούτων, οὕτως ἄν τις τεκμήραιτο. τῆς γὰρ τῶν Ἀντιγόνων πανηγύρεως ἐν τῷ Σικυῶνι συντελουμένης, καὶ τῶν βαλανείων ἁπάντων ἐχόντων τάς τε * κοινὰς μακρὰς καὶ πυέλους ταύταις παρακειμένας, εἰς ἃς οἱ κομψότεροι τῶν ἀνθρώπων εἰώθασι κατ' ἰδίαν ἐμβαίνειν· εἰ ταύταις ὅτε τις καθίοι τῶν περὶ τὸν Ἀνδρωνίδαν καὶ Καλλικράτην, οὐδεὶς ἐτόλμα τῶν ἐφεστώτων ἔτι κατιέναι, πρὶν ἢ τὸν βαλανείτην τὸ μὲν ὑπάρχον ὕδωρ ἀφιέναι πᾶν, ἕτερον δὲ καθαρὸν ἐγχέαι

f. σκηνάς.

Erat in more inſtitutóque Ætolorum latrociniis atque huiuſmodi ſceleribus victum parare. Ac quandiu iis Græciam populari licuit, eâ prædâ ſe ſuſtentare conſueuerant, omnem agrum pro hoſtico ducentes. Poſtea verò Romanis rerum potitis, cùm aliena diripere haudquaquam ſinerentur, in ſemetipſos rabiem verterunt. ac primùm quidem ciuili bello nullum crudelitatis genus prætermiſêre. recenti autem memoriâ guſtato mutuo cruore in cæde illa ad Arſinoïam patrata, animis efferati nihil iam detrectabant, adeò vt ne Principibus quidem qui Rempublicam gerebant, conſultandi locum modúmve vllum darent. Itaque temeritate & violentiâ ac cædibus plena erant cuncta in Ætolia; & quæcumque ab iis tum agebantur, non conſilio ac ratione, ſed tumultuariè ac temerè fiebant, prorſus quaſi atrox quædam procella in Rempub. eorum incubuiſſet.

Eadem in Epiro rerum facies erat: quantò enim hic modeſtiores homines quàm in Ætolia erant, tantò ſceleratior ac nequior horum princeps fuit. Prorſus enim ſic exiſtimo nec tetriorem, nec ſæuiorem Charopo ſuperiori memoriâ neminem extitiſſe, neque porrò poſtea extiturum.

Cæterùm quantum omnium odium aduerſus Callicratem fuerit & Andronidam, ac reliquos eiuſdem factionis, vel hinc liquidò perſpici poteſt. Nam cùm ſolenne ſacrum quod Antigonia vocant, Sicyone celebraretur, atque in omnibus balneis tabernacula eſſent, iiſque adpoſita ſolia, in quæ elegantiſſimus quiſque ſeorſim deſcendere conſueuit, ſi fortè Andronidas aut Callicrates lauandi cauſa in ſolium aliquod deſcenderat, nullus poſthac eò deſcendere ſuſtinebat, priuſquàm balneator priſtina aqua omni egeſta, puram nitidamque de nouo adfudiſſet.

quippe perſuaſum cuncti habebant contaminari ſe, ſi eadem ac illi aquâ lauarentur. Quibus verò ſannis ac ſibilis in publicis Græciæ conuentibus exciperentur, ſi quando aliquis quempiam ex iis voce præconis laudare eſſet auſus, ne dicendo quidem ſatis exprimi poſſit. Ipſi pueri è ſcholis redeuntes, coram proditores eos compellare per vicos non verebantur. Tanta omnium offenſio, tantúmque odium aduerſus illos homines gliſcebat.

Ex Libro XXXI.

C. Sulpitius Gallus præter cætera imprudenter ab eo facta quæ proximè commemoraui, in Aſiam delatus, edicta per celeberrimas ciuitates propoſuit, quibus iubebat vt quicumque Eumenem Regem accuſare vellet, ad diem certum Sardibus præſto eſſet. Ipſe cùm Sardes veniſſet, poſitâ in gymnaſio ſellâ, per decem dies audiendis accuſatoribus vacauit, omnis generis probra ac conuicia in Regem libentiſſimè admittens, omnémque criminandi anſam amplectens, quippe qui ingenio eſſet vano, atque ex diſſenſione cum Eumene gloriam captaret.

At in Syria Antiochus Rex auidus parandæ pecuniæ, ad templum Dianæ in Elymaïdem exercitum mouit, quò cùm perueniſſet, ſpe ſuâ fruſtratus, eò quod barbari accolæ tantum ſcelus fieri prohiberent, regreſſus Tabis, quæ Perſidis ciuitas eſt, è viuis diſceſſit, inſaniâ, vt quidam aiunt, correptus ob quædam ſigna atque oſtenta, quæ ob violatam religionem templi ab infenſo numine edita erant.

Mortuo Lucio Æmylio, maximum & pulcherrimum morum illius teſtimonium cunctis apparuit.

τοῦτο δ᾽ ἐποίουν ὑπολαμβάνοντες ὡσανεὶ μαίνεσθαι κατιέντες εἰς ταυτὸ τοῖς προειρημένοις ὕδωρ. τοὺς δὲ συριγμοὺς τοὺς ἐν ταῖς κοιναῖς πανηγύρεσι τῶν Ἑλλήνων καὶ τοὺς χλευασμοὺς ὅτε τις ἐπιβάλοι κηρύττειν τινὰ τῶν προειρημένων, οὐδ᾽ ἂν ἐξηγήσαιτο ῥαδίως οὐδείς. ἐθάῤῥει δὲ καὶ τὰ παιδάρια κατὰ τὰς ὁδοὺς ἐκ τῶν διδασκαλείων ἐπανάγοντα κατὰ πρόσωπον αὐτοὺς προδότας ἀποκαλεῖν. τοιαύτη τις ὑπέδραμε προσκοπὴ καὶ μῖσος κατὰ τῶν προειρημένων. Suidas in συριγμός.

ΛΟΓΟΣ λα΄.

Ὅτι Γάϊος ὁ Γάλλος χωρὶς τῶν ἄρτι ῥηθέντων ἀλογημάτων παραγενόμενος εἰς τὴν Ἀσίαν, ἐκθέματα κατὰ τὰς πόλεις ἐξέθηκε τὰς ἐπιφανεστάτας. κελεύων εἴ τις βούλεται κατηγορεῖν Εὐμένους τοῦ βασιλέως, ἀπαντᾶν εἰς Σάρδεις ἐπί τινα χρόνον ὡρισμένον. μετὰ δὲ ταῦτα παραγενηθεὶς αὐτὸς εἰς τὰς Σάρδεις, ἀποκαθίσας ἐν τῷ γυμνασίῳ ἐπὶ δέκα ἡμέρας διήκουε τῶν κατηγορούντων, πᾶσαν ἐπιδεχόμενος αἰσχρολογίαν καὶ λοιδορίαν κατὰ τοῦ βασιλέως, καὶ καθόλου πᾶν ἕλκων πρᾶγμα καὶ κατηγορίαν, ἅτε παρεστηκὼς ἄνθρωπος τῇ διανοίᾳ, καὶ φιλοδοξῶν ἐν τῇ πρὸς Εὐμένην διαφορᾷ.

Ὅτι κατὰ τὴν Συρίαν Ἀντίοχος ὁ βασιλεὺς βουλόμενος εὐπορῆσαι χρημάτων προέθετο στρατεύειν ἐπὶ τὸ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερὸν εἰς τὴν Ἐλυμαΐδα. παραγενόμενος δ᾽ ἐπὶ τοὺς τόπους καὶ διαψευσθεὶς τῆς ἐλπίδος, διὰ τὸ μὴ συγχωρεῖν τῇ παρανομίᾳ τοὺς βαρβάρους οἰκοῦντας περὶ τὸν τόπον, ἀναχωρῶν ἐν Τάβαις τῆς Περσίδος ἐξέλιπε τὸν βίον, δαιμονήσας ὥς ἔνιοί φασι· διὰ τὸ γενέσθαι τινὰς ἐπισημασίας τοῦ δαιμονίου κατὰ τὴν περὶ τὸ προειρημένον ἱερὸν παρανομίαν.

Ὅτι τὸ μέγιστον καὶ κάλλιστον σημεῖον τῆς Λευκίου Αἰμιλίου προαιρέσεως μεταλλάξοντος τὸν βίον ἐγένετο πᾶσιν ἔκδηλον.

οἷος γὰρ ὁ τρόπος ζῶντος αὐτοῦ ἐδοξάζετο, τοιοῦτος εὑρέθη ὁ βίος μεταλλάξαντος· ὃ μέγιστον εἴποι τις ἂν ὑπάρχειν τεκμήριον ἀρετῆς. ὁ γὰρ πλεῖστον μὲν τῶν κατ᾽ αὐτὸν ἐξ Ἰϐηρίας χρυσὸν εἰς τὴν Ῥώμην μετενηνοχὼς, μεγίστων δὲ θησαυρῶν κύριος γενόμενος ἐν Μακεδονίᾳ, πλείστης δὲ περὶ τὰ προειρημένα τετευχὼς ἐξουσίας, τοσοῦτον ἀπέλιπε τὸν ἴδιον βίον, ὥστε μὴ δύνασθαι τὴν φερνὴν τῇ γυναικὶ διαλῦσαι πᾶσαν ἐκ τῶν ἐπίπλων, εἰ μὴ τῶν ἐγγείων τινὰς προσαπέδοντο κτήσεων. ὑπὲρ ὧν ἡμεῖς τὰ κατὰ μέρος ἐν τοῖς περὶ τούτων εἰρήκαμεν. ἐξ ὧν εἴποι τις ἂν καταλελύσθαι τὴν δόξαν τῶν θαυμαζομένων παρὰ τοῖς Ελλησι περὶ τοῦτο τὸ μέρος ἀνδρῶν· εἰ γὰρ τὸ διδομένων χρημάτων ἐπὶ τῷ τοῦ διδόντος συμφέροντι, τούτων ἀπέχεσθαι θαυμαστόν ἐστιν, ὃ λέγεται γεγονέναι περί τε τὸν Αθηναῖον Αριστείδην, καὶ περὶ τὸν Θηϐαῖον Επαμινώνδαν, τὸ κύριον γενόμενον αὐτὸν ἁπάσης τῆς βασιλείας, καὶ λαϐόντα τὴν ἐξουσίαν ὡς βούλεται χρήσασθαι, μηδενὸς ἐπιθυμῆσαι, πόσῳ θαυμαστότερόν ἐστιν; εἰ δ᾽ ἄπιστον τὸ λεγόμενον δόξει ἐοικέναι τισὶν, ἐκεῖνο δεῖ λαμβάνειν ἐν νῷ, διότι σαφῶς ὁ γράφων ᾔδει μάλιστα Ρωμαίους ἀναληψομένους εἰς τὰς χεῖρας τὰ βιϐλία ταῦτα, διὰ τὸ τὰς ἐπιφανεστάτας καὶ τὰς πλείστας αὐτῶν πράξεις ἐν τούτοις περιέχεσθαι· παρ᾽ οἷς οὔτ᾽ ἀγνοεῖσθαι ταῦτα δυνατὸν, οὔτε συγγνώμης τεύξεσθαι τὸν *ψευδολογούμενον εἰκός. διόπερ οὐδεὶς ἂν ἑκὼν εἰς πρόδηλον ἀπιστίαν καὶ καταφρόνησιν ἔδωκεν αὑτόν. καὶ τοῦτο μνημονεύεσθαι παρ᾽ ὅλην τὴν πραγματείαν ἡμῖν, ὅταν τι παράδοξον δοκῶμεν λέγειν περὶ Ρωμαίων. τῆς δὲ κατὰ τὴν διήγησιν ἐφόδου καὶ τῶν καιρῶν ἐφεστηκότων ἡμᾶς ἐπὶ τὴν οἰκίαν ταύτην, βούλομαι τὸ κατὰ τὴν προτέραν βίϐλον ἐν ἐπαγγελίᾳ καταλειφθὲν συνεκπληρῶσαι τῶν φιληκόων ἕνεκα. προϋπεσχόμην γὰρ διηγήσασθαι διὰ τί καὶ πῶς ἐπὶ τοσοῦτο προέκοψε, καὶ θᾶττον ἢ καθῆκεν ἐξέλαμψεν ἡ τοῦ Σκιπίωνος ἐν τῇ Ῥώμῃ δόξα·

mſ. ψευδογελόν.

qualis enim illius frugalitas dum in viuis eſſet, opinione omnium celebrabatur, talis re ipſa poſt obitum ipſius reperta eſt. quod reuera maximum eſſe virtutis indicium nemo inficias ierit. Nam cùm vnus ſui temporis plurimam pecuniam ex manubiis Hiſpaniæ in ærarium populi Romani retuliſſet, ac maximarum opum in Macedonia compos fuiſſet, atque vtrobique ſummam auctoritatem ac licentiam habuiſſet, eiuſmodi facultates reliquit, vt ſupellectilis auctione factâ redigi non potuerit vnde dos vxori eius redderetur, niſi præterea etiam fundi aliquot venditi fuiſſent. De quibus in ſuperioribus libris à nobis affatim dictum eſſe meminimus. Proinde non immeritò quis dixerit huiuſmodi exemplo opprimi gloriam eorum, quos eo nomine Græci maximè admirantur. Nam ſi abſtinere à pecunia quæ pro dantis vtilitate offertur, admiratione digna res eſt, quod Ariſtidem Athenienſem, ac Thebanum Epaminondam feciſſe narrant, quanto eſt mirabilius, ipſum compotem totius regni cum ſumma abutendi licentia ac poteſtate, nihil tamen concupiſſe. Quod ſi cui id incredibile fortè videbitur, is velim reputet, nobis qui hæc ſcribebamus præuiſum fuiſſe, maximè in Romanorum manus hos libros eſſe venturos, cùm celeberrimæ ac maximæ res populi Romani geſtæ iis continerentur: ab iis verò neque ignorari res ſuas poſſe, neque mentito veniam datum iri. Quapropter haudquaquam credibile eſt, quemquam de induſtria fidem atque auctoritatem apertè ſibi derogare voluiſſe. Atque id in omni noſtro opere monitum velim, quotieſcumque præter omnium opinionem aliquid videbimur de Romanis dixiſſe. Cæterùm cùm ipſa narrationis ac temporum ſeries ad laudem huius familiæ nos deduxerit, quod ſuperiori in libro polliciti ſumus, id nunc in gratiam eorum qui diſcēdi cupidi ſunt, exequi placet. Etenim dicturum me promiſeram, cur, quóue pacto in tantū faſtigium creuit, & ante tempus Romæ eluxit iunioris Africani gloria.

ac præterea quomodo amicitiæ ac conſuetudini quæ Polybio cum eo fuit, tantum incrementum acceſſit, vt non modò Italiam ac Græciam illius amicitiæ fama peruaſerit, ſed remotiſſimis etiam gentibus vtriuſque ſtudium animorúmque coniunctio nota fuerit. Igitur qnemadmodum principium conciliandæ inter vtrumque amicitiæ ex commodato librorum vſu, ac ſermone de his habito fluxit, ſuprà à nobis relatum eſt. Poſtea procedente conſuetudine cùm Græci Romam euocati per municipia Italiæ diſtribuerentur, Fabius & Scipio Lucij filij gratia apud Prætorem effecêre vt Polybius Romæ maneret. Quo facto cùm familiaritas in dies creſceret, fortè is caſus euenit. Egreſſis ſimul omnibus ex Fabij domo, Fabius quidem in forum, Polybius verò alteram in partem cum P. Scipione diuerſus deflexit. Cúmque ambo paululum progreſſi eſſent, tum Publius leniter ac modeſtè locutus, ac rubore quodam ſuffuſus: Quid illud, inquit, eſt, Polybi, quod cùm ambo fratres vnâ vtamur menſâ, in tuis ſermonibus nunc interrogando, nunc reſpondendo aſſiduè orationem ad fratrem conuertis, me prætermiſſo? Nimirum eandem de me opinionem habes, quam & cæteros ciues habere audio. quibus placidus lentúſque eſſe videor, & à moribus inſtitutíſque Romanorum longè alienus, eò quod cauſis actitandis minimè ſtudeo. Atqui aiunt familiam ex qua ortus ſum, non eiuſmodi, ſed planè alium virum poſtulare. quod profecto maximâ me ægritudine afficit. At Polybius oratione adoleſcentis obſtupefactus, (namque octauum & decimum annum ætatis tum maximè agebat) per Deos, inquit, quæſo Scipio, noli hæc ita in animum inducere. Neque enim aut contemptu, aut neglectu tui id facere ſoleo, multùm abeſt.

σεῦ ἢ τούτῳ πῶς ἐπὶ τοσοῦτον αὐξηθῆναι συνέβη τῷ Πολυβίῳ τὴν πρὸς τὸν προειρημένον φιλίαν καὶ συνήθειαν· ὥστε μὴ μόνον ἕως τῆς Ἰταλίας καὶ τῆς Ἑλλάδος ἐπιδιατεῖναι τὴν περὶ αὐτῶν φήμην, ἀλλὰ καὶ τοῖς πορρωτέρω γνώριμον γενέσθαι τὴν αἵρεσιν καὶ συμπεριφορὰν αὐτῶν. διότι μὲν οὖν ἡ καταρχὴ τῆς συστάσεως ἐγενήθη τοῖς προειρημένοις ἔκ τινος χρήσεως βιβλίων καὶ τῆς περὶ τούτων λαλιᾶς, δεδηλώκαμεν. προβαινούσης δὲ τῆς συνηθείας, καὶ τῶν ἀνακεκλημένων ἐκπεμπομένων ἐπὶ τὰς πόλεις, *διέπεσον ὅ, τε Φάβιος καὶ ὁ Σκιπίων οἱ τοῦ Λευκίου νεανίσκοι πρὸς τὸν στρατηγόν, μεῖναι τὸν Πολύβιον ἐν τῇ Ῥώμῃ. γενομένου δὲ τούτου καὶ τῆς συμπεριφορᾶς ἐπὶ πολὺ προκοπτούσης, ἐγένετο σύγκυρημά τι τοιοῦτον. ἐκπορευομένων γάρ ποτε κατ' αὐτὸ πάντων ἐκ τῆς οἰκίας τῆς τοῦ Φαβίου, συνέβη τὸν μὲν Φάβιον ἐπὶ τὴν ἀγορὰν ἀπονεῦσαι, τὸν δὲ Πολύβιον ἐπὶ θατέρα μετὰ τοῦ Σκιπίωνος. προαγόντων δ' αὐτῶν ὁ Πόπλιος ἡσυχῇ καὶ πράως τῇ φωνῇ φθεγξάμενος, καὶ τῷ χρώματι γενόμενος ἐνερευθής, τί δέ, φησίν, ὦ Πολύβιε, δύω τρώγομεν ἀδελφοί, καὶ διαλέγῃ συνεχῶς, καὶ πάσας τὰς ἐρωτήσεις καὶ τὰς ἀποφάσεις ποιῇ πρὸς ἐκεῖνον, ἐμὲ δὲ παραπέμπεις; ἢ δῆλον ὅτι καὶ σὺ περὶ ἐμοῦ τὴν αὐτὴν ἔχεις διάληψιν, ἣν καὶ τοὺς ἄλλους πολίτας ἔχειν πυνθάνομαι. δοκῶ γὰρ εἶναι πᾶσιν ἡσύχιός τις καὶ νωθρὸς ὡς ἀκούω, καὶ πολὺ κεχωρισμένος τῆς Ῥωμαϊκῆς αἱρέσεως καὶ πράξεως, ὅτι κρίσεις οὐχ αἱροῦμαι λέγειν. τὴν δ' οἰκίαν οὔ φασι τοιοῦτον ζητεῖν προστάτην ἐξ ἧς ὁρμῶμαι, τὸ δ' ἐναντίον. ὃ καὶ μάλιστά με λυπεῖ· ὁ δὲ Πολύβιος ξενιαθεὶς τῇ τοῦ μειρακίου καταρχῇ τῶν λόγων, οὐ γὰρ εἶχε πλέον ἐτῶν ὀκτωκαίδεκα τότε, μὴ πρὸς θεῶν, Σκιπίων, ἔφη, μηδὲ λέγε ταῦτα, μηδ' ἐν νῷ λάμβανε τὸ παράπαν. οὐδὲ γὰρ καταγινώσκων οὔτε παραπέμπων ἐγώ σε ποιῶ τοῦτο, πολλοῦ γε δεῖ,

f. διέσπευσαν.

ἀλλὰ τῷ πρεσβύτερον εἶναι τὸν ἀδελφόν, ἔν τε ταῖς ὁμιλίαις ἄρχομαι ἀπ' ἐκείνου, καὶ λήγω πάλιν εἰς ἐκεῖνον ἐν ταῖς ἀποφάσεσι καὶ συμβουλίαις, καὶ πρὸς ἐκεῖνον ἀπερείδομαι, δοκῶν καί σε τῆς αὐτῆς μετέχειν γνώμης. ἐκεῖνό σου * τε μὴν ἄγαμαι νῦν ἀκούων, ὅτι δοκεῖ σοι * τὸ πραΰτερον εἶναι τοῦ καθήκοντος τοῖς ἐκ ταύτης τῆς οἰκίας ὁρμωμένοις. δῆλος γὰρ εἶ διὰ τούτων μέγα φρονῶν· ἐγὼ δὲ κἂν αὐτὸς ἡδέως σοι συνεπιδοίην ἐμαυτόν, καὶ συνεργὸς γενοίμην εἰς τὸ καὶ λέγειν τι καὶ πράττειν ἄξιον τῶν προγόνων. περὶ μὲν γὰρ τὰ μαθήματα, περὶ ἃ νῦν ὁρῶ σπουδάζοντας ὑμᾶς καὶ φιλοτιμουμένους, οὐκ ἀπορήσετε τῶν συνεργησόντων ὑμῖν ἑτοίμως καὶ σοὶ κἀκείνῳ. πολὺ γὰρ δή τι φῦλον ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος ἐπιρρέον ὁρῶ κατὰ τὸ παρὸν τῶν τοιούτων ἀνθρώπων. εἰς δὲ τὰ λυποῦντά σε νῦν καὶ καθὼς φῇς, δοκῶ μηδένα συναγωνιστὴν καὶ συνεργὸν ἄλλον εὑρεῖν ἂν ἡμῶν ἐπιτηδειότερον. ἔτι δὲ ταῦτα λέγοντος τοῦ Πολυβίου, λαβόμενος ἀμφοτέραις χερσὶ τῆς δεξιᾶς αὐτοῦ, καὶ πιέσας ἐμπαθῶς· εἰ γὰρ ἐγὼ ταύτην, φησίν, ἴδοιμι τὴν ἡμέραν, ἐν ᾗ σύμπαντα τἄλλα δεύτερα θέμενος ἐμοὶ προσέξεις τὸν νοῦν, καὶ μετ' ἐμοῦ συμβιώσεις. δόξω γὰρ αὐτόθεν εὐθέως ἐμαυτῷ καὶ τῆς οἰκίας ἄξιος εἶναι καὶ τῶν προγόνων. ὁ δὲ Πολύβιος τὰ μὲν ἔχαιρε θεωρῶν τὴν ὁρμὴν καὶ τὴν ἀποδοχὴν τοῦ μειρακίου, τὰ δὲ διηπορεῖτο λαμβάνων ἐν νῷ τὴν ὑπεροχὴν τῆς οἰκίας καὶ τὴν εὐκαιρίαν τῶν ἀνδρῶν. πλὴν ἀπό γε ταύτης τῆς ἀνθομολογήσεως, οὐκέτι τὸ μειράκιον ἐχωρίσθη τοῦ Πολυβίου, πάντα δ' ἦν αὐτῷ δεύτερα τῆς ἐκείνου συμπεριφορᾶς. ἀπὸ δὲ τούτων τῶν καιρῶν λοιπὸν ἤδη κατὰ τὸ συνεχὲς ἐπ' αὐτῶν τῶν πραγμάτων πεῖραν αὐτῶν διδόντες ἀλλήλοις, εἰς πατρικὴν καὶ συγγενικὴν ἦλθον αἵρεσιν καὶ φιλοστοργίαν πρὸς ἀλλήλους. πρώτη δέ τις ἐνέπεσεν ὁρμὴ καὶ ζῆλος τῶν καλῶν, τὸ τῆς ἐπὶ σωφροσύνῃ δόξαν ἀντιλαβεῖν, καὶ παραδραμεῖν ἐν τούτῳ τῷ μέρει τοὺς κατὰ τὴν αὐτὴν ἡλικίαν ὑπάρχοντας.

f. γε μὴν. deest ὄνειδος.

Sed quoniam maior natu eſt Fabius, in colloquiis familiaribus ab eo inchoare, & in eum deſinere conſueui, illúmque in ſermonibus ac præceptis maximè ſpectare, cùm te eodem animo eadémque ſententia atque illum præditum eſſe perſuaſum habeam. Cæterùm indolem tuam magnoperè laudo, quod vitio eſſe exiſtimes, remiſſioris eſſe ingenij quàm par ſit ei qui ex tanta familia originem ducat. Id enim haud puſilli certè animi argumentum eſt. Ego verò operam meam atque induſtriam libenter tibi commodauerim, in hoc vt ea dicas & facias quæ maiorum tuorum gloriâ ſint digna. Nam quod attinet ad diſciplinas, quibus vos acriter incumbere in præſentia video, tibi ac fratri nunquam magiſtrorum copia deerit. quandoquidem plurimos eiuſmodi homines intueor ex Græcia in hanc vrbem quotidie confluentes: ad ea verò quæ te, vt ais, nunc angunt, aptiorem me ipſo adminiſtrum ac ſocium conatus tui haudquaquam reperies. Hæc adhuc cùm diceret Polybius, vtraque manu dextram eius apprehendens, atque ex intimo affectu comprimens Scipio, Vtinam, inquit, diem illum videam, quo tu cæteris omnibus poſthabitis, mei curam geras, meóque in contubernio degere velis. tum ego demùm mihi videbor & familiâ & maioribus meis non indignus. At Polybius partim quidem gaudio exultabat, cùm eum impetum, eúmque iuuenis affectum videret. partim verò angebatur, cùm amplitudinem opéſque illius familiæ animo cogitaret. Cæterùm poſt hanc ſtipulationem nunquam iuuenis à Polybio longiùs receſſit, ſed illius congreſſum omnibus ſemper rebus antepoſuit. Atque exinde cùm in ipſis negociorum articulis conſtantiæ ſuæ experimentum alter alteri continuè præberet, paternam quandam cognationique ſimilem beneuolentiam inuicem ac neceſſitudinem contraxerunt. Principio quidem pudoris ac continentiæ gloriam adoleſcens ſibi comparare ſtuduit, eáque parte æquales ſuos omnes anteire.

Sed cùm eiuſmodi laurea ardua eſſet, multúmque haberet difficultatis, tum verò maximè in vrbe inſidiis appetebatur, ob corruptam illius temporis diſciplinam. Alij enim in meritorios pueros, alij in meretrices effuſi, plerique acroamatis & compotationibus, atque huiuſmodi luxuriæ addicti erant, cùm Græcorum in eo genere ſtudia bello Perſico ſtatim adſciuiſſent. Tanta porrò intemperantia tum iuuentus eò ferebatur, vt nonnulli puerum delicatum talento emerent. Quod quidem inſtitutum præcipuè iis temporibus, de quibus nunc agimus, viguit ac floruit. primùm quòd euerſo Macedonum regno imperium orbis terrarum penes populum Romanum ſine controuerſia ſtare videbatur. deinde quia Macedonicis opibus Romam tranſlatis, maximæ felicitatis ſpecies quædam, & priuatis ſingulorum, & publicis rebus acceſſerat. At P. Scipio diuerſam viuendi rationem ſecutus, cunctiſque cupiditatibus aduerſatus, atque in reliquo victu eundem tenorem ſeruans, ſibíque ipſe conſentiens, peruulgatam apud omnes modeſtiæ ac continentiæ laudem eſt adeptus priore illo quinquennio. Poſtea verò confeſtim inſtituit magnificentiâ atque integritate in pecunia danda atque capienda cæteros ſuperare. ad quam virtutem naturalis patris ipſius diſciplina magnum ei ſtimulum admouerat, & natura ingentem impetum dederat. Sed & fortuna conatum eius magnoperè adiuuit. Nam cùm mater patris ipſius adoptiui abiiſſet è vita, quæ Lucij Æmilij naturalis patris ſoror, Scipionis autem Africani cognomento maioris coniux fuerat, ipſe locupletiſſimâ eius mulieris hereditate aditâ, primum animi ſui ſpecimen tum edere incœpit.

ὢν δὲ μέγας οὗτος καὶ δυσέφικτος ὁ στέφανος, εὐθήρατος ἦν
κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἐν τῇ Ῥώμῃ διὰ τὴν ἐπὶ τὸ χεῖρον ὁρ-
μὴν τῶν πλείστων. οἱ μὲν γὰρ εἰς ἐρωμένους τῶν νέων, οἱ δ' εἰς
ἑταίρας ἐξεκέχυντο, πολλοὶ δὲ εἰς ἀκροάματα καὶ πότους, καὶ
τὴν ἐν τούτοις πολυτέλειαν, ταχέως ἡρπακότες ἐν τῷ Περ-
σικῷ πολέμῳ τὴν τῶν Ἑλλήνων εἰς τοῦτο τὸ μέρος εὐχέρειαν.
καὶ τηλικαύτη τις ἐνεπεπτώκει περὶ τὰ τοιαῦτα τῶν ἔργων ἀ-
κρασία τοῖς νέοις, ὥστε πολλοὺς μὲν ἐρώμενον ἠγορακέναι τα-
λάντου. συνέβη δὲ τὴν παροῦσαν αἵρεσιν οἷον ἐκλάμψαι κατὰ
τοὺς νῦν λεγομένους καιρούς, πρῶτον μὲν διὰ τὸ καταλυθεί-
σης τῆς ἐν Μακεδονίᾳ βασιλείας, δοκεῖν ἀδήριτον αὐτοῖς ὑπάρ-
χειν τὴν περὶ τῶν ὅλων ἐξουσίαν. ἔπειτα διὰ τὸ πολλὴν ἐπί-
φασιν γενέσθαι τῆς εὐδαιμονίας περὶ τοὺς κατ' ἰδίαν βίους καὶ
περὶ τὰ κοινά, τῶν ἐκ Μακεδονίας μετακομισθέντων εἰς τὴν
Ῥώμην χορηγιῶν. πλὴν ὅ γε Σκιπίων ὁρμήσας ἐπὶ τὴν ἐναν-
τίαν ἀγωγὴν τοῦ βίου, καὶ πάσαις ταῖς ἐπιθυμίαις ἀντιταξά-
μενος, καὶ κατὰ πάντα τρόπον ὁμολογούμενον καὶ σύμφωνον
ἑαυτὸν κατασκευάσας κατὰ τὸν βίον, ἐν ἴσως πέντε τοῖς πρώ-
τοις ἔτεσι πάνδημον ἐποιήσατο κατὰ τὴν ἐπ' * εὐταξίᾳ καὶ mſ. αὐτὸ
σωφροσύνῃ δόξαν. μετὰ δὲ ταῦτα κατὰ τὸ συνεχὲς ὥρμησεν ἀξίᾳ.
ἐπὶ τὸ περὶ τὰ χρήματα μεγαλοψυχίᾳ καὶ καθαρότητι διε-
νεγκεῖν τῶν ἄλλων. πρὸς δὲ τοῦτο τὸ μέρος καλὴν μὲν ὑπο-
δοχὴν εἶχε τὴν μετὰ τοῦ κατὰ φύσιν πατρὸς συμβίωσιν, καλὰς
δ' ἐκ φύσεως ὁρμὰς αὐτὸς ἐπὶ τὸ δέον. πολλὰ δὲ αὐτῷ καὶ ταὐ-
τόματον συνήργησε πρὸς τὴν ἐπιβολὴν ταύτην. * πρώτη mſ. πρώ-
μὲν γὰρ αὐτῷ μετήλλαξε τὸν βίον ἡ τοῦ κατὰ θέσιν πατρὸς μή- την.
τηρ, ἥτις ἦν ἀδελφὴ μὲν τοῦ κατὰ φύσιν πατρὸς αὐτοῦ Λευκίου,
γυνὴ δὲ τοῦ κατὰ θέσιν πάππου Σκιπίωνος τοῦ μεγάλου προσα-
γορευθέντος. ταύτης ἀπολιπούσης οὐσίαν μεγάλην κληρονόμος
ὤν, πρῶτον ἐν τούτοις ἔμελλε πεῖραν δώσειν τῆς ἑαυτοῦ προαιρέσεως.

συνέβαινε δὲ τὴν Αἰμιλίαν, τοῦτο γὰρ ἦν ὄνομα τῇ προειρημένῃ γυναικὶ, μεγαλομερῆ τὴν περίστασιν ἔχειν ἐν ταῖς γυναικείαις ἐξόδοις, ἅτε συνηκμακυῖαν τῷ βίῳ καὶ τῇ τύχῃ τῇ Σκιπίωνος. χωρὶς γὰρ τοῦ περὶ τὸ σῶμα καὶ τὴν ἀπήνην κόσμου, καὶ τὰ κανᾶ, καὶ τὰ ποτήρια, καὶ τἄλλα πρὸς τὴν θυσίαν ποτὲ μὲν ἀργυρᾶ, ποτὲ δὲ χρυσᾶ πάντα συνεξηκολούθει κατὰ τὰς ἐπιφανεστάτας ἐξόδους αὐτῇ. τό τε τῶν παιδισκῶν καὶ τὸ τῶν οἰκετῶν τῶν παρεπομένων πλῆθος ἀκόλουθον ἦν τούτοις. ταύτην δὴ τὴν περικοπὴν ἅπασαν εὐθέως μετὰ τὸν τῆς Αἰμιλίας τάφον ἐδωρήσατο τῇ μητρὶ, ᾗ συνέβαινε κεχωρίσθαι μὲν ἀπὸ τοῦ Λευκίου πρότερον ἤδη χρόνοις πολλοῖς, τὴν δὲ τοῦ βίου χορηγίαν ἐλλειπεστέραν ἔχειν τῆς κατὰ τὴν εὐγένειαν φαντασίας. διὸ τὸν πρὸ τοῦ χρόνον ἀνακεχωρηκυίας αὐτῆς ἐκ τῶν ἐπισήμων ἐξόδων, τότε κατὰ τύχην οὔσης ἐπιφανοῦς καὶ πανδήμου θυσίας, ἐκπορευομένης αὐτῆς ἐν τῇ τῆς Αἰμιλίας περικοπῇ καὶ χορηγίᾳ, πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ τῶν ὀρεοκόμων καὶ τοῦ ζεύγους, καὶ τῆς ἀπήνης αὐτῆς ὑπαρχούσης, συνέβη τὰς γυναῖκας θεωμένας τὸ γεγονὸς ἐκπλήττεσθαι τὴν τοῦ Σκιπίωνος χρηστότητα καὶ μεγαλοψυχίαν, καὶ πάσας προτεινούσας τὰς χεῖρας εὔχεσθαι τῷ προειρημένῳ πολλὰ καὶ ἀγαθά. τοῦτο δὲ πανταχῇ μὲν ἂν εἰκότως φαίνοιτο καλὸν, ἐν δὲ Ῥώμῃ καὶ θαυμαστόν. ἁπλῶς γὰρ οὐδεὶς οὐδενὶ δίδωσι τῶν ἰδίων ὑπαρχόντων ἑκὼν οὐδέν. πρώτη μὲν οὖν αὕτη καταρχὴ τῆς ἐπὶ καλοκἀγαθίᾳ φήμης αὐτῷ συνεκύρησε, καὶ μεγάλην ἐποίησε προκοπήν· ἅτε τοῦ τῶν γυναικῶν γένους καὶ λάλου, καὶ κατακόρου ὄντος ἐφ' ὅ τι ἂν ὁρμήσῃ. μετὰ δὲ ταῦτα ταῖς Σκιπίωνος μὲν τοῦ μεγάλου θυγατράσιν, ἀδελφαῖς δὲ τοῦ κατὰ * θέσιν πατρὸς λαβόντος, αὐτὸν ἔδει τὴν ἡμίσειαν ἀποδοῦναι τῆς φερνῆς. ὁ γὰρ πατὴρ συνέθετο μὲν ἑκατέρᾳ τῶν θυγατέρων μ΄. τάλαντα δώσειν. τούτων δὲ τὸ μὲν ἥμισυ παραχρῆμα τοῖς ἀνδράσιν ἔδωκεν ἡ μήτηρ,

* deerat in ms.

quippe antedicta mulier maximo omnis generis apparatu in ſolenni matronarum pompa vti ſolita erat, vt quæ in Scipionis Africani matrimonio & fortuna vixiſſet. Nam præter muliebrem mundum pilentíque ipſius ornatum, & caniſtra, & pocula, ac cætera ad ſacrificium neceſſaria, partim aurea, partim argentea in maximis ſolennitatibus circumferebat. ancillarum quoque ac ſeruorum comitatus haudquaquam diſpar erat. Vniuerſum hunc apparatum ſtatim ab obitu Æmiliæ, id enim mulieri nomen fuit, Scipio matri ſuæ donauit; quæ iampridem à L. Æmilio repudiata, artiorem quam pro ſplendore generis rem familiarem habebat. Proinde cùm antea à ſolenni pompa abeſſe conſueuiſſet, tum fortè publico ac celebri ſacrificio progreſſa cum apparatu Æmiliæ, iiſdem pilento, bigis ac mulionibus, reliquas mulieres aduertit: quæ Scipionis benignitatem animíque magnitudinem collaudantes, ſublatis in cœlum manibus vniuerſæ P. Scipioni fauſta omnia apprecabantur. Atque id cùm vbique præclarum, tum Romæ admirabile videatur eſſe, qua in vrbe nemo quidquam ſponte alteri de ſuo donat. Ab huiuſmodi initio virtus P. Scipionis rumore omnium celebrari cœpta eſt, vtpote muliebri ſexu natura garrulo, & in omnibus rebus immoderato. Deinde filiabus Scipionis magni, patris adoptiui ſororibus dimidium dotis ſoluendum erat: Siquidem pater quadraginta talenta vtrique filiæ dotis nomine daturum ſe ſpoponderat: cuius pecuniæ dimidiam quidem partē mater vtriq. genero numerauerat præſentem,

dimidiam verò in ære alieno moriens reliquerat. quare id nomen à P. Scipione diſſoluendum erat adoptiui patris ſororibus. Porrò cùm reliquum eius pecuniæ quæ dotis nomine debetur, iure ciuili populi Romani annua bima trima die mulieribus numerandum ſit, inſtrumento ac ſupellectile priùs intra decem menſes præſtitis ex more qui apud illos obtinet: Scipio ſtatim argentario mandauit, vt quinque & viginti talenta vtrique intra decem proximos menſes perſolueret. Cùm verò Tiberius Gracchus & Scipio Naſica, quibus antedictæ mulieres nupſerant, elapſo menſe decimo confeſtim ad argentarium veniſſent, rogaſſéntque num quid de ea pecunia mandati ab Scipione haberet, atque ille pecuniam accipere eos iuberet, & quinque ac viginti talenta vtrique numeraret, tum ij errare illum dixerunt; non enim vniuerſam ſimul pecuniam, ſed tertiam tantum partem in præſentia legibus deberi. Cúmque ille ſubijceret ita ſibi mandatum eſſe à Scipione, diffiſi iuuenem adierunt, labi eum ignoratione arbitrati. idque profectò haud ſine cauſa. Etenim non modò quinquaginta talenta ante triennium nemo, ſed ne vnum quidem ante præſtitutam diem quiſquam Romæ ſoluat. tantam vnuſquiſque diligentiam in pecunia, vtilitatem in tempore collocat. Cæterùm cùm Scipionem conueniſſent, percuntati quid argentario in mandatis dediſſet, cùm ille diceret mandaſſe vt omnis ſimul pecunia ſororibus ſolueretur, illi præ ſe curam eius ferentes, errare eum ſubiecerunt: ipſi enim ſuâ ipſius pecunia vti in longum adhuc tempus legibus licere. At Scipio hæc ſibi probè comperta & cognita eſſe reſpondit, ſed cum extraneis quidem ſtricto iure vti ſolere, cum propinquis autem & amicis candidè ac generosè agere quantum fieri poſſet. quare vt omnem pecuniam ab argentario acciperent rogabat. Quibus auditis, Tiberius & Naſica taciti domum reuerſi ſunt,

τὸ δ' ἥμισυ κατέλιπεν ἀποθνήσκουσα προσοφειλόμενον. ὅθεν ἔδει τὸν Σκιπίωνα διαλύειν τοῦτο τὸ χρέος ταῖς τοῦ πατρὸς ἀδελφαῖς· κατὰ δὲ τοὺς Ῥωμαίων νόμους δέον ἐν τρισὶν ἔτεσιν ἀποδοῦναι τὰ προσοφειλόμενα χρήματα τῆς φέρνης ταῖς γυναιξὶ, προδοθέντων τῶν πρώτων ἐπίπλων εἰς δέκα μῆνας κατὰ τὸ παρ' ἐκείνοις ἔθος, εὐθέως ὁ Σκιπίων συνέταξε τῷ τραπεζίτῃ τῶν κʹ καὶ εʹ ταλάντων *ἑκατέρᾳ ποιήσασθαι τὴν ἀνταπόδοσιν ἐν mſ. πέραν. τοῖς δέκα μησί. τοῦ δὲ Τιβερίου καὶ τοῦ Νασικᾶ Σκιπίωνος, οὗτοι γὰρ ἦσαν ἄνδρες τῶν προειρημένων γυναικῶν, ἅμα τῷ διελθεῖν τοὺς δέκα μῆνας προσαπορουμένων πρὸς τὸν τραπεζίτην, καὶ πυνθανομένων εἴ τι συντέτακτο Σκιπίων αὐτῷ περὶ τῶν χρημάτων, κἀκείνου κελεύοντος αὐτοὺς κομίζεσθαι, καὶ ποιοῦντος τὴν διαγραφὴν ἑκατέρῳ τῶν εἴκοσι καὶ πέντε ταλάντων, ἀγνοεῖν αὐτὸν ἔφασαν. δεῖν γὰρ αὐτοὺς οὐ πᾶν κατὰ τὸ παρόν, ἀλλὰ τὸ τρίτον μέρος κομίζεσθαι κατὰ τοὺς νόμους. τοῦ δὲ φάσκοντος οὕτως αὐτῷ συντεταχέναι τὸν Σκιπίωνα, διαπιστήσαντες προῆγον ἐπὶ τὸν νεανίσκον διειληφότες ἐκεῖνον ἀγνοεῖν. καὶ τοῦτ' ἔπασχον οὐκ ἀλόγως. οὐ γὰρ οἷον πεντήκοντα τάλαντα δοίη τις ἂν ἐν Ῥώμῃ πρὸ τριῶν ἐτῶν, ἀλλ' οὐδὲ τάλαντον ἓν πρὸ τῆς τεταγμένης ἡμέρας. τοιαύτη τις ἐστὶ καὶ τηλικαύτη παρὰ πάντας ἅμα μὲν ἀκρίβεια περὶ τὸ διαφέρειν, ἅμα δὲ λυσιτέλεια περὶ τὸν χρόνον. οὐ μὴν ἀλλὰ προσαπορηθέντων αὐτῶν καὶ πυνθανομένων πῶς τῷ τραπεζίτῃ συντέταχε; τοῦ δ' εἰπόντος, ἀποδοῦναι πᾶν τὸ χρῆμα ταῖς ἀδελφαῖς, ἀγνοεῖν αὐτὸν ἔφασαν, ἅμα τὸ κηδεμονικὸν ἐμφανίζοντες. ἐξεῖναι γὰρ *αὐτῷ κατὰ τοὺς νόμους χρῆσθαι τοῖς διαφό- mſ. αὐτόν. ροις ἱκανὸν ἐπὶ χρόνον. ὁ δὲ Σκιπίων ἔφη ἀγνοεῖν τούτων οὐδέν. ἀλλὰ πρὸς μὲν τοὺς ἀλλοτρίους τὴν ἐκ τῶν νόμων ἀκρίβειαν τηρεῖν, τοῖς δὲ συγγενέσι καὶ φίλοις ἁπλῶς χρῆσθαι *καὶ γενναίως κατὰ δύναμιν. deeſt in mſ. διὸ παραλαμβάνειν αὐτοὺς ἐκέλευε πᾶν τὸ χρῆμα παρὰ τοῦ τραπεζίτου. οἱ δὲ περὶ τὸν Τιβέριον ταῦτ' ἀκούσαντες, ἐπανῆγον σιω-

πάντες, καταπεπληγμένοι μὲν τὴν τοῦ Σκιπίωνος μεγαλοψυχίαν, κατεγνωκότες δὲ τῆς αὐτῶν μικρολογίας, καίπερ ὄντες οὐδενὸς δεύτεροι Ῥωμαίων. μετὰ δ᾽ ἔτη δύο μεταλλάξαντος τοῦ κατὰ φύσιν πατρὸς αὐτοῦ Λευκίου, καὶ καταλιπόντος κληρονόμους τῆς οὐσίας αὐτόν τε καὶ τὸν ἀδελφὸν Φάβιον, καλόν τι καὶ μνήμης ἄξιον

deeſt in mſ. vtraq. vox. ἐποίησεν. ὁ γὰρ Λεύκιος ὑπάρχων ἄτεκνος, διὰ τὸ τοὺς * μὲν εἰς ἑτέρας οἰκίας ἐκδεδόσθαι, τοὺς δ᾽ ἄλλους υἱοὺς οὓς ἔτρεφε διαδόχους * αὐτοῦ καὶ τοῦ γένους πάντας μετηλλαχέναι, τούτοις ἀπέλιπε τὴν οὐσίαν. ὁ δὲ Σκιπίων θεωρῶν αὐτοῦ τὸν ἀδελφὸν καταδεέστερον ὄντα τοῖς ὑπάρχουσιν, ἐξεχώρησε πάντων τῶν ὑπαρχόντων, οὔσης τῆς ὅλης τιμήσεως ὑπὲρ ἑξήκοντα τάλαντα, διὰ τὸ μέλλειν οὕτως ἴσον ὑπάρχειν αὐτῷ κατὰ τὴν οὐσίαν τὸν Φάβιον. γενομένου δὲ τούτου περιβοήτου, προσέθηκεν ἕτερον τούτῳ δεῖγμα τῆς αὐτοῦ προαιρέσεως ἐμφανέστερον. βουλομένου γὰρ τἀδελφοῦ μονομαχίας ἐπὶ τῷ πατρὶ ποιεῖν, οὐ δυναμένου δὲ δέξασθαι τὴν δαπάνην διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἀναλισκομένων χρημάτων, καὶ ταύτης τὴν ἡμίσειαν εἰσήνεγκεν ὁ Σκιπίων ἐκ τῆς ἰδίας οὐσίας. ἔστι δ᾽ οὐκ ἐλάττων ἡ σύμπασα τριάκοντα ταλάντων, ἐάν τις μεγαλομερῶς ποιῇ. φήμης περὶ αὐτοῦ διδομένης, μετήλλαξεν ἡ μήτηρ. ὁ δὲ τοσοῦτον ἀπέσχε τοῦ κομίσασθαι ὧν πρότερον ἐδωρήσατο, περὶ ὧν ἀρτίως εἶπον. ὥστε καὶ ταῦτα καὶ τὴν λοιπὴν οὐσίαν τὴν τῆς μητρὸς ἅπασαν ἀπέδωκε ταῖς ἀδελφαῖς, ἧς οὐδὲν αὐταῖς προσῆκε κατὰ τοὺς νόμους. διὸ πάλιν τῶν ἀδελφῶν παραλαβουσῶν τὸν ἐν ταῖς ἐξόδοις κόσμον καὶ τὴν περίστασιν τὴν τῆς Αἰμιλίας, πάλιν ἐκαινοποιήθη τὸ μεγαλόψυχον καὶ φιλοίκειον τῆς τοῦ Σκιπίωνος προαιρέσεως. ταῦτα μὲν οὖν προκατεσκευασμένος ἐκ τῆς πρώτης ἡλικίας Πόπλιος Σκιπίων, προῆλθε πρὸς τὸ φιλοδοξεῖν σωφροσύνῃ καὶ καλοκἀγαθίᾳ. εἰς ἣν ἴσως ἑξήκοντα τάλαντα δαπανήσας, τοσαῦτα γὰρ ἦν προέμενος τῶν ἰδίων, ὁμολογουμένην ἔσχε τὴν ἐπὶ καλοκἀγαθίᾳ φήμην. οὐχ οὕτω τῷ πλήθει τῶν χρημάτων τὸ προκείμενον κατεργασάμενος,

& Scipionis magnitudine animi ſtupefacti, & ſuam nimis attentam diligentiam damnantes, tametſi inter ciuitatis principes eſſent. Mortuo deinde poſt biduum naturali patre L. Æmilio, ipſe cum fratre Fabio heres relictus, præclarum facinus ac memoria dignum geſſit. Nam L. Æmilius cùm abſque liberis eſſet, propterea quod ipſi quidem in alias familias adoptione migrauerant, cæteri verò quos heredes familiæ, ſacrorum & nominis ſui alebat, fato prærepti omnes erant, hereditatem ipſis reliquerat. At Scipio cùm fratrem ſuum videret re familiari minus quàm ſe inſtructum eſſe, vniuerſam hereditatem quæ ſexaginta eóque amplius talentis æſtimabatur, fratri conceſſit. Sic enim demum Fabius opibus æqualis ipſi erat futurus. Quod factum cùm in ore omnium verſaretur, ipſe aliud apertius animi ſui ſpecimen adiecit. Cùm enim Fabius gladiatores in funere patris edere vellet, neque eum ſumptum ob magnitudinem apparatus facilè poſſet ſuſtinere, Scipio dimidiam impenſæ partem de ſuo eſt largitus. Huiuſmodi verò impenſa ſi quis magnificè ſpectacula edere velit, non minor triginta talentis ſolet eſſe. Peruulgata huius rei fama mater Scipionis paulò pòſt deceſſit. Ex cuius bonis ille ea quæ olim donauerat, de quibus ſuperiùs dixi, non modò non recepit, ſed & ea omnia, & vniuerſam matris hereditatem ſororibus remiſit, tametſi nulla pars hereditatis legibus ad eas pertineret. Proinde cùm Scipionis ſorores rurſus cum ornatu paratúque Æmiliæ in ſolenni matronarum pompa procederent, iterum eius in ſuos beneuolentia ac magnitudo animi in memoriam famámque reuocata eſt. His ab ineunte ætate ſtudiis vſus Scipio, modeſtiæ & elegantiæ laudem eſt aſſecutus, & impenſis quidem ſexaginta talentis, tantum enim de ſuo largitus eſt, elegantiæ apud omnes gloriam comparauit,

magis ex opportunitate ac dexteritate in conferenda gratia, quàm ex pecuniæ magnitudine. Modeſtiæ verò & continentiæ laudem retulit abſque vllo quidem ſumptu: Sed multis variiſque repreſſis cupiditatibus, optimam præterea corporis valetudinem lucrifecit, qua per totum vitæ ſpacium continua vſus, ampliſſimam mercedem abſtinentiæ ſuæ, atque honeſtiſſimas cepit voluptates. Iam verò cùm vltimæ ac præcipuæ partes ſint fortitudinis, cùm in omni Republica, tum præſertim Romæ, præcipua quadam in eo genere exercitatione opus erat. Ad quod ſtudium maximam illi opportunitatem obtulit fortuna. Nam cùm Macedonum Reges venationi plurimùm ſtuderent, ſolitique eſſent Macedones loca ad feras congregandas aptiſſima huic vſui dicare: huiuſmodi ſepta toto quidem belli Perſici tempore eadem qua priùs cura fuerant cuſtodita, cæterùm per quatuor continuos annos intacta atque illibata ab omni venatu permanſerant, Rege aliis negotiis tummaximè diſtracto. quocirca ferarum omnis generis erant pleniſſima. Confecto autem bello L. Æmilius eam exercitationem ac voluptatem quæ eſt in venando, conuenientiſſimam iuuentuti ratus eſſe, & venatores Regios conciliauit Scipioni, & omnem venandi licentiam ei conceſſit. Qua ille accepta Rex propemodum ſibi eſſe viſus, totum illud tempus quo legiones poſt victoriam in Macedonia perſtiterunt, in eo conſumpſit. Cúmque & ampliſſima ei facultas ſuppeteret, & ipſe ætate cummaximè floreret, & natura in eam rem eſſet propenſior, tanquam generoſi catuli conſtantior eius ac diuturnior in venando impetus fuit. Quamobrem Romam poſtquam venit, adiuncto Polybij in ea parte ſtudio atque ardore, quantum temporis in iudiciis ac ſalutationibus reliqui iuuenes conterebant,

ὡς τῷ καιρῷ τῆς δόσεως καὶ τῷ χειρισμῷ τῆς χάριτος. τὴν δὲ σωφροσύνην περιεποιήσατο, δαπανήσας μὲν οὐδέν, πολλῶν δὲ καὶ ποικίλων ἡδονῶν ἀπεχόμενος προσεκέρδανε τὴν σωματικὴν ὑγείαν καὶ τὴν εὐεξίαν, ἥτις αὐτῷ παρ' ὅλον τὸν βίον παρεπομένη πολλὰς ἡδονὰς καὶ καλὰς ἀμοιβὰς ἀπέδωκεν, ἀνθ' ὧν πρότερον ἀπέσχετο τῶν προχείρων ἡδονῶν. λοιποῦ δ' ὄντος τοῦ κατὰ τὴν ἀνδρείαν καὶ κυριωτάτου σχεδὸν ἐν πάσῃ μὲν πολιτείᾳ, μάλιστα δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ, μεγίστην ἔδει καὶ τὴν ἄσκησιν περὶ τοῦτο τὸ μέρος ποιήσασθαι. καλὸν μὲν οὖν τι πρὸς ταύτην τὴν ἐπιβολὴν αὐτοῦ καὶ διὰ τῆς τύχης ἐγένετο συνέργημα. τῶν γὰρ ἐν Μακεδονίᾳ βασιλέων μεγίστην ποιουμένων σπουδὴν περὶ τὰς κυνηγεσίας, καὶ Μακεδόνων ἀνειρχότων τοὺς ἐπιτηδειοτάτους τόπους πρὸς τὴν τῶν θηρίων συναγωγήν, ταῦτα συνέβη τὰ χωρία τετηρῆσθαι μὲν ἐπιμελῶς καθάπερ καὶ πρότερον, πάντα τὸν τοῦ πολέμου χρόνον, κεκυνηγῆσθαι δὲ μηδέποτε *διὰ τῶν τεττάρων ἐτῶν διὰ τοὺς περισπασμούς· ἣ καὶ θηρίων ὑπῆρχε πλήρη παντοδαπῶν. τοῦ δὲ πολέμου λαβόντος κρίσιν, ὁ Λεύκιος καλλίστην ὑπολαμβάνων καὶ τὴν ἄσκησιν, καὶ τὴν ψυχαγωγίαν ὑπάρχειν τοῖς νέοις τὴν περὶ τὰ κυνηγέσια, τούς τε κυνηγοὺς συνέστησε τοὺς βασιλικοὺς τῷ Σκιπίωνι, καὶ τὴν ἐξουσίαν τὴν περὶ τὰ κυνηγέσια παρέδωκε τούτῳ πᾶσαν. ἧς ἐπιλαβόμενος ὁ προειρημένος καὶ νομίσας οἱονεὶ βασιλεύειν, ἐν τούτῳ *κατεγίνετο πάντα τὸν χρόνον, ὅσον ἐπέμεινε τὸ στρατόπεδον μετὰ τὴν μάχην ἐν τῇ Μακεδονίᾳ. γενομένης δὲ μεγάλης ἐξουσίας περὶ τοῦτο τὸ μέρος, ὥστε κατὰ τὴν ἡλικίαν ἀκμαίως ἔχοντος αὐτοῦ, καὶ κατὰ φύσιν οἰκείως διακειμένου, καθάπερ εὐγενοῦς σκύλακος ἐπίμονον αὐτοῦ συνέβη γενέσθαι τὴν περὶ τὰς κυνηγεσίας ὁρμήν. διὸ καὶ παραγενόμενος εἰς τὴν Ῥώμην, καὶ προσλαβὼν τὸν τοῦ Πολυβίου πρὸς τοῦτο τὸ μέρος ἐνθουσιασμόν, ἐφ' ὅσον οἱ λοιποὶ τῶν νέων περὶ τὰς κρίσεις καὶ τοὺς χαιρετισμοὺς ἐσπούδαζον,

addidi ex coniect.

f. κατιγίνετο.

κατὰ τὴν ἀγορὰν ποιούμενοι τὴν διατριβήν, καὶ διὰ τούτων
συνιστάνειν ἑαυτοὺς ἐπειρῶντο τοῖς πολλοῖς, ἐπὶ τοσοῦτον ὁ Σκι-
πίων ἐπὶ ταῖς κυνηγεσίαις ἀναστρεφόμενος, καὶ λαμπρὸν ἀεί τι
ποιῶν καὶ μνήμης ἄξιον, καλλίω δόξαν ἐξεφέρετο τῶν ἄλλων.
οἷς μὲν γὰρ οὐκ ἦν ἐπαίνου τυχεῖν εἰ μὴ βλάψαιέν τινα τῶν
πολιτῶν· ὁ γὰρ τῶν κρίσεων τρόπος τοῦτ' ἐπιφέρειν εἴωθεν. ὁ δ' ἁ-
πλῶς οὐδένα λυπῶν ἐξεφέρετο τὴν ἐπ' ἀνδρείᾳ δόξαν πάνδη-
μον, ἔργῳ πρὸς λόγον ἁμιλλώμενος. τοιγαροῦν ὀλίγῳ χρόνῳ
τοσοῦτον παρέδραμε τοὺς καθ' αὑτόν, ὅσον οὐδεὶς πω μνημονεύεται
f. φιλοδο-ξίᾳ. Ῥωμαίων. καίπερ τὴν ἐναντίαν ὁδὸν πορευθεὶς ἐν * φιλοξενίᾳ
τοῖς ἄλλοις ἅπασι πρὸς τὰ Ῥωμαίων ἔθη καὶ νόμιμα. ἐγὼ δὲ
πλείω πεποίημαι λόγον ὑπὲρ τῆς Σκιπίωνος αἱρέσεως ἐκ τῆς
mſ. ἰδίαν. πρώτης ἡλικίας, * ἡδεῖαν μὲν ὑπολαμβάνων εἶναι τοῖς πρε-
σβυτέροις, ὠφέλιμον δὲ τοῖς νέοις τὴν τοιαύτην ἱστορίαν· μά-
λιστα δὲ βουλόμενος πίστιν παρασκευάζειν τοῖς μέλλουσι λέγεσθαι
ἐν ταῖς ἑξῆς βίβλοις περὶ αὐτοῦ, πρὸς τὸ μήτε διαπορεῖν τοὺς
ἀκούοντας διὰ τὸ παράδοξόν τι φανήσεσθαι τῶν συμβαινόν-
mſ. δὲ. των μετὰ * γε ταῦτα περὶ αὐτόν, μήτ' ἀφαιρουμένους τἀνδρὸς
κατὰ λόγον γεγονότα κατορθώματα τῇ τύχῃ προσάπτειν, ἀγνοοῦν-
τας τὰς αἰτίας ἐξ ὧν ἕκαστα συνέβη γενέσθαι, πλὴν τελέως
ὀλίγων, ἃ δεῖ μόνα προσάπτειν τῇ τύχῃ καὶ ταὐτομάτῳ.
ταῦτα μὲν οὖν ἐπὶ τοσοῦτον ἡμεῖς διεληλυθότες κατὰ τὴν πα-
ρέκβασιν, αὖθις ἐπάνιμεν ἐπὶ τὴν ἐκτροπὴν τῆς ὑποκειμένης
διηγήσεως.

Ὅτι τὰ κατὰ τὴν Αἰτωλίαν καλῶς διετέθη κατεσβεσμέ-
νης ἐν αὐτοῖς τῆς ἐμφυλίου στάσεως μετὰ τὸν Λυκίσκου θάνατον.
mſ. Κυρω-ναίων. καὶ Μνασίππου τοῦ * Κορωναίου μεταλλάξαντος τὸν βίον βελ-
τίων ἦν ἡ διάθεσις κατὰ τὴν Βοιωτίαν. ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ
τὴν Ἀκαρνανίαν Χρεμάτα γεγονότος ἐκποδών. σχεδὸν γὰρ ὡ-
σανεὶ καθαρμόν τινα συνέβη γενέσθαι τῆς Ἑλλάδος, τῶν

ſorum aſſiduè prementes, eóque ſtudentes commendare ſe multitudini, tantum Scipio venationibus impendens, atque interim præclarum aliquid & ad memoriam inſigne agere nunquam deſiſtens, præſtantiorem cæteris gloriam eſt adeptus. Illis enim ſine alicuius ciuis damno laus contingere non poterat. quippe iudiciorum ordo & natura id ferre ſolet. At verò ille nemini moleſtiam faceſſens, fortitudinis laudem ſibi apud omnes comparauit, virtute atque inſignibus factis cum fama ipſa contendens. Proinde breui inter æquales ſuos tantum enituit, quantum ſuperiori memoria Romæ nemo, idque cùm planè contrarium moribus inſtitutíſque Romanorum ad laudem & gloriam curſum tenuiſſet. Ego verò quæ ſtudia Scipionis in adoleſcentia fuerint, ideò plurib. enarrare volui, quod & ſenioribus iucundam & vtilem iuuentuti harum rerum cognitionem fore arbitratus ſum: eóque potiſſimùm conſilio, vt iis quæ de illo viro deinceps ſum dicturus, fidem præmunirem, ne fortè qui hæc legent, ob magnitudinem nouitatémque eorum quę huic viro contigerunt, in ambiguo hæreant, néve res illius certo conſilio geſtas Fortunæ tribuant, cùm cauſas ignorabunt ex quibus ſingulæ res ſunt profectæ, præter admodum paucas, quas ſolas caſui ac fortunæ aſſignare licet. atque his obiter quaſi per excurſum commemoratis, nunc in viam redimus, ex qua narratio noſtra diuertit.

Ætolicæ res rectè ſunt compoſitæ extincto apud eos ciuili bello poſt obitum Lyciſci. Similiter mortuo Mnaſippo Coronæo Bœotia in meliore ſtatu erat. Itéq. Acarnania ſublato è viuis Chremata. Prorſus enim quædam quaſi luſtratio atq. expiatio cõtigit tũ vniuerſę Gręciæ,

peſtibus Reipublicæ è medio remotis. Namque & Charopus ille Epirota hoc ipſo anno Brundusij deceſſit. Sed res Epiri adhuc inquietæ erant ac turbatæ vt antea, ob ſæuitiam atque nequitiam Charopi poſt victoriam de Perſeo partam.

Nam cùm L. Anicius cauſa cognita viros celeberrimos condemnaſſet, alios verò ad cauſam dicendam Romam abduxiſſet, quotquot vel leuiſſima ſuſpicione contingebantur, tum Charopus pleniſſimam quiduis agendi licentiam nactus, nullum crudelitatis genus omiſit, partim per ſe ipſe, partim amicorum operâ vſus. quippe cùm ipſe admodum iuuenis erat, tum verò perditiſſimus ac leuiſſimus quiſque cauſâ diripiendæ alienæ pecuniæ ad eum confluxerat. Maximam porrò auctoritatem ac fidem omnibus illius factis addiderat, vtque non ſine conſilio, ſed ex ſententia populi Romani cuncta agi viderentur, effecerat vetus amicitia quæ illi cum plerisque primariis viris Romæ intercedebat, ac præterea ſuffragium Myrtonis ſenis & Nicanoris eius filij. Qui cùm alioqui ſatis modeſti & amici populi Romani viderentur, ſempérque antea ab omni flagitio procul abfuiſſent, tum neſcio quo pacto ſeipſos ſcelerum Charopi fautores ac ſocios adiunxerant. At verò ille vbi alios in medio foro palàm trucidauit, alios in ſuis domibus, nonnullos in agris, aut per vias ſubmiſſis percuſſoribus interfecit, atque omnium protinus facultates inuaſit, tandem alia machina graſſari cœpit. Locupletiſſimum enim quemque, nec viros ſolùm, ſed & matresfamilias exules proſcripſit. quo metu incuſſo ipſe aſſiduè viros quidem per ſe, at mulieres matris Philotidis operâ ſpoliabat. Fuit enim hæc mulier ad omnia maximè idonea, ſed quæ ad vim ac ſcelus plus adiumenti quàm pro muliere afferre poſſet:

ἀλιτηρίων αὐτῆς ἐκ τοῦ ζῆν μεθισταμένων. καὶ γὰρ καὶ τὸν Ἠπειρώτην Χάροπα συνεκύρησε κατὰ τὸν ἐνιαυτὸν τοῦτον ἐν Βρεντεσίῳ μεταλλάξαι τὸν βίον. τὰ δὲ κατὰ τὴν Ἤπειρον ἔτι ἐν ἀκαταστασίαις ἦν, καὶ ταραχαῖς * καθάπερ τοῖς ἐπάνω χρόνοις, διὰ τὴν Χάροπος ὠμότητα καὶ παρανομίαν ἐξ οὗ συνέβη τελεσθῆναι τὸν πρὸς Περσέα πόλεμον. addidi ex Conicct.

Ὅτι μετὰ τὸ κατακρῖναι Λεύκιον Ἀνίκιον καὶ τοὺς μὲν τῶν ἐπιφανῶν ἀνδρῶν, τοὺς δὲ ἀπαγαγεῖν εἰς τὴν Ῥώμην, ὅσοι καὶ βραχεῖαν ὑποψίαν εἶχον, τότε λαβὼν ὁ Χάροψ τὴν ἐξουσίαν ὃ βούλοιτο πράττειν, οὐκ ἔστι τῶν δεινῶν ὁποῖον οὐκ ἐποίει, τὰ μὲν δι᾽ αὑτοῦ, τὰ δὲ διὰ τῶν φίλων· ἅτε νέος μὲν ὢν αὐτὸς κομιδῇ, συνδεδραμηκότων δὲ πρὸς αὐτὸν τῶν χειρίστων καὶ τῶν εἰκαιοτάτων ἀνθρώπων, διὰ τὸν ἐκ τῶν ἀλλοτρίων νοσφισμόν. εἶχε δὲ οἷον ἐφεδρείαν καὶ ῥοπὴν πρὸς τὸ πιστεύεσθαι διότι πράττει κατά τινα λόγον ἃ ποιεῖ καὶ μετὰ τῆς Ῥωμαίων γνώμης, τήν τε προϋπάρχουσαν αὐτῷ σύστασιν καὶ πρὸς τοὺς προειρημένους, καὶ πρὸς ταύτῃ Μύρτωνα πρεσβύτην ἄνθρωπον καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ Νικάνορα, τἄλλα * γε μετρίους ἀνθρώπους καὶ δοκοῦντας εἶναι Ῥωμαίων φίλους. οἱ πολὺ δὲ κεχωρισμένοι τὸν πρὸ τοῦ χρόνον ἁπάσης ἀδικίας, οὐκ οἶδ᾽ ὅπως τότε συνεπέδωκαν αὑτοὺς, εἰς τὸ συνεπισχύειν καὶ κοινωνεῖν ταῖς τοῦ Χάροπος ἀνομίαις. ἐπεὶ δ᾽ ὁ προειρημένος τοὺς μὲν κατὰ τὴν ἀγορὰν ἀναφανδὸν ἐφόνευσε, τοὺς δ᾽ ἐν ταῖς ἰδίαις οἰκίαις, ἐνίους δ᾽ ἐπὶ τῶν ἀγρῶν καὶ κατὰ τὰς ὁδοὺς ἐπαποστέλλων ἐδολοφόνησε, καὶ πάντων τῶν τεθνεώτων ἐξηνδραποδίσατο τοὺς βίους, ἄλλην ἐπεισῆγε μηχανήν. *προέγραφε γὰρ τοὺς εὐκαιροῦντας τοῖς βίοις φυγάδας, οὐ μόνον ἄνδρας, ἀλλὰ καὶ γυναῖκας. ἀνατεθεὶς δὲ τὸν φόβον τοῦτον, ἐχρηματίζετο ἀεὶ, τοὺς μὲν ἄνδρας δι᾽ ἑαυτοῦ, τὰς δὲ γυναῖκας διὰ τῆς μητρὸς Φιλωτίδος. πάνυ γὰρ * εὐφυὴς ἐγένετο κατὰ τοῦτο τὸ πρόσωπον, πρὸς δὲ βίαν καὶ πλεῖόν τι δυνάμενον συνεργεῖν ἢ κατὰ γυναῖκα.

mſ. δέ.

mſ. προσέγραφε.

leg. εὐφυὴς ἐγ. τοῦτο τὸ πρόσ.

ἐπεὶ δὲ πάντας ἐξηργυρίσατο κατὰ τὸ δυνατόν, εἰσῆγεν εἰς τὸν δῆμον οὐδὲν ἧττον ἅπαντας τοὺς προγεγραμμένους. οἱ δὲ πολλοὶ τῶν ἐν τῇ Φοινίκῃ τὰ μὲν διὰ τὸν φόβον, τὰ δὲ καὶ δελεαζόμενοι διὰ τῶν περὶ τὸν Χάροπα, κατέκριναν οὐ φυγῆς, ἀλλὰ θανάτου πάντας τοὺς προσαγγελθέντας ὡς ἀλλότρια φρονοῦντας Ῥωμαίων. οὗτοι μὲν οὖν πάντες ἔφυγον, ὅτε Χάροψ ὥρμησεν εἰς τὴν Ῥώμην, ἔχων χρήματα καὶ τοὺς περὶ τὸν Μύρτωνα μεθ' αὑτοῦ, βουλόμενος ἐπισφραγίσασθαι διὰ τῆς συγκλήτου τὴν αὑτοῦ παρανομίαν. ἐν ᾧ καιρῷ κάλλιστον μὲν ἐγένετο δεῖγμα τῆς Ῥωμαίων αἱρέσεως, κάλλιστον δὲ θέαμα πᾶσι τοῖς Ἕλλησι τοῖς παρεπιδημοῦσι, μάλιστα δὲ τοῖς ἀνακεκλημένοις. ὅ, τε γὰρ Μάρκος ἀρχιερεὺς ὢν καὶ πρῶτος τῆς συγκλήτου γραφόμενος, ὅ, τε Λεύκιος ὁ τὸν Περσέα νικήσας μεγίστην ἔχων πίστιν καὶ δύναμιν, πυνθανόμενοι τὰ πεπραγμένα τῷ Χάροπι κατὰ τὴν Ἤπειρον, ἐκώλυσαν εἰς τὰς οἰκίας αὐτῶν εἰσιέναι τὸν Χάροπα. οὗ γενομένου περιβοήτου πάντες ἐγενήθησαν οἱ παρεπιδημοῦντες περιχαρεῖς, ἀποδεχόμενοι τὸ μισοπόνηρον τῶν Ῥωμαίων. μετὰ δὲ ταῦτα τοῦ Χάροπος εἰσελθόντος εἰς τὴν σύγκλητον, * οὐ συνεκάθετο τοῖς ἀξιουμένοις, οὐδ' ἐβουλήθη δοῦναι ῥητὴν ἀπόκρισιν. ἀλλὰ τοῖς ἀποστελλομένοις πρεσβευταῖς ἔφη δώσειν ἐντολάς, ἐπισκέψασθαι περὶ τῶν γεγονότων. ὁ δὲ Χάροψ ἀναχωρήσας ταύτην μὲν τὴν ἀπόκρισιν ἀπεσιώπησε, γράψας δὲ πρὸς τὴν ἰδίαν ὑπόθεσιν ἁρμόζουσαν ἀπήγγειλεν ὡς συνευδοκούντων Ῥωμαίων τοῖς ὑπ' αὐτοῦ πραττομένοις.

hic inſere cap. 127. legationũ Polybii.

Ὅτι Εὐμένης ὁ βασιλεὺς τῇ μὲν σωματικῇ δυνάμει παραλελυμένος ἦν, τῇ δὲ τῆς ψυχῆς λαμπρότητι προσαντεῖχεν. ἀνὴρ ἐν μὲν τοῖς πλείστοις οὐδενὸς δεύτερος τῶν καθ' αὐτὸν βασιλέων γενόμενος, περὶ δὲ τὰ σπουδαιότατα καὶ κάλλιστα μείζων καὶ λαμπρότερος. ὅς γε πρῶτον μὲν παραλαβὼν παρὰ τοῦ πατρὸς τὴν βασιλείαν συνεσταλμένην τελέως εἰς ὀλίγα καὶ λιτὰ πολισμάτια,

Poſtquam demùm vniuerſos pecuniâ ſpoliarunt, nihilo ſecius cunctos qui proſcripti erant, populi iudicio permisêre. At plurimi in vrbe Phœnica partim metu, partim blanditiis à factione Charopi inducti, vniuerſos quibus alienatus à Romanis animus crimini dabatur, non exilio, ſed capitali ſententia condemnarunt. Hi omnes in exilium abierunt, quo tempore Charopus comite Myrtone cum magna pecuniæ vi Romam eſt profectus; eo conſilio vt ſcelus ſuum Senatus auctoritate confirmaret. Tunc temporis verò pulcherrimum ſpecimen morum pop. Rom. & gratiſſimum cùm omnibus Græcis, tum maximè iis qui ob quaſdam ſuſpiciones Romam euocati erant, ſpectaculum apparuit. Etenim M. Æmilius Lepidus Pontifex Max. & Princeps Senatus, & L. Æmilius, is qui Perſeum vicit, maximâ vir auctoritate ac potentiâ præditus, cùm accepiſſent quæ Charopus geſſerat in Epiro, domo ſua ei interdixerunt. Cuius rei fama per vrbem diſperſa, Græci quicunque aderant, maximo ſunt gaudio affecti, & Romanorum aduerſus improbos odium magnis laudibus extulerunt. Poſtmodum introductus in Senatum Charopus, haudquaquam inter honoratos ſedere eſt iuſſus, neque vllum à Senatu reſponſum certum accepit. ſed legatis propediem ad res Illyrici componendas profecturis, id in mandatis daturum Senatus reſpondit, vt quæcunque acta in Epiro erant, inquirerent. At Charopus egreſſus è Curia, reſponſum quidem Senatus reticuit, confictum autem alterum pro re atque vtilitate ſua reſponſum diuulgauit, quaſi omnia eius acta Senatus probaſſet.

Eumenes Pergami Rex corpore quidem erat infirmo atque imbecilli, ſed animi vigore infirmitatem corporis compenſabat. vir in pleriſque rebus nulli ætatis ſuæ Regum ſecundus; in rebus autem grauiſſimis ac pulcherrimis omnium maximus ac ſplendidiſſimus. Qui primùm quidem cùm regnum paucis ac tenuibus oppidulis coarctatum à patre accepiſſet,

ampliſſimis temporis ſui imperiis parem dominationem ſuam præſtitit, non tam fortunæ auxilio & caſu quodam, quàm ſolertiâ & induſtriâ ſuâ. Deinde præ cæteris ætatis ſuæ Regibus gloriæ cupidiſſimus fuit, atque vnus plurimas Græciæ ciuitates, ac plurimos ſingillatim homines beneficiis ſuis locupletauit. Denique fratres cûm haberet tres, & ætate & induſtriâ pollentes, eos in officio omnes continuit, & morigeros cuſtodéſque regni ac dignitatis ſuæ habuit ſatellites. quod rarò admodum contigiſſe reperias.

Attalus Eumenis frater poſtquam regnare occœpit, primum ingenij atque induſtriæ ſuæ ſpecimen dedit reſtituto in regnum Ariarathe.

Pruſias victo Attalo, Pergamum ingreſſus cum ſumptuoſo ſacrificij apparatu, Æſculapij templum adiit: mactatiſque victimis cùm perlitaſſet, tum quidem in caſtra eſt reuerſus. Poſtridie verò copiis ad Nicephorium adductis, templa omnia vaſtare, delubra ac ſtatuas Deorum immortalium & imagines ſpoliare ac diripere cœpit. Poſtremò & ipſum Æſculapij ſimulacrum inſigni artificio à Phylomacho fabricatum, humeris ſuis impoſitum abripuit, cui pridie libauerat, hoſtiáſque & vota obtulerat, propicium ac benignum (vt mos eſt) ipſius numen ſibi apprecatus. Ego verò huiuſmodi hominum mores etiam antea, cùm de rebus Philippi agerem, furioſos me dicere memini. Etenim ſimul victimas cædere, Deóſque propicios orare, omnémque aram ac lapidem exquiſito quodam genere adorare & venerari flexis genibus, & muliebri ſuperſtitione, quod Pruſias facere ſolebat: atque interim eadem fana labefactare, eorúmque euerſione contumeliam Diis facere, quis neget animi id eſſe rabie perciti, hominíſque de ſtatu mentis deturbati? Quod quidem tum Pruſiæ contigit.

Tüs

ταῖς μεγίσταις τῶν καθ' αὑτὸν δυναστειῶν ἐφάμιλλον ἐποίησε τὴν ἰδίαν * ἀρχήν. οὐ τύχῃ τὸ πλεῖον συνεργῷ χρησάμενος, οὐδ' ἐκ περιπετείας, ἀλλὰ διὰ τῆς ἀγχινοίας καὶ φιλοπονίας, ἔτι δὲ πράξεως τῆς αὑτοῦ. δεύτερον φιλοδοξότατος ἐγενήθη, καὶ πλείστας μὲν τῶν καθ' αὑτὸν βασιλέων πόλεις Ἑλληνίδας εὐεργέτησε, πλείστους δὲ κατ' ἰδίαν ἀνθρώπους ἐσωματοποίησε. τρίτον, ἀδελφοὺς ἔχων τρεῖς καὶ κατὰ τὴν ἡλικίαν καὶ πρᾶξιν, πάντας τούτους συνέσχε πειθαρχοῦντας αὐτῷ καὶ δορυφοροῦντας, καὶ σώζοντας τὸ τῆς βασιλείας ἀξίωμα. τοῦτο δὲ σπανίως εὕροι τις ἂν γεγονός. mſ. τύχην, ſed Suidas ἀρχήν.

Ὅτι Ἄτταλος ὁ ἀδελφὸς Εὐμένους παραλαβὼν τὴν ἐξουσίαν, πρῶτον ἐξήνεγκε δεῖγμα τῆς αὑτοῦ προαιρέσεως καὶ πράξεως τὴν Ἀριαράθου καταγωγὴν ἐπὶ τὴν βασιλείαν.

Ὅτι Προυσίας μετὰ τὸ νικῆσαι τὸν Ἄτταλον, μετὰ τὸ παρελθεῖν πρὸς τὸ Πέργαμον παρασκευασάμενος θυσίαν πολυτελῆ προσήγαγε πρὸς τὸ τέμενος τοῦ Ἀσκληπιοῦ, καὶ βουθυτήσας, καὶ καλλιερήσας, τότε μὲν ἐπανῆλθεν ἐπὶ τὴν παρεμβολήν· κατὰ δὲ τὴν ἐπιοῦσαν καταστήσας τὴν δύναμιν ἐπὶ τὸ Νικηφόριον, τούς τε νεὼς ἅπαντας διέφθειρε, καὶ τὰ τεμένη τῶν θεῶν. ἐσύλησε δὲ καὶ τοὺς ἀνδριάντας καὶ τὰ λίθινα τῶν ἀγαλμάτων. τὸ δὲ τελευταῖον καὶ τὸ τοῦ Ἀσκληπιοῦ ἄγαλμα βαστάσας, περιττῶς ὑπὸ Φυλομάχου κατεσκευασμένον ἀπήνεγκεν ὡς αὑτόν, ᾧ τῇ πρότερον ἡμέρᾳ κατασπένδων ἐβουθύτει καὶ κατηύχετο, δεόμενος, ὅπερ εἰκός, ἵλεων αὐτῷ γενέσθαι καὶ εὐμενῆ κατὰ πάντα τρόπον. ἐγὼ δὲ τὰς τοιαύτας διαθέσεις καὶ πρότερον εἴρηκά που περὶ Φιλίππου ποιούμενος τὸν λόγον, ἅμα μὲν θύειν καὶ διὰ τούτων ἐξιλάσκεσθαι τὸ θεῖον προσκυνοῦντα καὶ λιπαροῦντα τὰς τραπέζας καὶ τοὺς βωμοὺς ἐξάλλως, ὅπερ ὁ Προυσίας εἴθιστο ποιεῖν, γονυπετῶν καὶ γυναικιζόμενος· ἅμα δὲ ταῦτα καὶ λυμαίνεσθαι, καὶ διὰ τῆς τούτων καταφθορᾶς τὴν εἰς τὸ θεῖον ὕβριν διατίθεσθαι, πῶς οὐκ ἂν εἴποι τις εἶναι θυμοῦ λυττῶντος ἔργα, καὶ ψυχῆς ἐξεστηκυίας τῶν λογισμῶν; ὃ καὶ τότε συνέβαινε γίνεσθαι περὶ τὸν Προυσίαν

addidi ex coniect. ἀνδρὸς μὲν γὰρ * ἔργον οὐδὲν ἐπιτελεσάμενος κατὰ τὰς προσβολάς, ἀγεννῶς δὲ καὶ γυναικοθύμως χρήσας καὶ τὰ πρὸς θεούς, καὶ τὰ πρὸς ἀνθρώπους, μετήγαγε τὸ στράτευμα πρὸς Ἐλαίαν· καὶ καταπειράσας τῆς Ἐλαίας, καί τινας προσβολὰς ποιησάμενος, οὐδὲν δὲ πράττειν δυνάμενος διὰ τὸ Σώσανδρον τὸν τοῦ βασιλέως σύντροφον εἰσεληλυθότα μετὰ στρατιωτῶν, εἴργειν αὐτοῦ τὰς ἐπιβολάς, ἀπῆρεν ἐπὶ Θυατείρων. κατὰ δὲ τὴν ἐπάνοδον τὸ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερὸν τῆς ἐν Ἱερᾷ κώμῃ μετὰ βίας ἐσύλησεν. ὁμοίως δὲ τὸ τοῦ Κυνίου Ἀπόλλωνος τέμενος τοῦ περὶ Τῆμνον οὐ μόνον ἐσύλησεν, ἀλλὰ καὶ τῷ πυρὶ διέφθειρεν. καὶ ταῦτα διαπραξάμενος ἐπανῆλθεν εἰς τὴν οἰκίαν, οὐ μόνον τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ τοῖς θεοῖς πεπολεμηκώς. ἐταλαιπώρησε δὲ καὶ τὸ πεζικὸν στράτευμα τῷ Προυσίᾳ κατὰ τὴν ἐπάνοδον ὑπό τε τοῦ λιμοῦ καὶ τῆς δυσεντερίας, ὥστε παρὰ πόδας ἐκ θεοῦ τοῦ δοκεῖν ἀπηντῆσθαι μῆνιν αὐτῷ διὰ ταύτας τὰς αἰτίας.

Ὅτι Ἀριστοκράτης ὁ τῶν Ῥοδίων στρατηγός, ἦν μὲν κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν ἀξιωματικὸς καὶ καταπληκτικός· διόπερ ἐκ πάντων τούτων ὑπέλαβον οἱ Ῥόδιοι τελέως ἀξιόχρεων ἡγεμόνα καὶ προστάτην τοῦ πολέμου. διεψεύσθησαν μέντοι γε τῶν ἐλπίδων. ἐλθὼν γὰρ εἰς τὰς πράξεις ὥσπερ εἰς πῦρ, καθάπερ τὰ κίβδηλα τῶν νομισμάτων, ἀλλοῖος ἐφάνη. τοῦτο δ' ἐγένετο δῆλον ἐπ' αὐτῶν τῶν ἔργων.

Ὅτι Ἀρχίας βουλόμενος τὴν Κύπρον προδοῦναι τῷ Δημητρίῳ καὶ φωραθείς, καὶ εἰς κρίσιν ἀχθείς, καλωδίῳ τῷ ἐκ τῆς αὐλαίας * περιπετασμάτων ἑαυτὸν ἀπεκρέμασε. τῷ γὰρ ὄντι διὰ τὰς ἐπιθυμίας κενοὶ κενὰ λογίζονται, κατὰ τὴν παροιμίαν. καὶ γὰρ ἐκεῖνος δόξας φ'. τάλαντα προσλήψεσθαι, καὶ τὰ προϋπάρχοντα χρήματα καὶ τὸ πνεῦμα προσαπέβαλεν.

mſ. παραπετασμένων Suidas: πα-ρατ.

Ὅτι κατὰ τοὺς καιροὺς τούτους καὶ Πριηνεῖς ἐνέπεσον παραλόγῳ συμφορᾷ. δεξάμενοι γὰρ παρ' Ὀλοφέρνους ὅτ' ἐκράτησε τῆς ἀρχῆς

Nam cùm nullum in oppugnatione generoſi animi facinus edidiſſet, ſed prorſus imbelli ac muliebri animo aduerſus Deos hominéſque eſſet vſus, exercitum Elæam traduxit, & tentatâ vrbis obſidione cùm nihil proficeret, eò quod Soſander Regis collactaneus cum præſidio militati vrbem ingreſſus, impetum ipſius repellebat, Thyatira nauibus contendit. Porrò inter redeundum fanum Dianæ, quod eſt in Hiera come, vi illata ſpoliauit. Apollinis quoque Cynij delubrum circa Temnum non ſpoliauit ſolùm, ſed etiam igni tradidit. Atque his peractis domum rediit, illato & hominibus & Diis immortalibus bello. Sed & pedeſtres eius copiæ fame ac ſanguinis profluuio in reditu laborarunt, adeò vt ſceleribus Pruſiæ pœna à Diis è veſtigio repræſentata eſſe videretur.

Ariſtocrates Prætor Rhodiorum erat ille quidem ſpecie ipſa plena dignitatis ac terroris. Quamobrem Rhodij idoneum belli ducem atque egregium imperatorem ſeſe habere crediderant. verùm enimverò ſua ſpe longè fruſtrati ſunt. Nam cùm ad res ipſas tanquam ad fornacem acceſſiſſet, inſtar adulterinæ monetæ longè alius apparuit. quod in ipſis negociorum articulis clarum fuit.

Archias Cyprum Demetrio prodere cùm vellet deprehenſus, & in iudicium adductus, funiculo veli, quod aulæ prætendebatur, ſe ſuſpendit. Reuera enim decepti cupiditatibus homines vani, vana agitant, vt eſt in veteri prouerbio. Namque ille quingenta ſe talenta accepturum dum ſperat, & quas antea poſſidebat opes, & præterea ſpiritum amiſit.

Hiſdem temporib. Prienenſes in grauem calamitatem præter ſpem inciderũt. Nam cùm ab Oroferne, quo tem-

pore in Cappadocia regnabat, quadringenta talenta eis commendata eſſent, poſtea Ariarathes in regnũ reſtitutus, eam pecuniam à Prienenſib. repetiit. At Prienenſes meo quidem iudicio rectè atq. ordine faciebant, cùm dicerent, quamdiu Orophernes in viuis eſſet, nemini alteri ſe eam pecuniã reddituros, niſi ipſi qui eam depoſuerat. Et Ariarathes multũ peccare plerisq. videbatur, qui alienum depoſitũ repeteret. Enimvero hactenus fortaſſe veniâ dignus fuerit ille qui periculum faciebat, tentabátq. id auferre, quod fiſci ipſius eſſe videbatur. At verò iracũdia ac pertinacia vlterius ferri, nullatenus rationi conſentaneum poteſt videri. Tamen ille immiſſis prædatoribus agrum Prienenſem vaſtare cœpit, adiuuante Attalo, & ob ſuam cum Prienenſibus priuatam ſimultatem eum incitante. Porrò cùm magna cædes hominum ſimul ac pecorum paſſim fieret, & ad ipſas ciuitatis portas quidam trucidarentur, tamen Prienenſes ſuccurrere nequaquam poterant. Igitur cùm legationem ad Rhodios miſiſſent, tandem ad præſidium populi Ro. confugerunt. Sed Ariarathes cuncta quæ dicerentur parui faciebat. Ita Prienenſes qui in tantæ pecuniæ ſumma magnã ſpem poſuerant, contrarium prorſus euentum ſunt experti. Etenim Oropherni quidem depoſitũ fideliter reddiderunt, ſed ab Ariarathe Rege malè multati ob illud depoſitum grauiſſimis calamitatib. iniuriâ conflictati ſunt. DEESSE VIDENTVR NONNVLLA. Cui non meritò videatur Bergæum Antiphanem longo interuallo ſuperaſſe, adeò vt nemo vnquam tantam eius veſaniam æquaturus ſit.

Pruſias Rex Bithyniæ aſpectu erat deformis, tametſi iudicio & ſagacitate haudquaquam ſpernendus. cæterùm corporis ſpecie dimidiato homini ſimilis, & ad res bellicas planè ignauus ac mollis. Neque enim ſolùm timidus, ſed præterea laboris impatiens atque omninò effæminatus in omni vita & animo & corpore erat. Quod genus vitij cùm omnes mortales, tum maximè Bithyni in Regibus ferre non poſſunt.

ἐν παρακαταθήκῃ υ' τάλαντα, ἀπῄτουν κατὰ τοὺς ἑξῆς χρόνοις ὑπ' Ἀριαράθου, ὅτε μετέλαβε τῆς ἀρχῆς. οἱ μὲν οὖν Πριηνεῖς, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ὀρθῶς ἵσταντο φάσκοντες οὐδενὶ παραδώσειν τὰ χρήματα ζῶντος Ὀλοφέρνους, πλὴν αὐτῷ τῷ παραθεμένῳ. ὁ δ' Ἀριαράθης πολλοῖς ἐδόκει παραπίπτειν τοῦ καθήκοντος, ἀπαιτῶν τὴν ἀλλοτρίαν παραθήκην. οὐ μὴν, ἀλλ' ἕως μὲν τούτου τάχ' ἄν τις ἔχοι συγγνώμην αὐτῷ καταπειράζοντι, τῷ δοκεῖν τῆς ἐκείνου βασιλείας εἶναι τὰ χρήματα. τὸ δὲ καὶ πορρωτέρω προβαίνειν ὀργῆς καὶ φιλοτιμίας, οὐδαμῶς ἐδόκει γίνεσθαι κατὰ λόγον. * κατὰ δὲ τοὺς νῦν λε- f. πλεῖον γομένους καιροὺς ἐπαποστείλας ἐλεηλάτει τὴν χώραν τῶν Πριηνέων κατὰ. συνεργοῦντος Ἀττάλου, καὶ παροξύνοντος διὰ τὴν ἰδίαν διαφορὰν, ἣν εἶχε πρὸς τοὺς Πριηνεῖς. πολλῶν δὲ καὶ σωμάτων καὶ θρεμμάτων ἀπολομένων, καὶ πρὸς τῇ πόλει πτωμάτων γενομένων, ἀμύνασθαι μὲν οὐχ οἷοί τ' ἦσαν οἱ Πριηνεῖς, ἐπρέσβευον δὲ καὶ πρὸς Ῥοδίους, μετὰ δὲ ταῦτα ἐπὶ Ῥωμαίους κατέφυγον. ὁ δὲ οὐ προσεῖχε τοῖς λεγομένοις. καὶ Πριηνεῖς μὲν μεγάλας ἔχοντες ἐλπίδας ἐπὶ τῷ πλήθει τῶν χρημάτων, τοῖς ἐναντίοις ἐνεκύρησαν. τῷ μὲν γὰρ Ὀλοφέρνει τὴν παραθήκην ἀπέδωκαν, ὑπὸ δὲ τοῦ βασιλέως Ἀριαράθου ἱκαναῖς τισὶ βλάβαις περιέπεσον ἀδίκως διὰ τὴν παραθήκην. πῶς οὐκ ἂν εἰκότως * δόξοιεν ὑπερβεβηκέναι καὶ ἀπολε- inſ. ξαυ.. ληρηκέναι τὸν Βεργαῖον Ἀντιφάνην, καὶ καθόλου μηδενὶ καταλιπεῖν ὑπερβολὴν ἀπονοίας τῶν ἐπιγινομένων.

Ὅτι Προυσίας ὁ βασιλεὺς εἰδεχθὴς ὢν κατὰ τὴν ἔμφασιν, καίπερ ἐκ συλλογισμοῦ βελτίων ὑπάρχων, ἥμισυς ἀνὴρ κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν, καὶ πρὸς τὰς πολεμικὰς χρείας ἀγεννὴς καὶ γυναικώδης. οὐ γὰρ μόνον δειλὸς ἦν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰς κακοπαθείας ἀλλότριος, καὶ συλλήβδην ἐκτεθηλυμμένος, καὶ τῇ ψυχῇ, καὶ τῷ σώματι παρ' ὅλον τὸν βίον. ὅπερ ἥκιστα βούλονται περὶ τοὺς βασιλεῖς ὑπάρχειν ἅπαντες μὲν, μάλιστα δὲ τὸ τῶν Βιθυνῶν γένος.

πολλὴ δέ τις ἀσέλγεια καὶ περὶ τὰς σωματικὰς ἐπιθυμίας αὐτοῦ συνεξηκολούθει. παιδείας δὲ καὶ φιλοσοφίας καὶ τῶν ἐν τούτοις θεωρημάτων ἄπειρος εἰς τέλος ἦν, καὶ συλλήβδην τοῦ καλοῦ, ὅ τί ποτέ ἐστιν οὐδ᾽ ἔννοιαν εἶχε. Σαρδανάπαλλος δὲ βάρβαρον βίον ἔζη καὶ μεθ᾽ ἡμέραν καὶ νύκτωρ. καὶ γὰρ οὕτω ἅμα τῆς βραχείας ἐλπίδος τὸ τῶν βασιλευομένων πλῆθος λαβέσθαι, ἀμετάκλητον ὁρμὴν ἔσχεν εἰς τὸ μὴ μόνον ἀλλότρια φρονεῖν τοῦ βασιλέως, ἀλλὰ καὶ τιμωρίαν βούλεσθαι παρ᾽ αὐτοῦ λαμβάνειν.

Ὅτι Μασανάσσης ὁ ἐν Λιβύῃ τῶν Νομάδων βασιλεύς, ἀνὴρ ἦν τῶν καθ᾽ ἡμᾶς βασιλέων ἄριστος καὶ μακαριώτατος, ὃς ἐβασίλευσεν ἔτη πλείω τῶν ξ΄. ὑγιεινότατος ὢν καὶ πολυχρονιώτατος. ϟ΄ γὰρ ἐτῶν ἐγεγόνει. ἐγένετο δὲ καὶ δυναμικώτατος τῶν καθ᾽ αὑτὸν κατὰ τὴν σωματικὴν ἕξιν. ὅς ὅτε* μὲν ἱστάναι δέοι, στὰς ἐν τοῖς αὐτοῖς ἴχνεσι δι᾽ ἡμέρας ἔμενε. καθεζόμενος * δὲ πάλιν οὐκ ἠγείρετο. καὶ τὴν ἐπὶ τῶν ἵππων κακοπάθειαν ἡμέραν καὶ νύκτα συνεχῶς διακαρτερῶν, οὐδὲν ἔπασχεν. σημεῖον δὲ τῆς σωματικῆς αὐτοῦ δυνάμεως· ἔχων ϟ΄ ἔτη καθ᾽ ὃν καιρὸν μετήλλαξε τὸν βίον, υἱὸν ἀπέλιπε τεττάρων ἐτῶν ὄνομα Στέμβανον, ὃν μετὰ ταῦτα Μικίψης υἱοποιήσατο· πρὸς δὲ τούτῳ υἱοὺς τέσσαρας. διὰ δὲ τὴν πρὸς ἀλλήλους τούτων εὔνοιαν, διετήρησε τὸν ὅλον βίον πάσης ἐπιβουλῆς καὶ παντὸς οἰκείου μιάσματος ἄμοιρον αὐτοῦ φυλάξαι τὴν βασιλείαν. ὃ δὲ μέγιστον καὶ θειότατον τούτου, τῆς γὰρ Νομαδίας ἁπάσης ἀχρήστου τὸν πρὸ τοῦ χρόνον ὑπαρχούσης, καὶ νομιζομένης ἀδυνάτου τῇ φύσει πρὸς ἡμέρους καρποὺς ὑπάρχειν, πρῶτος καὶ μόνος ὑπέδειξε διότι δύναται πάντας ἐκφέρειν τοὺς ἡμέρους καρπούς, οὐδ᾽ ὁποίας ἧττον, ἑκάστῳ τῶν καρπῶν ἐν διαστάσει μυριοπληθεῖς ἀγροὺς κατασκευάσας παμφόρους. τῇ μὲν οὖν ἐκείνου μεταστάσει ταῦτ᾽ ἄν τις εὐλόγως ἐπιφθέγξαιτο καὶ δικαίως. ὁ δὲ Σκιπίων παραγενόμενος εἰς τὴν * Κίρτην ἡμέρᾳ τρίτῃ μετὰ τὸν τοῦ βασιλέως θάνατον, διῴκησε καλῶς πάντα.

mſ. μεταστῆναι.

addidi ex coniect.

mſ. σκίρτ.

Idem ingenti libidine ad omnes corporis voluptates ardebat. Diſciplinarum autem liberalium ac philoſophiæ atque huiuſmodi ſermonum prorſus expers. Denique virtutis atque honeſti ne ſenſum quidem vllum habebat: ſed interdiu noctúque Sardanapalli cuiuſdam vitam ducebat. Quamobrem ſimulac vel minima ſpes multitudini affulſit Bithynorum, omnes impetu effuſo non ad defectionem modò, ſed ad pœnas etiam de Rege ſumendas ferri cœpêre.

Maſſiniſſa Numidarum in Africa Rex, vir fuit noſtra ætate Regum optimus, & fortunatiſſimus, qui annis pluſquam ſexaginta regnum tenuit optima valetudine ac longiſſimâ vita. Etenim ad annum vſque nonageſimum vixit. Idem omnium ætatis ſuæ hominum robuſtiſſimo corporis habitu fuit. quippe vbi ſtandum eſſet, in iiſdem veſtigiis totum diem perſtabat, contrà ſedens in ſella, non ante veſperam exurgebat. Iam verò laborem in equitando dies noctéſq. fortiter tolerãs, nullo incommodo vexabatur. Argumento eius vigoris ſit, quod nonaginta annos natus cùm ex vita deceſſit, quadriennem filium reliquit, nomine Stembalem, qui poſtea à Micipſa eſt adoptatus: ac præterea liberos quatuor. Quorum mutua concordia ac beneuolentia regnum ſuum quoad vixit, inſidiarum, omniſque domeſtici piaculi expers præſtitit. quodque præcipuum eſt ac penè diuinum, cùm omnis Numidia antea temporis infructuoſa eſſet, nec gignendis fructibus vllatenus idonea eſſe crederetur, ipſe primus ac ſolus demonſtrauit nullum eſſe fructum quem producere illa non poſſet eadem fertilitate quà cæteræ regiones, cùm ipſe agros innumerabiles ſingulis fructuum generibus per interualla conſitos feraciſſimos reddidiſſet. Huic igitur mortuo eam laudem iure merito quis accinat. At Scipio tertio poſt Maſiniſſæ obitum die Cirtam delatus, cuncta prudentiſſimè conſtituit.

Haſdrubal Carthaginenſium Præfectus, ingenio erat vano & iactabundo, ſed in rebus gerendis ab imperatoria virtute longè aberat. Vanitatis autem illius argumenta ſuperſunt multa. Primum enim cum Guluſſa Rege Numidarum colloquium habiturus, loricâ ac reliquis tectus armis acceſſit, chlamydem ex purpura Tyria geſtans fibula adſtrictam, ſtipatúſque decem máchærophoris. Deinde à ſatellitio progreſſus viginti ferè pedum ſpacio, vallo ac foſſâ munitus, Regi per nutum ſignificauit vt ad ſe accederet, cùm tamen contrarium fieri debuiſſet. Sed Guluſſa vt erat ſimplici ingenio, more gentis Numidarum, ſolus ad eum acceſſit. Cúmque appropinquaſſet, interrogauit cuiuſnam metu thorace omnibúſque armis contectus veniſſet Ille cùm Romanos metuere ſe dixiſſet: Si ita eſſet, inquit Guluſſa, nunquam te in vrbem incluſiſſes, nullâ præſertim neceſſitate impulſus. verùm agedum, quid eſt quod poſtulas? Ego verò, ait Haſdrubal, à te peto, vt apud Imperatorem Rom. legationem obire velis, ac ſpondere nos imperata eſſe facturos: tantùm vt ab hac miſera ciuitate abſtineant. At Guluſſa, Puerile, inquit, videtur eſſe quod flagitas, vir bone. Quæ enim reb. adhuc integris legatione miſſa, ſedentib. etiamtum Vticæ Romanis impetrare non potuiſtis, qua nunc ratione adductus tibi concedi poſtulas, cùm vndique terra ac mari operibus circundatus, nullâ propemodum ſalutis reliqua ſpe teneâre. Haſdrubal verò falli eum reſpondit. nam & foris ſociorum auxiliis plurimùm ſe confidere. (quippe nondum audierat ea quæ in Mauritania euenerant) & copias ſuas quę regioni præſiderent, adhuc ſaluas eſſe. neq. porrò ſeipſos de reb. ſuis deſperare, maximè verò in ope Deorũ immortalium ſpem habere. Non enim ſuam ipſorum iniuriam ab Diis neglectum iri, qui apertè contra fœderis leges violarentur, ſed multas ad ſalutem opportunitates ſibi oblaturos Deos eſſe. Proinde rogabat vt Imperatorem moneret, Deorum ac fortunæ cauſa ciuitati parcere vt vellet,

Orti

Ὅτι Ἀσδρούβας ὁ στρατηγὸς Χαρχηδονίων κενόδοξος ἦν καὶ ἀλαζὼν, καὶ πολὺ κεχωρισμένος τῆς πραγματικῆς καὶ στρατηγικῆς δυνάμεως. πολλὰ δὲ εἰσὶ σημεῖα τῆς ἀκρισίας αὐτοῦ. πρῶτον μὲν γὰρ παρῆν ἐν πανοπλίᾳ, ἡνίκα Γολοσσῃ συνεγίνετο τῷ τῶν Νομάδων βασιλεῖ, πορφυρίδα θαλαττίαν ἐπιπεπορπημένος, μετὰ μαχαιροφόρων δέκα. ἔπειτα προβὰς ἀπὸ τῶν δέκα ὅσον εἴκοσι πόδας ἀπέστη, καὶ προβεβλημένος τάφρον καὶ χάρακα, κατένευε τῷ βασιλεῖ προσιέναι πρὸς αὐτὸν, καθῆκον γίνεσθαι τοὐναντίον. οὐ μὴν ἀλλ' ὁ Γολόσσης ἀφελῶς ἔχων Νομαδικῷ τινὶ τρόπῳ, μόνος προσῄει πρὸς αὐτὸν, καὶ προσεγγίσας * εἴρετο, τίνα φοβούμενος τὴν πανοπλίαν ἔχων ἥκε; τοῦ δ' εἰπόντος ὅτι Ῥωμαίους, οὐκ ἂν ἄρ', Suidas ἤρετο.
ἔφησεν ὁ Γολόσσης, ἔδωκας σαυτὸν εἰς τὴν πόλιν μηδεμίαν ἔχων ἀνάγκην. πλὴν τί βούλῃ καὶ τί παρακαλεῖς; φησίν. ὁ δ' Ἀσδρούβας, ἐγώ φησι πρεσβεῦσαί σε παρακαλῶ γενέσθαι πρὸς τὸν στρατηγὸν, καὶ πάντα ἀναδέχεσθαι διότι ποιήσομεν τὸ προσταττόμενον, μόνον * ἀπόσχεσθαι τῆς ταλαιπώρου πόλεως ὡς mſ.
ταύτης. καὶ ὁ Γολόσσης, παιδικὴν δοκεῖς μοι, φησὶν, ἀξίωσιν ἀξιοῦν, ὦ βέλτιστε. ὑφ' ὧν γὰρ ἐξ ἀκεραίου πρεσβευόμενοι ἔτι καθημένων ἐν Ἰτύκῃ Ῥωμαίων οὐκ ἐδύνασθε πείθειν, τίνι λόγῳ νῦν ἀξιοῖς ταῦτά σοι συγχωρεῖσθαι, περιτετειχισμένος καὶ κατὰ γῆν, καὶ κατὰ θάλατταν, καὶ σχεδὸν ἅπαξ ἀπεγνωκὼς τὰς τῆς σωτηρίας ἐλπίδας. ὁ δ' Ἀσδρούβας ἀγνοεῖν αὐτὸν ἔφη. καὶ γὰρ ἐπὶ τοῖς ἔξωθεν συμμάχοις ἀκμὴν καλὰς ἐλπίδας ἔχειν. οὐ γάρ που τὰ περὶ τοὺς Μαυρουσίους ἠκηκόει, καὶ τὰ περὶ τῶν ὑπαίθρων δυνάμεων ὅτι σῴζονται καὶ οὐκ ἀπελπίζειν τὰ κατ' αὐτούς. μάλιστα δὲ πεποιθέναι τῇ τῶν θεῶν συμμαχίᾳ καὶ τῇ ἐν ἐκείνοις ἐλπίσιν. οὐ γὰρ περιόψεσθαι σφᾶς προφανῶς παρασπονδουμένους, ἀλλὰ πολλὰς δώσειν ἀφορμὰς πρὸς σωτηρίαν. διὸ παρακαλεῖν ἠξίου τὸν στρατηγὸν, καὶ τῶν θεῶν ἕνεκεν καὶ τῆς τύχης φείσασθαι τῆς πόλεως.

εἰδότα σαφῶς, διότι μὴ δυνάμενοι τυχεῖν τούτου καταςφαγήσονται πρότερον ἢ παραχωρήσουσι ταύτης. τότε μὲν οὖν ταῦτα καὶ παραπλήσια διαλεχθέντες ἐχωρίσθησαν, ταξάμενοι μετὰ τρίτην ἡμέραν πάλιν συμπορεύεσθαι. τοῦ δὲ Γολόσσου μεταδόντος τῷ στρατηγῷ περὶ τῶν εἰρημένων, γελάσας ὁ Πόπλιος, ταῦτα μέλλων ἀξιοῦν, ἔφη, τοιαύτην καὶ τηλικαύτην ἀσέβειαν εἰς τοὺς αἰχμαλώτους ἡμῶν ἐνεδείξω, καὶ νῦν ἐπὶ τοῖς θεοῖς τὰς ἐλπίδας *ἔχεις. παραβεβηκὼς [τοὺς θείους] καὶ τοὺς τῶν

mſ. ἔχειν. addidi ex coniect.

ἀνθρώπων νόμους. τοῦ δὲ βασιλέως βουλομένου τι προσυπομιμνήσκειν τὸν Σκιπίωνα, καὶ μάλιστα διότι συντελεῖ ἐπιτίθεσθαι τοῖς πράγμασι· χωρὶς γὰρ τῶν ἀδήλων, καὶ τὴν κατάστασιν τῶν ὑπάτων ἤδη συνεγγίζειν, ἧς δεῖν ἔφη στοχάζεσθαι, μὴ τοῦ χειμῶνος προκαταλαβόντος, ἐπελθὼν ἕτερος ἀκονιτὶ λάβῃ τὴν ἐπιγραφὴν τῶν ἐκείνου πόνων καὶ δὴ τούτων λεγομένων ἐπιςήσας ὁ στρατηγὸς ἐκέλευσεν ἀναγγέλλειν, διότι δίδωσι τὴν ἀσφάλειαν αὐτῷ καὶ γυναικὶ, καὶ τέκνοις, καὶ δέκα τῶν συγγενῶν φίλων οἰκίαις, σὺν δὲ τούτοις δέκα τάλαντα λαβεῖν ἐκ τῶν ἰδίων ὑπαρχόντων, καὶ τῶν οἰκετῶν ἐξ ἀνάγκης οὓς ἂν αἱρῆται. ταῦτα μὲν οὖν ὁ Γολοσσῆς ἔχων τὰ φιλάνθρωπα, συνῆλθε πρὸς τὸν Ἀσδρούβαν τῇ τρίτῃ τῶν ἡμερῶν. ὁ δὲ πάλιν ἐξεπορεύετο μετὰ μεγάλης ἀξίας ἐν τῇ πορφυρίδι, καὶ τῇ πανοπλίᾳ βάδην, ὥστε τοὺς ἐν τῶν τραγῳδίαις τυράννους πολύ τι προσοφείλειν. ἦν μὲν οὖν καὶ φύσει σάρκινος, τότε δὲ

ex Suida correxi mſ. καὶ λίαν.

*κοιλίαν εἰλήφει, καὶ τῷ χρώματι παρὰ φύσιν ἐπικεκαυμένος ἦν. ὥστε δοκεῖν ἐν πανηγύρει που διαιτᾶσθαι παραπλησίως τοῖς σιτευτοῖς βουσὶν, ἀλλὰ μὴ τηλικούτων καὶ τοιούτων κακῶν προεστάναι, ὧν οὐδ᾽ ἂν ἐφίκοιτο τῷ λόγῳ διεξιὼν οὐδείς. οὐ μὴν ἀλλ᾽ ἐπεὶ συνῆλθε τῷ βασιλεῖ καὶ διήκουσε τῶν ὑπὸ τοῦ στρατηγοῦ προτεινομένων, πολλάκις τὸν μηρὸν πατάξας, τοὺς θεοὺς καὶ τὴν τύχην ἐπικαλεσάμενος, οὐδέποτε ταύτην ἔσεσθαι τὴν ἡμέραν ἔφασκεν, ἐν ᾗ συμβήσεται τὸν ἥλιον Ἀσδρούβαν βλέπειν ἅμα καὶ τὴν πατρίδα πυρπολουμένην.

& pro certo haberet, ni id impetrarint prius omnes mactandos eſſe quàm deditionem facturos. His tum ac ſimilibus dictis è colloquio diſceſſerunt, conſtituto rurſus in perendinum diem congreſſu. Porrò cùm Guluſſa ſermones vtrimque habitos Imperatori renunciaſſet, ſubridens Scipio: Hæccine, inquit, poſtulaturus tali tantáque impietate in captiuos es noſtros vſus, & nunc in Deorum ope ſpem poſitam habes? quum diuina & humana iura violaris. Inde Rex Scipionem admonere cùm inſtitiſſet, vtile eſſe ipſius rationibus finem bello imponere. Nam præter incertos caſus, Martémque communem, comitia quoque Conſularia propediem inſtare: proinde proſpiciendum eſſe, ne appetente hyeme ſuperueniens alter titulum ac lauream ipſius laborum ſine ſudore interciperet. Hæc cùm animaduerteret Scipio, Guluſſam id Haſdrubali renunciare iuſſit, ipſi vxoríque ac liberis, & propinquorum amicorúmque familiabus decem, veniam ac ſecuritatem Scipionem concedere: præterea decem talenta vt ex bonis ſuis capiat, ac ſeruos ſex, quos ex omni familia elegerit. His mandatis ſatis humanis Guluſſa tertio die ad condictum cum Haſdrubale colloquium venit. At ille paludamento purpureo armíſque omnibus ornatus, cum magno apparatu lentóque greſſu rurſus adfuit, prorſus vt tyrannos qui in tragœdiis ſpectantur, longè ab ea pompa abeſſe diceres. Erat quidem ille naturâ obeſus. tum verò ventrem ſaginâ probè ſuffarſerat, & colore præter naturam erat aduſto atq. fuſco, vt in mercatu alicubi degere videretur inſtar ſaginatorum boum: non ciuitatem regere tot ac tantis circundatam calamitatib. vt eas nemo ſatis exprimere oratione poſſit. Cæterùm congreſſus cum Guluſſa, & auditis conditionibus quæ ipſi ab Imperatore Romano offerebantur, femur identidem percutiens, Deorúmque ac fortunæ inuocans fidem, nunquam eum diem affore dixit, quo Haſdrubalem ſtantem atque euerſam Carthaginem vnà Sol videat.

patriæ enim conflagrantis ruinam prudentibus viris pulcherrimum rogi ornamentum eſſe. Quocirca quoties illius dicta quis ſpectauerit, mirabitur hominem, orationiſq. pondus & grauitatem obſtupeſcet. Quod ſi illius in Rep. adminiſtranda rationem intuebitur, idem hominis ignauiam ac molliciem profectò mirabitur. Qui primùm quidem reliquis ciuibus fame funditùs pereuntibus, ipſe conuiuia agitabat, & ſecundas menſas opiparè inſtructas apponebat, ſuæque cutis nitore ac pinguedine aliorum calamitatem traducebat. Eorum enim qui quotidie præ fame aut peribant, aut transfugiebant, numerus credi vix poteſt. Deinde aliis illudebat, alios contumeliâ afficiebat. cædes etiam faciendo plurimis terrori erat. Huiuſmodi artibus poteſtatem eam retinuit, qua vix vllus in ciuitate fortunata aut infortunata in patria tyrannus vteretur. Quamobrem non ſine cauſa dixiſſe mihi videor, Reipublicæ Principes ſimiliores iis qui tum & Carthagine, & in Græcia fuerunt, haud facile poſſe reperiri. Id verò aliquantò clarius erit, cùm vtroſque inuicem comparabimus.

Erat Pytheas Acatidis Stadiodromi frater, filius verò Cleomenis: qui cùm nequiter vixiſſet, primam illam ætatem ſibi condonatam eſſe exiſtimabat. Eadem audacia & cupiditate in Republica gerenda eſt vſus. quæ vitia Eumenis & Philetæri fauore & gratia aluit.

Mortuo Critolao Prætore Achæorum, cùm legibus ſtatutum eſſet, ſi quid humanitùs Prætori huius anni accidiſſet, vt is qui priore anno Prętor fuiſſet, in eius locum eſſet ſubſtitutus, donec ſolennis Comitiorum dies veniſſet: cura & adminiſtratio Reipublicæ ad Diæum pertinebat. Is igitur cùm præſidium militum ad oppidum Megara miſiſſet, Argos ingreſſus, litteras ad omnes Græciæ ciuitates dedit, quibus mandabat,

καλὸν γὰρ ἐντάφιον εἶναι τοῖς εὖ φρονοῦσι τὴν πατρίδα, καὶ τὸ ταύτης πῦρ. ὥσθ' ὅταν μὲν εἰς τὰς ἀποφάσεις αὐτοῦ τις βλέψειε, θαυμάζειν τὸν ἄνδρα καὶ τὸ μεγαλόψυχον τῶν λόγων· ὅτε δ' εἰς τὸν χειρισμὸν τῶν πραγμάτων, τὴν ἀγεννίαν καταπλήττεσθαι, καὶ τὴν ἀνανδρίαν. ὃς πρῶτον μὲν τῶν ἄλλων πολιτῶν διαφθειρομένων ὀλεθρίως ὑπὸ τοῦ λιμοῦ, πότους αὐτὸς συνῆγε, καὶ δευτέρας τραπέζας παρετίθετο πολυτελεῖς, καὶ διὰ τῆς ἰδίας εὐεξίας παρεδειγμάτιζε τὴν ἐκείνων ἀτυχίαν. ἄπιστον μὲν γὰρ ἦν τὸ τῶν ἀποθνησκόντων πλῆθος· ἄπιστον δὲ τὸ τῶν αὐτομολούντων καθ' ἡμέραν, διὰ τὸν λιμόν. ἔπειτα τοὺς μὲν διαχλευάζων, οἷς δ' ἐνυβρίζων καὶ φονεύων κατεπλήττετο τοὺς πολλούς, καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ συνῆγε τὴν ἐξουσίαν, ἣ μόλις ἂν χρήσαιτο τύραννος ἐν δυστυχούσῃ πόλει, καὶ δυστυχηκυίᾳ πατρίδι. διὸ καὶ λίαν δοκῶ καλῶς ἡμῖν εἰρῆσθαι, διότι προστάτας πραγμάτων ὁμοιοτέρους τῶν παρὰ τοῖς Ελλησι τότε καὶ παρὰ τοῖς Χαρχηδονίοις ὑπάρξαντας οὐκ ἂν εὕροι τις ῥᾳδίως. τοῦτο δ' ἔσται δῆλον, ὅταν ἐκ παραθέσεως τὸν * περὶ ἐκείνων ποιησόμεθα λόγον. mſ. ὑπὲρ ἐκ ποιώμεθα.

Οτι Πυθέας ἦν μὲν ἀδελφὸς Ακατίδου τοῦ σαδιέως, υἱὸς δὲ Κλεομένους· κακῶς δὲ βεβιωκὼς, καὶ δοκῶν ἑαυτῷ παρακεχωρηκέναι τὴν πρώτην ἡλικίαν· ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τὴν πολιτείαν θρασὺς καὶ πλεονέκτης, καὶ δι' Εὐμένους καὶ Φιλεταίρου συμπαρποιησάμενος τὰς προειρημένας αἰτίας.

Οτι τοῦ Κριτολάου τοῦ στρατηγοῦ τῶν Αχαιῶν μετηλλαχότος, καὶ τοῦ νόμου κελεύοντος, ἐπὰν συμβῇ τι περὶ τὸν ἐνεστῶτα στρατηγὸν, τὸν προγεγονότα διαδέχεσθαι τὴν ἀρχὴν, ἕως ἂν ἡ καθήκουσα σύνοδος γένηται τῶν Αχαιῶν, ἐπέβαλλε τῷ Διαίῳ χειρίζειν καὶ προεστάναι τῶν κοινῶν πραγμάτων. διόπερ ἐκπέμψας εἰς τὰ Μέγαρα, καὶ παραγενόμενος εἰς Αργος, ἔγραψε ταῖς πόλεσι πάσαις, τῶν οἰκογενῶν καὶ παρατρόφων,

τοὺς ἀκμάζοντας ταῖς ἡλικίαις εἰς μυρίους καὶ δισχιλίους ἐλευθεροῦν, καὶ καθοπλίσαντας πέμπειν εἰς τὴν Κόρινθον. ἐμέρισε δὲ ταῖς πόλεσι τὴν ἐπιβολὴν τῶν σωμάτων εἰκῇ καὶ ἀνίσως, καθάπερ καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἔπραττεν. οἷς δ' ἂν ἐλλείπῃ τὸ τῶν παρατρόφων πλῆθος, ἀναπληροῦν ἔδει τὴν ἑκάστοις καθήκουσαν μοῖραν ἐκ τῶν ἄλλων οἰκετῶν. θεωρῶν δὲ τὴν ἀπορίαν τὴν ἐν τοῖς κοινοῖς ἰσχυρὰν οὖσαν διὰ τὸν πρὸς Λακεδαιμονίους γεγονότα πόλεμον, ἐπαγγελίας ποιεῖσθαι συνηνάγκαζε, καὶ κατ' ἰδίαν εἰσφέρειν τοὺς εὐπόρους, οὐ μόνον τοὺς ἄνδρας, ἀλλὰ καὶ τὰς γυναῖκας. ἅμα δὲ τούτοις παρήγγελλε πανδημεὶ τοὺς ἐν ταῖς ἡλικίαις ἀθροίζεσθαι μετὰ τῶν ὅπλων εἰς τὴν Κόρινθον. ἐξ ὧν συνέβαινε γίνεσθαι τὰς πόλεις πλήρεις ἀκρισίας, ταραχῆς, δυσθυμίας. καὶ τοὺς μὲν ἀπολωλότας ἐπῄνουν, τοὺς δ' ἐκπορευομένους ἠλέουν, καὶ προσκατέκλαιον πάντες ὥσπερεὶ προορώμενοι τὸ μέλλον. τὴν δὲ τῶν οἰκετῶν ἀνάστασιν καὶ τὸν ἐπισυρμὸν βαρέως ἔφερον, ὡς ἂν τῶν μὲν ἠλευθερωμένων ἄρτι, τῶν δὲ λοιπῶν πρὸς τὴν ἐλπίδα ταύτην μεμετεωρισμένων. ἅμα δὲ τούτοις οἱ μὲν ἄνδρες εἰσφέρειν ἠναγκάζοντο παρὰ τὴν αὐτῶν προαίρεσιν ὅ τι τις ἔχειν δόξειεν, αἱ δὲ γυναῖκες ἀφαιρούμεναι σφῶν αὐτῶν καὶ τῶν ἰδίων τέκνων τὸν κόσμον, ὥσπερ ἐπίτηδες εἰς αὐτὸν τὸν ὄλεθρον εἰσέφερον. ἁπάντων δὲ τούτων ἐν ἑνὶ καιρῷ συμβαινόντων, ἡ τῶν κατὰ μέρος ἀεὶ προσπιπτόντων κατάπληξις ἀφῃρεῖτο τῶν ἀνθρώπων τὴν ὑπὲρ τῶν ὅλων ἐπίστασιν καὶ διάληψιν, δι' ἧς ἔμελλον προνοήσεσθαι ὅτι πάντες εἰς πρόδηλον ὄλεθρον ἄγονται μετὰ τέκνων καὶ γυναικῶν. λοιπόν, οἷον ὑπὸ χειμάρρου τινὸς λάβρου προωθούμενοι καὶ φερόμενοι μετὰ βίας, ἐπηκολούθουν τῇ τοῦ προεστῶτος ἀνοίᾳ καὶ παρακοπῇ. Ἠλεῖοι μὲν γὰρ καὶ Μεσσήνιοι κατὰ χώραν ἔμειναν, προσδοκῶντες τὸν ἀπὸ τοῦ στόλου κίνδυνον. οἷς οὐδὲν ἂν τῶν παρόντων ὤνησεν, εἴπερ ἐφάνη τὸ νέφος ἐκεῖνο κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς πρόθεσιν. Πατρεῖς δὲ καὶ τὸ μετὰ τούτων συντελικὸν βραχεῖ χρόνῳ πρότερον ἐπταίκει κατὰ τὴν Φωκίδα,

vt ex vernis atque alumnis ætate florentiſſimos ad duodecim hominum millia manumitterent, armíſque inſtructos Corinthum deſtinarent. Hanc tyronum præſtationem temerè & inæqualiter qui illius mos erat, ſingulis vrbibus indixit. Quibus verò alumnorum numerus deerat, ij ex aliis quibuſlibet ſeruis functionem ſuam implere iubebantur. Sed cùm publicam inopiam videret ob bellum quod cum Lacedæmoniis nuper geſtum erat, locupletiſſimos cùm viros, tum mulieres eam collationem polliceri ac præſtare priuatim coëgit, ſimúlque edixit vt omnes puberes armati Corinthum conuenirent. Proinde per omnes paſſim ciuitates iuſtitium ac tumultus & deſperatio animorum erat, cunctíque eos qui in bello ceciderant, beatos prædicabant, horum qui proficiſcebantur vicem dolebant, & quaſi euentum animo præſagientes vniuerſi in gemitus effundebantur. Poriò abductionem illam ſeruorum moleſtè ferebant, cùm hos quidem recens manumiſſos viderent, reliquos verò eadem ſpe libertatis arrectos atque inflatos. Præterea viri quidem opes omnes ſuas conferre inuiti adigebantur; matres autem familias demptum ſibi ac liberis ſuis ornatum quaſi de induſtria in peſtem ac perniciem ſuam conferebant. Quæ cùm ſimul omnia fierent, horror eorum quæ quotidie ſingillatim accidebant, ſenſum ac cogitationem de ipſa rerum ſumma hominibus adimebant. qua quidem cogitatione facilè proſpicere potuiſſent, ſeſe omnes cum vxoribus ac liberis in perniciem certiſſimam præcipites trahi. Cæterùm quaſi torrentis cuiuſdam impetu abrepti, & violenter impulſi, ductoris dementiam ac veſaniam ſequebātur. Elidenſes quidem ac Meſſenij domi ſedentes, claſſis Romanæ aduentum pauidi expectabant. quibus nulla res tum ſaluti eſſe potuiſſet, ſi ea procella quò ab initio tendebat, eò incubuiſſet. Patrēſes verò cum iis qui eadem formula cenſebantur, paulò antea in Phocide clade affecti fuerant.

Erátque eorum caſus omnium Peloponneſiorum maximè miſerabilis; alij enim abſque cauſa mortem ſibi conſciſcebant, alij è patria fugientes, temerè vagabantur, quò tenderent incerti, metu eorum quæ in ciuitatibus gerebantur. Hi ſeſe inuicem in manus hoſtium tradebant, tanquam Romanorum partibus aduerſatos. Illi deferebant accuſabántque proximos, cùm eiuſmodi operam nemo tum ab eis requireret. Nonnulli velamenta ſupplicùm prætendentes, fœdus abs ſe violatum eſſe vltrò fatebantur, & quam pœnam commeruiſſent interrogabant, cùm nemo eſſet qui rationem horum adhuc poſtularet. Iamque hominibus quaſi malo carmine incantatis, plena erant omnia eorum qui ſe in puteos ac per ſcopulos præcipitabant. prorſus vt hoſtis etiam, quod prouerbio dicitur, caſum Græciæ tum miſeratus fuiſſet. Nam ſuperiori quidem memoria Græci aliquot clades experti, nonnunquam etiam funditus collapſi ſunt, nunc ob mutuas inter ſe diſſenſiones, nunc Regum perfidiâ decepti. Sed tunc temporis ex Ducum temeritate, ſuáque ipſorum imprudentiâ maximis calamitatibus conflictati ſunt. Ipſi etiam Thebani è patria fugientes, ciuitatem prorſus vacuam reliquerunt. Inter quos & Pytheas cum omni familia in Peloponneſum tranſgreſſus, hac illac palabundus per regionem errabat.

Cùm Diæus Prætor à plebe conſtitutus Corinthum veniſſet, Andronidas à Q. Cæcilio Metello miſſus, cum aliquot aliis acceſſit. Sed Diæus ante eorum aduentum cùm famam præſeminaſſet, hoſtibus illos fauere, multitudini cunctos tradidit. Itaq. comprehenſi vinctiq. cum omni contumelia perducti ſunt. Philo etiam Theſſalus tum aduenit benignas Achæis conditiones ferens. quib. auditis nonnulli aſſenſum præbebant, inter quos & Strattius erat iam affecta ætate. qui Diæum amplexus,

καὶ ἦν τὸ συμβαῖνον πολλῷ τῶν κατὰ Πελοπόννησον ἐλεεινότερον. οἱ μὲν γὰρ ἐκ τοῦ ζῆν παραλόγως αὑτοὺς ἐξῆγον, οἱ δὲ ἔφευγον ἐκ τῶν πόλεων, ἀνοδίαις πρὸς οὐδὲν ὡρισμένον ποιούμενοι τὴν ἀναχώρησιν, διὰ τὴν ἔκπληξιν τῶν γινομένων ἐν ταῖς πόλεσι. καὶ οἱ μὲν ἦγον ἐκδώσοντες ἀλλήλους τοῖς πολεμίοις ὡς ἀλλοτρίους γεγονότας Ῥωμαίων, οἱ δὲ ἐμήνυον καὶ κατηγόρουν τῶν πέλας, οὐδενὸς ἐπιζητοῦντος κατὰ τὸ παρὸν τὴν τοιαύτην χρείαν. οἱ δὲ μεθ' ἱκετηρίας ἀπήντων ὁμολογοῦντες παρεσπονδηκέναι, καὶ πυνθανόμενοι τί δεῖ πάσχειν, μηδέπω μηδενὸς ἐπιζητοῦντος λόγον ὑπὲρ τούτων. πάντα δ' ἦν πλήρη ἀρχομένης φαρμακείας τῶν ῥιπτούντων ἑαυτοὺς εἰς τὰ φρέατα καὶ κατὰ κρημνῶν, ὥστε κατὰ τὴν παροιμίαν κἂν ἐχθρὸν ἐλεῆσαι θεασάμενον τὴν τότε περιπέτειαν τῆς Ἑλλάδος. τὸν μὲν γὰρ πρὸ τοῦ χρόνον ἐσφάλλοντο, καὶ τοῖς ὅλοις ἔπταιον ἐνίοτε, ποτὲ μὲν ὑπὸ πραγμάτων διαφερόμενοι, ποτὲ δὲ παρασπονδούμενοι διὰ τῶν μοναρχῶν. κατὰ δὲ τοὺς νῦν λεγομένους καιροὺς ἠτύχησαν ἀτυχίαν ὁμολογουμένην, διὰ τὴν τῶν προεστώτων ἀβουλίαν καὶ διὰ τὴν ἰδίαν ἄνοιαν. οἱ δὲ Θηβαῖοι ἐκλιπόντες πανδημεὶ τὴν πόλιν ἔρημον τελέως κατέλιπον, ἐν οἷς καὶ Πυθέας εἰς Πελοπόννησον ἀποχωρήσας μετὰ γυναικὸς καὶ τῶν τέκνων ἠλᾶτο κατὰ τῆς χώρας. Suidas in φαρμακεία & in περιπέτεια.

Ὅτι τοῦ Διαίου παρόντος εἰς τὴν Κόρινθον καθεσταμένου στρατηγοῦ διὰ τῶν πολλῶν, ἧκον οἱ περὶ τὸν Ἀνδρωνίδαν παρὰ τοῦ Καικιλίου. καθ' ὧν προδιαδοὺς τὴν φήμην ὡς συμφρονούντων τοῖς ἐχθροῖς, * παρέβαλε τοὺς ἀνθρώπους τοῖς ὄχλοις. Suidas in παρέβαλε. ὥστε μετὰ πάσης ὕβρεως συλληφθέντας ἀναχθῆναι δεδεμένους. ἧκε δὲ καὶ Φίλων ὁ Θετταλὸς πολλὰ φιλάνθρωπα τοῖς Ἀχαιοῖς προτείνων, ὧν ἀκούοντες συνέπραξαν τινες τῶν ἐκ τῆς χώρας, ἐν οἷς ἦν καὶ Στράτιος ἤδη γηραιὸς ὤν. ὃς ἐμπλεκόμενος καὶ λιπαρῶν ἐδεῖτο τοῦ Διαίου, πεισθῆναι

τοῖς ὑπὸ τοῦ Καικιλίου προτεινομένοις. οἱ δὲ συνεδρεύσαντες τοῖς μὲν ὑπὸ τοῦ Φίλωνος λεγομένοις οὐ προσεῖχον. οὐκ ἐνόμισαν γὰρ κοινὴν εἶναι τὴν σωτηρίαν, ἀλλὰ διὰ τὸ σφέτερον συμφέρον καὶ τὴν αὐτῶν ἀσφάλειαν ἐν πλείστῳ τιθεμένων ταῦτα λέγειν. πρὸς τοῦτον τὸν σκοπὸν ἐβουλεύσαντο περὶ τῶν ἐνεστώτων. εἰ καὶ πάντων ἅμα διήμαρτον. σαφῶς γὰρ σφισὶ τὰ πεπραγμένα συνειδότες οὐδαμῶς ἐδύναντο πιστεῦσαι, διότι τύχοιεν ἄν τινος ἐλέους παρὰ Ῥωμαίων. τὸ δ' ὑπὲρ τῶν πραγμάτων καὶ τῆς τῶν πολλῶν σωτηρίας παθεῖν ὅ,τι δέοι γενναίως, οὐδ' ἐν νῷ καθάπαξ ἐλάμβανον, ὅπερ ἦν ἀνδρῶν φιλοδόξων καὶ προστατεῖν φασκόντων τῆς Ἑλλάδος. ἅμα γὰρ πῶς ἔμελλε καὶ πόθεν παραστήσεσθαι τοῦτο τὸ φρόνημα τοῖς προειρημένοις; ἦσαν γὰρ οἱ *βουλευόμενοι Δίαιος καὶ Δαμόκριτος ἄρτι τῆς καθόδου τετευχότες, διὰ τὴν ἐνεστῶσαν ἀκρισίαν σὺν δὲ τούτοις Ἀλκαμένης, Θεοδέκτης, Ἀρχικράτης. ὑπὲρ ὧν τίνες ἦσαν καὶ τίνα φύσιν ἕκαστος εἶχε, καὶ τίνα προαίρεσιν καὶ βίαν, εἴρηται διὰ πλειόνων. ὅθεν ἐν τοιούτοις ὄντος τοῦ διαβουλίου, καὶ τὸ τέλος ἀκόλουθον ἐξέβη τῶν δοξάντων. παραυτίκα μὲν οὖν συνέκλεισαν οὐ μόνον τοὺς περὶ τὸν Ἀνδρωνίδαν καὶ Λάγιον, ἀλλὰ καὶ τὸν ὑποστρατηγὸν Σωσικράτη, ἐπενέγκαντες αἰτίαν ὅτι προστατῆσαι τοῦ διαβουλίου, καὶ συναποφῆναι τὸ πέμπειν πρὸς τὸν Καικίλιον, καὶ συλλήβδην πάντων εἴη τῶν κακῶν αἴτιος. ἐς δὲ τὴν ἐπαύριον καθίσαντες δικαστάς, τοῦ μὲν Σωσικράτους κατεδίκασαν θάνατον· καὶ δήσαντες, καὶ στρεβλοῦντες προσεκαρτέρουν, ἕως διέφθειραν τὸν ἄνθρωπον, οὐδὲν εἰπόντα τῶν ἐκείνοις προσδοκωμένων. τὸν δὲ Λάγιον, καὶ τὸν Ἀνδρωνίδαν, καὶ τὸν Ἄρχιππον ἀφῆκαν, ἅμα μὲν τοῦ πλήθους εἰς ἐπίστασιν παραγινομένου διὰ τὴν ὑπὲρ τῆς εἰς τὸν Σωσικράτη παρανομίας, ἅμα δὲ τοῦ Διαίου λαβόντος παρὰ μὲν Ἀνδρωνίδου τάλαντον, παρὰ δὲ Ἀρχίππου μ' μνᾶς. οὐδὲ γὰρ ἐπὶ τοῦ σκάμματος ὤν, τὸ δὴ λεγόμενον, ἐδύνατο λῆξαι τῆς περὶ τοῦτο τὸ μέρος ἀναισχυντίας, καὶ παρανομίας ὁ προειρημένος.

leg. ἦ.

ms. βουλόμενοι.

blanditúſque orabat vt pacis conditiones à Cæcilio oblatas acciperet. Sed Senatores nihil Philonis ſermonib. commouebantur, quippe qui exiſtimarẽt haudquaquam communem omnium ſalutem ſpectari, ſed vtilitatis atq. incolumitatis propriæ cauſa hæc ab iis proponi. Huiuſmodi opinione præuenti, conſilium de ſumma Repub. inierunt, quo fit vt omni parte aberrauerint. Conſcij enim ſibi ipſi facinorum ſuorum nunquam in animum inducere poterant, fore vt Romani ipſos miſeratione ac venia proſequerentur. Fortiter verò pro Repub. omnes caſus tolerare, nullúmque periculum pro communi ſalute detrectare, vt viros decebat gloriæ cupidos, qui ſe principes ac moderatores Græciæ ferebant, id verò ne in mentem quidem ipſis veniebat. Quo enim pacto, aut vnde demùm eiuſmodi magnitudo animi antedictis hominibus accidere potuiſſet? Etenim principes cum in concilio ſedebant Diæus atque Damocritus nuper ab exilio reuocati ob publicam temporum perturbationem, cúmque his Alcamenes, Theodectes, & Archicrates, quorum hominum quæ indoles ac natura fuerit, quæq. inſtituta vitæ ratio, pluribus ſuprà commemoraui. Igitur cùm ex huiuſcemodi hominibus conſilium conſtaret, conſentanea quoque decreta prodierunt. Namque illicò Andronidam & Lagium in carcerem compegêre, ſimúlque Soſicratem Vicarium, crimini dantes quod cum concilio præſideret, & mittendæ ad Cæcilium legationis, & omnium omnino malorum auctor fuiſſet. Poſtridie conſtitutis iudicibus, Soſicratem quidem capitali ſententia damnarunt, vinctúmque omni tormentorum genere ad necem vſque cruciarunt. qui quidem pro ſpe atque expectatione eorum nihil dixit. Lagium verò & Andronidam & Archippum dimisêre: partim quia plebs ob ſæuitiam in Soſicratem exercitam, non mediocriter commota erat: partim quia Diæus talentum ab Andronida, ab Archippo quadraginta minas acceperat. Nam nec in ipſo, vt aiunt, ſtadio poſitus, ab huiuſmodi impudentia ac ſcelere abſtinere poterat.

Idem paulò antea præſtiterat in cauſa Philini Corinthij. Criminatus enim quod Chalcidem clam nuncios mitteret, & Romanis faueret, ipſum cum adoleſcentibus filiis alterum in alterius conſpectu tormentis ac virgis ad mortem cecîdit. Porrò cùm is omnium ſtupor, atque eiuſmodi imprudentia eſſet, cuiuſmodi ne apud Barbaros quidem facilè poſſit reperiri, iure merito aliquis quæſierit, quî factum ſit vt non funditùs omnes perierint. Equidem ſic exiſtimo, fortunam quandam ingenioſam & callidam reſtitiſſe ductorum dementiæ ac furori, quæ cum ſtoliditate eorum hominum propelleretur, & tamen gentem Achęorum omnino ſeruare vellet, ad id quod reliquum erat ſe conuertit, vt optimi luctatores facere ſolent, videlicet vt celeriter Græci ac nullo negocio vincerentur. quod quidem ab illa eſt præſtitum. Atque ita factum eſt vt neque ira ac furor Romanorum vlterius exardeſceret, neque legiones ex Africa tranſportarentur, neque Principes Græciæ iis moribus præditi, quos ſuprà memoraui, proſperæ alicuius pugnæ ſucceſſu elati, inſigne aliquod ſpecimen impietatis ſuę in populares ſuos ederent. Quid enim in ſuos facturi erant, ſi quam opportunitatem ſecundúmque euentum nacti fuiſſent, clarum & conſequens eſt ex iis quę antea retuli. Tunc verò illud vetus dictum in omnium ore verſabatur: niſi celeriter periiſſemus, nunquam ſalui fuiſſemus.

A. Poſthumius Albinus, quantum ad genus ſpectat, illuſtris fuit. Erat enim è clariſſima familia oriundus, ſed ingenio garrulus fuit & loquacior, ac ſingulari leuitate præditus. Qui cùm ſtatim à puero Græcanicam linguam ac diſciplinam adamauiſſet, nimius in his & ad nauſeam vſque putidus fuit, adeò vt ipſius cauſa apud viros ætate & auctoritate eminentiſſi-

παραπλήσια δὲ τούτοις ἔπραξε καὶ βραχεῖ χρόνῳ πρότερον, εἰς Φιλῖνον τὸν Κορίνθιον. προθεὶς γὰρ αἰτίαν ὅτι διαπέμπεται πρὸς *μὲν Χαλκίδα, καὶ τὰ Ῥωμαίων φρονεῖ, τόντε Φιλῖνον καὶ fortè τὴν. τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ μαστιγῶν καὶ στρεβλῶν ἐν συνόψει πάντας ἀλλήλων οὐ πρότερον ἔληξε, πρὶν ἢ διέφθειρε τὰ μειράκια καὶ τὸν Φιλῖνον. τοιαύτης δὲ τῆς ἀνοίας καὶ τῆς ἀκρισίας συμβαινούσης περὶ πάντας, οἵαν οὐδ᾽ ἂν ἐν βαρβάροις εὕροι τις ῥᾳδίως, δῆλον ὡς εἰκότως ἄν τις ἐπιζητήσειε, πῶς οὐκ ἄρδην ἀπώλοντο πάντες. ἐγὼ γὰρ ἂν εἴποιμι, διότι δοκεῖ μοι καθάπερ ἂν εἰ τύχη τις *ἀν- mſ. ἀντει-
τερεῖσαι πανοῦργος καὶ τεχνικὴ πρὸς τὴν ἄνοιαν καὶ μανίαν τῶν σαι.
ἡγουμένων, ἥ τις ἐξωθουμένη πάντη καὶ πάντως ὑπὸ τῆς ἀνοίας τῶν προεστώτων, βουλομένη δὲ κατὰ πάντα τρόπον σώζειν τοὺς Ἀχαιοὺς, ἐπὶ τὸ καταλειπόμενον ἦλθεν ὥσπερ ἀγαθὸς παλαιστής· τοῦτο δ᾽ ἦν τὸ ταχέως σφῆλαι, *καὶ ῥᾳδίως ἡττῆσαι addidi ex
τοὺς Ἕλληνας, ὅπερ ἐποίησε. διὰ γὰρ τοῦτο συνέβη μήτε coniect.
τὴν Ῥωμαίων ὀργὴν καὶ θυμὸν ἐκκαυθῆναι πορρωτέρω, μήτ᾽ ἐλθεῖν τὰς ἐκ τῆς Λιβύης δυνάμεις, μήτε τοὺς προεστῶτας, ὄντας μὲν οἵους εἶπον, ἐπιλαβομένους δὲ προτερήματος ἀποδείξασθαι τὴν αὐτῶν ἀσέβειαν εἰς τοὺς ὁμοφύλους. ὡς γὰρ εἰκὸς ἦν πρᾶξαι τούτους κατὰ τῶν ἰδίων ἐπιλαβομένους ἀφορμῆς τινὸς ἢ προτερήματος, δῆλον ἐστιν ἐκ τῶν προειρημένων διὰ τὸ κατὰ λόγον. ἅπαντες δὲ τότε τὴν παροιμίαν ταύτην διὰ στόματος εἶχον, ὡς εἰ μὴ ταχέως ἀπωλόμεθα οὐκ ἂν ἐσώθημεν.

Ὅτι Αὖλος Ποσόμιος ἄξιος γέγονεν ἐπισημασίας ἀπ᾽ ἐντεῦθεν. οἰκίας μὲν γὰρ ἦν καὶ γένους πρώτου, κατὰ δὲ τὴν ἰδίαν φύσιν στωμύλος καὶ λάλος, καὶ πέρπερος διαφερόντως· ἐπιθυμήσας δὲ εὐθέως ἐκ παίδων τῆς Ἑλληνικῆς ἀγωγῆς καὶ διαλέκτου, πολὺς μὲν ἦν ἐν τούτοις καὶ κατακορής· ὥστε δι᾽ ἐκεῖνον καὶ τὴν αἵρεσιν τὴν Ἑλληνικὴν προσκόψαι τοῖς πρεσβυτέροις,

καὶ τοῖς ἀξιολογωτάτοις τῶν Ῥωμαίων. τέλος δὲ καὶ ποίημα
γράφειν καὶ πραγματικὴν ἱστορίαν ἐνεχείρησεν, ἐν ᾗ διὰ
τοῦ προοιμίου παρεκάλει τοὺς ἐντυγχάνοντας συγγνώμην
ἔχειν, ἐὰν Ῥωμαῖος ὢν μὴ δύναται κατακρατεῖν τῆς Ἑλλη-
νικῆς διαλέκτου, καὶ τῆς κατὰ τὸν χειρισμὸν οἰκονομίας.
πρὸς ὃν οἰκείως ἀπηντηκέναι δοκεῖ Μάρκος Πόρκιος Κά-
των. θαυμάζειν γὰρ ἔφη πρὸς τίνα λόγον ποιῆται τοιαύτην
παραίτησιν. Εἰ μὲν γὰρ αὐτῷ τὸ τῶν Ἀμφικτυόνων συνέ-
δριον συνέταττε γράφειν ἱστορίαν, ἴσως ἔδει προσφέρεσθαι
ταῦτα καὶ παραιτεῖσθαι. μηδεμιᾶς δ' ἀνάγκης οὔσης ἐθελον-
τὴν ἀπογράψασθαι, κἄπειτα παραιτεῖσθαι συγγνώμην ἔχειν
ἐὰν βαρβαρίζῃ, τῆς ἁπάσης ἀτοπίας εἶναι σημεῖον· καὶ παρα-
mſ. ὡς ἀ- πλήσιον, *ὡς ἂν εἴ τις εἰς τοὺς γυμνικοὺς ἀγῶνας ἀπογραψά-
χρηστον ad- μενος πυγμὴν ἢ παγκράτιον, παρελθὼν εἰς τὸ στάδιον ὅτε
dit.
ποῖτο Sui- δέοι μάχεσθαι, * παραιτῆτο τοὺς θεωμένους συγγνώμην ἔχειν,
das in αὖ- ἐὰν μὴ δύνηται, μήτε τὸν πόνον ὑπομένειν, μήτε τὰς πλη-
λος & in γάς. δῆλον γὰρ ὡς εἰκὸς γέλωτα τὸν τοιοῦτον ὀφλεῖν καὶ τὴν δί-
παραιτοῖτο. κην ἐκ χειρὸς λαμβάνειν. ὅπερ ἔδει καὶ τοὺς τοιούτους ἱστοριογρά-
φους, ἵνα μὴ κατετόλμων τοῦ καλῶς ἔχοντος. παραπλησίως
δὲ καὶ κατὰ τὸν λοιπὸν βίον ἐζηλώκει τὰ χείριστα τῶν Ἑλληνι-
κῶν. καὶ γὰρ φιλήδονος ἦν καὶ φυγόπονος. τοῦτο δ' ἔσται δῆλον ἐξ
αὐτῶν τῶν ἐνεστώτων. ὃς πρῶτος παρὼν ἐν τοῖς κατὰ τὴν Ἑλλά-
δα τόποις, καθ' ὃν καιρὸν συνέβαινε γίνεσθαι τὴν ἐν Φωκίδι
μάχην, σκηψάμενος ἀσθένειαν εἰς Θήβας ἀνεχώρησε, χάριν
τοῦ μὴ μετασχεῖν τοῦ κινδύνου. συντελεσθείσης δὲ τῆς μάχης,
πρῶτος ἔγραψε τῇ συγκλήτῳ περὶ τοῦ κατορθώματος προσ-
διασαφῶν τὰ κατὰ μέρος, ὡς μετεσχηκὼς αὐτὸς τῶν ἀγώνων.
ἐπεβάλετο διδάσκειν διὰ πλειόνων ἀκολούθως τοῖς ἐν ἀρχαῖς
ἡμῖν εἰρημένοις περὶ τἀνδρός. ταῦτα δ' ἦν ὅτι διαφέ-
ροιτο μὲν πρὸς Ῥωμαίους πολλάκις ὑπὲρ τῶν ἐπιπορευομένων,

Ac præter hanc fortitudinis gloriam, omnibus vicinis paſtoribus erant cariſſimi, tum ob gratiam in familiaribus colloquiis, tum ob moderationem ac comitatem quam omnibus adeuntibus exhibebant. Quamobrem cùm communis omnium ſecuritas in iis ſita eſſet, plerique ſe illis vltrò ſubijciebant, dictóque audientes erant, & quò illi imperauiſſent, conueniebant.

Polychares Meſſenius, vir genere opibúſque florens cum Euæphno Spartiata ſocietatem contraxit, qui cùm gregum paſtorúmque curam ac cuſtodiam ſuſcepiſſet, cupidine habendi exarſit: ſed fraus illius ſtatim detecta eſt. Nam cùm boues aliquot cum bubulcis vendidiſſet mercatoribus deportandos, finxiſſétq. à latronibus per vim abductos eſſe, fortè euenit vt mercatores ſecundùm Peloponneſi oram in Siciliam nauigantes, coorta ſubitò tempeſtate in terram eijcerentur. Tum bubulci noctu exſcenſione facta, freti locorum peritiâ aufugerunt. Cúmque Meſſenem delati rem omnem domino aperuiſſent, Polychares occultatis paſtoribus Euæphnum Lacedæmone accerſiuit. Qui cùm deieraret affirmarétque paſtores partim à latronibus abductos, partim occiſos eſſe, ſtatim Polychares homines in medium produxit. At Euæphnus horum adſpectu obſtupefactus, conuictúſque apertiſſimè, mox ad preces ſe conuertit, bouéſque omnes reſtituturum ſe eſt pollicitus, impetrandæ veniæ causâ nihil non dicens. Itaque Polychares hoſpitij reuerentiâ ductus, factum reticuit, filiúmque ſuum ad res recuperandas vnà cum Euæphno Lacedæmonem miſit. Verùm Euæphnus promiſſorum oblitus, adoleſcentem, interfecit. Quo ſcelere commotus Polychares, reum cædis ſibi à Spartanis noxæ dedi poſtulauit. Sed Lacedæmonij eius poſtulatis minimè aurem cõmodantes, filium Euæphni cum litteris Meſſenem miſerunt.

quibus iubebant vt Polychares Lacedæmone adeſſet arbitrio Ephororum ac Regum ius ſuum recuperaturus. Polychares verò par pari referens iuuenem occidit, prædámque ex Spartano agro egit.

Archias Corinthius Actæonis amore captus, initio quidem puerum muneribus variiſque pollicitationibus tentauit: ſed cùm nullatenus ei perſuadere poſſet, tum ob patris honeſtatem, tum ob adoleſcentis ipſius modeſtiam, tandem magna amicorum manu coacta, quoniam precibus & gratia nihil obtinuerat, vi eum rapere conſtituit. Itaque mero inebriatus, cum iis quos conuocauerat, præ amoris impatientia eò furoris proceſſit, vt effracta Meliſſi domo puerum vi abripuerit. Sed cùm pater vnà cum reliquis domeſticis puerum iniecta manu retineret, & vtraque pars acriùs contenderet, interim nemine ſentiente puer inter diſtrahentium manus exſpirauit; vt qui incredibilem caſum reputabant, ſimul pueri vicem dolerent, & fortunæ euentum admirarentur. Cuius enim nomen puer ferebat, ei quoque ſimilem vitæ exitum eſt ſortitus, cùm vterque ab iis ipſis qui lubentiſſimè opem tuliſſent, pari modo occiſus fuerit.

Agathocles, cui cura ædificandi templi Mineruæ mandata erat, ſumptus quidem ex propria arca fecit. cæterùm ex lapidibus cæſis pulcherrimos quoſque ſeligens, magnificam ſibi domum conſtruxit. Sed enimuerò Deæ virtus præſens adfuit, ſiquidem fulmine ictus Agathocles cum ſua domo conflagrauit. At Geomori bona eius publicauerunt, tametſi hæredes liquidò oſtenderent, nihil ex ſacra pecunia ab illo ſubreptum fuiſſe;

ἀποστεῖλαι δηλοῦντα διότι Πολυχάρης εἰς Σπάρτην κατηγορῆται περὶ ὧν ἔπαθεν, ἐπί τε τῶν Ἐφόρων καὶ τῶν Βασιλέων. τὸν δὲ * Πολυχάρη τυχόντα τῶν ἴσων τόν τε νεανίσκον ἀνελεῖν καὶ τὴν πόλιν ῥυσιάζειν. mſ. Εὐαιφνου.

Ὅτι Ἀρχίας ὁ Κορίνθιος ἐραστὴς ὢν Ἀκταίωνος, τὸ μὲν πρῶτον προσέπεμπέ τινα τῷ παιδὶ, θαυμαστὰς ἐπαγγελίας ποιούμενος. οὐ δυνάμενος δὲ αὐτὸν ἀναλαβεῖν διὰ τὴν τοῦ πατρὸς καλοκἀγαθίαν, καὶ τὴν αὐτοῦ τοῦ παιδὸς σωφροσύνην, ἤθροισε τῶν συνήθων τοὺς πλείστους ὡς βιασόμενος τὸν ἐν χάριτι καὶ δεήσει μὴ ὑπακούοντα. τέλος δὲ μεθυσθεὶς μετὰ τῶν συμπαρακληθέντων, ἐπὶ * τοσοῦτον ἀνοίας προσέπεσεν ὑπὸ τοῦ πάθους, ὥστε εἰς τὴν οἰκίαν ἐμπεσὼν τοῦ Μελίσσου, τὸν παῖδα βιαίως ἀπήγαγεν. ἀντεχομένου δὲ τοῦ πατρὸς καὶ τῶν ἄλλων τῶν κατὰ τὴν οἰκίαν, παρ' ἀμφοτέροις φιλοτιμίας βιαιοτέρας γινομένης ἔλαθεν ὁ παῖς ἐν ταῖς χερσὶ τῶν ἀντεχομένων ἀφεὶς τὴν ψυχήν. ὥστε διὰ τὸ παράδοξον τῆς πράξεως ἀναλογιζομένους ἐλεεῖν ἅμα τὴν τοῦ παθόντος συμφοράν, καὶ θαυμάζειν τὴν τῆς τύχης περιπέτειαν. ᾧ γὰρ ὁ παῖς τῆς αὐτῆς ἐκείνης ἔτυχε προσηγορίας, τούτῳ τὴν ὁμοίαν τοῦ βίου καταστροφὴν ἔσχεν. ἑκατέρων ὑπὸ τῶν μάλιστα ἂν βοηθησόντων, τοῦ ζῆν παραπλησίῳ τρόπῳ στερηθέντων. fortè τούτου μανίας.

Ὅτι Ἀγαθοκλῆς ἐπιστάτης αἱρεθεὶς τῆς περὶ τὸν νεὼν τῆς Ἀθηνᾶς οἰκοδομίας, τοὺς καλλίστους τῶν τεμνομένων λίθων ἐπιλεγόμενος, τὴν μὲν δαπάνην ἐκ τῆς ἰδίας οὐσίας ἐποιεῖτο, τοῖς δὲ λίθοις καταχρησάμενος οἰκίαν ᾠκοδόμησε πολυτελῆ. ἐφ' οἷς πᾶσιν ἐπιφανῆναι τὸ δαιμόνιον· κεραυνωθέντα γὰρ τὸν Ἀγαθοκλέα μετὰ τῆς οἰκίας καταφλεχθῆναι. οἱ δὲ Γεωμόροι ἔκριναν τὴν οὐσίαν αὐτοῦ δημοσίαν εἶναι, καίτοι τῶν κληρονόμων δεικνυόντων μηδὲν εἰληφότα τῶν ἱερῶν δημοσίων χρημάτων. τὴν δὲ οἰκίαν καθιερω-

σαντες, ἄβατον τοῖς εἰσιοῦσιν ἐποίησαν. ὡς ἔτι καὶ νῦν ὀνομάζεσθαι Ἐμβεθνταῖον.

Ὅτι Πομπήλιος ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς πάντα τὸν τοῦ ζῆν χρόνον ἐν εἰρήνῃ διετέλεσε. λέγουσι δέ τινες ἀκουστὴν γενόμενον Πυθαγόρου παρ' ἐκείνου λαβεῖν τά τε περὶ θεῶν νομοθετήματα, καὶ πολλὰ διδαχθῆναι· δι' ὧν ἐπιφανὴς ἀνὴρ ἐγένετο, καὶ βασιλεὺς ᾑρέθη μετάπεμπτος.

Ὅτι Δηϊόκης ὁ Μήδων βασιλεὺς πολλῶν ἀνομημάτων γινομένων ἤσκει δικαιοσύνην καὶ ἄλλας ἀρετάς.

Ὅτι οἱ Συβαρῖται γαστρίδουλοί εἰσι καὶ τρυφηταί. τοσοῦτος δὲ ἦν ζῆλος παρ' αὐτοῖς τρυφῆς, ὥστε καὶ τῶν ἔξωθεν ἐθνῶν μάλιστα ἠγάπων Ἴωνας καὶ Τυρρηνούς. * ὅτι συνέβαινεν αὐτοὺς τοὺς μὲν τῶν Ἑλλήνων, τοὺς δὲ τῶν βαρβάρων ὑπερέχειν τῇ κατὰ τὸ ζῆν πολυτελείᾳ.

in mſ. id à capite ſcribitur.

Ὅτι Μινδυρίδης λέγεται περιουσιάσαι τρυφῇ παρὰ Συβαρίταις. οὗτος γὰρ Κλεισθένους τοῦ Σικυωνίων τυράννου νικήσαντος ἅρματι, καὶ κηρύξαντος παραγίνεσθαι τοὺς προαιρουμένους γαμεῖν τὴν αὐτοῦ θυγατέρα δοκοῦσαν κάλλει διαφέρειν, ἀναχθῆναί τινα ἐκ Συβάρεως ἐν πεντηκοντόρῳ τοὺς ἐρέτας ἔχοντα ἰδίους οἰκέτας· ὧν εἶναι τοὺς μὲν ἁλιεῖς, τοὺς δὲ ὀρνιθοθήρας. παραγενόμενον δὲ εἰς Σικυῶνα ταῖς κατὰ τὴν οὐσίαν παρασκευαῖς οὐ μόνον τοὺς ἀντιμνηστεύσαντας, ἀλλὰ καὶ τὸν τύραννον αὐτὸν ὑπεράραι, καίπερ τῆς πόλεως αὐτῷ πάσης συμφιλοτιμουμένης. ἐν δὲ τῷ μετὰ τὴν ἄφιξιν δείπνῳ προσιόντος τινὸς ὅπως κατακλιθῇ πρὸς αὐτὸν, εἰπεῖν ὅτι κατὰ τὸ κήρυγμα πάρεστιν ἢ μετὰ τῆς γυναικὸς, ἢ μόνος κατακλιθησόμενος.

Ὅτι Ἱππομένης ὁ τῶν Ἀθηναίων ἄρχων τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ φθαρείσης ὑπό τινος, τιμωρίαν ἔλαβε παρ' αὐτῆς ἀνήκεστον καὶ παρηλλαγμένην. μεθ' ἵππου γὰρ αὐτὴν εἰς οἴκισκον

conſecratáque domus ſuperficie, inacceſſum eum locum fecêre, qui etiamnum Embrontæum dicitur.

Pompilius Romanorum Rex toto vitæ tempore pacem coluit. Nec deſunt qui dicant auditorem Pythagoræ eum fuiſſe, legéſque quas de ſacris ſcripſit, ab eo accepiſſe, ac pleraque alia, ex quibus maximam gloriam conſecutus, & peregrinus ad regnum adſcitus ſit.

Deioces Medorum Rex, cùm plurima ſcelera admitterentur, ipſe iuſtitiam ac reliquas virtutes colebat.

Erant Sybaritæ ventri ac deliciis addicti, tantáque apud eos æmulatio luxuriæ erat, vt inter exteros populos, maximè Iones & Thuſcos diligerent, quod hi quidem Græcorum, illi barbarorum omnium luxurioſiſſimi ac molliſſimi eſſent.

Inter Sybaritas præcipuæ luxuriæ fuiſſe dicitur Mindyrides. Nam cùm Cliſthenes Sicyoniorum tyrannus quadrigarum certamine victor fuiſſet, ac per præconem edixiſſet, vt quicunque filiam ſuam virginem eximia forma ambiret, Sicyone ad diem certum adeſſet, hic Sybari ſoluiſſe fertur vectus naue actuaria, quàm remigibus ex propria familia ſumptis inſtruxerat, quorum alij piſcatores, alij aucupes erant. Cùm autem Sicyone portum tenuiſſet, non procos ſolùm æmulos, ſed ipſum etiam tyrannum apparatu longè ſuperauit, tametſi vniuerſa ciuitas gloriæ ſtudio opes Cliſtheni libentiſſimè conferret. Idem in cœna qua poſt aduentum ſtatim exceptus eſt, cùm quidam iuxta eum accumbere vellet, adeſſe ſe dixit ex præconis edicto aut cum ſponſa, aut ſolum accubiturum.

Hippomenes Athenienſium magiſtratus, cùm eius filia à neſcio quo vitiata fuiſſet, acerbũ & inhumanum de ea ſuppliciũ ſumpſit. Incluſã enim in ſtabulo vnà cũ equo,

τινὰ συγκλείσας καὶ τὴν τροφὴν περιελόμενος ἐπί τινας ἡμέρας, ἠνάγκασε τὸ ζῶον διὰ τὴν ἔνδειαν ἀναλῶσαι τὸ σῶμα τῆς παραβληθείσης.

Ὅτι Ἀρκεσίλαος ὁ τῶν Κυρηναίων βασιλεὺς δυσπαθήσας ἐπὶ ταῖς συμφοραῖς ἐπηρώτα εἰς Δελφούς. ἔχρησεν δὲ ὁ θεὸς ὅτι θεῶν ἐστι μῆνις· τοὺς γὰρ ὕστερον βασιλεῖς οὐχ ὁμοίως ἄρχειν τῷ πρώτῳ Βάττῳ. ἐκεῖνον μὲν γὰρ αὐτῇ τῇ προσηγορίᾳ τοῦ βασιλέως ἀρκούμενον ἐπιεικῶς ἄρξαι καὶ δημοτικῶς, καὶ τὸ μέγιστον τηροῦντα τὰς πρὸς τοὺς θεοὺς τιμάς. τοὺς δὲ ὕστερον ἀεὶ τυραννικώτερον δυναστεύοντας, ἐξιδιοποιήσασθαι μὲν τὰς δημοσίας προσόδους, ὀλιγωρῆσαι δὲ τῆς πρὸς τὸ θεῖον εὐσεβείας.

Ὅτι τῆς τῶν Κυρηναίων στάσεως διαιτητὴς ἐγένετο Δημώναξ Μαντινεὺς, συνέσει καὶ δικαιοσύνῃ δοκῶν διαφέρειν. οὗτος οὖν πλεύσας εἰς Κυρήνην, καὶ παρὰ πάντων λαβὼν τὴν ἐπιτροπήν, διέλυσε τὰς πόλεις ἐπὶ τούτοις.

Ὅτι Λεύκιος Ταρκύνιος ὁ τῶν Ῥωμαίων βασιλεὺς σπουδαίας ἔτυχεν ἀγωγῆς, καὶ γενόμενος ζηλωτὴς παιδείας, οὐ μετρίως δι' ἀρετὴν ἐθαυμάζετο. ἀνδρωθεὶς γὰρ συνεστάθη τῷ βασιλεῖ τῶν Ῥωμαίων Ἄγκῳ Μαρκίῳ, καὶ φίλος αὐτοῦ μέγιστος ἐγένετο, καὶ πολλὰ τῶν κατὰ τὴν βασιλείαν συνδιῴκει τῷ βασιλεῖ. καὶ μεγαλόπλουτος ὢν πολλοῖς τῶν ἀπόρων ἐβοήθει, χρήματα διδοὺς, καὶ πᾶσι προσφιλῶς ὁμιλῶν, ἄμεμπτος ἦν καὶ ἔνδοξος ἐπὶ σοφίᾳ. ἦν δὲ παῖς μὲν Ἐξηκεστίδου, τὸ γένος Σόλων. ἐκ Σαλαμῖνος τῆς Ἀττικῆς. σοφίᾳ δὲ καὶ παιδείᾳ πάντας τοὺς καθ' ἑαυτὸν ὑπερβεβηκώς. φύσει δὲ πρὸς ἀρετὴν τῶν ἄλλων πολὺ διαφέρων, ἐζήλωσεν ἀρετὴν ἐπαινουμένην. πᾶσι γὰρ τοῖς μαθήμασι πολὺν χρόνον ἐνδιατρίψας, ἀθλητὴς ἐγένετο πάσης ἀρετῆς. κατὰ μὲν γὰρ τὴν τοῦ παιδὸς ἡλικίαν παιδευταῖς ἐχρήσατο τοῖς ἀρίστοις,

ἀνδρωθεὶς δὲ συνδιέτριψε τοῖς μεγίστην ἔχουσι δύναμιν ἐπὶ φιλοσοφίᾳ. διὸ καὶ τούτοις ὁμιλῶν καὶ συνδιατρίβων, ὠνομάσθη μὲν εἷς ἑπτὰ σοφῶν. καὶ τὸ πρωτεῖον τῆς συνέσεως οὐ μόνον παρὰ τούτοις τοῖς ἀνδράσιν, ἀλλὰ καὶ παρὰ πᾶσι τοῖς θαυμαζομένοις ἀπηνέγκατο.

Ὅτι ὁ αὐτὸς Σόλων ἐν τῇ νομοθεσίᾳ μεγάλην δόξαν περιποιησάμενος, ἐν ταῖς ἰδιωτικαῖς ὁμιλίαις καὶ ἀποκρίσεσιν, ἔτι δὲ συμβουλίαις θαυμαστὸς ἐτύγχανε διὰ τὴν ἐν παιδείᾳ προκοπήν.

Ὅτι ὁ αὐτὸς Σόλων τὴν ὅλην ἀγωγὴν τῆς πόλεως ἐχούσης Ἰωνικὴν, καὶ διὰ τὴν τρυφὴν καὶ τὴν ῥᾳστώνην ἐκτεθηλυμμένων τῶν Ἀθηναίων, μετέθηκε τῇ συνηθείᾳ πρὸς ἀρετὴν καὶ ζῆλον τῶν ἀνθρωπίνων πράξεων. διὸ τῇ τούτου νομοθεσίᾳ καθοπλισθέντες τὰς ψυχὰς Ἁρμόδιος καὶ Ἀριστογείτων καταλύειν ἐπεχείρησαν τὴν τῶν Πεισιστρατιδῶν ἀρχήν.

Ὅτι Μύσων τις ἦν Μαλιεὺς ὃς ᾤκει ἐν κώμῃ Χηναῖς καλουμένῃ, τὸν ἅπαντα χρόνον ἐν ἀγρῷ διατρίβων, καὶ ὑπὸ τῶν πολλῶν ἀγνοούμενος. ὃν ἀντεισῆξαν εἰς τοὺς ἑπτὰ σοφοὺς, ἐκκρίναντες τὸν Περίανδρον τὸν Κορίνθιον, διὰ τὸ τύραννον γεγονέναι πικρόν.

Ὅτι Χίλων τῷ λόγῳ σύμφωνον εἶχε τὸν βίον, ὅπερ σπανίως εὕροι τις ἂν γινόμενον. τῶν γὰρ καθ' ἡμᾶς φιλοσόφων τοὺς πλείστους ἰδεῖν ἔστι, λέγοντας μὲν τὰ κάλλιστα, πράττοντας δὲ τὰ χείριστα, καὶ τὴν ἐν ταῖς ἐπαγγελίαις αὐτῶν σεμνότητα καὶ σύνεσιν διὰ τῆς πείρας ἐλεγχομένην. ὁ δὲ Χίλων χωρὶς τῆς κατὰ τὸν βίον ἐν ἅπασι τοῖς πραττομένοις ἀρετῆς, πολλὰ διενοήθη καὶ ἀπεφθέγξατο μνήμης ἄξια.

Ὅτι Πίττακος ὁ Μιτυληναῖος οὐ μόνον ἐν σοφίᾳ θαυμαστὸς ἦν, ἀλλὰ καὶ πολίτης ἐγένετο τοιοῦτος, οἷον ἕτερον οὐκ ἤνεγκεν ἡ νῆσος· δοκῶ δ' οὐδ' ἂν ὕστερον ἐνέγκαι, μέχρι ἂν τὸν

contubernio hominum qui ſapientiâ cæteris præſtare ferebantur. Quorum in conſuetudine ac conuictu verſatus, ipſe ex ſeptem Sapientibus vnus eſt habitus; neque inter hos ſolùm, ſed inter omnes qui ſapientiæ laude celebres extiterunt, palmam tulit.

Idem in ferendis legibus ſummam gloriam adeptus, in priuatis ſermonibus ac reſponſis & conſiliis ob ſingularem prudentiam admirationi omnibus fuit.

Cùm Athenienſium ciuitas Ionicis ferè morib. vteretur, luxúque ac mollicie propè effeminati omnes eſſent, Solon paulatim eos adſuefactos ad virtutem & optimarum artium ſtudia traduxit. huius enim legibus ac diſciplina animati Harmodius & Ariſtogito, Piſiſtratidarum tyrannidem extinguere adorti ſunt.

Erat Myſo quidam Malienſis in pago, cui Chenæ nomen eſt, degens; qui vt plurimùm in agro verſabatur, obſcurus, & hominibus ferè ignotus. Hunc abdicato Periandro Corinthio, quod tyrannus acerbiſſimus extitiſſet, in ſeptem Sapientum collegium cooptarunt.

Chilo conſentientem cum ſermonibus ſuis vitam agebat, quod rarò admodum reperias. Pleroſque enim ætatis noſtræ philoſophos videre eſt, pulcherrimis quidem vtentes ſermonibus, moribus verò turpiſſimis: qui grauitatem ac prudentiam quam aſpectu verbiſque promittunt, factis ſuis refutant. At Chilo præter conſtantem in omni vita virtutem, multa & cogitauit, & dixit præclarè, quæ memoriâ inprimis digna ſunt.

Pittacus Mitylenæus non ſolùm ſapientiæ nomine vir admirandus fuit, ſed etiam eiuſmodi ciuis, qualem antea nullum Leſbos inſula produxit; neque in poſterum meo iudicio productura eſt, donec vi-

num quoque largius ac ſuauius ferat. Fuit enim optimus legiſlator, & erga populares ſuos ciuilis ac perhumanus in omnibus congreſſibus, tribúſque maximis calamitatibus patriam liberauit, tyrannide, ſeditione, ac bello.

Idem prudentiſſimus ac benigniſſimus fuit, & qui aliorum culpam libenter excuſaret. Proinde in omni genere virtutis vndecunque abſolutus vir videbatur: quippe in legibus ferendis prudens ac ſolers, in ſeruanda fide iuſtiſſimus, in re autem militari fortis, in contemnendo lucro abſtinentiſſimus erat.

Prienenſes Biantem narrant cùm virgines Meſſenias à latronibus captas redemiſſet, eas domi tanquam proprias filias honorificè habuiſſe. Poſtmodum verò cùm virginum neceſſarij perquirendi causâ Prienem veniſſent, eas reddidit, nec alimenta, nec redemptionis precium ab eis repetens; ſed contrà plurima inſuper munera largitus. Quamobrem puellæ eum vt patrem beneuolentiâ complectebantur, cùm ob domeſticam educationem, tum ob magnitudinem beneficij; adeò vt cum propinquis domum reuerſæ, minimè eam gratiam obliuioni tradiderint. Itaque cùm piſcatores Meſſenij æreum tripodem è mari extraxiſſent, cui inſcriptum erat, Sapientiſſimo, vt Bianti is daretur, fecêre.

Idem Bias ſui temporis diſertiſſimus atque eloquentiſſimus fuit, ſed longè aliter ac cæteri eloquentiâ eſt vſus. Non enim ad mercenariam operam, neque ad quæſtum vllum faciendum, ſed ad opem hominibus iniuriâ affectis ferendam, eloquentiam ſuam commodauit. quod paucos admodum feciſſe comperias.

Cyrus Cambyſis & Mãdanæ filius, Aſtyagis Medorum regis nepos, fortitudine ac prudẽtia & reliquis virtutib.

οἶνον φέρῃ πλείω τε καὶ ἡδίω. νομοθέτης τε γὰρ ἀγαθὸς ὑπῆρχε, κἀν τοῖς κατὰ μέρος πρὸς τοὺς πολίτας κοινὸς καὶ φιλάνθρωπος, καὶ τὴν πατρίδα τριῶν τῶν μεγίστων συμφορῶν ἀπέλυσε, τυραννίδος, στάσεως, πολέμου.

Ὅτι Πιττακὸς βαθὺς ἦν καὶ ἥμερος, καὶ τὴν παραίτησιν ἔχων αὐτὸς ἐν αὐτῷ. διὸ δὴ πᾶσιν ἐδόκει τέλειος ἀνὴρ εἶναι πρὸς πᾶσαν ἀρετὴν ὁμολογουμένως. κατὰ μὲν γὰρ τὴν νομοθεσίαν ἐφαίνετο πολιτικὸς καὶ φρόνιμος, κατὰ δὲ τὴν πίστιν δίκαιος, κατὰ δὲ τὴν ἐν τοῖς ὅπλοις ὑπεροχὴν ἀνδρεῖος, κατὰ δὲ τὴν πρὸς τὸ κέρδος μεγαλοψυχίαν ἀφιλάργυρος.

Ὅτι φασὶν οἱ Πριηνεῖς ὅτι Μεσσηνίας τὸ γένος ἐπισήμους παρθένους λυτρωσάμενος ὁ Βίας παρὰ λῃστῶν, ἦγεν ὡς ἰδίας θυγατέρας ἐντίμως. μετὰ δέ τινας χρόνους παραγενομένων τῶν συγγενῶν κατὰ ζήτησιν, ἀπέδωκεν αὐτὰς, οὔτε τροφεῖα προσδεξάμενος, οὔτε λύτρα· τοὐναντίον δὲ τῶν ἰδίων πολλὰ δωρησάμενος. εἶχον οὖν πρὸς αὐτὸν αἱ κόραι πατρικὴν εὔνοιαν, διά τε τὴν συντροφίαν, καὶ τὸ μέγεθος τῆς εὐεργεσίας· ὥστε καὶ χωρισθεῖσαι μετὰ τῶν ἰδίων εἰς τὴν πατρίδα, τῆς τῆς ὑπερφυοῦς χάριτος οὐκ ἐπελάθοντο.

Ὅτι σαγηνεῖς Μεσσήνιοι κατὰ τὸν βόλον ἕτερον μὲν οὐδὲν ἀνείλκυσαν, χαλκοῦν δὲ τρίποδα μόνον ἐπιγραφὴν ἔχοντα ΤΩ ΣΟΦΩΤΑΤΩ. ἀναχθέντος δὲ τοῦ κατασκευάσματος δοθῆναι τῷ Βίαντι.

Ὅτι Βίας ἦν δεινότατος καὶ τῷ λόγῳ πρωτεύων τῶν καθ' ἑαυτόν. κατεχρήσατο δὲ τῇ τοῦ λέγειν δυνάμει πολλοῖς ἀνάπαλιν· οὐ γὰρ εἰς μισθαρνίαν, οὐδὲ εἰς προσόδους, ἀλλ' εἰς τὴν τῶν ἀδικουμένων κατετίθετο βοήθειαν. ὅπερ αὖ σπανιώτατον ἄν τις εὕροι.

Ὅτι Κῦρος ὁ Καμβύσου μὲν υἱὸς καὶ Μανδάνης τῆς θυγατρὸς Ἀστυάγους τοῦ Μήδων βασιλέως, ἀνδρείᾳ καὶ συνέσει καὶ ταῖς

ἄλλαις ἀρεταῖς ἐπρώτευε τῶν καθ' αὐτόν. βασιλικῶς γὰρ αὐτὸν ὁ πατὴρ ἦγε παιδεύων, ζῆλον ἐμποιῶν τῶν κρατίστων. καὶ ἔκδηλος ἦν ἁδρῶν ἀφόμενος πραγμάτων, διά τε τὴν ἀρετὴν προφαίνειν ὑπὲρ τὴν ἡλικίαν.

Ὅτι Αστυάγης ὁ τῶν Μήδων βασιλεὺς ἡττηθεὶς καὶ φυγὼν αἰσχρῶς, δι' ὀργῆς εἶχε τοὺς στρατιώτας· καὶ τοὺς μὲν ἐφ' ἡγεμονιῶν τεταγμένους ἅπαντας ἀπαλλάξας, ἑτέρους ἀντ' ἐκείνων κατέστησε. τοὺς δὲ τῆς φυγῆς αἰτίους ἅπαντας ἐπιλέξας ἀπέσφαξε, νομίζων τῇ τούτων τιμωρίᾳ τοὺς ἄλλους ἀναγκάσειν ἄνδρας ἀγαθοὺς ἐν τοῖς κινδύνοις γενέσθαι. ὠμὸς γὰρ ἦν καὶ φύσει ἀπηνής. οὐ μὴν τὰ πλήθη κατεπλάγη αὐτοῦ τὴν βαρύτητα, ἀλλ' ἕκαστος μισήσας τὸ βίαιον καὶ παράνομον τῆς πράξεως, μεταβολῆς ὠρέγετο. διὸ καὶ κατὰ λόχους ἐγίνοντο συνδρομαὶ καὶ λόγοι ταραχώδεις, παρακαλούντων ἀλλήλους τῶν πλείστων πρὸς τὴν κατὰ τούτων τιμωρίαν.

Ὅτι Κῦρος, ὥς φασιν, οὐ μόνον ἦν κατὰ τὸν πόλεμον ἀνδρεῖος, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς ὑποτεταγμένους εὐγνώμων, καὶ φιλάνθρωπος. διόπερ αὐτὸν οἱ Πέρσαι προσηγόρευσαν πατέρα.

Ὅτι Ἄδραστός τις Φρὺξ τὸν τοῦ βασιλέως Κροίσου τοῦ Λυδοῦ υἱὸν πρὸς κυνηγίαν ἀκουσίως, ἐξακοντίσας κατὰ συὸς, Ἄτυν καλούμενον πλήξας ἀπέκτεινε. καὶ ὁ μὲν καὶ ἀκουσίως ἀνῃρηκὼς οὐκ ἔφησεν ἑαυτὸν ἔτι ζῆν ἄξιον εἶναι. διὸ καὶ παρεκάλει τὸν βασιλέα μὴ φείσασθαι, τὴν ταχίστην δὲ ἐπικατασφάττειν τῷ τοῦ τετελευτηκότος τάφῳ. ὁ δὲ Κροῖσος τὴν μὲν ἀρχὴν ὡς ἂν ἐπὶ φόνῳ τέκνου δι' ὀργῆς εἶχε τὸν Ἄδραστον, ἀπειλῶν ζῶντα κατακαύσειν. ἐπεὶ δὲ αὐτὸν ἑώρα προθυμούμενον, καὶ εἰς τὴν τοῦ τετελευτηκότος τιμὴν τὸ ζῆν ἐπιδιδόντα, τὸ τηνικαῦτα λήξας τῆς ὀργῆς ἀπέλυσε τῆς τιμωρίας τὸν ἀνελόντα, τὴν ἰδίαν τύχην, ἀλλ' οὐ τὴν ἐκείνου προαίρεσιν αἰτιώμενος.

eminentiſſimus ſæculi ſui fuit; quippe eum pater regia inſtitutione formauerat, ad ſumma quæque illum incendens. Iamque etiamtum adoleſcens ſatis oſtendebat, maximas res ſe aggreſſurum quandoque eſſe, cùm virtus illius ante ætatis curricula eluceſceret.

Aſtyages Medorum Rex bello ſuperatus, turpique elapſus fuga, in milites ſuos ſæuiit: ac ducibus quidem cunctis ſacramento ſolutis, alios in eorum locum ſubſtituit. Cæterùm quotquot fugæ auctores fuerant, ex omnibus copiis lectos capitali ſupplicio affecit, ratus eiuſmodi exemplo cæteros officij ſui in pugna admonitos fore. Quippe ſæuus naturâ & implacabilis erat: ſed milites tantum abeſt vt eius ſeueritate deterriti ſint, quin potius ſinguli ſæuitiam & inhumanitatem eius deteſtati, rerum nouarum ſtudio flagrabant. Concurſus itaque turmatim fieri cœpêre, & ſeditioſa colloquia miſceri, hortantibus ſe inuicem cunctis ad vindicandam commilitonum cædem.

Erat Cyrus non ſolùm in bello aduerſus hoſtem fortis, verumetiam clemens in ſubditos atque humanus. quapropter Perſæ eum patrem appellauerunt.

Adraſtus quidam Phrygius, Crœſi Lydorum regis filium Atym nomine inter venandum caſu occidit, cùm iaculo aprum peteret. Verùm ille tametſi inuoluntaria cædes fuiſſet, indignum ſe eſſe aiebat qui huic cædi ſupereſſet. Proinde Crœſum rogabat, ne parcere vellet, ſed quamprimum ſe ad tumulum filij mactaret. At Crœſus initio quidem ob cædem filij infenſus Adraſto erat, viuúmque eum crematurum ſe eſſe minabatur. Sed poſtquam iuuenem vidit ſupplicium minimè detrectantem, quinimo potius in pœnam vicémque mortui ſpiritum ſuum ſponte offerentem, tum verò pacatus interfectori pœnam remiſit, ſuum ipſius fatum, non illius conſilium accuſans.

verùm Adraſtus nihilominus clam ad Atys ſepulcrum ſolus profectus, manus ſibi attulit.

Crœſus Lydorum Rex, Eurybatum Epheſium ſimulans ſe Delphos mittere, in Peloponneſum cum grandi pecunia miſit, vt quamplurimos milites conquireret. Sed Eurybatus ad Cyrum Perſarum regem transfugiens, cuncta Crœſi conſilia ei detexit. Quamobrem cùm hæc Eurybati fraudulentia inſignis apud Græcos extiterit, hinc factum eſt vt etiamnum cùm alicui malitiam exprobrare, Eurybatum eum compellent.

Cyrus cùm Crœſum ſumma pietate præditum eſſe exiſtimaret, propterea quod imber ſubitò è nubibus coortus, rogum extinxerat; ac præterea Solonis dictum memoriâ retinens, Crœſum ſecum honorificè circunduxit, cúmque conſilio etiam adhibuit, ratus prudentiâ eum valere, qui cum tot tantiſque ſapientibus viris familiariter verſatus fuiſſet.

Seruius Tullius Romanorum Rex, quatuor & quadraginta annos regnum tenuit, ſuáque virtute in Repub. multa præclarè ordinauit.

Magiſtratu Athenis Thericle, Olympiade prima ac ſexageſima claruit philoſophus Pythagoras, cùm iam maximum in ſapientia profectum feciſſet: vir ſi quiſquam alius inter philoſophos, ſanè ille memoriâ dignus. Fuit autem natione Samius, quamquam alij Tyrrhenum faciunt. Porrò tanta venuſtas ac perſuadendi vis in eius ſermonibus inerat, vt cùm ferè vniuerſa ciuitas quotidie oculos in eum tanquam in præſentem Deum conijceret, tum verò ad illum audiendum mirabiles vndique concurſus fierent. Nec verò eloquentiâ ſolùm præ cæteris valebat, ſed præterea ſobrium quendam mentis habitum præ ſe ferebat, qui pro genuina modeſtię ipſius imagine iuuentuti eſſet; cunctóſq. qui cum eo colloquebantur, à pompa & luxu auocabat.

ὁ δ' Ἄδραστος οὐδὲν ἧττον κατ' ἰδίαν ἐπὶ τὸν Ἄτυος τάφον πορευθεὶς ἑαυτὸν κατέσφαξεν.

Ὅτι Κροῖσος ὁ τῶν Λυδῶν βασιλεὺς προσποιησάμενος εἰς Δελφοὺς πέμπειν, ἔπεμπεν εἰς Πελοπόννησον Εὐρύβατον τὸν Ἐφέσιον, δοὺς αὐτῷ χρυσίον, ὅπως ὡς πλείστους ξενολογήσῃ τῶν Ἑλλήνων. ὁ δὲ πεμφθεὶς, πρὸς Κῦρον τὸν Πέρσην ἀποχωρήσας τὰ κατὰ μέρος ἐδήλωσε. διὸ καὶ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἐπισήμου γενομένης τῆς περὶ τὸν Εὐρύβατον πονηρίας, μέχρι τοῦ νῦν ὅταν τις ὀνειδίσαι τινὶ βούληται μοχθηρίαν, Εὐρύβατον ἀποκαλεῖ.

Ὅτι Κῦρος εὐσεβῆ νομίσας εἶναι τὸν Κροῖσον διὰ τὸ καταρραγῆναι ὄμβρον καὶ σβέσαι τὴν φλόγα, καὶ διὰ μνήμης ἔχων τὴν Σόλωνος ἀπόκρισιν, μεθ' ἑαυτοῦ περιῆγε τὸν Κροῖσον ἐντίμως. μετέδωκε δὲ αὐτῷ καὶ τοῦ συνεδρίου, διαλαμβάνων ὑπάρχειν συνετὸν, ὡς ἂν πολλοῖς καὶ πεπαιδευμένοις, καὶ σοφοῖς ἀνδράσι συμβεβιωκότα.

Ὅτι Σέρβιος Τύλλιος ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς ἐβασίλευσεν ἔτη μδ', διὰ τῆς ἰδίας ἀρετῆς κατωρθωκὼς οὐκ ὀλίγα τῶν κοινῶν.

Ὅτι ἐπ' ἄρχοντος Ἀθήνησι Θηρικλέους κατὰ τὴν ξα' Ὀλυμπιάδα, Πυθαγόρας ὁ φιλόσοφος ἐγνωρίζετο, προκεκοφὼς ἤδη ἐν παιδείᾳ. γέγονε γὰρ ἱστορίας ἄξιος εἴπερ καί τις ἕτερος τῶν περὶ παιδείαν διατετριφότων. γέγονε δὲ Σάμιος τὸ γένος· οἱ δέ φασιν ὅτι Τυρρηνός. τοσαύτη δ' ἦν ἐν τοῖς αὐτοῦ λόγοις πειθὼ καὶ χάρις, ὡς καὶ τῆς πόλεως σχεδὸν ὅλης ἐπ' αὐτὸν * ἐπιστρεφομένης καθ' ἡμέραν, ὥσπερ εἴ πρός τινος θεοῦ παρουσίαν, ἁπάντας συντρέχειν ἐπὶ τὴν ἀκρόασιν· οὐ μόνον δὲ περὶ τὴν ἐν τῷ λέγειν δύναμιν ἐφαίνετο μέγας, ἀλλὰ καὶ ψυχῆς ἐνέφαινεν ἦθος κατεσταλμένον, καὶ πρὸς μίμησιν βίου σώφρονος τοῖς νέοις θαυμαστὸν ἀρχέτυπον. καὶ τοὺς ἐντυγχάνοντας ἀπέτρεπεν ἀπὸ τῆς πολυτελείας καὶ τρυφῆς, ἁπάντων

mſ. φύσης.

διὰ τὴν εὐπορίαν ἐκκεχυμένων εἰς λύσιν καὶ διαφθορὰν ἀγεννῆ τοῦ σώματος καὶ ψυχῆς.

Ὅτι Πυθαγόρας πυθόμενος τὸν Φερεκύδην, τὸν ἐπιστάτην αὐτοῦ γεγενημένον, ἐν Δήλῳ νοσεῖν καὶ τελέως ἐσχάτως ἔχειν, ἔπλευσεν ἐκ τῆς Ἰταλίας εἰς τὴν Δῆλον. ἐκεῖ δὲ χρόνον ἱκανὸν τὸν ἄνδρα γηροτροφήσας, πᾶσαν εἰσενέγκατο σπουδὴν ὥστε τὸν πρεσβύτην ἐκ τῆς νόσου διασῶσαι. κατισχυσθέντος δὲ τοῦ Φερεκύδου διὰ τὸ γῆρας καὶ διὰ τὸ μέγεθος τῆς νόσου, περιέστειλεν αὐτὸν κηδεμονικῶς, καὶ τῶν νομιζομένων ἀξιώσας ὡσανεί τις υἱὸς πατέρα, πάλιν ἐπανῆλθεν εἰς τὴν Ἰταλίαν.

Ὅτι ἐπειδὴ τινες τῶν συνήθων ἐκ τῆς οὐσίας ἐκπέσοιεν, διῄρουν τὰ χρήματα αὐτῶν ὡς πρὸς ἀδελφούς. οὐ μόνον δὲ πρὸς τοὺς καθ' ἡμέραν συμβιοῦντας τῶν γνωρίμων τοιαύτην εἶχον τὴν διάθεσιν, ἀλλὰ καθόλου πρὸς πάντας τοὺς τῶν πραγμάτων τούτων μετασχόντας.

Ὅτι Κλινίας Ταραντῖνος τὸ γένος, εἷς δὲ τῶν ἐκ τοῦ προειρημένου συστήματος ὤν, πυθόμενος Πρῶρον τὸν Κυρηναῖον διά τινα πολιτικὴν περίστασιν ἀπολωλεκότα τὴν οὐσίαν, καὶ τελέως ἀπορούμενον, ἐξεδήμησεν ἐκ τῆς Ἰταλίας εἰς Κυρήνην μετὰ χρημάτων ἱκανῶν, καὶ τὴν οὐσίαν ἀπεκατέστησε τῷ προειρημένῳ, οὐδέποτε τοῦτον ἑωρακώς, ἀκούων δὲ μόνον ὅτι Πυθαγόρειος ἦν. καὶ ἄλλοι δὲ πολλοὶ τὸ παραπλήσιον πεποιηκότες διαμνημονεύονται. οὐ μόνον δὲ ἐν τῇ τῶν χρημάτων ἐπιδόσει τοιούτους αὐτοὺς παρείχοντο τοῖς γνωρίμοις, ἀλλὰ καὶ κατὰ τοὺς ἐπισφαλεστάτους καιροὺς συνεκινδύνευον. καὶ γὰρ Διονυσίου τυραννοῦντος Φιντίας τις Πυθαγόρειος ἐπιβεβουλευκὼς τῷ τυράννῳ, μέλλων δὲ τῆς τιμωρίας τυγχάνειν, ᾐτήσατο παρὰ τοῦ Διονυσίου χρόνον εἰς τὸ περὶ τῶν ἰδίων πρότερον ἃ βούλεται διοικῆσαι· δώσειν δ' ἔφησεν ἐγγυητὴν τοῦ θανάτου τῶν φίλων ἕνα. τοῦ δὲ δυνάστου θαυμάσαντος εἰ τοιοῦτός ἐστι φίλος,

cùm omnes eius gentis incolæ præ nimia omnium rerum copia in mollitiem labémque animi & corporis effuſi eſſent.

Idem cùm accepiſſet Pherecydem, qui eius præceptor fuerat, in inſula Delo grauiſſimè ægrotare, confeſtim ex Italia Delum nauigauit: vbi cùm aliquandiu ſenem fouiſſet, ſtudiúmque ſuum omne adhibuiſſet, quo ad priſtinam valetudinem eum reuocaret, tandem tum præ ſenectute, tum morbi vi ſuperatum Pherecydem ſedulò ſepeliit; cúmque ei tanquam patri filius iuſta perſoluiſſet, rurſus in Italiam reuerſus eſt.

Pythagorici ſi quis ſodalium facultatibus exciderat, bona ſua velut cum fratre diuidebant. Neque verò erga eos ſolùm id præſtabant, quorum in conuictu quotidie verſabantur, ſed in vniuerſum erga omnes qui eandem diſciplinam ſectabantur. Itaque Clinias quidam Tarentinus ex illo ſodalicio cùm accepiſſet Prorum Cyrenæum, caſu quodam facultatibus ſuis ſpoliatum, in ſumma omnium rerum penuria eſſe, ex Italia Cyrenas profectus eſt cum grandi pecunia, & patrimonij iacturam antedicto homini reſarciuit, quem nunquam tamen antea viderat, ſed tantum auditu acceperat Pythagoreum eſſe. Plures quoque alij idem feciſſe memorantur. Neque verò ſolùm in conferenda pecunia tales ſe erga ſodales ſuos exhibebant, ſed & difficillimis temporibus cum iis periclitari non recuſabant. Etenim Dionyſij tyranni temporibus Phintiam quendam Pythagoreum narrant, inſidiatum tyranno, cùm ad ſupplicium ducendus eſſet, paucorum dierum commeatum à Dionyſio petiiſſe, quo res domeſticas priùs arbitrio ſuo conſtitueret, atque interim vadem ſupplicij quendam ex amicis daturũ ſe promiſiſſe. Mirante autem Dionyſio an vllus eſſet amicus eiuſmodi,

qui pro amico libẽter ſe carcere includi pateretur, quendam ſubitò ex condiſcipulis aduocauit Phintias, Damonem nomine, Pythagoreum philoſophum, qui ſtatim ſine vlla ambage eius vas factus eſt. Erant tum multi qui eximiam illam ac ſingularem in amicum beneuolentiam laudarent, alij temeritatem ac ſtultitiam ſponſoris damnabant. Cæterùm conſtituta die, vniuerſa plebs congregata attentè opperiebatur, num is qui vadem ſuo loco conſtituerat, fidem ſuam liberaturus adeſſet. Iamque prope elapſo die cùm omnes deſperarent, & Damon ad ſupplicium duceretur, ecce derepentè Phintias ſub extremum horæ momentum accurrit. Admiratis eorum amicitiam omnibus, Dionyſius reum ſupplicio liberauit, petiitque vt ſe in amicitiam tertium adſcriberent.

Pythagorei maximam exercendæ memoriæ curam habebant, & huiuſmodi ferè exercitio vtebantur. Nunquam è cubili aſſurgebant quin priùs omnia ſua pridie facta memoriâ repeterent, à matutino tempore ſumpto initio in veſperum deſinentes; quod ſi fortè otio abundarent, quæcunque etiam nudiuſtertius quartúſve egerant, in memoriam reuocabant, ac retrò etiam amplius, cùm ad ſcientiam ac prudentiam & plurimarum rerum memoriam complectendam id conducere exiſtimarent.

Iidem philoſophi ad abſtinentiam ſe ipſi formabant huiuſmodi exercitatione. Apparato enim omni genere cupediarum, quæ in ſolennioribus conuiuiis apponi ſolent, cùm diutiſſimè oculos ſuos pauiſſent, eóque ſpectaculo cupiditates naturâ inſitas ad eſum prouocaſſent, ſtatim menſam tolli iubebant, atque ita impranſi diſcedebant.

Pythagoras diſcipulis ſuis præcipiebat, vt ad iurandum raro ac tardè accederent; vbi verò ſemel iuraſſent, vt prorſus ſacramenti fidem ſeruarent.

ὃς ἑαυτὸν εἰς τὴν εἱρκτὴν ἀντ' ἐκείνου παραδώσει, προσεκαλέσατό τινα τῶν γνωρίμων ὁ Φιντίας, Δάμωνα ὄνομα, Πυθαγόρειον φιλόσοφον, ὃς οὐδὲ διστάσας ἔγγυος εὐθὺς ἐγενήθη θανάτου. τινὲς μὲν οὖν ἐπῄνουν τὴν ὑπερβολὴν τῆς πρὸς τοὺς φίλους εὐνοίας, τινὲς δὲ τοῦ ἐγγύου προπέτειαν καὶ μανίαν κατεγίνωσκον. πρὸς δὲ τὴν τεταγμένην ὥραν ἅπας ὁ δῆμος συνέδραμεν, καραδοκῶν εἰ φυλάξει τὴν πίστιν ὁ καταστήσας. ἤδη δὲ τῆς ὥρας συγκλειούσης, πάντες μὲν ἀπεγίγνωσκον· ὁ δὲ Φιντίας ἀνελπίστως ἐπὶ τῆς ἐσχάτης τοῦ χρόνου ῥοπῆς δρομαῖος ἦλθε, τοῦ Δάμωνος ἀπαγομένου πρὸς τὴν ἀνάγκην. θαυμαστῆς δὲ τῆς φιλίας φανείσης ἅπασιν, ἀπέλυσεν ὁ Διονύσιος τῆς τιμωρίας τὸν ἐγκαλούμενον, καὶ παρεκάλεσε τοὺς ἄνδρας τρίτον ἑαυτὸν εἰς τὴν φιλίαν προσλαβέσθαι.

Ὅτι οἱ Πυθαγόρειοι καὶ τῆς μνήμης μεγίστην γυμνασίαν ἐποιοῦντο, τοιοῦτόν τινα τρόπον τῆς μελέτης ὑποστησάμενοι. οὐ πρότερον ἐκ τῆς εὐνῆς ἠγείροντο, πρὶν ἂν πρὸς ἑαυτοὺς ἀνθωμολογήσαντο τὰ κατὰ τὴν προτέραν ἡμέραν αὐτοῖς πραχθέντα, τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῆς πρωΐας, τὴν δὲ τελευτὴν ἕως ἑσπέρας ποιούμενοι. εἰ δ' ἀναστροφὴν ἔχοιεν καὶ πλείονα σχολὴν ἄγοιεν, καὶ τρίτῃ, καὶ τετάρτῃ, καὶ τῇ ἔτι πρότερον ἡμέραις πραχθέντα προσανελάμβανον. τοῦτο πρὸς ἐπιστήμην καὶ φρόνησιν, ἔτι δὲ τὴν πάντων ἐμπειρίαν τε τοῦ δύνασθαι πολλὰ μνημονεύειν.

Ὅτι ἐποιοῦντο καὶ τῆς ἐγκρατείας γυμνασίαν τόνδε τὸν τρόπον. παρασκευασάμενοι πάντα τὰ κατὰ τὰς λαμπροτάτας ἑστιάσεις παρατιθέμενα, πολὺν αὐτοῖς ἐνέβλεπον χρόνον· εἶτα διὰ τῆς θέας τὰς τῆς φύσεως ἐπιθυμίας πρὸς τὴν ἀπόλαυσιν ἐκκαλεσάμενοι, τὰς τραπέζας ἐκέλευον αἴρειν τοὺς παῖδας, καὶ παραχρῆμα ἄγευστοι τῶν παρατεθέντων ἐχωρίζοντο.

Ὅτι Πυθαγόρας παρήγγελλε τοῖς μανθάνουσι, σπανίως μὲν ὀμνύναι, χρησαμένους δὲ τοῖς ὅρκοις πάντως ἐμμένειν.

Ὅτι ὁ αὐτὸς Πυθαγόρας καὶ περὶ τῶν ἀφροδισίων ἐκλογιζόμενος τὸ συμφέρον, παρήγγελλε κατὰ μὲν τὸ θέρος μὴ πλησιάζειν γυναιξὶ, κατὰ δὲ τὸν χειμῶνα προσιέναι πεφεισμένως. καθόλου γὰρ τὸ γένος τῶν ἀφροδισίων ὑπελάμβανεν εἶναι βλαβερὸν, τὴν δὲ συνέχειαν αὐτῶν τελέως ἀσθενείας καὶ ὀλέθρου ποιητικὴν ἐνόμιζε.

Ὅτι ὁ αὐτὸς Πυθαγόρας παρήγγελλε πρὸς τοὺς θεοὺς προσιέναι τοὺς θύοντας, μὴ πολυτελεῖς, ἀλλὰ λαμπρὰς καὶ καθαρὰς ἔχοντας ἐσθῆτας· ὁμοίως δὲ μὴ μόνον τὸ σῶμα καθαρὸν παρεχομένους πάσης ἀδίκου πράξεως, ἀλλὰ καὶ τὴν ψυχὴν ἁγνεύουσαν.

Ὅτι ὁ αὐτὸς πολλὰ καὶ ἄλλα διαλεγόμενος πρὸς βίου σώφρονος ζῆλον, καὶ πρὸς ἀνδρείαν τε καὶ καρτερίαν, ἔτι δὲ τὰς ἄλλας ἀρετὰς, ἴσα θεοῖς παρὰ τοῖς Κροτωνιάταις ἐτιμᾶτο.

Ὅτι Κροτωνιάτης τις Κύλων ὄνομα, τῇ οὐσίᾳ καὶ δόξῃ πρῶτος τῶν πολιτῶν, ἐπεθύμησε Πυθαγόρειος γενέσθαι. ὢν δὲ χαλεπὸς καὶ βίαιος τὸν τρόπον, ἔτι δὲ στασιαστὴς καὶ τυραννικὸς ἀπεδοκιμάσθη. παροξυνθεὶς οὖν τῷ συστήματι τῶν Πυθαγορείων, ἑταιρείαν μεγάλην συνεστήσατο, καὶ διετέλει πάντα καὶ λέγων, καὶ πράττων κατ' αὐτῶν.

Ὅτι Λύσις ὁ Πυθαγόρειος εἰς Θήβας τῆς Βοιωτίας γενόμενος διδάσκαλος Ἐπαμινώνδου, τοῦτον μὲν τέλειον ἄνδρα πρὸς ἀρετὴν κατέστησε, καὶ πατὴρ αὐτοῦ θετὸς ἐγένετο δι' εὔνοιαν. ὁ δὲ Ἐπαμινώνδας τῆς τε καρτερίας καὶ λιτότητος, καὶ τῶν
mſ. ἐνάσμ. ἄλλων ἀρετῶν ἐκ τῆς Πυθαγορείου φιλοσοφίας * ἐναύσματα λαβὼν, οὐ μόνον Θηβαίων, ἀλλὰ καὶ πάντων τῶν κατ' αὐτὸν ἐπρώτευεν.

Ὅτι δὲ τῶν προγεγονότων ἀνδρῶν ἡ τῶν βίων ἀναγραφὴ δυσκολίαν μὲν παρέχεται τοῖς γράφουσιν, ὠφελεῖ δὲ οὐ μετρίως τὸν κοινὸν βίον. μετὰ παρρησίας γὰρ δηλοῦσα τὰ καλῶς

Idem in rebus Venereis vtilitatem ſpectans conſulebat vt æſtate quidem à coïtu abſtinerent, hyeme verò parcè ac moderatè ad coïtum accederent. Etenim concubitum in vniuerſum rem noxiam eſſe exiſtimabat; continuum autem Veneris vſum penitùs vires labefactare, ac perniciem afferre aiebat.

Idem monebat, vt ſacrificantes non precioſis, ſed candidis ac puris veſtibus amicti Deos adirent; neque ſolùm corpus mundum ab omni labe ac ſcelere, verùm mentem quoque caſtam afferrent.

Hæc & eiuſmodi plurima cùm ille præciperet, & ad continentiæ ſtudium ac fortitudinis & conſtantiæ, reliquarúmque virtutum homines excitaret, inſtar cuiuſdam numinis à Crotoniatis colebatur.

Cylo quidam Crotoniata, vir & famâ & opibus ciuitatis facilè princeps, cùm in Pythagoreorum collegium adſcribi poſtulaſſet, repulſam paſſus eſt, eò quod naturâ violentus atque intractabilis eſſet, ac præterea ſeditionum ac dominandi auidus. Qua repulſa ille exacerbatus, maximam manum factioſorum aduerſus ſodalitatem Pythagoreorum collegit, atque exinde nihil non contra illos dicere ac moliri cœpit.

Lyſis Pythagoreus, Thebas Bœotiæ profectus, præceptor Epaminondæ fuit, eúmque ad virtutem egregiè formauit, ac propter beneuolentiam pro adoptiuo filio habuit. Cæterùm Epaminondas conſtantiæ ac frugalitatis, & reliquarum virtutum ex Pythagorica philoſophia conceptis quibuſdam velut ſcintillis, non Thebanorum modò, ſed omnium ætatis ſuæ Græcorum ſine controuerſia princeps extitit.

Eorũ qui ſuperiori memoria vixerũt, vitã ſcriptis prodere, res eſt ſcriptoribus quidem ipſis difficilis ac moleſta, ſed magnoperè in commune vtilis. Huiuſmodi enim

hiſtoria, res præclarè ac ſecùs geſtas commemorando, viros bonos laudibus proſequitur, malos contrà vituperat. Eſt autem laus quaſi quoddam virtutis præmium nullo conſtans ſumptu: vituperium verò pœna eſt vitij abſque vulnere. Porrò expedit vt omnes intelligant quam quiſque viuendi rationem inierit, talem poſt obitum memoriam eius futuram: ne fortè in marmoreis monumentis ſtudium omne ſuum collocent, quæ & vnius loci anguſtiis continentur, & temporis lapſu corrumpuntur: ſed potius ad doctrinam cæteráſque virtutes animum ſuum applicent, quarum fama per vniuerſum orbem terrarum vagatur. Ætas porrò quæ cæteras res conſumere ſolet, earum immortalem memoriam conſeruat, quóque magis progreditur ac ſeneſcit, eò recentiores ac viridiores illas præſtat. Itaq. illi cùm iampridem eſſe deſierint, in omnium tamen ore verſantur.

Erat Cambyſes naturâ quidem furioſus, ac mente captus; ſed multò acerbiorem atque inſolentiorem eum fecerat regni amplitudo.

Captis Memphi ac Peluſio oppidis Cambyſes fortunâ impotenter vſus, Amaſis Ægyptiorum olim Regis ſepulcrum diruit; cúmque cadauer in loculo conditum ac differtum odoribus reperiſſet, verberibus, omníque priús contumelia affectum, tandem cremari iuſſit. Nam cùm Ægyptij cadauera cremare nequaquam ſolerent, hoc pacto grauiſſimam pœnam de homine pridem mortuo ſumpturum ſe eſſe exiſtimabat.

Cambyſes cùm aduerſus Æthiopes expeditionem pararet, partem copiarum contra Ammonios miſit, Præfectiſque mandauit vt oraculum Iouis Ammonis ſpoliatum incenderent, & vniuerſos accolas in ſeruitutem redigerent.

περ

παραδοθέντα, τοὺς μὲν ἀγαθοὺς κοσμεῖ, τοὺς δὲ πονηροὺς ταπεινοῖ, διὰ τῶν οἰκείων ἑκάστοις ἐγκωμίων τε καὶ ψόγων. ἔστι δ᾽ ὁ μὲν ἔπαινος, ὡς ἄν τις εἴποι, ἔπαθλον ἀρετῆς ἀδάπανον. ὁ δὲ ψόγος, τιμωρία φαυλότητος ἄνευ πληγῆς. καλὸν δὲ τοῖς μεταγενεστέροις ὑποκεῖσθαι, διότι βίον * οἷον ἄν τις ἕληται ζῆν, (mſ. οἷοις) τοιαύτης ἀξιωθήσεται μετὰ τὸν θάνατον μνήμης· ἵνα μὴ περὶ τὰς τῶν λιθίνων μνημείων κατασκευὰς σπουδάζωσιν, ἃ καὶ τόπον ἕνα κατέχει, καὶ φθορᾶς ὀξείας τυγχάνει· ἀλλὰ περὶ λόγον καὶ τὰς ἄλλας ἀρετάς, αἳ πάντη φοιτῶσι διὰ τῆς φήμης. ὁ δὲ χρόνος ὁ πάντα μαραίνων τἄλλα, ταύτας ἀθανάτους φυλάττει, καὶ πρεσβύτερος γινόμενος αὐτὰς ταύτας ποιεῖ νεωτέρας. ζῆλος δὲ ἐπὶ τῶν ἀνδρῶν * ἐγένετο προειρημένος. (f. ἐγγίνεται) πάλαι γὰρ γεγονότες, ὥσπερ νῦν ὄντες ὑπὸ πάντων μνημονεύονται.

Ὅτι ὁ Καμβύσης ὢν μὲν φύσει μανικὸς καὶ παρακεκινηκὼς τοῖς λογισμοῖς· πολὺ δὲ μᾶλλον αὐτὸν ὠμὸν καὶ ὑπερήφανον ἐποίει τὸ τῆς βασιλείας μέγεθος.

Ὅτι Καμβύσης ὁ Πέρσης, μετὰ τὴν ἅλωσιν Μέμφεως καὶ Πηλουσίου, τὴν εὐτυχίαν οὐ φέρων ἀνθρωπίνως, τὸν Ἀμάσιος τοῦ πρότερον βεβασιλευκότος τάφον ἀνέσκαψεν. εὑρὼν δὲ ἐν τῇ θήκῃ τὸν νεκρὸν τεταριχευμένον, τό τε σῶμα τοῦ τετελευτηκότος ᾐκίσατο, καὶ πᾶσαν ὕβριν εἰς τὸν οὐκ αἰσθανόμενον εἰσενεγκάμενος, τελευταῖον προσέταξε κατακαῦσαι τὸν νεκρόν. οὐκ εἰωθότων γὰρ πυρὶ παραδιδόναι τῶν ἐγχωρίων τὰ σώματα τῶν τετελευτηκότων, ὑπελάμβανε καὶ διὰ τούτου τοῦ τρόπου πλημμελήσειν τὸν πάλαι προτετελευτηκότα.

Ὅτι Καμβύσης μέλλων στρατεύειν ἐπ᾽ Αἰθιοπίαν, ἔπεμψε μέρος τῆς δυνάμεως ἐπ᾽ Ἀμμωνίους, προστάξας τοῖς ἡγεμόσι τὸ μαντεῖον συλήσαντας ἐμπρῆσαι, τούς τε περιοικοῦντας τὸ ἱερὸν ἅπαντας ἐξανδραποδίσασθαι.

Ὅτι Λυδοί τινες φεύγοντες τὴν Ὀροίτου τοῦ σατράπου δυναστείαν κατέπλευσαν εἰς Σάμον μετὰ πολλῶν χρημάτων, καὶ τοῦ Πολυκράτους ἱκέται ἐγένοντο. ὁ δὲ τὸ μὲν πρῶτον αὐτοὺς φιλοφρόνως ὑπεδέξατο. μετ' ὀλίγον δὲ πάντας ἀποσφάξας, τῶν χρημάτων ἐγκρατὴς ἐγένετο.

Ὅτι Θέτταλος ὁ Πεισιστράτου υἱὸς σοφὸς ὑπάρχων ἀπείπατο τὴν τυραννίδα, καὶ τὴν ἰσότητα ζηλώσας μεγάλης ἀποδοχῆς ἠξιοῦτο παρὰ τοῖς πολίταις. οἱ δὲ ἄλλοι Ἵππαρχος καὶ Ἱππίας βίαιοι καὶ χαλεποὶ καθεστῶτες ἐτυράννουν τῆς πόλεως. πολλὰ δὲ παρανομοῦντες εἰς τοὺς Ἀθηναίους, καί τινος μειρακίου διαφόρου τὴν ὄψιν Ἵππαρχος ἐρασθεὶς διὰ τοῦτο ἐκινδύνευσεν. ἡ μὲν οὖν ἐπὶ τοὺς τυράννους ἐπίθεσις, καὶ ἡ πρὸς τὴν τῆς πατρίδος ἐλευθερίαν σπουδὴ κοινὴ τῶν προειρημένων ὑπῆρξεν ἀνδρῶν. ἡ δὲ ἐν ταῖς βασάνοις παράστασις τῆς ψυχῆς, καὶ τὸ καρτερικὸν τῆς τῶν δεινῶν ὑπομονῆς περὶ μόνον ἐγενήθη τὸν Ἀριστογείτονα. ὃς ἐν τοῖς φοβερωτάτοις καιροῖς δύο μέγιστα διετήρησε, τήν τε πρὸς τοὺς φίλους πίστιν, καὶ τὴν πρὸς τοὺς ἐχθροὺς τιμωρίαν.

ΠΕΡΙ ΖΗΝΩΝΟΣ.

Ὅτι τυραννουμένης τῆς πατρίδος ὑπὸ Νεάρχου σκληρῶς, ἐπιβουλὴν κατὰ τοῦ τυράννου κατεστήσατο. καταφανὴς δὲ γενόμενος, καὶ κατὰ τὰς ἐν ταῖς βασάνοις ἀνάγκας διερωτώμενος ὑπὸ τοῦ Νεάρχου, τίνες ἦσαν οἱ συνειδότες· ὤφελον γὰρ ἔφησεν ὥσπερ τῆς γλώττης εἰμὶ κύριος, οὕτως ὑπῆρχον καὶ τοῦ σώματος. τοῦ δὲ τυράννου πολὺ μᾶλλον ταῖς βασάνοις προσεπιτείναντος, ὁ Ζήνων μέχρι μέν τινος διεκαρτέρει· μετὰ δὲ ταῦτα σπεύδων ἀπολυθῆναί ποτε τῆς ἀνάγκης, καὶ ἅμα τιμωρήσασθαι τὸν Νέαρχον, ἐπενοήσατό τι τοιοῦτον. κατὰ τὴν ἐπιτονωτάτην* ἐπίστασιν τῆς βασάνου, προσποιηθεὶς ἐνδιδόναι τὴν ψυχὴν ταῖς ἀλγηδόσιν ἀνέκραγεν, ἄνετε, ἐρῶ γὰρ πᾶσαν ἀλήθειαν. ὡς δ' ἀνῆκεν, ἠξίωσεν αὐτὸν ἀκοῦσαι κατ' ἰδίαν προσελθόντα· πολλὰ γὰρ εἶναι τῶν λέγεσθαι μελλόντων, ἃ συνοίσει τηρεῖν ἐν ἀπορρήτῳ. τοῦ δὲ τυράννου προσελθόντος ἀσμένως,

* f. ἐπίτασιν.

Quidã Lydi impotentẽ Orœtis Satrapæ dominationẽ fugientes, Samũ cum magno auri pondere ſe receperũt, ac Polycratis fidem ſupplices implorarunt. Sed ille initio quidem ſatis benignè eos excepit, non multò autem poſtea cunctis trucidatis eorum pecuniam diripuit.

Theſſalus Piſiſtrati filius, vir ſapientiâ præſtans, tyrannide ſe abdicauit, & æquo cum ciuibus ſuis iure agens, maximam apud omnes laudem eſt adeptus. Reliqui verò eius fratres, Hipparchus atque Hippias, cùm ſæui ac violenti eſſent, tyrannidem in populares ſuos exercuerunt. Cúmque grauiſſimis iniuriis populum Athenienſem afflixiſſent, tandem Hipparchus formoſi cuiuſdam pueri amore captus, magnum in diſcrimen incidit. Et coniuratio quidem contra tyrannos atque in liberanda patria ſtudium commune Harmodij & Ariſtogitonis fuit: ſed magnitudinis animi atq. in tormentis perferendis conſtantiæ gloria penes vnum Ariſtogitonem ſtetit, qui ſummo in diſcrimine poſitus, duas res maximas cuſtodiuit, erga amicos fidem, aduerſus inimicos autem vindictam.

Zeno Eleates cùm aduerſus Nearchum, qui patriam ipſius acerba tyrannide opprimebat, coniurationem comparaſſet, deprehenſus, ac tormentis ſubditus eſt. Cúmque eum tyrannus de coniurationis conſciis interrogaret: Vtinam, inquit, vt linguam in poteſtate habeo, ſic corpus quoque liberum haberem. Enimuerò cùm tyrannus eò magis fidiculas intenderet, Zeno aliquandiu quidem dolorem fortiter tulit, poſteà verò cùm & ſeipſum liberare, & tyrannum vlciſci vellet, quiddam huiuſmodi excogitauit. Intenſo enim cummaximè eculeo, ſimulans ſe dolore ſuperatum cedere, exclamauit tortoribus vt laxarent; ſe enim omnia indicaturum eſſe. Igitur laxato eculeo tyrannum rogauit, vt ſolus accedere propius vellet; eſſe enim plurima, quæ ſecreta haberi valdè expediret. Cúmque tyrannus libenter acceſſiſſet, & ad

os Zenonis aurem ſuam admouiſſet, Zeno tyranni auriculam morſu corripuit: ſtatimque accurrentibus ſatellitibus, & omne tormenti genus admouentibus Zenoni, quo morſum remitteret, eò acriùs ille dentem infixit, donec ſatellites conſtantiam viri cùm frangere non poſſent, rogare tandem coacti ſunt vt dentes laxaret. Huiuſmodi arte à tormentis liberatus, ac tyrannum vltus eſt Zeno.

Sextus L. Tarquinij Romanorum Regis filius, Collatiam profectus, apud L. Tarquinium Regis cognatum diuertit, cui vxor erat Lucretia, mulier formæ pulcritudine morúmque caſtitate inſignis. Hanc nocte ſolam in thalamo cubantem, (quippe vir in caſtris ad Ardeam erat,) Sextus è cubili ſurgens, tentare aggreſſus eſt, effractáque cubiculi ianua, ſtricto gladio mortem Lucretiæ intentauit niſi morem gereret; paratúmque ſibi eſſe ſeruum dixit, quem nudum cum illa cubantem confoderet, vt in adulterio deprehenſa, & à propinquo viri ipſius meritò necata eſſe diceretur. Proinde ſatius eſſe vt ſuæ cupiditati tacita obſequeretur: porrò in præmium gratiæ multa ac maxima munera, ac coniugium ſuum mulieri promittebat, eam ex priuata domo in aulam Regiam noménque Reginæ migraturam. At Lucretia rei nouitate attonita, néve turpis adulterij cauſa reipſa necata eſſe videretur maximè verita, tum quidem conticuit. Poſtridie digreſſo Sexto, neceſſarios ſuos quamprimùm accerſiuit, petiitque ne inultum eſſe paterentur hominis ſcelus, qui omnia hoſpitalia ac cognationis iura violaſſet: ſe quidem contaminato pudori diutiùs ſupereſſe haudquaquam decere. His dictis, cultrum pectori infixit, ſicque extremum ſpiritum reddidit.

καὶ τὴν ἀκοὴν τῷ στόματι περιβαλόντος, ὁ Ζήνων τοῦ τε θανάτου περιεχόμενον δ' οὓς ἐνέπρισε τοῖς ὀδοῦσι· τῶν δ' ὑπηρετῶν ταχὺ προσδραμόντων, καὶ πᾶσαν τῷ βασανιζομένῳ προσφερόντων τιμωρίαν εἰς τὸ χαλάσαι τὸ δῆγμα, πολὺ μᾶλλον προσενεφύετο. τέλος δ' οὐ δυνάμενοι τἀνδρὸς νικῆσαι τὴν εὐψυχίαν, παρεκάλεσαν αὐτὸν ἵνα διίῃ τοὺς ὀδόντας. καὶ τοιούτῳ τεχνήματι τῶν ἀλγηδόνων ἀπελύθη, καὶ παρὰ τοῦ τυράννου τὴν ἐνδεχομένην ἔλαβε τιμωρίαν.

Ὅτι Λευκίου Ταρκυνίου τοῦ Ῥωμαίων βασιλέως ὁ υἱὸς Σέξτος ἐξεδήμησεν εἰς πόλιν Κολλατίαν καλουμένην, καὶ κατέλυσε πρὸς Λεύκιον Ταρκύνιον ἀνεψιὸν τοῦ βασιλέως, ἔχοντα γυναῖκα Λουκρητίαν, ἥτις ἦν εὐπρεπὴς μὲν τὴν ὄψιν, σώφρων δὲ τὸν τρόπον. ἐπὶ στρατοπέδου γὰρ ὄντος τἀνδρὸς, ὁ ξένος νυκτὸς ἐγερθεὶς ἐκ τοῦ κοιτῶνος ὥρμησεν ἐπὶ τὴν γυναῖκα κοιμωμένην ἔν τινι θαλάμῳ. ἐπιστὰς δὲ ταῖς θύραις ἄφνω, καὶ σπασάμενος τὸ ξίφος, παρασκευάσασθαι μὲν ἔφησεν οἰκέτην ἐπιτήδειον εἰς ἀναίρεσιν, συγκατασφάξειν δὲ κἀκείνην, ὡς ἐπὶ μοιχείᾳ κατειλημμένην, καὶ τετευχυῖαν τῆς προσηκούσης τιμωρίας ὑπὸ τοῦ συγγενεστάτου τῷ συνοικοῦντι. διόπερ αἱρετώτερον ὑπάρχειν ὑπουργῆσαι ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτοῦ σιωπῶσαν· λήψεσθαι δὲ ἔπαθλον τῆς χάριτος δωρεάς τε μεγάλας, καὶ τὴν μετ' αὐτοῦ συμβίωσιν, καὶ *γενήσεσθαι βασίλισσαν, ἰδιωτικῆς ἑστίας ἐξηλλαγμένην ἡγεμονίαν. ἡ δὲ Λουκρητία διὰ τὸ παράδοξον ἐκπλαγὴς γενομένη, καὶ φοβηθεῖσα μήποτε ταῖς ἀληθείαις δόξῃ διὰ τὴν μοιχείαν ἀνῃρῆσθαι, τότε μὲν ἡσυχίαν ἔσχεν. ἡμέρας δὲ γενομένης ὁ Σέξτος ἐχωρίσθη. ἡ δὲ ἐκάλεσε τοὺς οἰκείους, καὶ ἠξίου μὴ περιιδεῖν ἀτιμώρητον τὸν ἀσεβήσαντα εἰς ξενίαν ἅμα καὶ συγγένειαν. ἑαυτῇ δὲ φήσασα μὴ προσήκειν ἐφορᾶν τὸν ἥλιον τηλικαύτης ὕβρεως πεπειραμένην, ξιφιδίῳ πατάξασα τὸ στῆθος ἑαυτῆς ἐτελεύτησεν.

mſ. γενέσθ.

Ὅτι Ἱπποκράτης ὁ Γελῷος τύραννος, τοὺς Συρακουσίους νενικηκὼς κατεστρατοπέδευσεν εἰς τὸ τοῦ Διὸς ἱερόν. κατέλαβεν δὲ αὐτὸν τὸν ἱερέα καὶ τῶν Συρακουσίων τινὰς καθαιροῦντας ἀναθήματα χρυσᾶ, καὶ μάλιστα ἱμάτιον τοῦ Διὸς περιαιρουμένους ἐκ πολλοῦ κατεσκευασμένον χρυσίου· καὶ τούτοις μὲν ἐπιπλήξας ὡς ἱεροσύλοις, ἐκέλευσεν ἀπελθεῖν εἰς τὴν πόλιν. αὐτὸς δὲ τῶν ἀναθημάτων ἀπέσχετο, φιλοδοξῆσαι θέλων, καὶ νομίζων δεῖν τὸν τηλικοῦτον ἐπαναιρούμενον πόλεμον μηδὲν ἐξαμαρτάνειν εἰς τὸ θεῖον· ἅμα δὲ νομίζων διαβάλλειν τοὺς προεστῶτας τῶν ἐν Συρακούσαις πραγμάτων πρὸς τὰ πλήθη, διὰ τὸ δοκεῖν αὐτοὺς πλεονεκτικῶς, ἀλλ' οὐ δημοτικῶς οὐδ' ἴσως ἄρχειν.

Ὅτι Θήρων ὁ Ἀκραγαντῖνος γένει καὶ πλούτῳ, καὶ τῇ πρὸς τὸ πλῆθος φιλανθρωπίᾳ πολὺ προεῖχεν οὐ μόνον τῶν πολιτῶν, ἀλλὰ καὶ πάντων τῶν Σικελιωτῶν.

Ὅτι τοῦ Μιλτιάδου υἱὸς ὁ Κίμων τελευτήσαντος τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἐν τῇ δημοσίᾳ φυλακῇ διὰ τὸ μὴ ἰσχύσαι ἐκτῖσαι τὸ ὄφλημα, ἵνα λάβῃ τὸ σῶμα τοῦ πατρὸς εἰς ταφήν, ἑαυτὸν εἰς τὴν φυλακὴν παρέδωκε, καὶ διεδέξατο τὸ ὄφλημα.

Ὅτι ὁ Κίμων φιλότιμος ὢν εἰς τὴν τῶν κοινῶν διοίκησιν, ἐξ ὑστέρου ἀγαθὸς στρατηγὸς ἐγενήθη, καὶ διὰ τῆς ἰδίας ἀρετῆς ἐνδόξους πράξεις κατειργάσατο.

Ὅτι οἱ ἐν Θερμοπύλαις ἀνδρείως ἀγωνισάμενοι ἀπέθανον. ὧν τὰς ἀρετάς, &c. *quæ ſunt edita in lib.* XI. *Diodori pag. 9. quæ deinde ſequuntur in Codice manuſcr. eo quod in libris Diodori editis extant conſulto prætermiſimus. 12. folia.*

Ὅτι Ἀντίγονος ὁ βασιλεὺς ἐξ ἰδιώτου γενόμενος δυνάστης, καὶ πλεῖστον ἰσχύσας τῶν καθ' αὐτὸν βασιλέων, οὐκ ἠρκέσθη τῇ παρὰ τῆς τύχης δωρεᾷ. ἀλλ' ἐπιβαλόμενος τὰς τῶν ἄλλων βασιλείας εἰς αὑτὸν ἀδίκως περιστῆσαι, τὴν ἰδίαν ἀπέβαλεν ἀρχήν, ἅμα καὶ τοῦ ζῆν ἐστερήθη.

Hippocrates Gelæ tyrannus, victis prælio Syracuſanis, cùm in Iouis templo caſtra metatus eſſet, ipſum ſacerdotem templi, vnáque aliquot Syracuſanorum principes deprehendit, qui aurea donaria diripiebant, & Iouis præcipuè pallium ex auro ſolido confectum detrahebant. Hos igitur tanquam ſacrilegos grauiter obiurgatos, ocyus repetere vrbem iuſſit. Ipſe ab omnibus donariis templi manus abſtinuit: tum gloriæ ſtudio, tum quod exiſtimabat ei qui tantum bellum ſuſcepiſſet, nullum ſcelus aduerſus Deos ſuſcipiendum eſſe; ſimul etiam conciliaturum ſe populi inuidiam principibus Syracuſanorum ſperabat, cùm rapacem dominationem exercere, non verò ciuiliter ac moderatè Rempublicam regere viderentur.

Thero Agrigentinus, & generis ſplendore, & opibus, & humanitate erga infimum quemque non inter ciues modò, ſed inter omnes omninò Siculos longè eminebat.

Miltiadis filius Cimon, cùm eius pater in publica cuſtodia eſſet mortuus, eò quod mulctam ſoluere non potuiſſet, vt cadauer illius ad ſepulturam acciperet, corpus ſuum vicarium vinculis tradidit, ac paterni debiti hereditatem adiit.

Cimon cùm in gerenda Repub. gloriam ambiret, poſtea ſummus in bello dux extitit, & res ſempiternâ memoriâ dignas ſua virtute geſſit.

Græci cum Leonida ad Thermopylarum aditum excubantes, *&c. quæ ſunt edita in lib. XI. hiſt. Diodori, pag. 9.*

Ex Libro XXI.

Antigonus Rex ex homine priuato ad fortunam regiam euectus, cùm cæterorum ætatis ſuæ principum potentiſſimus eſſet, tamen fortunæ acquieſcere non potuit. ſed aliorum quoque principatum nullo iure ſibi adiungere conatus, & regnum ſuum & præterea vitam amiſit.

Agathocles cùm didiciſſet Ligures ac Tyrrhenos abſente ſe ſtipendium à filio ſuo Agatharcho ſeditiosè flagitaſſe, omnes trucidauit numero ferè bis mille.

Thraces, qui Agathoclem Lyſimachi Regis filium in prælio ceperant, eum ad patrem cum muneribus remiſerunt: cùm hoc facto ad incertos fortunæ caſus præſidium ſibi compararent, & ſimul ſperarent ob eam gratiam agrum ſuum quem Lyſimachus occupauerat, ſe gratuitò recuperaturos. Iam enim omnem victoriæ ſpem abiecerant, cùm tot tantóſque Reges viderent ſocietate inter ſe facta Lyſimacho opem ferre.

Dromichætes Thracum Rex Lyſimachum in prælio captum omni humanitatis genere excepit, amplexúſque ac deoſculatus & patrem eum compellans, cum liberis, in vrbem quæ Helis dicitur, deduxit.

Cúmque Thraces concurſu facto exclamarent iuberéntque vt Rex in pugna captus, in medium produceretur, ac ſupplicium de eo ſumeretur, (quippe æquum eſſe vt populus qui in pugnæ diſcrimine verſatus fuiſſet, de hoſtibus captis pro arbitrio ſtatueret,) Dromichætes progreſſus milites monuit è re publica eſſe hominem incolumem ſeruare: Etenim illò occiſo, alios ſtatim Reges Lyſimachi ditionem occupaturos, maiori fortaſſis quàm Lyſimachum terrori fore. Contrà verò ſeruatum plurimam Thracibus gratiam habiturum incolumitatis ergo, & caſtella quæcunque priùs ditionis Thracum fuiſſent, abſque periculo recuperatum iri. Quibus cùm multitudo aſſenſum præbuiſſet, Dromichætes amicos ac miniſtros omnes Lyſimachi quoſcunque inter captiuorum numerum conquirere potuit, ad Lyſimachum perduxit.

Ὅτι Ἀγαθοκλῆς πυθόμενος τούς τε Λίγυας καὶ Τυρρηνοὺς ταραχωδῶς ἀπῃτηκέναι τοὺς μισθοὺς τὸν υἱὸν Ἀγάθαρχον κατὰ τὴν ἀπουσίαν αὐτοῦ, πάντας ἀπέσφαξεν οὐκ ἐλάττους ὄντας τῶν διχιλίων.

Ὅτι οἱ Θρᾶκες τὸν τοῦ βασιλέως υἱὸν Ἀγαθοκλέα λαβόντες αἰχμάλωτον ἀπέστειλαν μετὰ δώρων· ἅμα μὲν πρὸς τὰ παράδοξα τῆς τύχης ἑαυτοῖς παρασκευάζοντες καταφυγάς, ἅμα δὲ διὰ τῆς φιλανθρωπίας ταύτης ἐλπίζοντες ἀπολήψεσθαι τὴν ἀφῃρημένην αὐτῶν χώραν ὑπὸ Λυσιμάχου. οὐκέτι γὰρ ἤλπιζον αὐτοὺς δύνασθαι κρατῆσαι τοῦ πολέμου, συμπεφρονηκότων ἁπάντων σχεδὸν τῶν δυνατωτάτων βασιλέων, καὶ συμμαχούντων ἀλλήλοις.

Ὅτι ὁ Δρομιχαίτης ὁ τῶν Θρᾳκῶν βασιλεὺς κατὰ πάντα τὸν Λυσίμαχον τὸν βασιλέα δεξιωσάμενος καὶ φιλήσας, ἔτι δὲ πατέρα προσαγορεύσας, ἀπήγαγε μετὰ τῶν τέκνων εἰς πόλιν τὴν ὀνομαζομένην Ἧλιν.

Ὅτι μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς Λυσιμάχου δυνάμεως, συνδραμόντων τῶν Θρᾳκῶν καὶ βοώντων, ἄγειν εἰς τὸ μέσον τὸν ἡλωκότα βασιλέα πρὸς τὴν κόλασιν. δεῖν γὰρ τὴν ἐξουσίαν ἔχειν τὸ τῶν κινδύνων μετεσχηκὸς πλῆθος βουλεύσασθαι, πῶς χρηστέον ἐστὶ τοῖς ἡλωκόσιν· ὁ μὲν Δρομιχαίτης περὶ τῆς τιμωρίας τοῦ βασιλέως ἀντειπών, ἐδίδαξε τοὺς στρατιώτας, ὅτι συμφέρει σῶσαι τὸν ἄνδρα. ἀναιρεθέντος μὲν γὰρ αὐτοῦ βασιλεῖς ἄλλους καταλήψεσθαι τὴν Λυσιμάχου δυναστείαν, φοβερωτέραν οὖσαν ἂν τύχῃ τοῦ προϋπάρξαντος. διαφυλαχθέντος δὲ χάριν ἕξειν ὀφειλομένην τοῖς Θρᾳξὶ παρὰ τοῦ σωθέντος, καὶ τὰ φρούρια τὰ πρότερον ὑπάρξαντα Θρᾳκῶν ἀπολήψεσθαι χωρὶς κινδύνων. συγκαταθεμένου δὲ τοῦ πλήθους ὁ Δρομιχαίτης ἀναζητήσας ἐκ τῶν αἰχμαλώτων τοὺς φίλους τοῦ Λυσιμάχου, καὶ τοὺς περὶ τὴν θεραπείαν εἰωθότας διατρίβειν,

ἀπήγαγε πρὸς ἡλωκότα βασιλέα. μετὰ δὲ ταῦτα συντελέσας θυσίαν, παρέλαβεν ἐπὶ τὴν ἑστίασιν τόν τε Λυσίμαχον μετὰ τῶν αὐτοῦ φίλων, καὶ τῶν Θρᾳκῶν τοὺς ἐπιτηδειοτάτους. διττὰς δὲ κλισίας παρασκευάσας, τοῖς μὲν περὶ τὸν Λυσίμαχον ἔστρωσε τὴν ἁλοῦσαν βασιλικὴν στρωμνήν, ἑαυτῷ δὲ καὶ τοῖς φίλοις εὐτελῆ στιβάδα. ὁμοίως δὲ διττῶν ἑτοιμασθέντων δείπνων, ἐκείνοις μὲν παντοδαπῶν πολυτέλειαν βρωμάτων παρέθηκεν ἐπὶ τραπέζης ἀργυρᾶς· τοῖς δὲ Θρᾳξὶ λάχανα καὶ κρέα μετρίως
l. ὑποκ. ἐσκευασμένα, ἐπὶ σανίδος εὐτελοῦς ἐπικειμένης αὐτῆς τῆς τραπέζης. τὸ δὲ τελευταῖον τοῖς μὲν ἐνέχει τὸν οἶνον ἐν ἀργυροῖς καὶ χρυσοῖς ποτηρίοις, τοῖς δὲ μεθ' ἑαυτοῦ κερατίνοις, καὶ ξυλίνοις, καθάπερ ἦν ἔθος τοῖς Γέταις. προβαίνοντος δὲ τοῦ πότου πληρώσας τὸ μέγιστον τῶν κεράτων, καὶ προσαγορεύσας πατέρα τὸν Λυσίμαχον ἠρώτησε, πότερον αὐτῷ δοκεῖ τὸ δεῖπνον βασιλικώτερον τὸ Μακεδονικὸν ἢ τὸ Θρᾴκιον; τοῦ δὲ Λυσιμάχου τὸ Μακεδονικὸν εἰπόντος· ΖΗΤΕΙ ΕΙΣ ΤΟ ΠΕΡΙ ΓΝΩΜΩΝ.

Ὅτι ὁ βασιλεὺς Δημήτριος παραλαβὼν καὶ τὰς ἄλλας πόλεις, προσηνέχθη τοῖς Βοιωτοῖς μεγαλοψύχως. πλὴν γὰρ ἀνδρῶν δέκα καὶ τεττάρων τῶν αἰτιωτάτων τῆς ἀποστάσεως, ἀπέλυσε τῶν ἐγκλημάτων ἅπαντας.

Ὅτι Ἀγάθαρχος ἀνδρείᾳ καὶ ψυχῆς εὐτολμίᾳ πολὺ τοῦ κατὰ λόγον ὑπεραίρων τῆς ἰδίας ἡλικίας. ἦν γὰρ παντελῶς νέος.

ΤΙΜΑΙΟΣ Ὅτι οὗτος ἰσοεικὸς τὰς ἁμαρτίας τῶν πρὸ ἑαυτοῦ συγγραφέων πικρότατα ἐλέγξας, κατὰ μὲν τἆλλα μέρη τῆς γραφῆς πλείστην πρόνοιαν εἶχε τῆς ἀληθείας. ἐν δὲ ταῖς Ἀγαθοκλέους πράξεσι τὰ πολλὰ κατέψευσται τοῦ δυνάστου διὰ τὴν πρὸς αὐτὸν ἔχθραν. φυγαδευθεὶς γὰρ ὑπ' Ἀγαθοκλέους ἐκ τῆς Σικελίας, ζῶντα μὲν ἀμύνασθαι τὸν δυνάστην οὐκ ἴσχυσε

Poſtea verò cùm ſolenne ſacrum Diis faceret, Lyſimachum cum omnibus amicis, ac primores Thracum ad cœnam inuitauit, duobúſque apparatis tricliniis, lectos quidem, quibus Lyſimachus cum amicis diſcubiturus erat, regiis ſtragulis in prælio captis ſtrauit; ſibi verò ac reliquis Thracibus vile ſtramentum parauit. Similiter & duabus apparatis cœnis, illis quidem opiparas omnis generis dapes in argenteis menſis appoſuit, Thracibus autem olera & carnes modicè condîtas, in ligneis tabulis menſæ nudæ ſuperponi iuſſit. Poſtremò illis quidem vinum in argenteis aureiſque poculis miniſtrauit, ſibi verò ac ſuis more Getarum ligneis ac corneis vaſis propinari iuſſit. Poſtea verò cùm conuiuium proceſſiſſet, maximum cornu mero impleuit, & Lyſimachum patrem appellans interrogauit, vtra ipſi regalior cœna videretur, Thracica an Macedonica? Cúmque Lyſimachus Macedonicam dixiſſet. RELIQVA PETE EX SENTENTIARVM EXCERPTIS.

Demetrius Rex cùm reliquas quoque vrbes ad deditionem compuliſſet, clementer ac magnificè erga Bœotos ſe geſſit. Nam præter quatuordecim admodum homines, qui præcipui defectionis auctores fuerant, cæteros immunes abſoluit.

Agatharchus fortitudine & audacia, ſupra quam ætas ferret, pollebat, quippe ille admodum erat iuuenis.

Timæus, qui anteriorum hiſtoriæ ſcriptorum errores acerbiſſimè caſtigauit, fuit ille quidem in cæteris hiſtoriæ ſuæ partibus veritatis ſtudioſiſſimus, ſed in reb. geſtis Agathoclis prę odio, quo in illũ erat affect⁹, multa cõfinxit. Nãq. ab Agathocle ex inſula in exiliũ pulſus, tyrannũ quidem ipſum quandiu vixit, vlciſci minimè valuit;

mortuum verò omnibus conuiciis in hiſtoria ad poſteritatis memoriam lacerauit. Siquidem iis vitiis quæ in Rege illo fuerunt, multa ille alia commentus de ſuo adijcit, atque in vniuerſum omnes proſperos eius ſucceſſus deterit, aduerſos autem caſus non eos ſolùm qui Agathoclis culpâ, ſed etiam qui fortuitò euenerant, ei vitio vertit. Cúmque inter omnes conſtet Agathoclem & conſilio in re militari valuiſſe, & induſtriâ atque audaciâ in maximis diſcriminibus ſingulari præditum fuiſſe, ipſe tota paſſim hiſtoria imbellem eum atque ignauum vocitare non deſinit. Et tamen quis eſt qui ignorat neminem minoribus vſum præſidiis & adiumentis, tantam dominationem vnquam ſibi comparauiſſe? Qui cùm à puero ob egeſtatem atq. obſcuritatem generis ſellularius opifex fuiſſet, poſtmodum ſua virtute non vniuerſæ modò Siciliæ dominationem adeptus eſt, ſed & Italiæ Africæq. maximam partem armis ſubegit. Ac leuitatem ipſius Timæi meritò quis miretur, qui cùm ferè omnibus paginis Syracuſanorum fortitudinem laudibus efferat, eum qui Syracuſanos domuit, omnium hominum ignauiſſimum fuiſſe affirmat. Ex his igitur adeo inter ſe pugnantibus atque contrariis manifeſtò conuincitur, veritatis ſtudium quod in hiſtorico præcipuum eſſe debet, priuatæ ſimultatis ac contentionis cauſa prodidiſſe. Quamobrem poſtremos eius quinque libros, quibus res Agathoclis geſtas complexus eſt, nemo vnquam iure merito comprobarit.

Sed & Callias Syracuſanus obiurgatione æquè dignus eſt: qui cùm ab Agathocle opibus auctus fuiſſet, magnóque auctoramento interpretem veritatis hiſtoriam vendidiſſet, nullum laudandi muneratoris ſui in hiſtoria finem fecit. Etenim cùm Agathocles in pleriſque diuina humanáque iura violauerit, tamen ſcriptor iſte & pietate & humanitate eum reliquis mortalib. multùm præſtitiſſe ait. Deniq. quemadmodum Agathocles bona ciuib. per vim adempta, nullo iure huic ſcriptori

τελευτήσαντα δὲ διὰ τῆς ἱστορίας ἐβλασφήμησεν εἰς τὸν αἰῶνα. καθόλου γὰρ ταῖς προϋπαρχούσαις τῷ βασιλεῖ τούτῳ κακίαις ἄλλα πολλὰ παρ' ἑαυτοῦ προσθεὶς ὁ συγγραφεὺς, τὰς μὲν εὐημερίας ἀφαιρούμενος αὐτοῦ, τὰς δὲ ἀποτεύξεις, οὐ τὰς δι' αὐτὸν μόνον γενομένας, ἀλλὰ καὶ τὰς διὰ τύχην, μεταφέρων εἰς τὸν μηδὲν ἐξαμαρτόντα. γενομένου δὲ ὁμολογουμένως αὐτοῦ στρατηγικοῦ μὲν κατὰ τὴν ἐπίνοιαν, δραστικοῦ δὲ καὶ τεθαῤῥηκότος κατὰ τὴν ἐν τοῖς κινδύνοις εὐτολμίαν, οὐ διαλείπει παρ' ὅλην τὴν ἱστορίαν ἀποκαλῶν αὐτὸν ἄνανδρον, καὶ δειλόν. καίτοιγε τίς οὐκ οἶδεν, ὅτι τῶν πώποτε δυναστευσάντων οὐδεὶς ἐλάττοσιν ἀφορμαῖς χρησάμενος μείζω βασιλείαν περιεποιήσατο. χειροτέχνης γὰρ ἐκ παίδων γενόμενος δι' ἀπορίαν βίου καὶ πατέρων ἀδοξίαν, ἐξ ὑστέρου διὰ τὴν ἰδίαν ἀρετὴν, οὐ μόνον Σικελίας σχεδὸν ὅλης ἐκυρίευσεν, ἀλλὰ πολλὴν τῆς Ἰταλίας τε καὶ Λιβύης* μοῖραν τοῖς ὅπλοις κατεστρέψατο. θαυμάσαι δ' ἄν τις τοῦ συγγραφέως τὴν εὐχέρειαν· παρ' ὅλην γὰρ τὴν γραφὴν ἐγκωμιάζων τὴν τῶν Συρακοσίων ἀνδρείαν, τὸν τούτων κρατήσαντα, δειλίᾳ φησὶ διενηνοχέναι τοὺς ἅπαντας ἀνθρώπους. διὰ* γοῦν τῶν ἐν τῇ ἐναντιώσεσιν ἐλέγχων, φανερός ἐστι τὸ φιλαλῆθες τῆς ἱστορικῆς παῤῥησίας προδεδωκὼς, ἰδίας ἕνεκεν ἔχθρας καὶ φιλονεικίας. διόπερ τὰς ἐσχάτας τῆς συντάξεως πέντε βίβλους τοῦ συγγραφέως τούτου, καθ' ἃς περιείληφε τὰς Ἀγαθοκλέους πράξεις, οὐκ ἄν τις δικαίως ἀποδέξαιτο.

deeſt in mſ.

mſ. γὰρ.

Ὅτι καὶ Καλλίας ὁ Συρακούσιος δικαίως, καὶ προσηκόντως κατηγορίας ἀξιωθείη. ἀναληφθεὶς γὰρ ὑπ' Ἀγαθοκλέους, καὶ δώρων μεγάλων ἀποδόμενος τὴν προφῆτιν τῆς ἀληθείας ἱστορίαν, οὐκ ἀπολέλοιπεν, ἀδίκως ἐγκωμιάζων τὸν μισθοδότην. οὐκ ὀλίγων γὰρ αὐτῷ πεπραγμένων πρὸς ἀσεβείας θεῶν καὶ παρανομίας ἀνθρώπων, φησὶν ὁ συγγραφεὺς αὐτὸν εὐσεβείᾳ καὶ φιλανθρωπίᾳ πολὺ τοὺς ἄλλους ὑπερβεβληκέναι. καθόλου δὲ καθάπερ Ἀγαθοκλῆς ἀφαιρούμενος τὰ τῶν πολιτῶν ἐδωρεῖτο τῷ συγ-

γραφῇ μηδὲν προσήκοντα παρὰ τὸ δίκαιον, οὕτως ὁ θαυμαστὸς ἱστοριογράφος ἐχαρίζετο διὰ τῆς γραφῆς ἅπαντα τἀγαθὰ τῷ δυνάστῃ. ῥᾴδιον δ' ἦν οἶμαι πρὸς ἄμειψιν χάριτος, τῷ γραφεῖ τῶν ἐγκωμίων μὴ λειφθῆναι τῆς ἐκ τοῦ βασιλικοῦ γένους δωροδοκίας.

Ὅτι οἱ μισθοφόροι κατὰ τὰς ὁμολογίας ἐκλιπόντες τὰς Συρακούσας προσεδέχθησαν ὑπὸ τῶν Μεσσηνίων, ὡς ἂν φίλοι καὶ σύμμαχοι. ὑπὸ δὲ τῶν πολιτῶν φιλοφρόνως ἀναληφθέντες εἰς τὰς ἰδιωτικὰς οἰκίας, νυκτὸς ἐφόνευσαν τοὺς ὑποδεξαμένους, καὶ τὰς τῶν παρανομηθέντων γυναῖκας γήμαντες, κατέσχον τὴν πόλιν.

Ὅτι τοῦ Δημητρίου φυλαττομένου εἰς Πέλλαν, Λυσίμαχος πρέσβεις ἀποστείλας ἠξίου τὸν Σέλευκον μηδενὶ τρόπῳ τὸν Δημήτριον ἐκ τῶν χειρῶν ἀφεῖναι, πλεονέκτην ἄνδρα καὶ πᾶσι τοῖς βασιλεῦσιν ἐπιβεβουλευκότα. ἐπηγγέλλετο δὲ αὐτῷ δώσειν ὑπὲρ τῆς ἀναιρέσεως τούτου τάλαντα δισχίλια. ὁ δὲ βασιλεὺς τοῖς μὲν πρεσβευταῖς ἐπετίμησε παρακαλοῦσιν αὐτὸν μὴ μόνον ἀθετῆσαι πίστιν, ἀλλὰ καὶ συνῳκειωμένον αὐτῷ * μύσος ἐκεῖνο ἐπιτελέσθαι. πρὸς δὲ τὸν υἱὸν Ἀντίοχον ἐν τῇ Μηδίᾳ διατρίβοντα γράψας, συνεβούλευσε πῶς χρηστέον ἐστὶ τῷ Δημητρίῳ. κεκρικὼς γὰρ ἦν αὐτὸν ἀπολύειν, καὶ κατάγειν ἐπὶ τὴν βασιλείαν μεγαλοπρεπῶς. ἔσπευδεν δὲ καὶ τὴν τοῦ υἱοῦ χάριν συνεπιγράψαι ταῖς εὐεργεσίαις, ὡς ἂν γεγαμηκότος αὐτοῦ Στρατονίκην τὴν Δημητρίου, καὶ τέκνα γεγεννηκότος ἐξ αὐτῆς.

mſ. μύσους ἐκείνου.

Ὅτι εἰς τὸ Ῥήγιον ἀπεστάλη φρουρὰ ὑπὸ Ῥωμαίων. ὁ δὲ χιλίαρχος Δέκιος τὸ γένος Καμπανὸς πλεονεξίᾳ καὶ τόλμῃ διαφέρων, ἐμιμήσατο τὴν τῶν Μαμερτίνων παρανομίαν. ἐκεῖνοι γὰρ προσδεχθέντες ὑπὸ Μεσσηνίων ὡς φίλοι, τὴν μὲν πόλιν κατελάβοντο, τοὺς δὲ Μεσσηνίους ἐπὶ τῆς ἰδίας ἑστίας ἑκάστους σφάξαντες ἔγημαν τὰς τῶν ἰδιοξένων γυναῖκας,

donabat, ita eximius hic Annalium conditor laudes omnes in Agathoclem ſcriptis ſuis congerebat. Cæterùm meo iudicio haudquaquam difficile erat, in vicem acceptæ gratiæ beneficia regia laudationibus rependare.

Milites conducticij cùm Syracuſis pactione facta exceſſiſſent, à Meſſeniis tanquam amici ac ſocij ſunt excepti. Cúmque à ciuibus comiter hoſpitio accepti fuiſſent, noctu hoſpites ſuos trucidarunt, vxoribúſq. eorum ſibi copulatis vrbem occupauerunt.

Cùm Demetrius captiuus Pellæ cuſtodiretur, Lyſimachus legatione ad Seleucum miſſa monuit, ne hominem ſumma flagrantem cupiditate, qui omnibus Regibus inſidiatus eſſet, vllatenus è manibus dimitteret; ac bis mille talenta daturum ſe promiſit, dummodo illum Seleucus è medio tolleret. At Seleucus Rex legatos acerbè increpuit, qui ſe non ſolùm ad violandam fidem, ſed ad tantum ſcelus erga coniunctiſſimum hominem ſuſcipiendum impellerent. Cæterùm ad Antiochum filium qui in Media morabatur, ſcriptis litteris conſilium eius exquiſiuit, quid Demetrio faciendum eſſet. Illum enim cuſtodiâ liberare, atque in priſtinum regnum ſplendidè reducere conſtituerat: cuius beneficij gratiam cum Antiocho filio communicatam volebat, quippe qui Stratonicen Demetrij filiam in matrimonio haberet, liberóſque ex ea ſuſtuliſſet.

Ex Libro XXII.

Cùm præſidium in oppidum Rhegînorum à Romanis miſſum fuiſſet, Decius Tribunus, genere Campanus; vir ſingulari audacia & cupiditate; Mamertinorum perfidiam æmulatus eſt. Námque vt illi amicorum ſpecie à Meſſeniis excepti, & vrbem ipſam occuparant, & ciuibus ſingulis ad ſuos Lares iugulatis, matresfamilias hoſpitum ſuorum coniuges ſibi adſciuerāt,

& in occiſorum bona inuaſerant: Ita & milites Campani, quibus vnà cum Decio Rhegij cuſtodia commendata ab Romanis fuerat, ſimili perfidia Rheginos omnes occiderunt, boniſque eorum inter ſe diuiſis, vrbem quaſi bello captam occupauerunt. At Præfectus præſidij Decius, cùm miſerorum bona vendidiſſet, & pecuniam ex auctione redactam mala fide eſſet partitus, à Campanis ſceleris eius ſociis Rhegio expulſus eſt. Enimverò vniuerſi perfidiæ tandem pœnas dederunt. Etenim Decius graui oculorum dolore correptus, Rheginum quendam celeberrimum medicum accerſiuit: qui iniuriam patriæ vltus, Decij oculos liniuit cantharidibus, ſicque excæcato Decio, quamprimùm Meſſana aufugit.

Phintias cùm ciues ſuos acerba dominatione opprimeret, multóſque diuites viros interficeret, ob crudelitatem ſubditis odio eſſe cœpit. Proinde cunctis ad defectionem ſpectantib. breui ad incitas redactus, aliam dominandi rationem inſtituit; cúmque clementiùs præeſſet, ſubditos in officio continuit.

Ptolemæus Macedonum Rex, ætate quidem admodum iuuenis, rei autem militaris prorſus imperitus erat, ac ſuopte ingenio leuis ac temerarius, nihil quod facto opus eſſet prouidebat. Igitur cùm ſuaderent amici vt auxiliares copias, quæ nondum aderant, opperiretur, id conſilium neglexit.

Apollodorus cum tyranidem affectaret, & coniurationem firmare vellet, adoleſcentem quendam ex amicis per ſacrificij ſpeciem euocatum, Diis immolauit, extaq. coniuratis eſui dedit, ſanguinem verò dilutum vino iiſdem propinauit.

Idem Gallos cùm armaſſet, atque ingentibus donis conciliaſſet, fidos ſatellites & ob inſitam ſæuitiam ad omne facinus paratos miniſtros habuit:

καὶ τὰς τῶν σφαγέντων κτήσεις κατέσχον. οἱ δὲ περὶ τὸν Δέκιον Καμπανοὶ δοθέντες ὑπὸ Ῥωμαίων φύλακες τῶν Ῥηγίνων, ἐζήλωσαν τὴν τούτων ὠμότητα. τοὺς γὰρ Ῥηγίνους σφάξαντες, καὶ τὰς κτήσεις διελόμενοι κατέσχον τὴν πόλιν ὡς δορύκτητον. ὁ δὲ ἐπὶ τῆς φρουρᾶς τεταγμένος Δέκιος ἐξαργυρισάμενος τὰς τῶν ἠτυχηκότων κτήσεις, καὶ τὴν διαίρεσιν τῆς ὠφελείας ἄδικον ποιησάμενος, ἐξέπεσεν ἐκ τοῦ Ῥηγίου φυγαδευθεὶς ὑπὸ τῶν συνασεβησάντων Καμπανῶν. οὐ μὴν ἐξέφυγον τὴν τιμωρίαν οἱ παρανομήσαντες. ἀλλ' ὁ μὲν Δέκιος εἰς ὀφθαλμίαν χαλεπὴν ἐμπεσὼν μετεπέμψατο τῶν ἰατρῶν τὸν ἄριστον. οὗτος δὲ τὴν ὑπὲρ τῆς πατρίδος τιμωρίαν λαμβάνων ἱκανῶς, κανθαρίσιν ὑπήλειψε τὸν Δέκιον, καὶ τῆς ὁράσεως αὐτὸν στερήσας ἔφυγεν ἐκ τῆς Μεσσήνης.

Ὅτι Φιντίας ὁ τῶν πόλεων βιαίως ἄρχων καὶ πολλοὺς τῶν εὐπόρων ἀναιρῶν, ὑπὸ τῶν ὑποτεταγμένων διὰ τὴν παρανομίαν ἐμισεῖτο. διόπερ ἁπάντων * ἑτοίμων ὄντων πρὸς ἀπόστασιν, ταχὺ ταπεινωθεὶς μετεβάλετο τὸν τρόπον. καὶ φιλανθρωπότερον ἄρχων, διακατέσχε τοὺς ὑπὸ χεῖρα. *addidi ex coniect.

Ὅτι Πτολεμαῖος ὁ Μακεδόνων βασιλεὺς τὴν μὲν ἡλικίαν νέος ὢν παντελῶς, πραγμάτων δὲ πολεμικῶν ἄπειρος. φύσει δὲ θρασὺς καὶ προπετής, οὐδὲν τῶν χρησίμων προενοεῖτο· τῶν γὰρ φίλων αὐτῷ συμβουλευόντων ἀναδέξασθαι τοὺς ἀφυστεροῦντας, οὐ προσεῖχεν.

Ὅτι Ἀπολλόδωρος ἐπιθέμενος τυραννίδι, καὶ βεβαιῶσαι κρίνας τὴν συνωμοσίαν, μειρακίσκον τινὰ φίλον αὐτοῦ καλέσας ὡς ἐπὶ θυσίαν, καὶ σφαγιάσας τοῖς θεοῖς, τά τε σπλάγχνα τοῖς συνομόσασιν ἔδωκε φαγεῖν, καὶ τὸ αἷμα κεράσας οἴνῳ πιεῖν παρεκελεύσατο.

Ὅτι ὁ αὐτὸς Ἀπολλόδωρος Γαλάτας εὑρών, καὶ τούτοις ὅπλα διδοὺς καὶ δωρεαῖς τιμήσας, δορυφόροις ἐχρῆτο πιστοῖς,

καὶ πρὸς τὰς κολάσεις εὐθέτοις διὰ τὴν ὠμότητα. τὰς δὲ τῶν εὐπόρων οὐσίας δημεύων, πλῆθος χρημάτων ἤθροιζεν. ἀναβιβάσας δὲ τοὺς στρατιωτικοὺς μισθούς, καὶ μεταδιδοὺς τοῖς πένησι τῆς εὐπορίας, δύναμιν ἀξιόλογον περιεποιήσατο. ἐκτραπεὶς δὲ εἰς ὠμότητα καὶ πλεονεξίαν, εἰσεπράττετο τοὺς πολιτικοὺς χρήματα· καὶ πολλοὺς μὲν ἄνδρας, οὐκ ὀλίγας δὲ γυναῖκας τῇ διὰ τῶν βασάνων τιμωρίᾳ βιαζόμενος, ἠνάγκασε πάντα ἄργυρον καὶ χρυσὸν παραδιδόναι. εἶχε δὲ τυραννίδος εἰσηγητὴν καὶ διδάσκαλον Καλλιφῶντα τὸν Σικελόν, συνδιατετριφότα πολλοῖς τοῖς κατὰ τὴν Σικελίαν τυράννοις.

Ὅτι τὰς Αἰγέας διαρπάσας ὁ Πύρρος, ἥτις ἦν ἑστία τῆς Μακεδονικῆς βασιλείας, τοὺς Γαλάτας ἐκεῖσε κατέλιπεν. οἱ δὲ πυθόμενοι * παρά τινων, ὅτι κατὰ τοὺς βασιλικοὺς τάφους τοῖς τετελευτηκόσι συγκατωρύχθη χρήματα πολλὰ κατά τινα παλαιὰν συνήθειαν, ἅπαντας ἀνέσκαψαν, καὶ τυμβωρυχήσαντες, τὰ μὲν χρήματα * διείλοντο, τὰ δὲ ὀστᾶ τῶν τετελευτηκότων διέρριψαν. ὁ δὲ Πύρρος ἐπὶ τούτοις βλασφημούμενος, οὐκ ἐκόλαζε τοὺς βαρβάρους, διὰ τὰς ἐν τοῖς πολέμοις χρείας.

addidi ex coniect.

mſ. λαντο.

Ἡμεῖς δὲ τῆς ἱστορίας οἰκεῖον ὑπολαμβάνομεν εἶναι, τὸ μὴ παραλιπεῖν ἀνεπισημάντους τὰς τῶν ἡγεμόνων προαιρέσεις ἐπ' ἀμφότερα. τῇ μὲν γὰρ τῶν ἡμαρτημένων κατηγορίᾳ, διορθοῦσθαι συμβαίνει τοὺς ἐπὶ τὴν ὁμοίαν καταφερομένους ἄγνοιαν. τῇ δὲ ἐπὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων εὐφημίᾳ, προτρέπεσθαι πολλῶν τὰς ψυχὰς πρὸς ἀρετήν. τίς οὖν οὐκ ἂν δικαίως μέμψαιτο τὴν ἀφροσύνην, καὶ τὴν ὑπερηφανίαν τὴν Ἀτιλίου; τὴν γὰρ εὐτυχίαν, ὥσπερ βαρὺ φορτίον, ἐνεγκεῖν ἐπιδεξίως οὐ δυνηθείς, ἑαυτὸν ἀπεστέρησε τῆς μεγίστης δόξης, τὴν δὲ πατρίδα μεγάλοις περιέβαλε κακοῖς. δυνάμενος γὰρ θέσθαι τὴν εἰρήνην συμφέρουσαν μὲν τῇ Ῥώμῃ, ταπεινὴν δὲ καὶ παντελῶς αἰσχρὰν τῇ Καρχηδόνι, πρὸς δὲ τούτοις ἀπενέγκασθαι παρὰ πᾶσιν ἀνθρώ-

publicatíſque diuitum bonis, magnam pecuniæ vim confecit. Cúmque militum ſtipendia auxiſſet, & congiarium plebi diuideret, breui non contemnendam potentiam ſibi comparauit. Porrò ad ſæuitiam & cupiditatem conuerſus, pecuniam à ciuibus extorquere cœpit, viróſque ac mulieres adeò complures aurum argentúmque omne conferre tormentis coëgit; vtebatur autem tyrannidis monitore quodam, ac magiſtro Calliphonte Siculo, qui in multorum Siciliæ tyrannorum aula diu verſatus fuerat.

Pyrrhus cùm Ægeas diripuiſſet, quæ ſedes Macedonum regiæ erat, Gallorum præſidium ibi reliquit; qui cùm à quibuſdam accepiſſent, in Regalibus ſepulcris maximas opes ex more priſco repoſitas eſſe, effoſſis omnibus tumulis opes quidem inter ſe partiti ſunt; cæterùm oſſa ac cineres diſſiparunt. At Pyrrus cùm ob id facinus malè audiret, barbaris impunè id eſſe tulit, quippe qui eorum auxilio opus habebat.

Ex Libro XXIII.

Ego verò id officium Hiſtorici eſſe exiſtimo, Imperatorum in vtramque partem ſtudia ac mores diligenter notare. Etenim ex objurgatione quidem alienorum delictorum cæteri ab huiuſmodi culpa reuocantur: contrà verò laudatio rectè factorum mentes ad virtutem ſtimulare ſolet. Quis verò imprudentiam & arrogantiã Attilij Reguli nõ magnoperè improbet? qui cùm ſecũdam fortunam quaſi graue quoddam onus ferre minimè potuiſſet, & ſeipſum maximæ laudis fructu priuauit, & patriam in grauiſſima diſcrimina conieccit. Cùm enim pacem glorioſam populo Ro. Carthaginenſib. autem turpem atq. abiectam ferire poſſet, ac præterea maximam clementiæ atque humanitatis gloriam referre,

horum quidem omnium rationem nullam duxit: ſed afflictorum calamitati ſuperbè inſultans, huiuſmodi conditiones pacis impoſuit, vt & numinis indignationem commouerit, & victos acerbitate implacabili ad fortiter faciendum compulerit. Itaque ob illius culpam ſtatim tanta rerum commutatio extitit, vt Carthaginenſes, qui nuper ob acceptam cladem pauore perculſi, omnem ſalutis ſpem deſponderant, tum repentè confirmati, hoſtium copias conciderint; Romani verò in eam cladem ac calamitatem delapſi ſint, vt qui antea pedeſtri pugna cæteris mortalibus multùm præſtare credebantur, pedeſtri acie congredi cum hoſte non vltra auſi fuerint. Quamobrem omnium ſuperiori memoria bellorum id maximè diuturnum fuit, & ad pugnas nauales res adducta eſt, in quibus naues populi Romani ac ſociorum innumerabiles, hominum verò pluſquam centum millia perierunt, abſque iis qui in naualibus præliis cecidêre. pecuniæ porrò tanta vis impenſa eſt, quantam credibile eſt ſufficere potuiſſe claſſibus ex tanto nauium numero compoſitis, tracto per continuos quindecim annos bello. Neque verò minima calamitatis pars in tantorum auctorem malorum recidit, ſiquidem ille priſtinam ſuam gloriam multò maiori ignominia atq. infamia obſcurauit: ſuáque infelicitate aliis documento fuit, ne in proſperis rebus inſolentiâ efferantur. quodq. eſt grauiſſimum, quorum calamitatibus inſultauerat, eorum contumeliam ac licentiam perferre eſt coactus: cùm veniam ac miſerationem quæ afflictis impendi ſolet, ſuæ ipſius cauſæ præcidiſſet. At Xanthippus ſua virtute non modò Carthaginenſes præſentibus malis liberauit, ſed prorſus res in contrarium vertit. quippe Romanos iam ſine controuerſia victores funditùs proſtrauit, Pœnos verò poſt acceptam cladem vltimũ excidium iamiam expe-

ποις αἰώνιον μνήμην ἡμερότητος καὶ φιλανθρωπίας, τούτων μὲν οὐδ᾽ ὁντιναοῦν ἐποιήσατο λόγον. τοῖς δὲ τῶν ἠτυχηκότων ἐλαττώμασιν ὑπερηφάνως προσενεχθεὶς, τηλικαῦτα καὶ τοιαῦτα προσέταττεν, ὥστε τὸ μὲν δαιμόνιον νεμεσῆσαι, τοὺς δὲ ἡττημένους διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἐκείνου βαρύτητος ἐπαναγκάσαι τραπέσθαι πρὸς ἀλκήν. τοιγαροῦν εὐθὺς τηλικαύτη τῶν πραγμάτων ἐγένετο παλίρροια δι᾽ ἐκεῖνον, ὥστε τοὺς μὲν Καρχηδονίους τοὺς διὰ τὴν ἧτταν, καὶ τὴν κατάπληξιν ἀπεγνωκότας τὸ πρότερον τὴν σωτηρίαν, ἐκ μεταβολῆς τότε θαρρήσαντας κατακόψαι τὴν τῶν πολεμίων δύναμιν· τὸ δὲ σύνολον τηλικαύτην πληγὴν καὶ συμφορὰν περιπεσεῖν τῇ Ῥώμῃ, ὥστε τοὺς ἐν τῷ πεζομαχεῖν ἁπάντων ἀνθρώπων δοκοῦντας προτερεῖν, μηκέτι τολμᾶν ἐκ τοῦ προχείρου συγκαταβαίνειν εἰς παράταξιν. διὸ καὶ συνέβη τὸν πόλεμον μακρότατον μὲν γενέσθαι τῶν μνημονευομένων, τοὺς δὲ ἀγῶνας μεταπεσεῖν εἰς ναυμαχίας· ἐν αἷς τῶν Ῥωμαίων καὶ τῶν συμμάχων διεφθάρησαν ναῦς παμπληθεῖς, ἄνδρες δ᾽ οὐκ ἐλάττους τῶν δέκα μυριάδων, σὺν τοῖς ἐν ταῖς ναυμαχίαις * ἀπωλομένοις. χρημάτων δὲ ἐδαπανήθη τοσοῦτος ἀριθμὸς, ὅσον εἰκός ἐστιν ἀναλῶσαι τοὺς στόλους μὲν πλέοντας ἐκ τῶν νηῶν συνεστηκότας, διαπολεμήσαντας δὲ ἀπὸ τούτων τῶν χρόνων ἔτη ιε'. οὐ μὴν ὅγε τούτων αἴτιος ἐλαχίστην μερίδα τῆς συμφορᾶς ἀπηνέγκατο. τῆς γὰρ προϋπαρχούσης αὐτῷ δόξης πολλαπλασίαν τὴν ἀτιμίαν καὶ τὴν αἰσχύνην ἠλλάξατο. τοῖς δὲ ἰδίοις συμπτώμασι τοὺς ἄλλους ἐδίδαξε μέτρια φρονεῖν ἐν ταῖς ἐξουσίαις. τὸ δὲ μέγιστον, ὧν ὑπερηφάνησε τὴν ἀτυχίαν, τούτων ἠναγκάσθη τὴν ὕβριν καὶ τὴν ἐξουσίαν φέρειν, παραφηρημένος δὲ αὐτὸς τὴν συγγνώμην, καὶ τὸν συγκεχωρημένον τοῖς ἐπταικόσιν ἔλεον. Ξάνθιππος δὲ τῇ καθ᾽ ἑαυτὸν ἀρετῇ τοὺς Καρχηδονίους οὐ μόνον ἐξ αὐτῶν τῶν δεινῶν ἐξήρπασεν, ἀλλὰ καὶ τὸν ἅπαντα πόλεμον εἰς τοὐναντίον περιέστησε. τοὺς μὲν γὰρ ἅπασι κρατοῦντας, τοῖς ὅλοις ἠλάττωσε.

* mſ. ἀπολυμένοις.

τοὺς δὲ διὰ τῆς ἥττης προσδοκῶντας τὴν ἀπώλειαν, τῷ μεγέθει τοῦ προτερήματος ἐποίησε καταφρονῆσαι τῶν πολεμίων. διὸ καὶ τῆς τῶν πραχθέντων ἐπιφανείας εἰς ἅπασαν σχεδὸν τὴν οἰκουμένην διαδοθείσης, ἕκαστος * γοῦν ἐθαύμαζε τὴν τἀνδρὸς ἀρετὴν εἰκότως. παράδοξον γὰρ ἐφαίνετο πᾶσιν, εἰ προσγενομένου τοῖς Καρχηδονίοις ἑνὸς μόνου ἀνδρὸς, τηλικαύτη τῶν ὅλων ἐγένετο μεταβολὴ, ὥστε τοὺς μὲν εἰς πολιορκίαν ἄρτι συγκεκλεισμένους, ἐκ μεταβολῆς τοὺς ἐναντίους πολιορκεῖν, τοὺς δὲ πρότερον γῆς καὶ θαλάττης δι' ἀνδρείαν κρατοῦντας, ἐν πόλει μικρᾷ συμπεφευγότας προσδέχεσθαι τὴν ἅλωσιν. οὐδὲν δὲ θαυμαστὸν, εἰ στρατηγοῦ σύνεσις καὶ πραγμάτων ἐμπειρία τῶν ἀδυνάτων δοκούντων εἶναι περιεγένετο.

mſ. γὰρ.

Ὅτι Ἀμίλκας ὁ Βάρκας καλούμενος ὁ Καρχηδόνιος, καὶ Ἀννίβας ὁ υἱὸς αὐτοῦ μέγιστοι στρατηγοὶ Καρχηδονίων * ὄντες, οὐ μόνον τῶν προτέρων, ἀλλὰ καὶ τῶν μεταγενεστέρων ὁμολογουμένως οὗτοι διελήφθησαν, καὶ ἰδίαις πράξεσιν ηὔξησαν μάλιστα τὴν πατρίδα.

mſ. οὐ μόνον ὄντες.

Ὅτι Κλώδιος παραγενόμενος εἰς τὴν Σικελίαν, παρέλαβε τὰς πρὸς τῷ Λιλυβαίῳ δυνάμεις, καὶ τὰ πλήθη συναγαγὼν κατηγόρησε πικρῶς τῶν παραδόντων αὐτῷ τὸ στρατόπεδον ὑπάτων· φάσκων αὐτοὺς ῥαθύμως κεχειρικέναι τὸν πόλεμον, μεθυσκομένους καὶ ζῶντας ἐν ἀνέσει καὶ τρυφῇ· καὶ τὸ σύνολον πεπολιορκῆσθαι μᾶλλον ἢ πεπολιορκηκέναι. ὢν δὲ φύσει παράθερμος, καὶ τῇ διανοίᾳ παρακεκινηκὼς πολλὰ διῴκει μανίᾳ προσεμφερῶς. πρῶτον μὲν γὰρ ὧν τῆς στρατηγίας κατηγόρησε, τούτων τὴν ἄνοιαν μιμησάμενος, παραπλησίως ἐν τῇ θαλάττῃ τά τε χώματα καὶ τὰ κλεῖθρα κατεσκεύαζε· τοσοῦτον ἀφροσύνῃ διενέγκας ἐκείνων, ὅσῳ μεῖζόν ἐστιν ἁμάρτημα, ὃ μηδὲ ἐκ τῆς πείρας δύναται μεταδιδαχθῆναι, τοῦ πρώτως ἐπιβαλλόμενον σφαλῆναι. Ῥωμα-

ſtantes, tam felici euentu recreauit, adeò vt deinceps hoſtem contemnerent. Proinde cùm fama huius rei geſtæ per vniuerſum ferè terrarum orbem diſperſa fuiſſet, ſinguli virtutem hominis admiratione proſequebantur. Miraculo enim ſimile videbatur, vnico homine Carthaginenſibus adiuncto, tantam ſubitò rerum commutationem extitiſſe, vt qui antea arctiſſima obſidione premebantur, repentè hoſtem vltrò obſiderent; hi verò qui ob virtutem terrarum mariſque imperio priùs potiebantur, intra exiguum oppidum concluſi, expugnationem in dies expectarent. Cæterùm haudquaquam mirum eſſe debet ſi ducis peritia ac prudentia omnem rei difficultatem ſuperauit.

Hamilcar Pœnus, cognomento Barca, & Hannibal eius filius, Carthaginenſium Imperatores, omnium qui vnquam extiterunt ducum ſine controuerſia maximi fuiſſe exiſtimantur, ſuiſque rebus geſtis imperium Pœnorum valdè amplificarunt.

Ex Libro XXIV. *Vide pag. 880.*

P. Clodius in Siciliam delatus, cùm exercitum accepiſſet qui Lilybæum tummaximè obſidebat, conuocatis militibus Conſules, à quibus legiones traditas acceperat, acerbè accuſare cœpit; cùm diceret eos admodum negligenter bellum geſſiſſe, vino ac luxu & deliciis diffluentes: poſtremò obſeſſos ipſos verius quàm hoſtem fuiſſe. Cúmque ſuopte ingenio eſſet feruentior, nec mentis admodum ſuæ compos, multa temerè ac furioſo ſimilis actitabat. Nam primùm quidem quorum acta vituperabat, eorum veſaniam æmulatus, moles in mare iacere, & portum clauſtro obſtruere aggreſſus eſt; tanto grauiore imprudentia, quanto maius delictum eſt alieno peccato ac periculo minimè emendari, quàm cùm rem aliquam primus aggreſſus ſis, labi.

Idem cùm in puniendo ſæuus eſſet, in Romanos quidem milites more maiorum animaduertebat citra ſpem veniæ: ſocios autem nominis Latini virgis cædebat. Denique ob ſplendorem generis atque dignitatem maiorum, ſuperbiâ elatus, cunctos præ ſe deſpiciebat.

Hamilcaris priùs quàm Prætor creatus fuiſſet, nota iam erat animi magnitudo: proinde eam dignitatem adeptus, maieſtate populi Carthaginenſis non inferior apparuit, cùm & gloriam in omnibus ſpectaret, & pericula contemneret.

Idem ſingularem induſtriam ac fortitudinem in re militari cum eximia prudentia coniunctam habebat. Itaque prorſus, quod ait Homerus, & Rex optimus, & Dux fortiſſimus videbatur.

Hanno ad ſumma quæque naturâ factus, & gloriæ cupidine incenſus, cùm ocioſum exercitum haberet, expeditionem hanc ſuſcepit: in qua ſimul militem exercere, & ex hoſtili præda alere decreuerat; eóque pacto ciuitate magnis ſumptibus leuata, maximam gloriam atque vtilitatem Reipublicæ Carthaginenſi comparare.

Hanno cùm Hecatompylon expugnaſſet, & ſeniores illius ciuitatis cum adiiſſent cum inſulis, orantes vt humanitate in captos vti vellet, ipſe laudis auidus, benignitatem ſæuitiæ anteponens, tria millia obſidum accepit, vrbémque cum ciuium facultatibus integram atque intactam ſeruauit; quo facto maximam laudem & gratiam ab eis retulit. Cæterùm milites ab oppidanis lautè ac liberaliter excepti, omnis generis dapibus largè fruebantur.

At mater adoleſcentum, mortem viri ægrè ferens, cùm exiſtimaret horum negligentiâ atque incuriâ factum eſſe vt vir ſuus è vita migraret, perſuaſit filiis ſuis vt in captiuos grauiter ſæuirent. Primò

ρητικὸς

ρητικὸς δ' ὢν φύσει, τοὺς μὲν πολιτικοὺς τοῖς πατρίοις ἔθεσιν ἐκόλαζεν ἀπαραιτήτως, τοὺς δὲ συμμάχους ῥαβδίοις ἐμαστίγου. καθόλου δὲ διὰ τὴν ὑπεροχὴν τοῦ γένους, καὶ τὴν τῆς οἰκίας δόξαν διεφθαρμένος, ὑπεροπτικὸς ἦν, καὶ κατεφρόνει πάντων.

Ὅτι Ἀμίλκας καὶ περὶ τῆς στρατηγίας φανερὰν ἔσχε τὴν λαμπρότητα τῆς ψυχῆς· καὶ τὴν ἀρχὴν παρειληφὼς, ἄξιος ἐφαίνετο τῆς πατρίδος, ἀντεχόμενος μὲν τῆς δόξης, καταφρονῶν δὲ τῶν κινδύνων. Ὅτι οὗτος συνέσει διαφέρειν ἐδόκει· καὶ τόλμαν, καὶ πρᾶξιν τὴν ἐν τοῖς ὅπλοις ἔχων ὑπὲρ ἅπαντας τοὺς πολίτας, ὑπῆρχεν ἀμφότερον, βασιλεύς τ' ἀγαθὸς κρατερός τ' αἰχμητής.

Ὅτι ὁ Ἄννων μεγαλεπίβολος ὢν καὶ δόξης ὀρεγόμενος, καὶ τὸ μέγιστον ἔχων δύναμιν σχολάζουσαν, ἅμα μὲν ταύτην γυμνάσειν ἤλπιζεν ἐν ταύτῃ τῇ στρατείᾳ τρέφων ἐκ τῆς πολεμίας, καὶ τὴν πόλιν κουφίζων τῶν δαπανημάτων· ἅμα δὲ πολλὰ καταπράξασθαι τῇ πατρίδι, καὶ πρὸς δόξαν καὶ πρὸς τὸ συμφέρον.

Ὅτι Ἄννωνος τὴν Ἑκατόμπυλον ἐκπολιορκήσαντος, καὶ τῶν πρεσβυτέρων προσελθόντων μεθ' ἱκετηριῶν καὶ δεομένων ἀνθρωπίνως ἑαυτοῖς χρήσασθαι, φιλόδοξος ὢν ὁ στρατηγὸς καὶ προκρίνας εὐεργεσίαν τῆς τιμωρίας, τρισχιλίους μὲν ὁμήρους ἔλαβε. τὴν δὲ πόλιν καὶ τὰς κτήσεις ἀκεραίους ἐάσας, ἔτυχε στεφάνων καὶ τιμῶν μεγάλων παρὰ τῶν εὖ παθόντων. οἱ δὲ στρατιῶται τῶν ἐγχωρίων αὐτοὺς ὑποδεχομένων λαμπρῶς μετὰ πάσης προθυμίας εἱστιῶντο πάντων, * ὄντων δαψιλῶν πρὸς ἀπόλαυσιν. f. τῶν.

Ὅτι ἡ μήτηρ τῶν νεανίσκων βαρέως φέρουσα τὴν τἀνδρὸς τελευτὴν, καὶ νομίσασα δι' ἀμέλειαν αὐτὸν ἐκλελοιπέναι τὸ ζῆν, * ἐποίησε τοὺς υἱοὺς κακουχεῖν τοὺς αἰχμαλώτους. συγ- f. ἔπεισε.

κλεισθέντων οὖν αὐτῶν εἰς οἴκημα στενὸν παντελῶς, τὰ σώματα καθάπερ τῶν θηρίων ὑποκλάζειν συνεσπειραμένα καρτερεῖν διὰ τὴν στενοχωρίαν. ἔπειτα τῆς τροφῆς παραιρεθείσης ἐφ' ἡμέρας πέντε, Βοδόστωρ μὲν διὰ τὴν ἀθυμίαν, καὶ τὴν ἔνδειαν ἐτελεύτησεν. Ἀμίλκας δὲ διαφέρων εὐψυχίᾳ, διεκαρτέρει καίπερ ἀπεγνωσμένης ἐλπίδος ἀνεχόμενος. πολλάκις δὲ αὐτοῦ δεομένου τῆς γυναικὸς, καὶ μετὰ δακρύων τὴν ἐπιμέλειαν τὴν εἰς τὸν ἄνδρα διεξιόντος, τοσοῦτον ἀπεῖχεν ἐκείνη φιλανθρωπίας καὶ λογισμῶν ἀνθρωπίνων, ὥστε τὸν μὲν νεκρὸν * αὐτῷ συγκατακλεῖσαι πέντε ἡμέρας, τροφὴν δ' ὀλίγην χορηγῆσαι, πρὸς αὐτὸ μόνον στοχαζομένην τὸ δύνασθαι τὴν ἀτυχίαν ἐνεγκεῖν. ὁ δὲ Ἀμίλκας ἀπογνοὺς τὸν ἐκ τῆς ἱκεσίας ἔλεον, ἀνεβόησεν ἐπιμαρτυρόμενος Δία ξένιον, καὶ θεοὺς τοὺς ἐποπτεύοντας τὰ κατ' ἀνθρώπους, ὡς ἀντὶ καλῆς χάριτος τῆς ὀφειλομένης ἀπολαμβάνει τιμωρίας ὑπὲρ ἄνθρωπον. οὐ μὴν ἐξέλιπε τὸ ζῆν, εἴτε δαιμονίου τινὸς ἐλεήσαντος, εἴτε καὶ ταὐτομάτου παράδοξον ἐνεγκόντος βοήθειαν. ἐσχάτως γὰρ αὐτοῦ διακειμένου, διά τε τὴν ἀποφορὰν τὴν ἀπὸ τοῦ νεκροῦ, καὶ τὴν ὅλην κακουχίαν, τῶν οἰκετῶν τινες τῶν κατὰ τὴν οἰκίαν διηγήσαντό τισι τὸ γινόμενον· οἱ δὲ μισοπονηρεύσαντες, τοῖς δημάρχοις προσήγγειλαν. δεινῆς δ' οὖν τῆς ὠμότητος φανείσης, οἱ ἄρχοντες ἀνεκαλέσαντο τοὺς Ἀτιλίους, καὶ παρ' ὀλίγον θανάτου κρίσιν προσέθηκαν, ὡς καταισχύνουσι τὴν Ῥώμην. διηπειλήσαντο δὲ τὴν ἁρμόττουσαν παρ' αὐτῶν λήψεσθαι τιμωρίαν, εἰ μὴ πᾶσαν ἐπιμέλειαν ποιήσονται τῶν αἰχμαλώτων. οἱ δὲ τῇ μητρὶ πολλὰ καταμεμψάμενοι, τὸν μὲν Βοδόστορα καύσαντες, ἀπέστειλαν τὴν τέφραν τοῖς συγγενέσι· τὸν δὲ Ἀμίλκαν ἐκ τῆς κακουχίας ἀνέλαβον.

mſ. αὐτοῖς.

Ὅτι οἱ Καρχηδόνιοι περὶ τῆς Σικελίας μεγάλους ἀγῶνας,

igitur intra anguſtiſſimum quoddam cubiculum concluſi, inſtar ferarum corpus ſuum conglobare ob loci anguſtias cogebantur: deinde per dies quinque negatis alimentis, Boſtar quidem præ ægritudine animi ac fame interiit. Hamilcar verò, qui ſingulari animi magnitudine erat, tametſi ſpe omni deſtitutus, ſe interim ſuſtentabat. Ac ſæpè cum fletibus mulierem precatus, cùm narraret quantam in ipſius virum curam impendiſſet, adeò illam ad humanitatis aliquem ſenſum non flexit, vt Boſtaris cadauer cum Hamilcare dierum quinque ſpatio mulier ſæua incluſerit, victúmque eatenus ſubminiſtrauerit, vt Hamilcari ſenſus calamitatis ſuæ supereſſet. Sed Hamilcar omni iam ſpe miſericordiæ precibus ſuis præciſa, Iouem hoſpitalem, Deóſque quibus res humanæ curæ ſunt, obteſtari cœpit, atque exclamare, ſibi pro debita gratia immanes pœnas reponi. Neque tamen in huiuſmodi tormentis ſpiritum reddidit, ſiue Deorum miſericordia, ſiue fortuna quædam inſperatam opem attulit. Nam cùm in extremo vitæ diſcrimine eſſet, tum ob cadaueris tetrum odorem, tum ob cæteras quibus premebatur anguſtias, nonnulli ex familiaribus ſeruulis rem extraneis narrauerunt: qui huiuſmodi ſceleris indignitate commoti, mox ad Tribunos plebis factum detulêre. Cúmque oppido ſæuum facinus viſum eſſet, arceſſiti à Magiſtratibus Attilij, parum abfuit quin capitis damnati ſint, vt qui nomini Romano eam crudelitatis notam inuſſiſſent. Cæterùm Magiſtratus malum Attiliis minati ſunt, niſi bona fide in poſterum captiuos curarent. Igitur illi matri multa imputantes, Boſtaris quidem cremati cineres in patriam remiſerunt: Hamilcarem verò ex ærumna priſtina paulatim refecerunt ac confirmarunt.

Ex Libro XXV.

Carthagineſes, qui de Siciliæ poſſeſſione per quatuor

& viginti annos cum populo Romano certauerant; haud tantas calamitates eo bello paſſi ſunt, quantas illo bello quod cum mercenariis militibus, quos iniuriâ affecerant, geſſêre. Nam cùm illos debitis ſtipendiis fraudaſſent, parum abfuit quin & imperium & patriam ſimul ipſi amitterent. Etenim mercenarij eam iniuriam ægrè ferentes, ſtatim defectione facta, Carthaginenſes in maxima diſcrimina adduxerunt.

Carthaginenſes legatione ad defectores miſſa petierunt vt peremptorum cadauera ſibi ad ſepulturam traderentur. Sed Spondius cæteríque defectorum duces maiori barbarie & immanitate acti, non modò hæc negauerunt, ſed præterea monuerunt ne legatus poſthac vllus de vlla re ad ſe mitteretur: ſi quis miſſus eſſet, eodem ſupplicio periturum interminati. Decretum deinde fecerunt, quicunque Carthaginenſium caperetur poſthac, vt eodem quo illi mortis genere tolleretur: quicunque verò ex ſociis illorum, vt præciſis manibus mutilati, Carthaginem remitterentur. Huiuſmodi ſcelere ac ſæuitia Spondij factum eſt, vt Hamilcar à priſtina humanitate ſua dimotus, eandem in captos crudelitatem viciſſim exercere coactus ſit. Igitur ipſe captiuos priùs cruciatos belluis obijciebat, qui ab his conculcati miſerè interibant.

Hippacrini & Vticenſes defecerunt à Pœnis, & Carthaginenſium præſidium necarunt, cæſóſque è muris inſepultos abiecerunt: ne ſepeliendi quidem poteſtate facta Carthaginenſibus qui id petebant.

Hamilcar cognomento Barca, egregiã atque vtilẽ pa-

καὶ κινδύνους ὑπομείναντες, καὶ πρὸς Ῥωμαίους κδʹ ἔτη συνεχῶς διαπολεμήσαντες, οὐ τηλικούτων ἐπειράθησαν ἀτυχημάτων, ὅσων ὁ πόλεμος αὐτοῖς αἴτιος ὑπῆρξεν ὁ πρὸς τοὺς ἀδικηθέντας ὑπ' αὐτῶν μισθοφόρους. ἀποστερήσαντες γὰρ τοὺς ὀφειλομένους μισθοὺς τοῖς ἀλλοεθνέσιν, παρ' ὀλίγον αὐτῆς τῆς ἡγεμονίας ἅμα καὶ τῆς πατρίδος ἐστερήθησαν. οἱ γὰρ ἀδικηθέντες μισθοφόροι παραχρῆμα ἀποστάντες, ταῖς ἐσχάταις συμφοραῖς περιέβαλον τὴν Καρχηδόνα.

Ὅτι οἱ Καρχηδόνιοι ἐξαπέστελλον πρὸς τοὺς ἀποστάντας κήρυκα, τὴν τῶν νεκρῶν ἀναίρεσιν αἰτούμενοι. οἱ δὲ περὶ τὸν Σπόνδιον ἡγεμόνες ἐπιτείνοντες τὴν ἀποθηρίωσιν, οὐ μόνον ἀντεῖπον περὶ τῆς ταφῆς, ἀλλὰ καὶ διηπειλήσαντο μηκέτι πέμπειν μηδένα κήρυκα περὶ μηδενὸς πρὸς αὐτούς, ὡς τῆς αὐτῆς κολάσεως γενομένης τῷ παραγινομένῳ. Εἰς δὲ τὸ λοιπὸν ἐνομοθέτησαν, τῶν αἰχμαλώτων τοὺς μὲν Καρχηδονίους τῆς αὐτῆς τούτοις ἀξιοῦν τιμωρίας. τοὺς δὲ συμμαχοῦντας τοῖς Φοίνιξι χειροκοπεῖν, καὶ πέμπειν ἠκρωτηριασμένους εἰς τὴν Καρχηδόνα. οἱ μὲν οὖν περὶ τὸν Σπόνδιον ἡγεμόνες, διὰ τῆς εἰρημένης ἀσεβείας καὶ ὠμότητος ὑπετέμνοντο τὴν διὰ τῆς φιλανθρωπίας στρατηγίαν τοῦ Βάρκα: τοῦτον τὸν τρόπον, Ἀμίλκας δυσχρηστούμενος τῇ ὠμότητι, καὶ αὐτὸς ἠναγκάζετο τῆς φιλανθρωπίας μὲν τῆς εἰς τοὺς αἰχμαλώτους ἀποστῆναι, τὴν δὲ τιμωρίαν παραπλησίαν ἐπιτιθέναι τοῖς ὑποπεσοῦσι. διὸ καὶ τοὺς ἁλισκομένους αἰκιζόμενος παρερρίπτει τοῖς θηρίοις, ὑφ' ὧν καταπατούμενοι πικραῖς τιμωρίαις περιέπιπτον.

Ὅτι οἱ Ἱππακρινοὶ καὶ οἱ Ἰτυκαῖοι ἀπέστησαν, καὶ τοὺς φυλάσσοντας τὰς πόλεις ἔρριψαν ἀτάφους κατὰ τῶν τειχῶν. καὶ τοῖς παρὰ Καρχηδονίων πρεσβεύουσι περὶ τῆς τῶν νεκρῶν ἀναιρέσεως ἀντέπιπτον περὶ τῆς ταφῆς.

Ὅτι Ἀμίλκας καὶ ὁ Βάρκας πολλὰς καὶ μεγάλας χρείας πα-

ἐρχόμενος τῇ πατρίδι, κατὰ μὲν τὴν Σικελίαν ἐν τῷ πρὸς Ῥωμαίους πολέμῳ, κατὰ δὲ τὴν Λιβύην, ὅτε τὴν ἀπόστασιν οἱ μισθοφόροι καὶ Λίβυες ποιησάμενοι συνέσχον ἐν πολιορκίᾳ τὴν Καρχηδόνα· ἐπ' ἀμφοτέροις γὰρ τοῖς πολέμοις τούτοις ἐπιφανεστάτας πράξεις κατεργασάμενος, καὶ πολιτευόμενος ἐμφρόνως δικαίας ἀποδοχῆς ἐτύγχανε παρὰ πᾶσι τοῖς πολίταις· ὕστερον δὲ μετὰ τὴν κατάλυσιν τοῦ κατὰ τὴν Λιβύην πολέμου, συστησάμενος ἑταιρείαν τῶν πονηροτάτων ἀνθρώπων, καὶ ἐκ τούτων ἀθροίζων, καὶ ἐκ τῶν λαφύρων ὠφελείας, ἔτι δὲ αὑτὸν ὁρῶν ταῖς πράξεσιν αὐξανόμενον, καὶ δοὺς εἰς δημοκοπίαν καὶ πλήθους ἀρέσκειαν, παρεστήσατο τὸν δῆμον ἑαυτῷ παραδοῦναι τὴν στρατηγίαν ὅλης τῆς Λιβύης εἰς χρόνον ὀλίγιστον.

Ὅτι Ἀννίβας ἦν φύσει μάχιμος, καὶ τῇ τῶν πολεμικῶν ἔργων ἐκ παιδὸς πείρᾳ πεπονημένος καὶ συνεστρατευκὼς ἔτη πλείω μεγάλοις ἡγεμόσι, πολλὴν εἶχε τριβὴν τῶν πολεμικῶν ἀγώνων. κεχορηγημένος δὲ ὑπὸ τῆς φύσεως ἀγχινοίᾳ, καὶ πεπονημένος στρατηγικὴν ἀρετὴν διὰ τῆς πολυχρονίου περὶ τὸν πόλεμον ἀσκήσεως, μεγάλας ἐλπίδας εἶχεν ἐν ἑαυτῷ.

Ὅτι τοῦ Μινυκίου ἡττηθέντος ὑπὸ τοῦ Ἀννίβου, ἐκ τῶν ἀποτελεσμάτων ὑπὸ πάντων ἐκρίθη, Μινύκιος μὲν ἀφροσύνῃ καὶ ἀπειρίᾳ τοῖς ὅλοις ἐπταικώς· Φάβιος δὲ ἀγχινοίᾳ καὶ ἀρετῇ στρατηγικῇ διὰ παντὸς προνενοημένος τῆς ἀσφαλείας.

Ὅτι Δωρίμαχος ὁ τῶν Αἰτωλῶν στρατηγὸς ἀσεβῆ συνετελέσατο πρᾶξιν. τὸ γὰρ περὶ Δωδώνην μαντεῖον συλήσας, ἐνέπρησε τὸ ἱερὸν πλὴν τοῦ σηκοῦ.

Ὅτι ἡ τοῦ Ἀννίβου δύναμις πολὺν χρόνον τῆς τῶν Καμπανῶν εὐδαιμονίας ἀπλήστως ἐμπλησθεῖσα, μετέβαλε ταῖς ἀγωγαῖς εἰς τοὐναντίον. τρυφῆς γὰρ συνεχοῦς καὶ μαλακῆς εὐνῆς καὶ μύρων παντοίων, καὶ παντοίας τροφῆς πολυτελείας, τὴν μὲν ἀλκὴν καὶ συνήθη τῶν δεινῶν ἐξέλυσεν ὑπομονήν.

triæ operam nauauit, tum in Sicilia aduerſus Romanos, tum in Libya aduerſus mercenarios milites & Afros, qui à Pœnis cùm defeciſſent, ipſam Carthaginem obſidione premebant. Etenim in vtroque bello cùm multa eximiæ fortitudinis ac prudentiæ facinora edidiſſet, meritò ab vniuerſis ciuibus colebatur. Poſtea verò confecto Libyco bello, perditiſſimorum hominum manum coëgit. Cúmque ex præda magnas opes collegiſſet, atque ex rebus geſtis auctoritatem ſibi peperiſſet, plebis gratiam aucupatus effecit vt Africa prouincia ſibi ad tempus mandaretur.

Ex Libro XXVI.

Erat Hannibal naturâ bellicoſus, & in re militari à puero exercitatus; cúmque multos per annos in contubernio maximorum ducum vixiſſet, magnam bellicarum rerum peritiam collegerat. Itaque & ſolertia quadam præcipua à natura inſtructus, & exercitatione diuturna firmatus, magnam ſui ipſius ſpem conceperat.

Victo ab Hannibale Minucio, ſatis euentus ipſe comprobauit, Minucium quidem imprudentia ſua atque imperitia omnia peſſumdediſſe: Fabium verò conſilio ac virtute militari ſalutem Reipublicæ præſtitiſſe.

Dorimachus Prætor Ætolorum rem nefariam aggreſſus eſt. Nam cùm templum Dodonæi Iouis oraculo celebre ſpoliaſſet, flammis deinde integrum præter cellam ipſam cremauit.

Hannibalis copiæ cùm Campanorum bonis diutiùs ſe ingurgitaſſent, prorſus in diuerſa mutatæ ſunt. Continuæ enim deliciæ, molles lectuli, & vnguentorum ac dapum omnis generis apparatus, fortitudinem eorum atque in perferendis laboribus conſtantiam fregerunt,

corpúſque adeò ac mentem in muliebrem mollicie luxúmque ſoluerunt.

Hannibal cùm in Romanorum crudelitatem ac malitiam, aut potius arrogantiam multa dixiſſet, Senatorum filios ac propinquos ex captiuorum numero lectos neci dedit, huiuſmodi pœnam Senatui rependens.

Idem infeſto aduerſus populum Romanum odio flagrans, ſelectos ex omnibus captiuis ad ſingulare certamen aptiſſimos inter ſe compoſuit, & fratres quidem cum fratribus, patres cum liberis, cum cognatis autem cognatos dimicare iuſſit. Quo quidem tempore meritò quis ſæuitiam Pœni ducis deteſtatus, Romanorum pietatem ac conſtantiam miratus fuiſſet. Nam cùm flammæ ac ſtimuli ac duriſſima verbera iis admouerentur, nemo tamen cum hominibus coniunctiſſimis manus conſerere ſuſtinuit: ſed inuicta animi magnitudine omnes tormentis immortui ſunt, cùm ab huiuſmodi piaculo manus puras ſeruaſſent.

Gelone & Hierone mortuis cùm principatus Syracuſanorum ad Hieronymum adoleſcentem admodum deueniſſet, haudquaquam idoneum rectorem nacta erat Sicilia. Proinde adoleſcens proximorum adulatione corruptus, ad luxum & intemperantiam & tyrannicam ſæuitiam declinauit. Etenim matronis ſtuprum inferebat, amicos qui liberiorem vocem edidiſſent, necabat, multorum etiam indemnatorum bona publicabat, eáque aſſentatoribus ſuis largiebatur; vnde principio quidem populi odium aduerſus eum exarſit, deinde inſidiæ, & quæ tyrannos comitari ſolet pernicies erupit.

Poſt Hieronymi cædem, Syracuſani concione habita decreuerunt vt omnes propinqui tyranni necarentur,

τὰ δὲ σώματα καὶ τὰς ψυχὰς εἰς γυναικώδη καὶ τρυφερὰν διάθεσιν μετέστησεν.

Ὅτι τῶν Ῥωμαίων ὁ Ἀννίβας πολλὰ κατηγορήσας εἰς ὠμότητα καὶ πονηρίαν, * ἢ μᾶλλον ὑπερηφανείαν, τοὺς τῶν συγκλητικῶν υἱοὺς καὶ συγγενεῖς ἐκλέξας ἀπέσφαξε, ταύτην παρὰ τοῦ συνεδρίου λαμβάνων τιμωρίαν. addidi.

Ὅτι ὁ Ἀννίβας ἀλλοτριώτατα διακείμενος πρὸς Ῥωμαίους, ἐκ τῶν αἰχμαλώτων ἐπιλέξας τοὺς εὐθέτους εἰς μονομαχίαν συνέζευξεν. ἀδελφοὺς μὲν ἀδελφοῖς, πατέρας δὲ υἱοῖς, συγγενεῖς δὲ συγγενέσι μονομαχεῖν ἠνάγκαζεν. ἔνθα δὴ δικαίως ἄν τις τοῦ μὲν Φοίνικος ἐμίσησε τὴν ὠμότητα, τῶν δὲ Ῥωμαίων ἐθαύμασε τὴν εὐσέβειαν, καὶ τὴν ἐν τοῖς δεινοῖς ὑπομονήν τε καὶ καρτερίαν. * πυ- mſ. πρὸς. ρὸς γὰρ αὐτοῖς προσαγομένου καὶ κέντρων, ἔτι δὲ χαλεπωτάτων πληγῶν, οὐδεὶς ὑπήκουσε προσενεγκεῖν τὰς χεῖρας τοῖς ἀναγκαιοτάτοις. πάντες γὰρ εὐγενῆ παραστήματα λαβόντες, ἐναπέπνευσαν ταῖς ἀνάγκαις, ἀθίκτους ἑαυτοὺς τηρήσαντες τῆς πρὸς ἀλλήλοις μιαιφονίας.

Ὅτι Γέλωνος καὶ Ἱέρωνος τῶν βασιλέων κατὰ τὴν Σικελίαν τετελευτηκότων ἐν Συρακούσαις, Ἱερωνύμου δὲ τὴν ἀρχὴν διαδεδεγμένου, καὶ τὴν ἡλικίαν ὄντος ἀντίπαιδος, οὐκ εἶχεν ἡ βασιλεία τὸν προστησόμενον ἀξιόχρεον. διὸ καὶ τὸ μειράκιον ταῖς τῶν κολάκων πρὸς χάριν ὁμιλίαις ἐξετράπη πρὸς τρυφὴν καὶ ἀκολασίαν καὶ τυραννικὴν ὠμότητα. ἐπετελεῖτο γὰρ γυναικῶν ὕβρεις· καὶ τοὺς παρρησίᾳ χρωμένους τῶν φίλων ἀπέκτεινε, καὶ πολλῶν ἀκρίτως οὐσίας ἐδήμευσε, καὶ τοῖς πρὸς χάριν ὁμιλοῦσιν ἐδωρεῖτο. τὸ μὲν οὖν πρῶτον ἐπηκολούθει ἐκ τῶν ὄχλων μῖσος, εἶτα καὶ ἐπιβουλία, καὶ ὁ τοῖς πονηροῖς δυνάσταις εἰωθὼς ἐπακολουθεῖν ὄλεθρος.

Ὅτι μετὰ τὴν Ἱερωνύμου τελευτήν, οἱ Συρακούσιοι ἐλθόντες εἰς ἐκκλησίαν ἐψηφίσαντο τοὺς συγγενεῖς τοῦ τυράννου κολάσαι,

καὶ τὰς γυναῖκας ὁμοίως τοῖς ἀνδράσιν ἀνεῖλον, καὶ μηδὲ ῥίζαν ἀπολιπεῖν τυραννικῆς συγγενείας.

Ὅτι τὸ σῶμα τοῦ Σεμπρωνίου Μάγωνος ἀποστείλαντος πρὸς Αννίβαν, οἱ μὲν στρατιῶται χείμενον ὁρῶντες ἐβόων κατατέμνειν, καὶ κατὰ μέρη διασφενδονῆσαι· ὁ δὲ Αννίβας φήσας οὐ προσήκειν τὴν ὀργὴν εἰς ἀναίσθητον σῶμα ἐναποτίθεσθαι, καὶ λαβὼν πρὸ ὀφθαλμῶν τὸ τῆς τύχης ἄδηλον, ἅμα δὲ καὶ θαυμάζων τὴν ἀρετὴν τοῦ ἀνδρός, πολυτελοῦς ταφῆς ἠξίωσε τὸν τετελευτηκότα. ἀναλέξας δὲ τὰ τοῦ σώματος ὀστᾶ, καὶ φιλανθρώπως περιστείλας ἀπέστειλεν εἰς τὸ τῶν Ῥωμαίων στρατόπεδον.

Ὅτι τῶν Συρακοσίων μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς πόλεως ἁπάντων ἀπαντησάντων Μαρκέλλῳ μεθ' ἱκετηρίας, τῶν μὲν ἐλευθέρων ἔφη σωμάτων φείσασθαι, τὰς δὲ κτήσεις ἁπάσας διαρπάσαι.

Ὅτι Καρχηδόνιοι καταλύσαντες τὸν Λιβυκὸν πόλεμον, τὸ τῶν Μικατανῶν Νομάδων ἔθνος σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις τιμωρησάμενοι, πάντας τοὺς συλληφθέντας ἀνεσταύρωσαν. διόπερ οἱ τούτων ἀπόγονοι τῆς εἰς τοὺς πατέρας ὠμότητος ἀναμιμνησκόμενοι, χαλεπώτατοι τοῖς Καρχηδονίοις πολέμιοι καθεστήκεισαν.

Ὅτι οὐκ εἴασε τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἀρετὴν φημὶ δὴ τοῦ Ασδρούβου ἀνεπισήμαντον. ἀλλὰ φησίν, ἦν γὰρ υἱὸς Αμίλκου τοῦ Βάρκα μὲν ἐπικαλουμένου, μεγίστην δὲ δόξαν ἐσχηκότος τῶν καθ' ἑαυτόν. καὶ γὰρ ἐν τῷ Σικελικῷ πολέμῳ μόνος τῶν ἡγεμόνων πολλάκις ἐνίκησε Ῥωμαίους· καὶ τὸν ἐμφύλιον καθελὼν πόλεμον, πρῶτος διεβίβασε δύναμιν εἰς Ιβηρίαν. τοιούτου δ' ὢν πατρὸς, οὐκ ἀνάξιον ἑαυτὸν παρείχετο τῆς ἐκείνου δόξης. ὁμολογουμένως γὰρ ἄριστος ἦν στρατηλάτης ἁπάντων Καρχηδονίων, μετὰ τὸν ἀδελφὸν Αννίβαν. διὸ καὶ τῶν ἐν Ιβηρίᾳ δυνάμεων Ασδρούβαν κατέλιπεν ἡγεμόνα. πολλὰς δὲ μάχας ἀγωνισάμενος κατὰ τὴν Ιβηρίαν, καὶ διὰ παντὸς

vtque mulieres etiam vnà cum viris tollerentur, neque vllus ex regia ſtirpe ſuperſtes relinqueretur.

Cùm Sempronij Gracchi cadauer ab Magone ad Hannibalem miſſum fuiſſet, milites quidem membratim concerpendum ac diſiiciendum illud eſſe conclamabant: ſed Hannibal ſimul incertos fortunæ exitus ſibi ob oculos proponens, ſimul virtutem hominis admiratione proſecutus, nefas eſſe dixit in cadauer ſenſu orbatum iram effundere, omnique honoris genere exequias Gracchi celebrauit; oſſa quinetiam ac cineres in vrna conditos ad Romanorum caſtra miſit.

Captis Syracuſis cùm ciues ramos oleæ præferentes obuiam M. Marcello proceſſiſſent, ingenuis quidem omnibus parcere ſe Marcellus dixit, ſed bona vniuerſa in prædam militis ceſſura eſſe.

Carthaginenſes profligato Libyco bello in Micatanos Numidas eorúmque vxores ac liberos grauiter ſæuierunt, captiuóſque omnes crucibus affixerunt. Quamobrem horum poſteri ſæuitiam in parentes ſuos exercitam recordati, infeſtiſſimi hoſtes populi Carthaginenſis extiterunt.

Cæterùm Haſdrubalis virtus haudquaquam ſilentio prætereunda eſt. Nam cùm Hamilcaris cognomento Barcæ filius eſſet, omnium ætatis ſuæ ducum præſtantiſſimi, qui & in Sicilienſi bello ſolus Romanos ſæpè ſuperauerat, & confecto ciuili bello primus in Hiſpaniam copias trajecerat, huiuſmodi patris gloria non indignum ſe filium præſtitit. Etenim quod ſine controuerſia eſt, omnium Pœnorum ducum poſt Hannibalem fratrem optimus habebatur. quocirca & Hiſpanicis copiis ab Hannibale eſt præpoſitus: cúmq. multa & magna prælia in Hiſpania feciſſet, & ex priſtinis cladib.

exercitum recreaſſet, in maximis periculis ſæpè verſatus eſt. Ac tandem procul ab ora maritima fugatus, ſua virtute validiſſimas copias comparauit, præterque omnium expectationem in Italiam venit.

Nabis Lacedæmoniorum tyrannus, Pelopem Lycurgi quondam Regis filium admodum puerum è medio ſuſtulit. Verebatur enim ne puer olim adoleſcentiam ingreſſus, elatúſque ob ſplendorem generis, libertatem patriæ redderet. Præterea ex Lacedæmoniis optimum quemque neci dedit, ac perditiſſimos homines ad cuſtodiam corporis ac dominationis vndique conduxit. Igitur ex omnibus partibus ſacrilegi, fures, latrones, capitis damnati Spartam confluebant. Namque ille dominationem ſcelere partam nonniſi huiuſmodi hominum prȩſidio confirmari poſſe ſperabat.

Cretenſes nauibus ſeptem piraticam facere aggreſſi, multos in mari nauigantes ſpoliabant; quamobrem cùm mercatores animis iam fracti eſſent, Rhodij has iniurias ad ſe pertinere rati, bellum Cretenſibus indixêre.

Pleminius Scipionis legatus, Locris cum præſidio relictus, ſumma vir impietate, Proſerpinæ theſauris per vim apertis pecuniam omnem ſacram abſtulit. Cúmque ægrè id Locrenſes ferrent, & populi Romani implorarent fidem, duo Tribuni militum ſimulantes tanto facinore ſe commoueri, Pleminium acriter obiurgarunt, non quod reuera indignarentur, ſed quia direptæ pecuniæ nullam ipſi partem acceperant. Verùm breui omnibus pœnam ſceleris ſui numen rependit. Quippe id fanum totius Italiæ celeberrimum fuiſſe dicitur, cunctiſque retro ſæculis intactum incolarum

ἐκ τῶν ἐλαττωμάτων ἀναλαμβάνων τὰς δυνάμεις, πολλοὺς καὶ παντοίους ὑπέμεινε κινδύνους· καὶ εἰς τὴν μεσόγειον ἀποδιωχθεὶς, διὰ τὴν ἰδίαν ἀρετὴν μεγάλην ἤθροισε δύναμιν, καὶ παρεληλύθει παρ' ἐλπίδας εἰς Ἰταλίαν.

Ὅτι Νάβις ὁ τύραννος τῶν Λακεδαιμονίων ἀνεῖλε Πέλοπα, τὸν Λυκούργου μὲν τοῦ βασιλεύσαντος υἱὸν, παῖδα δὲ τὴν ἡλικίαν ὄντα· εὐλαβεῖτο γὰρ μήποτε ὁ παῖς παραγενόμενος εἰς ἡλικίαν, ἀποκαταστήσῃ τῇ πατρίδι τὴν ἐλευθερίαν, πεφρονηματισμένος διὰ τὴν εὐγένειαν. αὐτὸς δὲ τοὺς χαριεστάτους τῶν Λακεδαιμονίων ἐπιλεγόμενος ἀνῄρει· καὶ μισθοφόρους πανταχόθεν τοὺς χειρίστους συνήγαγε, φύλακας τῆς δυναστείας. διόπερ ἐκ παντὸς τόπου συνέρρεον εἰς τὴν Σπάρτην ἱερόσυλοι, φῶρες, λησταὶ, κατάδικοι θανάτου. ἀσεβῶς γὰρ τὴν τυραννίδα περιποιησάμενος, ὑπὸ μόνων τούτων ἤλπιζε βεβαιότατα τηρηθήσεσθαι.

Ὅτι Κρῆτες ναυσὶν ἑπτὰ πειρατεύειν ἐπιβαλόμενοι, τῶν πλεόντων ἐλῄστευον οὐκ ὀλίγους. διὸ καὶ τῶν ἐμπόρων ἀθυμούντων, Ῥόδιοι πρὸς αὐτοὺς τἀδικήματα νομίσαντες ἥκειν, πρὸς τοὺς Κρῆτας πόλεμον ἐξήνεγκαν.

Ὅτι Πλημμίνιος ὁ κατασταθεὶς Λοκρῶν ἡγεμὼν παρὰ Σκιπίωνος ἀσεβὴς ὢν, τοὺς τῆς Περσεφόνης θησαυροὺς ἀνασπάσας, καὶ τὰ χρήματα συλήσας ἀπήνεγκε. τῶν δὲ Λοκρῶν ἀγανακτούντων ἐπὶ τούτοις, καὶ τὴν τῶν Ῥωμαίων ἀνακαλουμένων πίστιν, δύο τῶν χιλιάρχων μισοπονηρεῖν ἐπὶ τοῖς ἀδικήμασι προσεποιήθησαν. τοῦτο δὲ ἔπραττον οὐκ ἐπὶ τοῖς γινομένοις ἀγανακτοῦντες, ἀλλ' ἐπὶ τῷ τὸ μέρος μὴ εἰληφέναι τῶν σεσυλημένων χρημάτων, ἐγκαλοῦντες * τὸ πλημμέλημα. ταχὺ δ' αὐτοῖς ἅπασιν ἀξίαν τῆς πονηρίας ἐπέθηκε τὸ δαιμόνιον. καὶ γὰρ ἐπιφανέστατον τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἱερῶν τοῦτ' εἶναι λέγεται, καὶ διὰ παντὸς ἁγνὸν ὑπὸ τῶν

mſ. τῷ leg. τῷ πλημμινίῳ.

ἐγχωρείων τετηρῆσθαι. καθ' ὃν γὰρ χρόνον Πύῤῥος ἐκ τῆς Ἰτα-
λίας διεβίβαζε τὰς δυνάμεις εἰς Λοκρούς, καὶ παρὰ τῶν
στρατιωτῶν ἀπαιτούμενος τοὺς μισθούς, ἠναγκάσθη δι' ἀπο-
ρίαν ἅψασθαι τῶν χρημάτων, κατὰ τὸν ἔκπλουν ἐπιγενηθῆναι
πνεύματα φασίν, ὥστε στόλῳ παντὶ ναυαγῆσαι τοῦτον. τὸν δὲ
Πύῤῥον δεισιδαιμονήσαντα, τὴν θεὸν ἐξιλάσασθαι, καὶ μὴ πρό-
τερον ἀπελθεῖν, ἕως ἀπεκατέστησε τὰ χρήματα. οἱ δὲ χιλίαρ-
χοι προσποιούμενοι μισοπονηρεῖν, προΐσταντο τῶν Λοκρῶν, καὶ
τὸν Πλημμίνιον κακῶς ἔλεγον, καὶ δίκην ἐπιθήσειν ἠπείλουν.
τέλος ἐπὶ πλεῖον τῆς λοιδορίας προβαινούσης, εἰς χεῖρας ἦλ-
θον. οἱ δὲ χιλίαρχοι τοῦτον δόντες ἐπὶ γῆν, τά τε ὦτα περιέτεμ-
ον αὐτοῦ, καὶ τὴν ῥῖνα, πρὸς δὲ τούτοις καὶ τὰ χείλη διέσχισαν.
ὁ δὲ Πλημμίνιος συλλαβὼν τοὺς χιλιάρχους, καὶ δειναῖς αἰκίαις
περιβαλὼν διέφθειρεν. ἡ δὲ σύγκλητος τῶν Ῥωμαίων διὰ τὴν ἱε-
ροσυλίαν οὐ μετρίως ἐδεισιδαιμόνει· οἱ δὲ ἀντιπολιτευόμενοι
τῷ Σκιπίωνι, καιρὸν εὑρόντες οἰκεῖον διαβολῆς, κατηγόρουν
αὐτοῦ, λέγοντες ὡς ἀπὸ τῆς ἐκείνου γνώμης ἅπαντα πεπραχέναι
Πλημμίνιος. ἡ δὲ σύγκλητος ἀπέστειλε πρεσβευτὰς ἀγορανόμον
καὶ δύο δημάρχους, εἰ μὲν εὕρωσιν ἀπὸ τῆς Σκιπίωνος γνώμης γε-
γενημένην ἱεροσυλίαν, κατὰ τάχος ἀναγεῖν αὐτὸν εἰς τὴν Ῥώμην·
εἰ δὲ μή, ἐᾶν αὐτὸν διαβιβάζειν τὰς δυνάμεις εἰς τὴν Λιβύην.
τούτων δὲ κατὰ τὴν ὁδὸν ὄντων, ὁ Σκιπίων μεταπεμψάμενος τὸν Πλη-
μμίνιον ἔδησεν εἰς ἅλυσιν, καὶ περὶ τὴν γυμνασίαν ἦν τῶν δυνάμεων.
οἱ δὲ δήμαρχοι ταῦτα θαυμάσαντες, ἐπῄνεσαν τὸν Σκιπίωνα. εἰς
δὲ Ῥώμην ἀπαχθέντος τοῦ Πλημμινίου, τοῦτον ἡ σύγκλητος εἰς φυ-
λακὴν ἀπέθετο, καθ' ἣν αὐτὸν τελευτῆσαι συνέβη. τὴν δὲ οὐσίαν
αὐτοῦ καθιέρωσε, καὶ τὰ προσελλείποντα τῶν ἱεροσυληθέντων χρη-
μάτων ἐκ τοῦ δημοσίου προσθεῖσα, τῇ θεῷ καθιέρωσεν. ἐψηφίσατο δὲ
καὶ τοὺς Λοκροὺς ἐλευθέρους εἶναι, καὶ τῶν στρατιωτῶν τοὺς ἔχοντάς τι
τῶν * Φέρσεως χρημάτων, ἐὰν μὴ καταθῶσιν ἐνόχους εἶναι θανάτου.

f. φερσεφατ-της.

manſiſſe curâ. Et cùm Pyrrhus, quo tempore è Sicilia trajecit Locros, flagitantibus ſtipendia militibus, pecuniam ſacram contingere coactus eſſet, aiunt claſſem omnem Pyrrhi inter redeundum fœdiſſima tempeſtate iactatam fuiſſe; ac Pyrrhum ipſum religione perculſum, Deam placaſſe, neque priùs abiiſſe quàm vniuerſam pecuniam reſtituiſſet. At Tribuni indignatione adſimulata, cauſam Locrenſium ſuſcepêre, & Pleminium criminati ſunt pœnam ei interminati. Creſcente vt fit iurgio, tandem ad manus ventum eſt, & Tribuni Pleminio ad terram proſtrato aures naſúmque morſibus detruncarunt, ac labia conſciderunt. Poſtmodum verò Pleminius comprehenſos Tribunos virgis ad mortem cecidit. Interim Senatus populúſq. Romanus contractum eo ſacrilegio piaculum vehementer reformidabat; & Pub. Scipionis aduerſarij opportunam calumniæ anſam nacti, eum accuſabant, Pleminium omnia ex eius conſilio ac mandato egiſſe aſſeuerantes. Igitur Senatuſconſulto duo Tribuni plebis adiuncto Ædili in Siciliam miſſi, vt ſi id ſacrilegium iuſſu aut voluntate P. Scipionis admiſſum eſſe comperiſſent, eum protinus Romam abducerent; ſin contrà, ſinerent illum copias in Africam tranſportare. Qui dum adhuc iter faciunt, accerſitum ad ſe Pleminium Scipio in carcerem coniecit; ipſe interim aſſiduè militem exercere non ceſſabat. Cuius rei Tribuni plebis admiratione capti, Scipionem magnoperè laudarunt. At Pleminius Romam in vinculis perductus, extemplò iuſſu Senatus in carcerem conditus eſt, nec multò pòſt in cuſtodia deceſſit: bona eius fano Proſerpinæ conſecrata ſunt; vtque quod ex direpta ſacra pecunia deeſſet, ex ærario ſuppleretur, Senatus cenſuit. Si quis miles quod ex Proſerpinæ theſauris penes ſe haberet, non reſtituiſſet bona fide, capital fore. Additum præterea vt Locrenſes liberi eſſent.

P. Scipio cùm ad eum Syphax in vinculis adductus eſſet, principio quidem collacrymatus eſt, priſtinam hominis in Regia fortuna felicitatem animo reputans. Paulò pòſt cùm fortunam ſuam Scipio moderatè ferre decreuiſſet, Syphacem vinculis abſolui iuſſit, eique tabernaculum ſuum cum reliquo famulatu Regio conceſſit: aſſeruatúmque in libera cuſtodia ſæpè benignè alloquebatur, & conuiuio etiam accipiebat.

Sophoniſba, (quæ priùs quidem Maſiniſſæ, poſtea verò Syphaci nupſerat, tandémque bello capta, in Maſiniſſæ manum rurſus conuenerat,) mulier erat præſtanti forma, variiſque artibus ac delinimentis quiduis impetrare facilè poterat. Cúmque patriæ amantiſſima eſſet, virum à partibus Romanorum auocare quotidie non ceſſabat. Quæ cùm Syphaci probè comperta eſſent, rem Scipioni aperuit; vtque ab ea femina caueret monuit. Eadem confirmante etiam Lælio Scipio mulierem adduci ad ſe iuſſit. Quod cùm recuſaret Maſiniſſa, Scipio acerbè eum obiurgauit. Proinde terrefactus Maſiniſſa, mitti ab eo iuſſit qui illam abducerent. Ipſe interim in tabernaculum profectus, Sophoniſbam venenatum haurire poculum coëgit.

Scipio ob miſericordiam ac clementiam aduerſus eos qui bello capti erant, firma in poſterum & conſtanti Maſiniſſæ ſocietate perpetuò eſt vſus.

Hannibal conuocatis ſociis, ſibi in Africam neceſſariò traijciendum eſſe ſignificauit, & ſi quis eorũ ſecum proficiſci vellet, poteſtatẽ nauigãdi fecit. Ac nonnulli quidẽ eius ſigna ſequi minimè recuſarunt. Quib. verò in Italia reſidere gratiùs erat circunducto iis exercitu, primũ qui-

armis ac lanceæ ſubeſſe: poſtremò gratiam ſibi potius à ſocero deberi : nihil enim ab eo proprium donari ſibi, qui horum omnium dominus eſſet. Cæterùm Viriathus tunc neque lauit, neque diſcubuit, tametſi multùm rogatus. Cúmq. exquiſitiſſimis dapibus menſa inſtructa eſſet, panes duntaxat carnéſque comitibus ſuis diuiſit : ipſe deguſtato modico cibo ſponſam adduci iuſſit, & ſacrificio ritè peracto ex more inſtitutóque Hiſpanorum, virginem equo impoſuit, ſtatimque ad diuerſoria, quæ in montibus ſtructa habebat, eam abduxit : quippe ſobrietatem maximas opes eſſe exiſtimabat, patriam in libertate, firmiſſimam poſſeſſionem in fortitudine ponebat. Idem præterea in pactionibus & colloquiis maxima fide erat atque vrbanitate præditus, vtpote qui ingenio incorrupto nulliſque erudito diſciplinis ſimpliciter ac ſincerè loqueretur.

Demetrius Laodiceæ moratus, conuiuiis celebrandis, atque huiuſcemodi luxu ſegne otium terebat : ac nihilominus multos interim iniuria afficiebat, calamitatibus ſuis nullatenus prudentior factus.

Cnoſſij de principatu inſulæ certabant, quem ad ſe pertinere aſſerebant, tum ob antiquum ciuitatis ſplendorem, tum ob famam quæ de eorum maioribus iam inde ab heroïcis temporibus percrebuit. Iouem enim apud ipſos educatum eſſe nonnulli aiunt, & Minoëm qui maris imperium primus obtinuit, Cnoſſo oriundum ab Ioue inſtitutum fuiſſe, ac virtute reliquos mortales longè ſuperaſſe.

At in Ægypto Ptolemęus Rex crudelitatis cauſa cũctis odio erat. quippe ipſius mores cum Philometoris fratris morib. compoſiti ne cõparationem quidem admittebãt, cùm ille eximia manſuetudine, hic ſumma ſæuitia eſſet

δέσου πλοῦτος, δοῦλος ἦν τοῦ τὴν λόγχην ἔχοντος· πρὸς δὲ τούτοις ὅτι χάριν αὐτῷ μᾶλλον ὀφείλει, δίδωσι δὲ οὐδὲν ἴδιον τῷ κυρίῳ πάντων. ὁ δ' οὖν Οὐρίατθος οὔτε ἐλούσατο λιπαρούντων, οὔτε κατεκλίθη. τραπέζης δὲ παρατεθείσης παντοδαπῶν βρωμάτων, ἀφελὼν ἄρτους καὶ κρέα τοῖς μεθ' ἑαυτοῦ παρελθοῦσιν ἔδωκε. καὶ αὐτὸς ἀπὸ χειρῶν βραχέα προσενεγκάμενος, ἄγειν ἐκέλευσε τὴν νύμφην. θύσας δὲ τοῖς θεοῖς, * καὶ τὰ νομιζόμενα παρ' mſ. κτ. Ἴβηρσι ποιήσας, ἐπέθετο τὴν παρθένον ἐπὶ τὴν ἵππον, καὶ παραχρῆμα ἀπήλαυνεν εἰς τὰς ἐν τοῖς ὄρεσι παρασκευάς. ὑπελάμβανε γὰρ τὴν μὲν αὐτάρκειαν μέγιστον ὑπάρχειν πλοῦτον, τὴν δὲ ἐλευθερίαν πατρίδα, τὴν δὲ ἐκ τῆς ἀνδρείας ὑπεροχὴν βεβαιοτάτην κτῆσιν. ἦν δὲ ὁ ἀνὴρ οὗτος καὶ κατὰ τὰς ὁμιλίας εὔστοχος, ὡς ἂν ἐξ αὐτοδιδάκτου καὶ ἀδιαστρόφου φύσεως ἀμιμήτους φέρων τοὺς λόγους.

Ὅτι ὁ Δημήτριος ἐν Λαοδικείᾳ διατρίβων ῥαθύμως διῆγε, πότους τε συνάγων, καὶ ταῖς πολυτελεστάταις ἀπολαύσεσιν ἐκκεχυμένως χρώμενος. ὁμοίως δὲ κατὰ τὴν ἀγωγὴν ὁ αὐτὸς διέμεινεν εἰς πολλοὺς εἰκῆ παρανομῶν, καὶ μὴ δυνάμενος ἀπὸ τῶν ἐλαττωμάτων διορθωθῆναι.

Ὅτι οἱ Κνώσιοι τῶν πρωτείων ἀντείχοντο. προῆγε δὲ αὐτοὺς ἐπὶ τὴν τῆς ἡγεμονίας φιλοτιμίαν, τό τε παλαιὸν ἀξίωμα τῆς πόλεως, καὶ τῶν προγόνων ἡ διαβεβοημένη δόξα, κατὰ τοὺς ἡρωϊκοὺς χρόνους. τόν τε γὰρ Δία παρ' αὐτοῖς τετράφθαι μυθολογοῦσί τινες, καὶ Μίνω τὸν θαλασσοκρατήσαντα Κνώσιον ὄντα παιδευθῆναι ὑπὸ Διός, καὶ πολὺ τῶν ἄλλων ἀρετῇ διενεγκεῖν.

Ὅτι κατὰ τὴν Αἴγυπτον τὸν Πτολεμαῖον, διὰ τὴν πρὸς τοὺς ἀρχομένους ὠμότητα καὶ παρανομίαν, οὐ μετρίως ἐμίσει τὸ πλῆθος. παράλληλος γὰρ ὁ τούτου τρόπος πρὸς τὴν τοῦ Φιλομήτορος θεωρούμενος, οὐδὲ σύγκρισιν ἐπεδέχετο, διὰ τὰς παρ' ἀμφοτέροις ὑπερβολάς, τοῦ μὲν ἐπιεικείας, τοῦ δὲ ὠμότητος καὶ μιαιφονίας.

διὰ τὰ πλήθη καὶ πρὸς μεταβολὴν οἰκείως ἔχοντα, τὸν τῆς ἀποκαταστάσεως ἐκαραδόκει καιρόν.

Ὅτι Πτολεμαίου κατὰ τὴν Μέμφιν ἐνθρονιζομένου τοῖς βασιλείοις κατὰ τοὺς Αἰγυπτίων νόμους, παῖς ἐγένετο ἐκ τῆς Κλεοπάτρας τῷ βασιλεῖ. ἡσθεὶς δὲ διαφερόντως, προσηγόρευσε τὸν παῖδα Μεμφίτην, ἀπὸ τῆς πόλεως, καθ' ἣν τὰς θυσίας ἐπιτελοῦντος ἐγεννήθη. ἄγων δὲ παιδογόνια, καὶ τῇ συνήθει μιαιφονίᾳ χρώμενος, προσέταξεν ἀποκτεῖναι τῶν Κυρηναίων τοὺς συγκαταγαγόντας μετ' αὐτὸν εἰς τὴν Αἴγυπτον, ἐγκαλουμένους δὲ ἐπί τισι δικαίαις παρρησίαις διὰ τὴν παλλακὴν Εἰρήνην.

Ζήτει ἐν τῷ περὶ γάμων.

Ὅτι Διήγυλις ὁ τῶν Θρᾳκῶν βασιλεύς, παραλαβὼν τὴν βασιλείαν, καὶ παραδόξως αὐτῷ τῶν ἀγαθῶν ἐπιρρεόντων, οὐκέτι τῶν ὑποτεταγμένων ὡς φίλων καὶ συμμάχων ἦρχεν, ἀλλ' ὡς ἀργυρωνήτων ἀνδραπόδων, ἢ πολεμίων αἰχμαλώτων ὠμῶς ἐδέσποζε. πολλοὺς μὲν γὰρ καλοὺς καὶ ἀγαθοὺς ἄνδρας Θρᾳκῶν ἀνῄρει μετ' αἰκίας. οὐκ ὀλίγους δ' ὕβριζε, καὶ ταῖς ἐσχάταις παρανομίαις περιέβαλλεν. οὐ γὰρ ἦν οὐ γυναικός, οὐ παιδὸς αὐτῷ κάλλος ἄθικτον· οὐ κατασκευὴ κτημάτων πολυτελὴς ἀναφαίρετος· ἀλλὰ πᾶσαν τὴν ὑφ' ἑαυτὸν δυναστείαν ἐπλήρου παρανομίας. ἐπόρθει δὲ καὶ τῶν Ἑλληνίδων πόλεων τὰς πλησιοχώρους, καὶ τῶν ἁλισκομένων, οὓς μὲν ὕβριζεν, οὓς δὲ δειναῖς καὶ παρηλλαγμέναις αἰκίαις ἐτιμωρεῖτο. κυριεύσας δὲ ὁ αὐτὸς πόλεως Λυσιμαχίας, τεταγμένης ὑπὸ τὸν Ἄτταλον, τὴν μὲν πόλιν ἐνέπρησε· τῶν δ' αἰχμαλώτων ἐπιλέξας τοὺς ἀξιολογωτάτους, ἰδίαις καὶ παρηλλαγμέναις κατ' αὐτῶν ἐχρήσατο τιμωρίαις. παίδων μὲν γὰρ ἀποκόπτων χεῖρας, καὶ πόδας, καὶ κεφαλάς, ἐξῆπτε ταῦτα φέρειν τοῖς τῶν γονέων τραχήλοις. ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν ἑκατέρων διήλλαττεν ἀμφοτέρων τὰ μέλη. καί τινας μὲν χειροκοπήσας διεμέλιζε τὰ σώματα κατὰ ῥάχιν. ἔστι δ' ὅτε καὶ τὰς διακοπὰς ἐπ' ἄκραις ταῖς λόγχαις φέρειν.

prædītus, proinde vulgus auidum rerum nouarum, opportunum defectionis tempus cupidè expectabat.

Quo tempore Ptolemæus ex ſolenni Ægyptiorum more apud vrbem Memphim in palatio inaugurabatur, natus eſt ei filius ex Regina Cleopatra; qua re ſupra modum exhilaratus, puerum Memphitem nominauit, quod ſibi in vrbe Memphi ſolenne ſacrum peragenti natus eſſet. Porro dum natalitia pueri celebrat, à ſolita crudelitate nequaquam deſciſcens, Cyrenæos quoſdam, qui eum in Ægyptum deduxerant, interfici iuſſit, quod paulò liberius ob Irenem pellicem ipſum obiurgaſſent.

Diegylis Thracum Rex, poſtquam ad regnum acceſſit, rebus ſupra votum proſperè ſuccedentibus elatus, ſubditis non iam quaſi amicis ac ſociis imperare, ſed tanquam mancipiis aut captiuis acerbè dominari cœpit. Multos quippe ex Thracibus bonos inprimis viros tortos necauit, plurimos iniuriis atque vltimis contumeliis affecit. Etenim nullius mulieris aut ingenui adoleſcentis formæ ac pudori parcebat, nullas non opes per vim rapiebat: ſed vniuerſam ditionem ſcelere ac violentia replebat. Quin & Græcas vrbes regioni ſuæ conterminas prædabatur, captóſque partim violabat, partim exquiſitiſſimis tormentis è medio tollebat. Cúmque vrbem Lyſimachiam, quæ ditionis Attali erat, cepiſſet, ipſam quidem incendio conſumpſit: ex captiuis autem ſelectum nobiliſſimum quemque nouis atque inauditis ſuppliciis excarnificauit. Præciſa enim filiorum capita ac manus pedéſque ex parentum collo ſuſpendebat, virorúmque ac mulierum amputata membra permutabat: nonnullos etiam manibus mutilatos per ſpinam dorſi diſſecabat, atque interdum abſciſſa membra contis præfigebat,

adeò vt crudelitate Phalarim ipſum, & Apollodorum Caſſandrenſium tyrannum longè ſuperaret. Verùm, vt cætera omittam, ex hoc vnico facto illius atrocitas abundè deprehenditur. Cùm ex more veteri inſtitutóque Thracum nuptias celebraret, duos iuuenes Græcos ſimul iter facientes corripuit. Erant illi ex Attali regno fratres, ambo ſingulari forma; alter iam primam lanuginem præferebat, alter eum ætatis florem proximè attigerat. Diegylis vtrumque infulis victimarum more redimitum introduxit. Cúmque iuniorem quaſi medium conciſurus extendi à ſatellitibus ſuis iuſſiſſet, repentè exclamauit non iiſdem Reges ac priuatos vti victimis debere. Ad hæc cùm maior natu ingemiſceret, ac præ charitate in fratrem ſemet ferro ſupponeret, Diegylis hunc quoque ſimiliter ſterni præcepit, ac crudelitatem geminans, ambos vnicâ plagâ confecit, applaudentibus tantæ dexteritati ſpectatoribus. Huiuſmodi alia plurima ab eo ſunt nefariè geſta.

Attalus cùm Diegylim auaritiæ & crudelitatis cauſa ſubditis ſuis inuiſum eſſe intelligeret, ipſe contrariam prorſus viam inſtituit: proinde cùm permultos Thraces quos ceperat, liberaliter dimitteret, multos manſuetudinis ſuæ præcones ſibi comparauit. Cúmque Diegylidis odio multi ex principibus Thracum ad eum confugerent, ac benignè exciperentur, ea re comperta, Diegylis defectorum obſides grauiſſimis contumeliis tormentiſque ſubdidit: quorum plerique cùm adhuc tenera ætate eſſent, nihilominus partim membratim concerpti, partim pedibus manibúſque & capite truncati ſunt: eorúmq. alij crucib. affixi, alij arborib. ſuſpenſi. Nec paucas mulieres notis compunctas, (eæ apud Thracas primariæ habentur) antequam ad ſupplicium ducerentur, proſtituebat omnium libidini,

ὡς Φάλαριν καὶ τὸν Κασανδρέων τύραννον Ἀπολλόδωρον ὑπερβαλέσθαι ὠμότητι. παραλιπὼν δ' ἄν τις τὰ λοιπὰ τῆς περὶ αὐτὸν μιαιφονίας, ἐξ ἑνὸς τοῦ μηνύοντος λέγεσθαι τεκμήραιτο τὴν ὑπερβολὴν τῆς ὠμότητος. γάμων ἀγομένων τούτῳ κατά τι Θρακικὸν παλαιὸν ἔθος, δύο νεανίσκους Ἕλληνας ἐκ τῆς Ἀτταλικῆς βασιλείας καθ' ὁδοιπορίαν συνήρπασεν, ἀδελφοὺς μὲν ὑπάρχοντας, τῇ δὲ εὐπρεπείᾳ διαφόρους· τὸν μὲν ἴουλον κατάγοντα, τὸν δὲ ὑπογραφὴν ἄρτι λαμβάνοντα ταύτης τῆς ἀκμῆς. τούτους ἀμφοτέρους καταστέψας ἱερείου τρόπον, εἰσήγαγε. καὶ τὸν μὲν νεώτερον κατατείνας μακρὸν διὰ τῶν ὑπηρετῶν, ὡς μέσον διακόψων, ἀνεφώνησεν ὡς οὐχ * ὁμοίοις ἱερείοις δεῖ mſ. ὁμοίως.
χρῆσθαι τοὺς ἰδιώτας καὶ τοὺς βασιλεῖς. κλαίοντος δὲ τοῦ πρεσβυτέρου, καὶ φιλάδελφον πάθος προφαίνοντος, καὶ τιθέντος ἑαυτὸν ὑπὸ τὸν σίδηρον, προσέταξε τοῖς ὑπηρέταις καὶ τοῦτον ὁμοίως τεῖναι μακρόν. διπλασιάζων δὲ τὴν ὠμότητα, καὶ μιᾷ πληγῇ καθ' * ἑκα- mſ. ἑτέρου.
τέρου χρησάμενος, ἐν ἀμφοτέροις εὐστόχησε, παιᾶνι τῶν θεωμένων ἐπισημηναμένων τὴν κατόρθωσιν. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα παράνομα ἐποίησεν.

Ὅτι ὁ Ἄτταλος ἀκούων τὸν Διήγυλιν παρὰ τοῖς ὑποτεταγμένοις διαβεβλῆσθαι, διά τε τὴν πλεονεξίαν, καὶ τὴν ὑπερβολὴν τῆς ὠμότητος, ἐζήλωσε τὴν ἐναντίαν προαίρεσιν. διὸ καὶ τοὺς ἁλισκομένους τῶν Θρᾳκῶν ἀπολύων μετὰ φιλανθρωπίας, πολλοὺς εἶχε κήρυκας τῆς ἰδίας ἐπιεικείας. ἃ δὴ πυνθανόμενος ὁ Διήγυλις, τῶν μὲν ἀποχωρούντων τοὺς ὁμήρους δειναῖς ὕβρεσι καὶ παρανόμοις αἰκίαις περιέβαλεν, ὧν ἦσάν τινες τῶν ἀσθενεστάτων παίδων, ἡλικίᾳ καὶ φύσει. καὶ γὰρ τούτων οἱ μὲν διαμεμελισμένοι τὰ σώματα ποικίλως, οἱ δὲ κεφαλὰς καὶ χεῖρας, καὶ πόδας ἀφῃρημένοι· καὶ τούτων οἱ μὲν ἐπὶ σκόλοψιν, οἱ δὲ ἐπὶ δένδρεσιν ἀνήρτηντο. οὐκ ὀλίγας δὲ καὶ τῶν γυναικῶν ἀνεπτυγμένας τὰ σώματα πρὸς ὕβριν τε ἦν ἰδεῖν πρὸς ταῖς τοῦ θανάτου συμφοραῖς προκειμένας,

παντοίας διαθέσεις αἰχμαλώτης ἐξ ὑπερηφανίας βαρβάρων συντετελεσμένας. αἱ τῶν μὲν πράξεσιν ὠμότητος ἀναισχύντου δεῖγμα * προέκειντο, τῶν δὲ θεωρούντων καὶ τὸν ἥμερον ἐχόντων λογισμὸν πολλοὺς ἐξεκαλοῦντο πρὸς τὸν τῶν ἠτυχηκότων ἔλεον.

ms. προσέκειντο.

Ὅτι τοῦ Πομπηίου ἐλθόντος ἐπὶ πόλιν τὴν καλουμένην Λαγνί, καὶ ταύτην πολιορκοῦντος, οἱ Νουμαντῖνοι βουλόμενοι βοηθῆσαι τοῖς ὁμοεθνέσιν, ἔπεμψαν στρατιώτας τετρακοσίους νυκτός. οἱ δὲ τούτους ἀσμένως δεξάμενοι, σωτῆρας ἀπεκάλουν καὶ δωρεαῖς ἐτίμων. μετὰ δὲ ἡμέρας ὀλίγας καταπλαγέντες, καὶ τὴν πόλιν παραδιδόντες, τοῖς σώμασιν ᾔτουν ἀσφάλειαν. τοῦ δὲ Πομπηίου δόντος ἀπόκρισιν, ὡς οὐκ ἂν ἄλλως ποιήσαιτο πρὸς αὐτοὺς ὁμολογίας, εἰ μὴ πρῶτον ἐκδώσουσι τοὺς συμμάχους, οἱ μὲν πρῶτον ἐντρεπόμενοι τὸ πρὸς τοὺς εὐεργέτας ἀνόμημα διεκαρτέρουν. τοῦ δὲ δεινοῦ πλησίον ὄντος διεπρεσβεύοντο, καὶ τῇ τῶν φίλων ἀπωλείᾳ τὴν σωτηρίαν αὐτοῖς ἐπεχείρουν περιποιῆσαι. οὐ μὴν ἔλαθόν γε τοὺς ἐπιβουλευομένους. ἀλλὰ τοῦτο μαθόντες πρὸς ἀλκὴν ἐτράποντο, καὶ νυκτὸς τοῖς κατὰ τὴν πόλιν ἐπιτιθέμενοι, πολὺν ἐποίουν φόνον. ὁ δὲ Πομπήιος τοῦ θορύβου αἰσθόμενος, καὶ κλίμακας προσερείσας τοῖς τείχεσιν, ἐκυρίευσε τῆς πόλεως· καὶ τοὺς μὲν εὐγενεῖς ἅπαντας ἀπέσφαξε, τοὺς δὲ συμμάχους ὄντας διακοσίους τὸν ἀριθμὸν ἀπέλυσε τῶν κινδύνων ἅμα μὲν ἐλεήσας κινδυνεύουσαν ἀρετήν, καὶ τὸ περὶ τοὺς ἀκληροῦντας γινόμενον πάθος δι᾽ ἀχαριστίαν. ἅμα δὲ τὴν Νουμαντίνων εὔνοιαν πρὸς Ῥωμαίους πόρρωθεν ἐκκαλούμενος ταῖς εὐεργεσίαις. τὴν δὲ πόλιν κατέσκαψεν.

Ὅτι ὁ Ἀρσάκης ὁ βασιλεὺς ἐπιείκειαν καὶ φιλανθρωπίαν ζηλώσας, αὐτομάτην ἔσχε τὴν ἐπίρροιαν τῶν ἀγαθῶν, καὶ τὴν βασιλείαν ἐπὶ πλεῖον ηὔξησε. μέχρι γὰρ τῆς Ἰνδικῆς διατείνας, τῆς ὑπὸ τὸν Πῶρον γενομένης χώρας ἐκυρίευσεν ἀκινδύνως.

inſolentia barbarica ad omne genus iniuriæ præceps. Quæ quidem cùm impudentem quandam illius ſæuitiam palàm teſtarentur, pleroſque etiam ſpectantium atque eorum qui aliquo humanitatis ſenſu præditi erant, ad miſerationem commouebant.

Q. Pompeius cùm vrbem Lagni obſidere aggreſſus eſſet, Numantini in gratiam popularium ſuorum quadringentos illis milites noctu ſuppetias miſerunt. Quos Lagnitani initio quidem libentiſſimè acceptos, donis proſecuti ſunt haud ſecus ac ſeruatores ſuos. Paucis poſt diebus metu obſidionis perterriti, de dedenda vrbe cum Pompeio collocuti ſunt, incolumitatem duntaxat poſtulantes. Sed cùm Pompeius nullas conditiones admitteret, niſi auxiliares Numantini ſibi dederentur, primùm quidem Lagnitani tantum ſcelus aduerſus benemeritos admittere minimè auſi, obſidionem perferre ſtatuerunt. Poſtea verò cùm ad extremas anguſtias redacti eſſent, miſſa ad Pompeium legatione paratos ſe eſſe dixerunt ſociorum pernicie ſalutem ſuam redimere. Quod cùm auxiliares Numantini ſenſiſſent, noctu impreſſione in ciues nec opinantes facta, maximam cædem ediderunt. At Pompeius intellecto hoc tumultu, ſcalis protinus ad mœnia admotis, vrbem cepit: ac Lagnitanos quidem omnes internecione occîdit, Numantinos autem auxiliares numero ducentos benignè dimiſit. Simul virtutem hominum prorſus indignè in extremum diſcrimen adductam miſeratus, ſimul etiam Numantinorum beneuolentiam erga populum Romanum iamtum ea gratia alliciens. vrbem deinde ſolo æquauit.

Arſaces Parthorum Rex cùm clementiam atq. manſuetudinem inprimis coleret, admodum proſpera vbiq. fortuna eſt vſus; atq. imperij ſui limites longiſſimè propagauit. Etenim aduſque Indiam, in qua Porus olim regnauerat, progreſſus, cuncta nullo negotio ſubegit.

Cæterùm in tantam regni amplitudinem euectus, haudquaquam ad luxum ac ſuperbiam, quod pleriſque principibus vſuuenire ſolet, ſe contulit: ſed clementia in ſubditos, aduerſus hoſtes fortitudine vti inſtituit. Cúmque plurimas gentes imperio ſuo ſubiecisſet, ex ſingulis collecta optima quæque inſtituta Parthos docuit.

Viriathi cadauer magnifico exequiarum honore celebratum eſt à Luſitanis. quippe ducenta gladiatorum paria ad eius tumulum decernere iuſſerunt, dantes id eximiæ hominis fortitudini. Fuit enim ille, vt inter omnes conſtat, bellicoſiſſimus quidem in periculis: in prouidendo autem quid potiſſimùm conduceret, ſagaciſſimus, quodque præcipuum eſt, quamdiu copias duxit, adamatus à militibus quantum antea nemo. Etenim in diuidenda præda nihil præcipuum ſupra cæteros ſumebat: ex iis verò quæ ſibi comparauerat, & viros fortes muneribus donabat, & egentiſſimorum militum inopiam ſubleuabat. Erat præterea ſobrietate ac vigilantia incredibili, quíque nullum laborem ac periculum detrectaret, aduerſus omnes voluptates infractus. Ac virtutis quidem illius argumenta in aperto ſunt. Nam cùm vndecim annos Luſitanis pręfuerit, non modò concordes abſque ſeditione vlla, ſed propemodum inuictæ eius copiæ manſêre. Mortuo autem Viriatho, Luſitanorum manus eo duce orbatæ, breui diſſipatæ ſunt.

Ptolemæus ob crudelitatem cædéſque, atq. ob fœdas libidines ac deformem corporis habitum, (vnde & Phyſcon cognominatus eſt) cunctis erat inuiſus. At Pręfectus Hierax cùm & rei bellicæ ſcientiſſimus, & in congreſſib. admodum popularis, ac præterea eximia animi magnitudine eſſet, Ptolemæi imperium ſuſtinuit. Nam cùm Ptolemæus pecuniæ inopiâ premeretur, militéſq. ſtipendiis fraudati deficere ad Galæſtem parati eſſent, ipſe ex ſua pecunia numerato militibus ſtipendio ſeditionem pacauit.

Εἰς

εἰς τηλικοῦτο δὲ μέγεθος προαχθεὶς βασιλείας, οὐκ ἐζήλωσε τρυφὴν οὐδὲ ὑπερηφανίαν· ἃ ταῖς πλείσταις δυναστείαις ἀκολουθεῖν εἴωθεν. ἀλλ᾽ ἐπιείκειαν μὲν πρὸς τοὺς ὑποτεταγμένους, ἀνδρείαν δὲ πρὸς τοὺς ἀντιταττομένους· καθόλου δὲ πολλῶν ἐθνῶν ἐγκρατὴς γενόμενος, τὰ παρ᾽ ἑκάστοις ἄριστα τῶν νομίμων κατέδειξε τοῖς Πάρθοις.

Ὅτι τὸ σῶμα τοῦ Οὐειάτθου ταφῆς παραδόξου καὶ μεγαλοπρεποῦς ἠξίωσαν, καὶ διακοσίοις ζεύγεσι μονομάχων ἀγῶνα πρὸς τῷ τάφῳ συνετέλεσαν, τιμῶντες αὐτοῦ τὴν διαβεβοημένην ἀνδρείαν. ὁμολογουμένως γὰρ ἦν πολεμικώτατος μὲν ἐν τοῖς κινδύνοις, στρατηγικώτατος δὲ ἐν τῷ προϊδέσθαι τὸ συμφέρον. τὸ δὲ μέγιστον διετέλεσε πάντα τὸν τῆς στρατηγίας χρόνον ἀγαπώμενος ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ὡς οὐδεὶς ἕτερος. κατὰ μὲν γὰρ τὰς ἐκ τῆς λῃστείας διανομὰς, οὐδὲν πλέον ἀπεφέρετο τῆς τοῖς ἰδιώταις ἐπιβαλλούσης μερίδος. ἀπὸ δὲ τῶν αὐτῷ περιλαθέντων ἐτίμα τοὺς ἀξίους χάριτος, καὶ τοὺς ἀπόρους τῶν στρατιωτῶν * ἀνελάμβανεν. mſ. ὑπνω
ὑπῆρχε δὲ καὶ νήπτης καὶ ἀγρυπνητικὸς, καὶ παντὸς πόνου καὶ κινδύνου κατεξανεστηκώς· ἔτι δὲ πάσης ἡδονῆς κρείττων. αἱ δὲ ἀποδείξεις τῆς περὶ αὐτὸν ἀρετῆς ἐμφανεῖς εἰσίν. ἕνδεκα γὰρ ἔτη δυναστεύοντος αὐτοῦ Λυσιτανῶν, οὐ μόνον αἱ δυνάμεις ἀστασίαστοι διέμειναν, ἀλλὰ καὶ σχεδὸν ἀνίκητοι. μετὰ δὲ τὴν τούτου τελευτὴν, τὸ σύστημα τῶν Λυσιτανῶν διελύθη στερηθὲν τῆς τούτου προστασίας.

Ὅτι Πτολεμαῖος διὰ τὴν ὠμότητα καὶ μιαιφονίαν, καὶ διὰ τὰς ἀναιδεῖς τῶν αἰσχίστων ἡδονῶν ἀπολαύσεις, καὶ τὸ τοῦ σώματος ἀγεννὲς πάθος, διὸ Φύσκων ἐκαλεῖτο. ὁ δὲ στρατηγὸς Ἱέραξ ἐν τοῖς πολεμικοῖς ἔργοις θαυμαστὸς ὢν, καὶ κατὰ τὰς ἐντεύξεις τοῖς ὄχλοις εὔθετος, ἔτι δὲ μεγαλόψυχος, συνεῖχε τὴν τοῦ Πτολεμαίου βασιλείαν. τούτου γὰρ ἀπορουμένου χρημάτων, καὶ τῶν στρατιωτῶν βουλομένων ἀφίστασθαι πρὸς Γαλαίστην, διὰ τὸ μὴ κομίζεσθαι τοὺς μισθοὺς, ἐκ τῆς ἰδίας οὐσίας ὀψωνιάσας τὴν δύναμιν, διωρθώσατο τὴν ὅλην μεταβολήν.

Ὅτι τοῦ Πτολεμαίου παντελῶς οἱ Αἰγύπτιοι κατεφρόνησαν, ὁρῶντες ἔν τε ταῖς ὁμιλίαις ὄντα παιδαριώδη, καὶ πρὸς τὰς αἰσχίστας ἡδονὰς ἐκκεχυμένον, καὶ διὰ τὴν ἀκολασίαν τὸ σῶμα γυναικῶδες περιπεποιημένον.

Ὅτι ὁ Αἰμίλιος ὁ ὕπατος διὰ τὴν βαρύτητα καὶ δυσκινησίαν τοῦ σώματος, τῇ διὰ τὸν ὄγκον ὑπεροχῇ, καὶ τῷ πλήθει τῶν περικεχυμένων σαρκῶν, ἄχρηστος ἦν ἐν ταῖς κατὰ πόλεμον ἐνεργείαις.

Ὅτι οὐδέποτε στάσις ἐγένετο τηλικαύτη δούλων, ἡλίκη συνέστη ἐν τῇ Σικελίᾳ, δι' ἣν πολλαὶ μὲν πόλεις δειναῖς περιέπεσον συμφοραῖς, ἀναρίθμητοι δὲ ἄνδρες καὶ γυναῖκες μετὰ τέκνων ἐπειράθησαν τῶν μεγίστων ἀτυχημάτων, πᾶσα δὲ ἡ νῆσος ἐκινδύνευσε πεσεῖν εἰς ἐξουσίαν δραπετῶν, ὅρον τῆς ἐξουσίας τιθεμένων τὴν τῶν ἐλευθέρων ὑπερβολὴν τῶν ἀκληρημάτων. καὶ ταῦτα ἀπήντησε τοῖς μὲν πολλοῖς ἀνελπίστως καὶ παραδόξως, τοῖς δὲ πραγματικῶς ἕκαστα δυναμένοις κρίνειν, οὐκ ἀλόγως ἔδοξε συμβαίνειν. διὰ γὰρ τὴν ὑπερβολὴν τῆς εὐπορίας τῶν τὴν κρατίστην νῆσον ἐκκαρπουμένων, ἅπαντες σχεδὸν οἱ τοῖς πλούτοις προκεκοφότες, ἐζήλωσαν τὸ μὲν πρῶτον τρυφήν, εἶθ' ὑπερηφανίαν καὶ ὕβριν. ἐξ ὧν ἁπάντων αὐξανομένης ἐπίσης, τῆς τε κατὰ τῶν οἰκετῶν κακουχίας καὶ τῆς κατὰ τῶν δεσποτῶν ἀλλοτριότητος, ἐρράγη ποτὲ σὺν καιρῷ τὸ μίσος. ἐξ οὗ χωρὶς παραγγέλματος πολλαὶ μυριάδες συνέδραμον οἰκετῶν, ἐπὶ τὴν τῶν δεσποτῶν ἀπώλειαν. τὸ παραπλήσιον δὲ γέγονε καὶ κατὰ τὴν Ἀσίαν κατὰ τοὺς αὐτοὺς καιρούς, Ἀριστονίκου μὲν ἀντιποιησαμένου τῆς μὴ προσηκούσης βασιλείας, τῶν δὲ δούλων διὰ τὰς ἐκ τῶν δεσποτῶν κακουχίας συναπονοησαμένων ἐκείνῳ, καὶ μεγάλοις ἀτυχήμασι πολλὰς πόλεις περιβαλόντων.

Ὅτι παραπλησίως καὶ πρὸς τὰς γεωργίας ἕκαστος τῶν

Ægyptij Ptolemæum prorſus deſpiciebant, cùm eum viderent & in ſermonibus puerilem, & effuſum in fœdiſſimas libidines, & ob intemperantiam effęminato corpore eſſe.

M. Æmilius Conſul, cùm ob nimiam ſaginam & craſſitiem graui tardóque corpore eſſet, ad res bellicas minime idoneus erat.

Ex Libro XXXIV.

Hiſdem temporibus in Sicilia ſeditio ſeruorum excitata eſt omnium quæ vnquam extiterunt longè maxima, qua plurimæ vrbes afflictæ, hominum vtriuſque ſexus multitudo innumerabilis in grauiſſimas incidit calamitates, parúmque abfuit quin vniuerſa inſula in fugitiuorum ditionem redigeretur; qui eum potentię ſuę terminum ſtatuerant, vt in dominos ſuos omni atrocitate ſæuirent. Et hæc quidem multis nec opinantibus præter ſpem contigerunt: ij verò qui ſingula ſagaciter diſpicere ſolent, haud fortuitò id euenire cenſebant. Namque ob nimiam omnium rerum copiam, qua incolæ huius opulentiſſimæ inſulæ fruebantur, ditiſſimus ferè quiſque in luxum, deinde in ſuperbiam atque inſolentiam proruperat. Itaque cùm ex his cauſis magis magiſque in dies creſceret, & dominorum aduerſus ſeruos ſæuitia, & ſeruorum maleuolentia in dominos, tandem aliquando opportunitate oblata odium erupit, ac permulta ſeruorum millia nullo ſigno dato repentè ad peſtem dominorum ac perniciem concurrerunt. Idem quoque in Aſia eodem ferè tempore accidit. Nam cùm Ariſtonicus regnum Aſiæ nullo ſibi iure vindicaſſet, ſerui ob ſæuitiam dominorum ei ſe adiunxerunt, multáſque vrbes & oppida maximis cladibus affecerunt.

Cæterùm in Sicilia ſinguli qui latifundia poſſidebant,

integra ergaſtula coemebant ad arandos agros; & ſeruorum alios in cippum dabant, alios grauitate operarum premebant, vniuerſam verò familiam notis compungebant: proinde tanta mancipiorum multitudo Siciliam inundauerat, vt vix credi numerus poſſit; quippe Siculorum opulentiſſimus quiſque cum Italicis ſuperbia & auaritia ac prauitate certabat. Plerique enim Italicorum qui magnas familias alebant, eiuſmodi nequitiæ ac licentiæ paſtores ſuos aſſuefecerant, vt cum eis alimenta non præberent, latrocinium exercere permitterent. Qua licentia ſemel iis hominibus conceſſa, quibus & corporis robur ad quiduis impigrè exequendum ſuppetebat, & otium ſupererat, ac propter victus penuriam extrema quæque audendi neceſſitas incumbebat, breui maximum incrementum ſceleri acceſſit. Principio enim eos qui per celeberrimas vias ſoli aut cum vno duntaxat comite iter faciebant, occidere erant ſoliti. Deinde verò infirmiorum hominum villas per noctem impetu facto ingreſſi, cuncta diripiebant; ſi quis vim repellere vellet, obtruncabatur. Porro creſcente in dies audacia, nec viatoribus noctu itinera erant tuta, neque iis qui ruri degere ſolebant, ſecurum erat perfugium domorum ſuarum; ſed rapinis ac latrociniis & cædibus referta erant omnia. At Paſtoribus quippe militari cultu armatis, aſſuetiſque ſub dio degere, animus atque audacia addebatur quotidiè. Clauas enim & lanceas nec mediocres baculos geſtantes, & lupinis aprorúmq. pellibus tecti, terribilem quandam ac propemodũ militarem ſpeciem circumferebant. Præterea canum ingentium caterua aſſiduè ſtipati, lactéque & carnibus atque omni cibo ſemet ſubinde ingurgitãtes, animo & corpore effe-

πολλὴν χώραν κεκτημένων, ὅλα σωματοτροφεῖα συνηγόραζον. *καὶ τοὺς μὲν πέδαις δεσμεύειν, τοὺς δὲ βαρύτησι τῶν ἔργων καταπονεῖν, πάντας δὲ τοῖς ὑπερηφάνοις χαρακτῆρσι κατέστιζον. διὸ καὶ τοσοῦτο τῶν οἰκετῶν ἐπέκλυσε πλῆθος ἅπασαν Σικελίαν, ὥστε τοὺς ἀκούοντας τὴν ὑπερβολὴν μὴ πιστεῦσαι. καὶ γὰρ τῶν Σικελιωτῶν οἱ πολλοὺς πλούτους κεκτημένοι, διημιλλῶντο πρὸς τὰς τῶν Ἰταλιωτῶν ὑπερηφανίας τε καὶ πλεονεξίας, καὶ κακουργίας. Εἰς τοιαύτην γὰρ συνήθειαν ῥᾳδιουργίας τοὺς νομεῖς ἤγαγον οἱ πολλοὺς οἰκέτας κεκτημένοι τῶν Ἰταλικῶν, ὥστε τροφὰς μὲν μὴ παρέχειν, ἐπιτρέπειν δὲ λῃστεύειν. τοιαύτης δοθείσης ἐξουσίας ἀνθρώποις διὰ μὲν τὴν ἰσχὺν τῶν σωμάτων δυναμένοις πᾶν τὸ κριθὲν ἐκτελεῖν, διὰ δὲ τὴν ἄνεσιν καὶ σχολὴν εὐκαιροῦσι, διὰ δὲ τὴν τῆς τροφῆς ἔνδειαν ἀναγκαζομένοις ταῖς παραβόλοις ἐγχειρεῖν πράξεσι, συνέβη ταχὺ τὴν παρανομίαν αὐξηθῆναι. τὸ γὰρ πρῶτον ἐν τοῖς ἐπιφανεστάτοις τόποις τοὺς καθ' ἕνα καὶ δύο τὰς ὁδοιπορείας ποιουμένους ἐφόνευον. Εἶτα ἐπὶ τὰς τῶν ἀσθενεστέρων ἐπαύλεις νυκτὸς ἀθρόοι συντρέχοντες, ἐξῄρουν βίᾳ ταύτας, καὶ τὰς κτήσεις διήρπαζον, καὶ τοὺς ἀνθισταμένους ἀνῄρουν. ἀεὶ δὲ μᾶλλον τῆς τόλμης προβαινούσης, οὔτε τοῖς ὁδοιπόροις νυκτὸς ἡ Σικελία βάσιμος ἦν, οὔτε τοῖς ἐπὶ τῆς χώρας ζῆν εἰωθόσιν ἀσφαλὴς ἐπὶ ταύτης ἡ διατριβή· πάντα δὲ βίας καὶ λῃστείας, καὶ παντοδαπῶν φόνων ἦν μεστά. τοῖς δὲ νομεῦσιν ἀγραυλίας γεγυμνημένης καὶ σκευῆς στρατιωτικῆς, εὐλόγως ἅπαντες ἐνεπίμπλαντο φρονήματος καὶ θράσους. περιφέροντες γὰρ ῥόπαλα καὶ λόγχας, καὶ καλαύροπας ἀξιολόγους, καὶ δέρματα λύκων ἢ συάγρων ἐσκεπασμένοι τὰ σώματα, καταπληκτικὴν εἶχον τὴν πρόσοψιν, καὶ πολεμικῶν ἔργων οὐ πόρρω κειμένην. κυνῶν τε ἀλκίμων ἄθροισμα συνεπόμενον ἑκάστῳ, καὶ τροφῆς καὶ γάλακτος καὶ κρεῶν παρακειμένων πλῆθος ἐξηγρίου τάς τε ψυχὰς καὶ τὰ σώματα.

* deeſt in mſ.

ἦν οὖν πᾶσα χώρα μεστὴ καθάπερ στρατευμάτων διεσπαρμένων, ὡς ἂν ὑπὸ τῆς τῶν δεσποτῶν ἐπιτροπῆς τοῦ θράσους τῶν δούλων * καθωπλισμένου. οἱ δὲ στρατηγοὶ κωλύειν μὲν ἐπεχείρουν τὴν ἀπόνοιαν τῶν οἰκετῶν, κολάζειν δὲ οὐ τολμῶντες διὰ τὴν ἰσχὺν καὶ τὸ βάρος τῶν δεσποτῶν, ἠναγκάζοντο περιορᾶν τὴν ἐπαρχίαν λῃστευομένην. οἱ πλεῖστοι γὰρ τῶν κτητόρων ἱππεῖς ὄντες ἐντελεῖς τῶν Ῥωμαίων, καὶ κριταὶ τοῖς ἀπὸ τῶν ἐπαρχιῶν κατηγορουμένοις στρατηγοῖς * γινόμενοι, φοβεροὶ ταῖς ἀρχαῖς ὑπῆρχον.

mſ. σμένων.

mſ. γινομένοις.

Ὅτι οἱ περὶ τὰς γεωργίας ἀσχολούμενοι τῶν Ἰταλικῶν, παμπληθεῖς οἰκέτας ὠνούμενοι, καὶ πάντας χαράττοντες τοῖς στίγμασι, τροφὰς μὲν οὐχ ἱκανὰς παρείχοντο, τῇ δὲ βαρύτητι τῶν ἔργων κατέξαινον τὴν παρ' αὐτῶν ταλαιπωρίαν.

Ὅτι Δαμόφιλός τις ἦν, τὸ γένος Ἐνναῖος, τὴν οὐσίαν μεγαλόπλουτος, τὸν τρόπον ὑπερήφανος· ὃς πολλὴν χώρας περίοδον γεωργῶν, παμπληθεῖς δὲ βοσκημάτων ἀγέλας κεκτημένος, οὐ μόνον τὴν τρυφὴν τῶν κατὰ Σικελίαν Ἰταλικῶν ἐζήλωσεν, ἀλλὰ καὶ τὸ κατὰ τοὺς οἰκέτας πλῆθος, καὶ τὴν εἰς τούτους ἀπανθρωπίαν καὶ βαρύτητα. ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς χώρας ἵπποις τε πολυτελέσι, καὶ τετρακύκλοις ἀπήναις μετ' οἰκετῶν στρατιωτικῶν περιῄει. πρὸς δὲ τούτοις εὐπρεπῶν παίδων πλῆθος, ἔτι δὲ κολάκων ἀναγωγῶν παραδρομὴν ἔχειν ἐφιλοτιμεῖτο. κατὰ δὲ τὴν πόλιν καὶ τὰς ἐπαύλεις ἀργυρωμάτων ἐκθέσεις τορευτῶν, καὶ στρωμάτων θαλαττίων πολυτελείας ἐκπονούμενος, παρετίθετο τραπέζας ὑπερηφάνους, καὶ βασιλικὰς ταῖς δαψιλείαις, ὑπεραίρων τὴν Περσικὴν τρυφὴν ταῖς δαπάναις καὶ πολυτελείαις. ὑπερέβαλε δὲ καὶ κατὰ τὴν ὑπερηφανίαν. ἀνάγωγος γὰρ καὶ ἀπαιδευτότροπος, ἐξουσίας ἀνυπευθύνου καὶ οὐσίας μεγαλοπλούτου κυριεύσας, τὸ μὲν πρῶτον κόρον ἐγέννησεν, εἶθ' ὕβριν, τὸ δὲ τελευταῖον ὄλεθρον ἑαυτῷ, καὶ συμφορὰς μεγάλας τῇ πατρίδι. ἀγοράζων γὰρ οἰκετῶν πλῆθος, ὑβριστικῶς αὐτοῖς προσεφέρετο,

rabantur. Igitur plena erat inſula quibuſdam veluti copiis per varia loca diſperſis, cum quaſi permittentibus dominis armata ſeruorum audacia debaccharetur. At Prætores conabantur quidem illi hanc ſeruorum inſolentiam comprimere: ſed quia pœnas infligere non audebant propter auctoritatem ac potentiam dominorum, prouinciam latrociniis infeſtari licet inuiti patiebantur. Nam cùm plerique ex dominis eſſent Equites Romani, penes quos tunc iudicia Romæ erant, atque ex equeſtri ordine ſolerent ſortito iudices educi in cauſa Prætorum ac Proconſulum, quibus poſt adminiſtratam prouinciam dies dicta erat, meritò illi magiſtratibus erant formidabiles.

Italici qui maximas arationes in Sicilia poſſidebant, cùm plurimos ſeruos emerent, omniúmque vultus notis inſcripſiſſent, alimentis eos fraudabant, & grauitate operarum premebant.

Erat Damophilus quidam Ennenſis, vir magnis quidem opibus, ſed arroganti ingenio: qui cùm latiſſimum agrum araret, atque ingentem numerum pecoris paſceret, Italicorum qui in Sicilia degebant, luxum ac ſæuitiam in ſeruos æmulatus eſt. Namque rhedis vectus, trahentibus equis generoſiſſimis, ſtipatúſque armatis famulis per regionem diſcurrebat. pueros etiam formoſos atque aſſentatores ac paraſitos quamplurimos ſecum aſſiduè circunducebat. præterea in vrbe ac per villas vaſa argentea probè cælata habebat, & ſtragula conchyliata ingentis pretij. Cœnas porrò opiparas & magnificētia prorſus regia apponebat, Perſicum luxum ſumptibus longè ſuperans. Similiter & arrogantia reliquos mortales anteïbat. quippe homo rudis ac diſciplinæ omnis expers, liberam licentiam & maximas opes nactus, primum quidem ex ſatietate ad inſolentiam prorupit, ad extremum peſtem ſibi ipſi, & grauiſſimas calamitates patriȩ attulit. Coemptis enim quāplurimis ſeruis, per maximā cōtumeliam iis abutebatur,

ſiquidem vultum eorum, qui cùm ingenui in patria nati eſſent, bello capti in ſeruitutem redacti erant, ferreis ſtylis compungebat: quorum alios compedibus vinctos ad ergaſtula mittebat, alios paſcendo pecori deſtinatos, nec veſtibus, nec demenſo quantum ſatis erat, proſequebatur.

Porrò diem nullum elabi ſinebat, quin ſeruos nulla ipſorum culpa verberibus afficeret, tanta erat crudelitate morúmque inſolentia. Nec ſecius vxor eius Megallis ſuppliciorum atrocitate gaudens, ancillas crudeliter tractabat, ſeruóſque qui in ipſius manus inciderant. Itaque ob vtriuſque contumeliam ac ſæuitiam exaſperati aduerſus dominos ſerui, & nihil præſenti acerbitate grauius ſibi accidere poſſe rati, repentè conſurrexerunt.

Erat Damophilo filia, adhuc quidem tenera ætate, cæterùm ſingulari manſuetudine atque humanitate virgo: hæc ſeruos qui à parentibus ſuis verberati eſſent, ſtudioſè curare ac fouere conſueuerat, vinctiſque alimenta ſubminiſtrare; proinde ab omni familia mirum in modum amabatur. ac tunc ob priſtinam gratiam cùm omnes de quibus benè merita erat, miſeratione eius commouerentur, non modò nemo vim atque iniuriam puellæ inferre auſus eſt, ſed cuncti integrum atque illibatum eius pudorem cuſtodierunt, delectiſque ex ſuo numero expeditiſſimis, quorum princeps erat Hermias, virginem ad quoſdam neceſſarios Catinam deduxerunt.

Poſtquam Eunus à fugitiuis Rex declaratus eſt, multos è medio ſuſtulit: ſoliſque iis parcebat, qui ipſum antea vaticinij cauſa laudauerant in conuiuiis, ad quæ illum iocandi cauſa Antigenes dominus ducere ſecum ſolebat; & qui partes ei è cœna comiter dederant. adeò vt mirum videretur, ex ſæuo Regem ſubitò factum eſſe,

στίγμασι σιδήρου χαράττων τὰ σώματα τῶν ἐλευθέρων μὲν ἐν πατρίσι γεγενημένων, αἰχμαλωσίας δὲ καὶ δουλικῆς τύχης πεπειραμένων. καὶ τούτων τοὺς μὲν πέδαις δεσμεύων, εἰς τὰς συνεργασίας ἐνέβαλε· τοὺς δὲ νομεῖς ἀποδεικνύων, οὔθ' ἐσθῆτας, οὔτε τροφὰς ἐχορήγει τὰς ἁρμοττούσας.

Ὅτι ὁ αὐτὸς Δαμόφιλος διὰ τὴν αὐθάδειαν καὶ τὴν ὠμότητα τῶν τρόπων, οὐκ ἦν ἡμέρα, καθ' ἣν οὐκ ᾐκίζετό τινας τῶν οἰκετῶν ἐπ' αἰτίαις οὐ δικαίαις. οὐχ ἧττον δὲ ἡ γυνὴ τούτου Μεγαλλὶς χαίρουσα ταῖς ὑπερηφάνοις τιμωρίαις, ὠμῶς προσεφέρετο ταῖς θεραπαινίσι, καὶ τῶν οἰκετῶν τοῖς ὑποπεσοῦσι. καὶ διὰ τὴν ἐξ ἀμφοτέρων ὕβριν καὶ τιμωρίαν, ἀπεθηριώθησαν οἱ δοῦλοι πρὸς τοὺς κυρίους. καὶ διαλαβόντες μηδὲν ἔτι χεῖρον τῶν παρόντων αὐτοῖς κακῶν ἀπαντήσεσθαι.

Ὅτι κατὰ τὴν Σικελίαν ἦν τοῦ Δαμοφίλου θυγάτηρ, παρθένος μὲν τὴν ἡλικίαν, ἁπλότητι δὲ τρόπων καὶ φιλανθρωπίᾳ διαφέρουσα. αὕτη τοὺς μαστιζομένους ὑπὸ τῶν γονέων, ἀεὶ φιλοτίμως εἰώθει παρηγορεῖσθαι. καὶ τοὺς δεδεμένους τῶν οἰκετῶν ἐπαρκοῦσα, διὰ τὴν ἐπιείκειαν θαυμαστῶς ὑπὸ πάντων ἠγαπᾶτο. καὶ τότ' οὖν τῆς προγεγενημένης χάριτος ξενολογησάσης αὐτῇ τὸν παρὰ τῶν εὖ πεπονθότων ἔλεον, οὐ μόνον οὐδεὶς ἐτόλμησε μεθ' ὕβρεως ἐπιβαλεῖν τῇ κόρῃ τὰς χεῖρας, ἀλλὰ πάντες ἄθικτον πάσης ὕβρεως τὴν ἀκμὴν αὐτῆς ἐτήρησαν. προχειρισάμενοι δ' ἐξ αὑτῶν τοὺς εὐθέτους, ὧν ἐκτενέστατος ἦν Ἑρμείας, ἀπήγαγον εἰς Κατάνην πρός τινας οἰκείους.

Ὅτι *Εὖνος μετὰ τὸ ἀναγορευθῆναι βασιλεὺς πάντας ἀνελών, ἐκλέψας μόνους ἀφῆκε τοὺς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις κατὰ τὰς ἐκ τοῦ κυρίου συμπεριφορὰς ἐν τοῖς συνδείπνοις ἀποδεδεγμένους αὐτὸν, ἐν τῇ τε μαντικῇ, καὶ κατὰ τὰς τῆς τραπέζης δόσεις φιλανθρώπους. ὥστε θαυμᾶσαι τήν τε τῆς τύχης περιπέτειαν, mſ. Δαμόφιλος.

καὶ τὸ κατὰ τὴν τῶν εὐτελεστάτων εὐεργεσίαν ἀμειφθῆναι σὺν καιρῷ τηλικαύτῃ χάριτι.

Ὅτι καὶ ἄλλη τις ἐγένετο ἀπόστασις δραπετῶν, καὶ σύστημα ἀξιόλογον. Κλέων γάρ τις Κίλιξ ἐκ τῶν περὶ τὸν Ταῦρον τόπων, συνήθης ὢν ἐκ παίδων τοῦ λῃστρικοῦ βίου, καὶ κατὰ τὴν Σικελίαν νομὰς γεγονὼς ἱπποφορβίων, οὐ διέλιπεν ὁδοιδοκῶν, καὶ παντοδαποὺς φόνους ἐπιτελούμενος. ὃς πυθόμενος τὴν κατὰ τὸν Εὔνουν προκοπὴν, καὶ τὰς τῶν μετ' αὐτοῦ δραπετῶν εὐημερίας, ἀποστάτης ἐγένετο· καί τινας τῶν πλησίον οἰκετῶν πείσας συναπονοήσασθαι, κατέτρεχε τὴν πόλιν τῶν Ἀκραγαντίνων καὶ τὴν πλησιόχωρον πᾶσαν.

Ὅτι κατὰ τὴν Ἀσίαν Ἄτταλος ὁ βασιλεὺς προσφάτως διαδεδεγμένος τὴν ἀρχὴν, ἀλλοτρίαν εἶχε διάθεσιν τῶν προβεβασιλευκότων. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι χρηστότητι καὶ φιλανθρωπίᾳ χρώμενοι, ταῖς βασιλείαις εὐδαιμόνησαν. οὗτος δὲ γενόμενος ὠμὸς καὶ μιαιφόνος, πολλοὺς τῶν ὑπὸ τὴν βασιλείαν τεταγμένων ἀνηκέστοις συμφοραῖς καὶ σφαγαῖς περιέβαλε. τῶν δὲ πατρῴων φίλων τοὺς δυνατωτάτους ὑποπτεύσας, ὡς κατ' αὐτοῦ τι βουλευσαμένους, ἔκρινε δεῖν ἅπαντας ἐκποδὼν ποιήσασθαι. ἐπιλεξάμενος οὖν τῶν βαρβάρων μισθοφόρων τοὺς ἀγριωτάτους εἰς φόνον, ἀπλήστους δὲ εἰς χρημάτων περιουσίαν, τούτους ἔν τισιν οἰκήμασι κατέκρυψεν ἐν τοῖς βασιλείοις. τῶν δὲ φίλων τοὺς ὑποπτευομένους μετεπέμπετο. παραγενομένων δὲ τῶν φίλων πάντας ἀπέκτεινεν, ἔχων ὑπηρέτας οἰκείους τῆς ἰδίας μιαιφονίας. εὐθὺς δὲ τέκνα καὶ γυναῖκας τούτων προσέταξε τῆς αὐτῆς τιμωρίας ἀξιῶσαι. τῶν δὲ ἄλλων φίλων τοὺς ἐπ' ἐξουσίᾳ στρατιωτῶν ἢ πόλεων τεταγμένους, οὓς μὲν ἐδολοφόνησεν, οὓς δὲ συλλαβὼν πανοικίους ἀνεῖλε. διὰ δὲ τὴν ὠμότητα μισηθεὶς, οὐ μόνον ὑπὸ τῶν ἀρχομένων, ἀλλὰ καὶ τῶν πλησιοχώρων, πάντας τοὺς ὑποτεταγμένους ἐποίησε μετεώρους πρὸς καινοτομίαν.

& collatis in tenuiſſimos homines beneficiis, tantam gratiam opportunè redditam eſſe.

Eodem tempore alia quoque fugitiuorum coniuratio grauis emerſit. Cleon quidam natus in Cilicia, haud procul monte Tauro, latrociniis à puero aſſuetus, cùm paſcendis equorum armentis in Sicilia præpoſitus eſſet, vias obſidere, ac cędes paſſim edere non ceſſabat. Qui cùm Euni fortunam, ac fugitiuorum qui cum Euno erant, proſperos ſucceſſus accepiſſet, ſollicitatis aliquot è proximo ſeruulis, ſubitò defecit, vrbémque Agrigentinorum ac vicinum latè agrum populatus eſt.

At in Aſia Attalus recens adminiſtrationem regni adeptus, diuerſa à ſuperioribus Regibus vitæ inſtituta ſectari cœpit: quippe illi clementia ac benignitate vſi, diuturna felicitate regnum traduxerunt. Hic verò ſæuus ac cruentus, grauiſſimis calamitatibus ac cædibus ſubditos afflixit. Cúmque ex paternis amicis potiſſimos ac nobiliſſimos inſidiarum aduerſus ſe ſuſpectos habuiſſet, cunctos è medio tollendos ſibi eſſe ſtatuit. Delectos igitur ex barbaris ſtipendiariis cruentiſſimos quoſque, & pecuniæ auidiſſimos in cellis quibuſdam palatij abſcondit, moxque accerſitis in Regiam ex omni amicorum numero iis quos maximè ſuſpectos habebat, cunctos barbarorum miniſterio interfecit, ac confeſtim liberos vxoréſque eorum eodem ſupplicio affici mandauit. Cæteros verò amicos qui aut militaribus copiis, aut ciuitatibus præerant, partim per fraudem & inſidias ſuſtulit, partim comprehenſos cum omni familia obtruncauit. Itaque cùm ob crudelitatem non ſubditis modò, ſed etiam finitimis omnibus inuiſus eſſet, cuncti ex eius ditione rerum nouarum deſiderio arrecti erant.

Erat Tib. Gracchus filius Tiberij iterum Conſulis, viri in armis & toga præſtantiſſimi, P. Scipionis eius qui Hannibalem & Carthaginenſes bello ſuperauit, ex filia nepos. Vtroque autem genere nobiliſſimus, ipſe prudentia atque eloquentia cæteros æquales ſuos longè antecedebat, atque optimarum artium ſtudiis eminebat, adeò vt aduerſariorum ſuorum auctoritatem parum formidaret.

Syri fugitiui captiuorum manus non ad ipſas commiſſuras & internodia, ſed cum ipſis ſimul brachiis abſcindebant.

Senatus iram Deorum veritus, conſultis libris Sibyllinis, legatos ex collegio Decemvirali in Siciliam mittendos cenſuit. Hi vniuerſam inſulam obeuntes, aras Ioui Ætnæo poſitas, certis cerimoniis ac ſacrificiis conſecrarunt, additáque maceria, aditum omnibus intercluſerunt, præterquam iis qui ex ſingulis ciuitatibus patria ſacrificia more maiorum ad eas aras factitare ſolebant.

Gorgus erat Murgentinus, cognomento Cambalus, vir opibus & gloria ciuitatis ſuæ princeps. Hic venatum egreſſus cùm in latronum manus incidiſſet, curſu in oppidum contendere cœpit. Cui cùm fortè Gorgus pater, equo vectus, obuiam occurriſſet, ſtatimque equo deſiliens, filium hortaretur, vt equo inſcenſo protinus ſe in vrbem abripere vellet, neque filius ſalutem ſuam patris incolumitati præuerti paſſus eſt, neq. pater occiſo filio ſupereſſe ſuſtinuit: proinde cùm alter alterum flens oraret, ac pietate ambo inter ſe certarent, commiſſo paterno amore cum filij caritate, interim latrones vtrumque aſſecuti confoderunt.

Zibelmius, Diegylidis filius, veſtigia paternæ ſæuitiæ ſectatus, offenſúſque ob ea quæ Thraces egerant,

Ὅτι Τιβέριος ὁ Γράκχος ἦν υἱὸς Τιβερίου δὶς ὑπατευκότος, καὶ πολέμους ἐπιφανεῖς καὶ μεγάλους κεχειρικότος, ἔτι δὲ καλῶς πεπολιτευμένου. θυγατριδοῦς δὲ Ποπλίου Σκιπίωνος, τοῦ καταπεπολεμηκότος Ἀννίβαν καὶ Καρχηδονίους. ἐξ ἀμφοτέρων δὲ τῶν γονέων ἐπισημοτάτου γένους πεφυκώς, ἰδίᾳ πολὺ προεῖχε τῶν ἡλικιωτῶν συνέσει τε καὶ λόγου δεινότητι, καὶ τὸ σύνολον πάσῃ παιδείᾳ. καὶ δυνάμενος παῤῥησίαν ἄγειν πρὸς τὴν ὑπεροχὴν τῶν ἀντιπραττόντων.

Ὅτι οἱ Σύροι οἱ δραπέται τῶν αἰχμαλώτων τὰς χεῖρας ἀπέκοπτον· οὐκ ἀρκούμενοι τῇ παρὰ τοὺς καρποὺς τομῇ, ἀλλὰ σὺν αὐτοῖς τοῖς βραχίοσι συνακρωτηριάζοντες.

Ὅτι ἡ σύγκλητος δεισιδαιμονοῦσα ἐξαπέστειλεν εἰς Σικελίαν περὶ τοὺς Σιβύλλης χρησμοὺς κατὰ τὸ Σιβυλλιακὸν λόγιον. οἱ δὲ ἐπελθόντες καθ' ὅλην τὴν Σικελίαν τοὺς τῷ Αἰτναίῳ Διῒ καθιδρυμένους βωμοὺς θυσιάσαντες, καὶ περιφράγματα ποιήσαντες, ἀβάτους ἀπεδείκνυον τοὺς τόπους, πλὴν τοῖς ἔχουσι καθ' ἕκαστον πολίτευμα πατρίους θύειν θυσίας.

Ὅτι ἦν τις Γοργὸς Μοργαντῖνος ἐπικαλούμενος Κάμβαλος, πλούτῳ καὶ δόξῃ διαφέρων· ὃς ἐπὶ κυνηγίαν ὁρμήσας, καὶ περιπεσὼν λῃστηρίῳ δραπετῶν, ἔφυγε πεζὸς πρὸς τὴν πόλιν. ἀπαντήσαντος δὲ αὐτῷ Γόργου τοῦ τούτου πατρὸς ἐφ' ἵππου, καὶ καθαλλομένου, καὶ παραδιδόντος τὸν ἵππον ὅπως ἐφαλλόμενος ἀφιππεύσῃ πρὸς τὴν πόλιν, οὐθ' ὁ παῖς τὴν ἰδίαν σωτηρίαν τῆς τοῦ πατρὸς προέκρινεν, οὐθ' ὁ πατὴρ προσεδέχετο τῷ τοῦ τέκνου θανάτῳ διαφυγεῖν τὸν κίνδυνον. δεομένων δὲ ἀλλήλων μετὰ δακρύων, καὶ διαφιλοτιμουμένων ὑπὲρ εὐσεβείας τε καὶ φιλοστοργίας, σύγκρισίν τε λαμβάνοντος ἤθους φιλοτέκνου πρὸς τρόπον φιλοπάτορα, συνέβη τοὺς λῃστὰς ἐπιφανέντας ἀμφοτέρους ἀνελεῖν.

Ὅτι ὁ τοῦ Διηγύλιος υἱὸς Ζιβέλμιος ἐζηλωκὼς τὰς τοῦ πατρὸς μιαιφονίας, μνησικακῶν δὲ ὑπὲρ τῶν τοῖς Θραξὶ πραχθέντων,

ἐπὶ τοσοῦτο προῆλθεν ὠμότητος καὶ παρανομίας, ὥστε τοὺς προσκόψαντας πανοικίους τιμωρεῖσθαι. ἐπὶ γὰρ ταῖς τυχούσαις αἰτίαις τοὺς μὲν διεμέλιζε, τοὺς δὲ ἀνεσταύρου, τοὺς δὲ καὶ ζῶντας ἐνέπριζε. γονέων δὲ ἐν ὄμμασι καὶ κόλποις ἐγκατέσφαζε τέκνα· καὶ κρεανομούμενος τὰ σώματα παρετίθει τοῖς συγγενεστάτοις, ἀνανεούμενος τὰς παλαιὰς ἐκείνας Τηρέως ἢ Θυέστου θοινάς. οἱ δὲ Θρᾷκες συλλαβόντες τὸν Ζισέλμιον, ὃ μὲν καθ' ἓν αὐτὸν ἀντιδιατιθέναι σχεδὸν ἀδύνατον ὑπῆρχε. πῶς γὰρ ἐνδεχόμενον τὸ ἓν σῶμα τὴν εἰς ὅλον ἔθνος παρανομίαν γινομένην ἀναδέξασθαι; ὅμως δ' ἐκ τῶν ἐνδεχομένων ἐφιλοτιμήθησαν πᾶσαν ὕβριν καὶ τιμωρίαν προσαγαγεῖν τῷ σώματι.

Ὅτι ὁ Πτολεμαῖος ὁ Φύσκων προσαγορευόμενος, πυθόμενος τὴν τῆς Κλεοπάτρας πρὸς αὐτὸν ἀλλοτρίωσιν, καὶ οὐ δυνάμενος ἄλλως αὐτὴν λυπῆσαι, πρᾶξιν ἀνοσιωτάτην ἐτόλμησεν ἐπιτελέσασθαι. μιμησάμενος γὰρ τὴν τῆς Μηδείας ὠμότητα καὶ μιαιφονίαν, τὸν κοινὸν αὐτοῦ τε κἀκείνης υἱὸν ἔσφαξεν ἐν τῇ Κύπρῳ, παῖδα μὲν ὄντα τὴν ἡλικίαν, ὀνομαζόμενον δὲ Μεμφίτην. οὐκ *ἀρχεσθεὶς δὲ τῷ ἀσεβήματι τούτῳ, πολλῷ μεῖζον μύσος ἕτερον ἐπετελέσατο. ἀκρωτηριάσας γὰρ τὸ σῶμα τοῦ παιδός, καὶ ἐνθεὶς εἴς τινα κίστην, προσέταξέ τινι τῶν ὑπηρετῶν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν διακομίσαι. κατὰ τύχην δὲ συνεγγὺς ὄντων τῇ Κλεοπάτρᾳ τῶν γενεθλίων, τῇ πρὸ τούτων νυκτὶ θεῖναι τὴν κίστην πρὸ τῶν βασιλείων προσεκελεύσατο. οὗ συντελεσθέντος, καὶ τῆς περιστάσεως ἐπιγνωσθείσης, ἡ Κλεοπάτρα πένθος ἤρατο, καὶ τὸ πλῆθος παντελῶς ἀπεθηριώθη πρὸς τὸν Πτολεμαῖον.

*mſ. ἀρκεσθ.

Ὅτι ὁ στρατηγὸς Ἀντιόχου Ἀθήναιος πλεῖστα ἐν ταῖς ἐπισταθμίαις εἰργασμένος κακά, τῆς φυγῆς κατάρξας καὶ τὸν Ἀντίοχον ἐγκαταλιπών, τῆς προσηκούσης καταστροφῆς ἔτυχε. διεκπεσόντος γὰρ αὐτοῦ πρός τινας κώμας ἠδικημένας ἐν ταῖς ἐπισταθμίαις

eò crudelitatis proceſſit, vt cunctos quibus infenſus erat, cum omni familia necaret, atque ob leuiſſimas cauſas hos quidem membratim dilaniabat, illos verò in crucem tollebat, alios ſerra viuos diſſecabat. Quin etiam in conſpectu ac gremio parentum liberos trucidabat: conciſáque eorum membra neceſſariis apponebat; prorſus vt veteres illas Terei & Thyeſtis epulas renouare videretur. Tandem verò cùm ipſe à Thracibus comprehenſus eſſet, nec eum Thraces pro meritis ſatis multare poſſent: quo enim pacto pœnam admiſſi in vniuerſam gentem ſceleris corpus vnum ferre valeat? nihilominus pro eo ac poterant, omni contumeliæ ac ſuppliciorum acerbitate eum affecerunt.

Ptolemæus Phyſcon cùm ſororem Cleopatram adeò alienato erga ſe animo eſſe comperiſſet, neque eam aliter afficere iniuria poſſet, rem nefariam aggreſſus eſt. Namque ſcelus atque atrocitatem Medeæ imitatus, communem filium Memphitem nomine, admodum puerum in inſula Cypro occîdit. Neque hoc facinore contentus, aliud multò grauius adiecit. Etenim truncatos filij artus, & in ciſta compoſitos ſatelliti tradidit Alexandriam portandos: cúmque Natalis Cleopatræ fortè appropinquaret, mandauit eidem ſatelliti, vt nocte quæ Natalem antecedebat, ciſtam in veſtibulo regiæ deponeret. Quo vt iuſſum erat peracto, ingens Cleopatræ luctus, magnúſque aduerſus Ptolemæum multitudinis furor exarſit.

Atheneus Antiochi dux, cùm per ſingula hoſpitia graui inſolentia eſſet vſus, breui meritas pœnas luit. Nam cùm primus auctor fugę fuiſſet, & Antiochũ deſeruiſſet in pugna, delatus ad pagos quoſdam quos in hoſpitiis ve-

xauerat, ab omnibus tecto exclusus eſt, cunctiſque alimenta ei negantibus huc illuc per regionem errabundus, tandem fame interiit.

Hegelochus Ptolemæi Phyſconis dux, miſſus aduerſus Marſyam Alexandrinorum ducem, viuum eum cepit, copiáſque eius interneccione deleuit. Porrò adducto in conſpectum Regis Marſya, cùm cuncti acerbiſſimis ſuppliciis eum protinus extinctum iri crederent, Ptolemæus præter ſpem illi pepercit. Iam enim præteritæ crudelitatis pœnitere eum cœperat, & infenſum ſibi vulgus conciliare huiuſmodi clementibus factis cupiebat.

Euemerus Parthorum Rex, patriâ Hyrcanus, cunctos tyrannos acerbitate vincens, nullum ſæuitiæ genus prætermiſit: plurimos enim Babylonios leuibus de cauſis ſeruituti addictos, cum omni familia in Mediam diſtrahendos miſit. Forum quoque & nonnulla delubra vrbis Babyloniorum igni tradidit, aç pulcherrima quæque vrbis loca euertit.

Alexander, cognomento Zabinas, cùm ab eo illuſtriſſimi duces Antipater & Clonius & Æropus defeciſſent, vrbémque Laodiceam occupaſſent, eos tandem expugnauit. Cæterùm ſingulari animi magnitudine in captos vſus, omnibus pepercit. Erat quippe ingenio leni ac placido, & in congreſſu ac ſermonib. mirabili comitate: quapropter ab omnibus non mediocriter amabatur.

C. Sextius cùm Gallorum vrbem cepiſſet, incoláſque omnes ſub corona venderet, Crato quidam, qui cum cęteris captiuis vinctus ducebatur, ad eum pro tribunali ſedentem acceſſit, Conſulémq. docuit ſemper ſe in Rep. partes populi Romani fouiſſe, atque idcirco multas à ciuibus ſuis contumelias ac verbera etiam pertuliſſe.

Gratis

οὐδεὶς αὐτὸν ἐδέξατο εἰς οἰκίαν, οὔτε τροφῆς μετέδωκεν, ἀλλὰ κατὰ τὴν χώραν ἀλώμενος λιμῷ κατέστρεψε τὸν βίον.

Ὅτι ἀποσταλεὶς παρὰ Πτολεμαίου τοῦ πρεσβυτέρου Ἡγέλοχος στρατηγὸς ἐπὶ Μαρσύαν τὸν τῶν Ἀλεξανδρέων στρατηγὸν μετὰ δυνάμεως, αὐτόν τε ἐζώγρησε καὶ τὴν μετ᾽ αὐτοῦ δύναμιν ἄρδην ἀνεῖλεν. ἐπαναχθέντος δὲ τοῦ Μαρσύου πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ πάντων προσδοκώντων τιμωρίας αὐτὸν τεύξεσθαι τῆς μεγίστης, ἀπέλυσεν αὐτὸν τῶν ἐγκλημάτων. μετενόει γὰρ ἤδη, καὶ ταῖς φιλανθρωπίαις ἔσπευδε διορθώσασθαι τὴν τῶν ὄχλων πρὸς αὐτὸν ἀποθηρίωσιν.

Ὅτι Εὐήμερος ὁ τῶν Πάρθων βασιλεὺς Ὑρκάνιος ὢν τὸ γένος, ὠμότητι δὲ ὑπερβάλλων πάντας τοὺς μνημονευομένους τυράννους, οὐκ ἔστιν ὁποῖον τιμωρίας γένος ἀπέλιπε. πολλοὺς δὲ τῶν Βαβυλωνίων καὶ ἐπὶ ταῖς τυχούσαις αἰτίαις πανοικίους ἐξανδραποδισάμενος, εἰς τὴν Μηδίαν ἐξέπεμψε, προστάξας λαφυροπωλῆσαι. καὶ τῆς Βαβυλῶνος τὴν ἀγορὰν, καί τινα τῶν ἱερῶν ἐνέπρησε, καὶ τὸ κράτιστον τῆς πόλεως διέφθειρε.

Ὅτι Ἀλέξανδρος ὁ Ζαβινᾶς ἐπικληθεὶς, ἀξιολόγων ἡγεμόνων ἀποστάντων Ἀντιπάτρου καὶ Κλονίου καὶ Αερόπου, τούτους καταλαβομένους Λαοδίκειαν ἐξεπολιόρκησεν. καὶ χρησάμενος μεγαλοψύχως αὐτοῖς, ἀπέλυσε τῶν ἐγκλημάτων. ἦν γὰρ πρᾶος καὶ συγγνωμονικὸς, ἔτι δὲ ἐν ταῖς ὁμιλίαις, καὶ ἐν ταῖς ἐντεύξεσι προσηνής. ὧν χάριν διαφερόντως ὑπὸ τῶν πολλῶν ἠγαπᾶτο.

Ὅτι Σέξτου τὴν τῶν Γαλατῶν πόλιν ἑλόντος, καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ λαφυροπωλοῦντος, Κράτων τις ὄνομα γεγονὼς φιλορώμαιος, καὶ διὰ τοῦτο πολλὰς ὕβρεις καὶ βασάνους ὑπὸ τῶν ἀποστάντων πολιτῶν ὑπομεμενηκὼς, ἤγετο δέσμιος μετὰ τῶν ἄλλων αἰχμαλώτων. ἰδὼν δὲ χρηματίζοντα τὸν ὕπατον, καὶ δηλώσας ὅστις ἦν, καὶ ὅτι πολλοὺς καὶ πολλάκις ὑπὸ τῶν πολιτῶν ὑποστὰς κινδύνους ὥσπερ ὑπὲρ Ῥω-

μεγαλοπολιτευόμενος, οὐ μόνον αὐτὸς μεθ' ὅλης τῆς συγγενείας ἀπολυθεὶς ἀπέλαβε τὴν κτῆσιν. ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν εἰς τοὺς Ῥωμαίους εὔνοιαν, ἐξουσίαν ἔλαβεν ἐννακοσίους τῶν πολιτῶν ἐκ τῆς δουλείας ἐξελέσθαι. ὁ γὰρ ὕπατος μεγαλοψυχότερον τῆς ἰδίας ἐλπίδος αὐτῷ προσηνέχθη, πρὸ ὀφθαλμῶν θεὶς τοῖς Γαλάταις τὴν εἰς ἑκάτερον μέρος τῶν Ῥωμαίων ὑπερβολὴν φιλανθρωπίας καὶ τιμωρίας.

Ὅτι ὁ Ἀλέξανδρος οὐ πιστεύων τοῖς ὄχλοις, διά τε τὴν ἀπειρίαν τῶν ἐν τῷ πολέμῳ κινδύνων, καὶ τὴν πρὸς τὰς μεταβολὰς ὀξύτητα, παρατάξασθαι μὲν οὐκ ἐτόλμησε. διενοεῖτο δὲ συσκευάσασθαι τὰ βασιλικὰ χρήματα, καὶ τὰ τῶν θεῶν ἀναθήματα συλῆσαι, καὶ μετὰ τούτων νυκτὸς ἀπάραι εἰς τὴν Ἑλλάδα. συλᾶν δὲ ἐπιβαλόμενος διά τινων βαρβάρων τὸ τοῦ Διὸς ἱερὸν, καὶ φωραθεὶς, ἐκινδύνευσε μὲν μετὰ τῆς δυνάμεως ἐκ χειρὸς τυχεῖν τῆς ἁρμοττούσης τιμωρίας. φθάσας δὲ καὶ διαδρὰς μετ' ὀλίγων, ἐπεβάλετο φεύγειν εἰς Σελεύκειαν. τῆς δὲ φήμης αὐτὸν καταταχούσης, οἱ Σελευκεῖς ἀκούσαντες τὰ περὶ τὴν ἱεροσυλίαν, ἀπέκλεισαν αὐτὸν τῆς πόλεως. ὁ δὲ ἀποπεσὼν καὶ ταύτης τῆς ἐπιβολῆς, ὥρμησε φεύγειν ἐπὶ τὸ Πισίδιον, ἀντεχόμενος τῶν παραθαλαττίων τόπων.

Ὅτι μετὰ τὸ ἀποθανεῖν τὸν Γράκχον ὑπὸ τοῦ ἰδίου δούλου, τῶν γεγονότων αὐτοῦ φίλων Λεύκιος Οὐιτέλλιος πρῶτος ἐπιστὰς τῷ πτώματι αὐτοῦ, οὐχ ὅπως ἠχθέσθη τῇ συμφορᾷ τοῦ τετελευτηκότος· ἀλλὰ τὴν κεφαλὴν ἀφελὼν καὶ κομίσας πρὸς ἑαυτὸν εἰς οἶκον, ἰδίαν τινὰ πλεονεξίας ἐπίνοιαν καὶ ὠμότητος ὑπερβολὴν ἐπεδείξατο. ὁ γὰρ ὕπατος ἦν ἐπικεκηρυχὼς τῷ τὴν κεφαλὴν ἀπενέγκαντι δώσειν ἰσόσταθμον χρυσίον. ὁ δὲ τὸν τράχηλον διατρήσας καὶ τὸν ἐγκέφαλον ἐκκενώσας, ἐνέτηξεν ἀντὶ τούτου μόλυβδον. ἀναδοὺς δὲ τὴν κεφαλὴν ἐκομίσατο μὲν τὸ χρυσίον, κατεγνώσθη δὲ εἰς ἅπαντα τὸν βίον ἐπὶ προδοσίᾳ φιλίας. ὁμοίως δὲ οἱ Φλάκκοι διεχειρίσθησαν.

Huius rei gratia Sextius eum protinus cum omni cognatione vinculis exoluit, bonáque reſtituit; ac præterea ob illius erga populum Romanum beneuolentiam ei copiam fecit, vt nongentos quos vellet ciues ſeruitute eximeret. Namque Cratonem vberiori etiam quàm ſperauerat munificentia Conſul proſecutus eſt, cùm ſummam vim populi Romani in reddenda pœna aut gratia Gallis ponere ob oculos vellet.

Alexander cùm parum fideret multitudini, tum ob vulgi imperitiam rerum bellicarum, tum ob ingenium leue atque auidum rerum nouarum, acie quidem dimicare noluit: ſed collectis regiis theſauris, ac ſpoliatis donariis templorum noctu in Græciam fugere conſtituit. Verùm cùm Barbarorum quorundam miniſterio Iouis fanum diripere conatus eſſet, deprehenſus minimùm abfuit quin cum omni exercitu illicò confoderetur. Tamen fugâ elapſus, Seleuciam verſus contendit. Sed Seleucenſes iam ante eius aduentum, compertâ ſacrilegij famâ, ei portas clausêre; proinde ea ſpe fruſtratus Alexander, Piſidium petijt, ab ora maritima nuſquam recedens.

Poſtea quam C. Gracchus ſerui ſui manu occiſus cecidit, L. Vitellius, qui inter amicos Gracchi fuerat, primus cadauer eius nactus, non modò amici caſu non ingemuit, ſed & præciſo illius capite, & in domum ſuam aſportato, inſigne exemplum crudelitatis atque auaritiæ perpetrauit. Nam cùm L. Opimius Conſul auro ſe repenſurum Gracchi caput edixiſſet, ipſe perforata ceruice, extractóque cerebro plumbum liquatum infudit. Igitur adlato Gracchi capite, præmium quidem promiſſum retulit, verùm vſque ad exitum vitæ tanquam amicitiæ proditor inuiſus omnibus fuit. Cæterùm Flacci etiam interfecti ſunt.

Adherbal Rex Numidiæ magno prælio victus à fratre Iugurtha, Cirtam profugit: qua in vrbe cùm à Iugurtha obſideretur, legatos Romam miſit, orans vt Regi ſocio atque amico in extremum diſcrimen adducto ſubuenire vellent. Igitur Senatus legatos quamprimum Numidiam miſit, qui Iugurtham obſidione abſtinere iuberent. Quibus cùm minimè paruiſſet Iugurtha, altera rurſus maioris auctoritatis legatio à Senatu miſſa eſt. Quæ cùm nihilo minus irrita rediiſſet, tandem Iugurtha vrbem operibus circundatam, fame ad deditionem coëgit, fratrémque Adherbalem cùm infulis egreſſum ac cedentem regno, tantùm vt incolumis abire ſineretur, orantem interfecit, nec cognationis ac ſanguinis, nec ſupplicum veritus iura: quinetiam Italos omnes qui à partibus Adherbalis ſteterant, virgis cæſos necauit.

P. Scipio Naſica Conſul, vir fuit & virtute & generis ſplendore eminentiſſimus: quippe ex ea familia erat oriundus, ex qua Africani & Aſiatici & Hiſpali prodierunt: quorum hic ſubactâ Africâ, ille Aſiâ, tertius Hiſpaniâ domitâ, cognomen ex rebus geſtis retulit. Cæterùm præter hanc generis gloriam, pater auúſque ipſius totius ciuitatis celeberrimi fuerant: vterque enim princeps Senatus, primique in dicenda ſententia loci fuit vſque ad exitum vitæ. Auus præterea vir optimus à Senatu iudicatus eſt. Nam cùm in Sibyllinis libris inuentum carmen eſſet, quo præcipiebatur Romanis vt matri Idææ templum ponerent, eiúſque ſimulacrum Peſſinunte Aſiæ aducherent, & celeberrimo omnium ordinum occurſu illud exciperent, agmen virorum præeunte viro optimo, matronarum verò pompam ducente optima femina, qui

Ὅτι κατὰ τὴν Λιβύην διαταξαμένων ἀλλήλοις τῶν βασιλέων, Ἰογόρθας κρατήσας τῇ μάχῃ πολλοὺς ἀνεῖλε τῶν Νομάδων. ὁ δὲ Ἀτάρβας ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ καταφυγὼν εἰς Κίρτην, καὶ συγκλεισθεὶς εἰς πολιορκίαν, ἐξαπέστειλε πρεσβευτὰς εἰς Ῥώμην, μὴ περιϊδεῖν βασιλέα φίλον καὶ σύμμαχον κινδυνεύοντα. ἡ δὲ σύγκλητος ἔπεμψε πρέσβεις λύσειν τὴν πολιορκίαν. οὐ προσέχοντος δὲ Ἰογόρθα, πάλιν ἑτέρους ἔπεμψεν ἀξίωμα μεῖζον ἔχοντας. ὁμοίως δὲ καὶ τούτων ἀπράκτων ἐπανεληλυθότων, ὁ Ἰογόρθας περιταφρεύσας τὴν πόλιν ἐνδείᾳ κατεπόνησε τοὺς ἐν τῇ πόλει. τὸν δὲ ἀδελφὸν ἐξελθόντα μεθ' ἱκετηρίας, καὶ τῆς μὲν βασιλείας ἐξιστάμενον, τὸ δὲ ζῆν αἰτούμενον ἀπέσφαξεν, οὐκ ἐντραπεὶς οὔτε συγγένειαν, οὔτε τὸν τῆς ἱκεσίας νόμον. ὁμοίως δὲ καὶ τῶν Ἰταλῶν τοὺς συμμαχήσαντας τἀδελφῷ, πάντας αἰκισάμενος ἀπέκτεινεν.

Corrupto L. Scipionis exercitu, & ad Syllam tranſgreſſo, cùm Scipio ſolus relictus de ſalute ſua prorſus deſperaret, Sylla equites miſit, qui eum quocunque vellet, tutò deducerent. Igitur Scipio conſularia inſignia momento temporis deponere coactus, priuati habitu, eò quò poſtulauit, celeriter perductus eſt, benignè id concedente Sulla. Statímque reſumptis Magiſtratus inſignibus, rurſus haud contemnendas copias ductare cœpit.

Interim Romæ viri nobiliſſimi per calumniam occiſi, & Q. Mucius Scæuola, Pontifex maximus, vir ſumma virtute ac dignitate indignum vitæ exitum ſortitus eſt. atq. eò ſaltem cum Romanis benè actum eſt, quod non in ſanctiſſima æde occubuit. Siquidem, quæ ſicariorum crudelitas erat, per eos non ſtetit, quin ad ipſos Veſtæ focos mactatus, ſempiterna religione cuſtoditum ignem cruore ſuo extingueret.

Propoſita publicè in foro proſcriptionis tabula, maxima hominum multitudo ad legēdū ſubitò affluxit, quorū plerique proſcriptorū vicem miſerabātur: ſed neſcio quis vnus malitia atque inſolentia vir ſingulari, afflictorū

calamitati inſultans, multa in illos per ſummam contumeliam debacchatus eſt; quem quidem infenſi cuiuſpiam numinis vltio ſtatim illic corripuit. Nam cùm fortè ſuum ipſius nomen in ima tabula proſcriptum legiſſet, illicò toga obuoluto capite per confertam multitudinem fugere cœpit: verùm agnitus à quodam qui proximè adſtabat, ac diuulgato hominis caſu comprehenſus, atque vltimo affectus ſupplicio eſt, cum ſumma omnium hominum lætitia.

Cùm in Sicilia diu iuſtitium fuiſſet, Cn. Pompeïus ad ius dicendum ſeſe applicuit, publicáſque & priuatas controuerſias diſceptans, tanta ſolertia atque integritate iuriſdictionem exercuit, vt ea laude nemine inferior eſſet. Cúmque eum duos admodum ac viginti annos natum ad inſanas libidines ætas ipſa reuocaret, tamen cum eiuſmodi grauitate ac continentia in Sicilia verſatus eſt, vt Siculi omnes adoleſcentis virtutem maxima admiratione proſequerentur.

κινδυνεύουσι, πολλὰ κατ' αὐτῶν ὑβριστικῶς ἐβλασφήμησεν. ἔνθα δὴ δαιμονίου τινὸς νέμεσις τῷ διασύροντι τὴν τῶν ἀκληρούντων τύχην, ἐπέθηκε τὴν πρέπουσαν τῇ κακίᾳ τιμωρίαν. ἐν γὰρ τοῖς ἐπὶ πᾶσιν ὀνόμασιν εὑρὼν ἑαυτὸν προσγεγραμμένον, εὐθέως ἐπικαλυψάμενος τὴν κεφαλὴν, προῆγε διὰ τοῦ πλήθους, ἐλπίζων λήσεσθαι τοὺς περιεστῶτας, καὶ διὰ τοῦ δρασμοῦ περιέσεσθαι τὴν σωτηρίαν. γνωσθεὶς δὲ ὑπό τινος τῶν πλησίον ἑστώτων, καὶ φανερᾶς τῆς περὶ αὐτὸν περιστάσεως γενομένης συνελήφθη καὶ ἔτυχε τῆς τιμωρίας, πάντων ἐπιχαιρόντων τῷ θανάτῳ αὐτοῦ.

Ὅτι πολλῷ χρόνῳ τῆς Σικελίας ἀδικαιοδοτήτου γενομένης, ὁ Πομπήιος δοὺς ἑαυτὸν ἐπὶ τὴν δικαιοδοσίαν, καὶ χρηματίζων περὶ τῶν δημοσίων ἀμφισβητημάτων, καὶ τῶν ἰδιωτικῶν συμβολαίων, οὕτως εὐστόχως καὶ ἀδωροδοκήτως ἐποιεῖτο τὰς ἀποφάσεις, ὥστε ὑπερβολὴν ἑτέρῳ μὴ ἀπολείπειν. Εἴκοσι δὲ καὶ δυεῖν ἐτῶν τὴν ἡλικίαν ὑπάρχων, καὶ τῆς νεότητος προσκαλουμένης εἰς τὰς ἀλογίστους ἡδονὰς, οὕτως αὐστηρῶς καὶ σωφρόνως ἐποιήσατο τὴν ἐπιδημίαν κατὰ τὴν νῆσον, ὥστε πάντας τοὺς κατὰ τὴν Σικελίαν καταπλήττεσθαι, καὶ θαυμάζειν τὴν ἀρετὴν τοῦ νεανίσκου.

Deeſt quaternio, in quo finis Diodori, & initium Nicolai Damaſceni continebatur.

ΕΚ ΝΙΚΟΛΑΟΥ ΤΟΥ ΔΑΜΑΣΚΗΝΟΥ

περὶ τοῦ ἰδίου βίου καὶ τῆς ἑαυτοῦ ἀγωγῆς.

ΟΤΙ Ἀντίπατρος ἦν Νικολάου τοῦ Δαμασκηνοῦ πατήρ, ὃς ἔσχε Στρατονίκην γυναῖκα τὴν μητέρα Νικολάου, οἳ διαφανεῖς ἦσαν ἐν Δαμασκῷ κατά τε σωφροσύνην καὶ ἄλλην λαμπρότητα· πλούτῳ τε γὰρ πολλῷ διαφέροντες, ἥκιστα ἐπ᾽ αὐτῷ ἐμεγαλύνοντο. εὐδοξίας τε οὐ τὰ δεύτερα φερόμενοι, βραχὺ τοῦτο ἐλογίζοντο. ὁ δὲ δὴ Ἀντίπατρος καὶ λόγου δεινότητι προύχων ἔβλαψε μὲν οὐδ᾽ ὁντινοῦν, ὤνησε δὲ μυρία τούτῳ, οὐ τὸ κοινὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀστῶν συχνούς. δικαιοσύνην γὰρ ἀσκῶν εἴπερ τις ἕτερος, πλεῖστα μὲν διήτησε νείκη τοῖς πολίταις πρὸς ἀλλήλους· πλεῖστα δὲ τῇ πατρίδι πρὸς τοὺς ἐν κύκλῳ δυνάστας. καὶ ἐτιμᾶτο ὑπὸ πάντων διὰ τοῦτο. πλείστας δὲ ἐπιστεύθη πρεσβείας καὶ ἐπιτροπάς, ἀρχάς τε πάσας διεξῆλθε τὰς ἐγχωρίους. τελευτῶν δὲ τὸν βίον οὐκ ἔστιν ὅ, τι οὐκ ἐπέσκηψε Νικολάῳ τῷ υἱῷ, καὶ Πτολεμαίῳ τῷ τούτου ἀδελφῷ, ἢ τῷ Διῒ θυμιατήριον, ὅπερ ἔφθη αὐτὸς προϋπεσχημένος τῷ θεῷ, κατασκευάσαι ἐπειδὰν τελευτήσῃ· δηλῶν οἶμαι ὅτι τὸ πρὸς θεοὺς ὅσιον δεῖ καὶ τελευτῶντας φυλάττειν, καὶ μηδέτι τοῦ βίου ἀπολαύσεσθαι μέλλοντας.

Ὅτι Νικόλαος ὁ Δαμασκηνὸς ἐν τῇ ὅλῃ παιδείᾳ διατεθραμμένος, διὰ τὸ καὶ τὸν πατέρα αὐτοῦ περὶ ταῦτα μάλιστα σπουδάσαι, ἐπειδὴ ἀπ᾽ αὐτῆς αὐτῷ ὅ τε πλοῦτος καὶ ἡ δόξα ἐπεγίνετο, ἔτι μᾶλλον ηὔξησε ταύτην, ἐρωτᾷ τινα

EX NICOLAO DAMASCENO,

DE VITA SVA.

NICOLAVS Damaſcenus patrem habuit Antipatrum, matrem Stratonicem, ambos cùm ob modeſtiam, tum ob reliquam dignitatem Damaſci percelebres. Nam quum opibus eminerent, minimè ideò efferebantur: Cúmque virtutis fama principem locum tenerent, id parui faciebant. Cæterùm Antipater eloquentiâ etiam pollebat, qua tamen neminem vnquam læſit, quinimo potius & patriam & ſingulos ciues plurimis beneficiis affecit. Etenim cùm iuſtitiam inprimis coleret, ciues priuatim inter ſe diſſidentes conciliauit ſæpiſſimè, & patriæ cum finitimis regulis controuerſias compoſuit: qua ex cauſa ab omnibus vnicè colebatur. Legationes quoq. plurimas executus eſt, & curationes, magiſtratúſque omnes in patria geſſit. Tandémque moriens, Nicolao & Ptolemæo filiis enixiſſimè mandauit, vt thuribulum quod Ioui vouerat, poſt ſui obitum confici curarent. quo facto declarauit, religionem erga Deos etiam à morientibus, quibus nulla ſpes vitæ ſuperſit, cuſtodiendam eſſe.

Nicolaus Damaſcenus, omnibus literis, quæ humaniores appellantur, à puero eruditus, (eò quod patrem habebat magnoperè iis artibus deditum, qui opes & famam doctrinæ cauſa adeptus fuerat,) ipſe à paterna laude haudquaquam degenerans, incre-

dibili quodam ſtudio literis incubuit. Erat alioqui ingenio minimè abſurdo: proinde priuſquam ex ephebis exceſſiſſet, ſingularem laudem in ciuitate ſua retulit, atque inter æquales longè enituit. Grammaticæ enim atque inde poëticæ haud vulgarem notitiam comparauerat, adeò vt tragœdias comœdiáſque nequaquam ſpernendas ſcriberet. Poſtea verò cùm maiorem progreſſum doctrinæ ſimul ac laudis feciſſet, ad Rhetoricam ac Muſicam & Mathematicas diſciplinas, atque vniuerſam Philoſophiam animum applicuit. Quippe Ariſtotelem inprimis imitari ſtudebat, & multiplicem eius viri doctrinam ſummoperè mirabatur: ac ſæpenumerò dicere ſolebat, maximam ſe gratiam habere omnibus diſciplinis, tum propter honeſtatem prorſus libero homine dignam, tum ob vtilitates quas in hanc vitam intulerunt, tum deniq. oblectationis cauſa, qua & iuuentutem & ſenectam vnicè recreant. Aiebat quoque ideò fortaſſis plures numero Muſas à veteribus Theologis introductas eſſe, quod in diſciplinis mira varietas, & ad omnes vſus apta diuerſitas reperiatur. Earum verò imperitiam peritiámve longè ab illiberalibus artibus differre: quippe homini liberali, atque idoneis opibus inſtructo imperitiam artium humaniorum atque illiberalium peritiam iuxta turpem eſſe. Cæterùm ex nullis omninò diſciplinis quæſtum vnquam Nicolaus captauit.

Idem dicere ſolebat, diſciplinarũ orbem ſimilem eſſe peregrinationi. Nam quemadmodum iis qui longam peregrinationem ſuſceperũt, vſuuenit, vt in quibuſdam diuerſoriis prandendi cauſa commorentur, in aliis pernoctent; & in nonnullis quidem locis pluſculos dies conſiſtant, alia verò obiter tãtùm ac prætergredientes adſpiciant; tandem autem reuerſi in ſuis penatib. degant: Ita etiã eos qui humaniorũ artiũ ſtudia percurrũt, in quibuſdã diſciplinis breuius, in aliis immorari diutius oportere;

ἀδιη-

ἀδιήγητον αὐτῆς ζῶν· ἄλλως τε καὶ φύσεως οὐ φαύλης λαβόμενος. ὥστε πρὶν ἡβῆσαι εὐδόκιμος εἶναι ἐν τῇ πατρίδι, καὶ τῶν ἡλίκων διαφέρειν. γραμματικῆς τε γὰρ οὐδενὸς ἧττον ἐπεμεμελήκει, καὶ δι' αὐτῆς ποιητικῆς πάσης· αὐτός τε τραγῳδίας ἐποίει καὶ κωμῳδίας εὐδοκίμους. ἔτι δὲ μᾶλλον ὕστερον αὐξηθεὶς, ὥστε καὶ τὴν δύναμιν συναυξῆσαι, ῥητορικῆς τε καὶ μουσικῆς, καὶ τῆς περὶ τὰ μαθήματα θεωρίας, καὶ φιλοσοφίας ἁπάσης ἐπεμελήθη. ζηλωτὴς γὰρ Ἀριστοτέλους γενόμενος, καὶ τὸ ποικίλον τῆς περὶ τὸν ἄνδρα παιδείας ἀγαπήσας, χάριν εἰδέναι πᾶσιν ἔλεγεν ἀεὶ τοῖς μαθήμασι, πολὺ μὲν ἔχουσι τὸ ἐλευθέριον, πολὺ δὲ τὸ χρήσιμον εἰς τὸν βίον· πάντων δὲ μάλιστα τὸ εὐδιάγωγον πρός τε νεότητα καὶ γῆρας. ἔλεγε δὲ καὶ τὰς Μούσας ἄρα διὰ τοῦτο πολλὰς ὑπὸ τῶν θεολόγων παραδεδόσθαι, ὅτι πολὺ τὸ ποικίλον ἔχει τὰ παιδεύματα, καὶ πρὸς πᾶσαν βίου χρῆσιν οἰκεῖον. καὶ οὔτε τὴν ἐμπειρίαν αὐτῶν, οὔτε τὴν ἀπόληψιν ὁμοίως ὑπελάμβανεν εἶναι τῇ τῶν βαναύσων τεχνῶν· ἀλλὰ τοὐναντίον ἐπονείδιστον τοῖς μετρίως ζῶσι τήν τε τούτων ἄγνοιαν καὶ τὴν τῶν βαναύσων ἐπιστήμην. οὗτος μὲν οὖν οὐκ ἔστιν ὅτῳ τῶν παιδευμάτων πρὸς ἀργυρισμὸν ἐχρήσατο οὐδὲ ἐκαπήλευσεν.

Ὅτι ἔφη ὁ Νικόλαος ὁμοίαν εἶναι τὴν ὅλην παιδείαν ἀποδημίᾳ· ὡς γὰρ ἐν ταύτῃ συμβαίνει τοῖς ἀποδημοῦσι καὶ μακρὰν ὁδὸν διεξιοῦσιν, ὅπου μὲν εἰσκατάγεσθαί τε καὶ ἐναυλίζεσθαι μόνον, ὅπου δὲ ἐναριστᾶν, ὅπου δὲ πλείους ἐνδημεῖν ἡμέρας, ἐνίους δὲ τόπους ἐκ παρόδου θεωρεῖν, ἐπανιόντας μέντοι ταῖς ἑαυτῶν ἐνοικεῖν ἑστίαις. οὕτω καὶ διὰ τῆς ὅλης παιδείας διερχομένους δεῖν ἐν οἷς μὲν ἐπιτηδεύμασιν ἐπὶ πλέον ἐνδιατρίβειν, ἐν οἷς δ' ἐπ' ἔλαττον, καὶ τὰ μὲν ὅλα, τὰ δὲ ἐκ μέρους, τὰ δὲ ἄχρι στοιχειώσεως παραλαμβάνειν.

καὶ τὸ ἐκείνων χρήσιμον καταγνόντας, ἐπὶ τὴν ὡς ἀληθῶς πατρῴαν ἑστίαν αἴξαντας φιλοσοφεῖν.

deeſt initium.

* καὶ παρακαλέσας οἷα δὴ φιλόσοφον καὶ ἀμνησίκακον, ἐν πολὺ πλείονι ἦγε τιμῇ καὶ εὐνοίᾳ.

Ὅτι ἐπράχθη τι φιλανθρωπίας πολλῆς ἐχόμενον Νικολάῳ. Ἰλιεῖς γὰρ, ἀφικνουμένης νύκτωρ ὡς αὐτοὺς Ἰουλίας τῆς Καίσαρος μὲν θυγατρὸς, γυναικὸς δὲ Ἀγρίππα, καὶ τοῦ Σκαμάνδρου μεγάλου ῥυέντος ὑπὸ χειμάρρων πολλῶν, κινδυνευούσης περὶ τὴν διάβασιν ἀπολέσθαι σὺν τοῖς κομίζουσιν αὐτὴν οἰκέταις, οὐκ ᾔσθοντο. ἐφ᾽ οἷς ἀγανακτήσας ὁ Ἀγρίππας ὅτι οὐ προεβοήθησαν οἱ Ἰλιεῖς, δέκα μυριάσιν αὐτοὺς ἐζημίωσεν ἀργυρίου. οἱ δὲ ἀπόρως ἔχοντες, καὶ ἅμα οὐ προϋπειδόμενοι τὸν χειμῶνα, οὐδ᾽ ὅτι ἐξίοι ἡ παῖς, Ἀγρίππᾳ μὲν οὐδοτιοῦν εἰπεῖν ἐτόλμησαν. ἥκοντα δὲ τὸν Νικόλαον δεόμενοι παρακαλεῖν αὐτοῖς Ἡρώδην βοηθὸν καὶ προστάτην. καὶ ὃς μάλα προθύμως ὑπέστη διὰ τὴν τῆς πόλεως δόξαν. καὶ ἐδεήθη τοῦ βασιλέως, διηγήσατό τε αὐτῷ τὸ πρᾶγμα, ὡς οὐ δικαίως αὐτοῖς ὀργίζεται, οὔτε προειπὼν ὅτι πέμποι τὴν γυναῖκα ὡς αὐτοὺς, οὔθ᾽ ὅλως ἐκείνων προῃσθημένων διὰ τὸ νυκτὸς ἰέναι. τέλος δ᾽ οὖν ἀναδεξάμενος ὁ ἀνὴρ τὴν προστασίαν, εὑρίσκεται αὐτοῖς τὴν ἄφεσιν τῆς ζημίας, καὶ τὴν ὑπὲρ ταύτης ἐπιστολὴν, ἅτε δὴ ἀπεληλυθότων ἤδη διὰ τὸ ἀπογνῶναι τὴν ἀπόλεσιν, Νικολάῳ δίδωσι πλέοντι ἐπὶ Χίου καὶ Ῥόδου, ἔνθα ἦσαν αὐτῷ οἱ υἱεῖς. αὐτὸς γὰρ ἐπὶ Παφλαγονίας ᾔει σὺν Ἀγρίππᾳ. Νικόλαος δὲ ἐκ τῆς Ἀμισοῦ πλεύσας ἐπὶ Βυζάντιον, κἀκεῖθεν εἰς τὴν Τρωάδα γῆν, ἀνέβη εἰς Ἴλιον. καὶ τὴν τῆς ἀπολύσεως τοῦ χρέους ἐπιστολὴν ἀποδοὺς, σφόδρα ὑπὸ τῶν Ἰλιέων αὐτός τε καὶ ἔτι μᾶλλον ὁ βασιλεὺς ἐτιμήθη.

& has quidem integras perdiſcere, illas verò duntaxat delibare, ac collecta ſingularum vtilitate, ad philoſophiam tanquam ad patriam ac lares reuerſos ibi conſidere. *Deeſt initium.*

* hortatus eum vt philoſophum & immemorem iniuriarum maiori poſthac obſeruantia atque amore proſecutus eſt.

Iiſdem temporib. facinus humanitatis plenũ à Nicolao geſtum eſt. Nam cùm Iulia Cęſaris Auguſti filia, coniux M. Agrippæ noctu Ilium proficiſceretur, fortè accidit vt effuſis torrentibus Scamandro ſupra modum aucto Iulia cum famulis qui ad lecticam erant, in magnum vitæ diſcrimen in traijciendo fluuio adduceretur, Ilienſibus aduentus illius prorſus ignaris. Quamobrem indignatus Agrippa quod Ilienſes minimè opem tuliſsẽt, drachmarum argenti millib. centum eos mulctauit. Qui cùm maxima in difficulate verſarentur, neque aut tempeſtatem, aut aduentum Iuliæ proſpicere potuiſſent, Agrippę quidem obloqui minimè auſi ſunt quidquam. Nicolaum verò, qui tum fortè aderat, adeuntes, orarunt vti Herodem Regem ſibi ſuffragatorem atque adiutorem conciliaret. Quod quidem ille ob veterem ciuitatis gloriam libentiſſimè ſuſcepit, Regíque omnem ſeriem expoſuit, immeritò Agrippam Ilienſibus ſuccensêre, cùm nec ipſe eos de aduentu vxoris ſuæ præmonuerit, neq. illi ob nocturnum illius aduentum præſentire quidquam potuerint. Tandem cùm Herodes cauſam Ilienſium ſuſcepiſſet, veniam mulctæ eis impetrauit, atque Agrippæ ea de re epiſtolam, iam reuerſis in patriam Ilienſibus, eò quòd ſpem omnem impetrandæ veniæ amiſerant, Nicolao tradit, qui Chium ac Rhodum, vbi eius filii morabantur, petebat: quippe ipſe vnà cum M. Agrippa iter in Paphlagoniam parabat. Igitur Nicolaus Amiſo ſoluens Byzantij portum tenuit. Inde in Troadem nauigans, Ilium aſcendit, literiſque de mulctæ liberatione traditis, cùm ipſe, tum maximè Herodes Rex maximos honores ab Ilienſibus conſecutus eſt.

Herodes intermiſſo philoſophiæ ſtudio, (quod principibus vſuuenire ſolet ob voluptatum copiam ferè mutabili ingenio prędítis,) artem rhetoricam adamare cœpit, ac Nicolaum declamare ſecum iuſſit. Sed cùm aliquandiu Rhetoricæ operam dediſſet, rurſus eum percipiendę historiæ cupido inceſſit, cùm eiuſmodi cognitionem magnoperè ei laudauiſſet Nicolaus, & aptiſſimam ad res gerendas, ipſiſque Regibus maximè vtilem eſſe dixiſſet. Igitur cùm in hoc ſtudium ſumma cupiditate incumberet, Nicolaum hortatus eſt vt vniuerſalem hiſtoriam ſcribere aggrederetur. Qui eo maiore impetu animatus, non ſine maximis laboribus omnem vndique hiſtoriam collegit, tandémque incredibili ſtudio eam abſoluit. Ac ſæpenumerò dicere ſolebat, Euryſtheum ſi hunc Herculi laborem propoſuiſſet, maximè illum vexaturum fuiſſe. Poſthac Herodes viſendi Cæſaris cauſa Romam nauigans, Nicolaum ſecum in eadem naue duxit, atque vnà cum eo philoſophabatur.

Neque verò à ſermonibus ac præceptis vitâ diſſentiebat: quippe omnibus erat notiſſimum quo animo pecuniam contemneret, & quanta liberalitate eam impenderet; neq. vnquam ius atque officium pecuniæ cauſa violaſſe deprehenſus eſt. Iam voluptates mirum etiam alicui videatur ſi aliquas adamauerit, idque cum Regibus ac principibus viris ſæpiſſimè verſatus. Námque natura erat auſterior, & ab omni voluptate alienus, vt qui eiuſmodi delectationibus obnoxios pro mancipiis duceret, frugalitatem verò ac tenuitatem ſummoperè commendaret. Idem tamen vbi magnificentia opus erat, liberalis erat inprimis; neque vllatenus parcus, ne ſordidi atque illiberalis animi notam ſubiret. Iam verò in laboribus perferendis, ſicubi opus erat, præcipuâ conſtantia & iuuenis & ſenex præditus fuit; ac ſi quando periculum ingruerat aut ab hoſtib. aut à latronibus; ſi morbi vis aut tempeſtas in mari, aut aliud quod diſcrimen inciderat,

Ὅτι Ἡρώδης πάλιν διαμεθεὶς τὸν φιλοσοφίας ἔρωτα. *ὃ φιλεῖ τοῖς ἐν ὑπεροχῇ οὖσι συμβαίνειν διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐξαπατώντων αὐτοὺς ἀγαθῶν· ἐπεθύμησε πάλιν ῥητορικῆς, καὶ Νικόλαον ἠνάγκαζε συρρητορεύειν αὐτῷ, καὶ κοινῇ ἐρρητόρευον. αὖθις δ' ἱστορίας αὐτὸν *ἔρως ἔλαβεν, ἐπαινέσαντος Νικολάου τὸ πρᾶγμα, καὶ πολιτικώτατον εἶναι λέγοντος· χρήσιμον δὲ καὶ βασιλεῖ, ὡς τὰ τῶν προτέρων ἔργα καὶ πράξεις ἱστοροίη. καὶ ἐπὶ τοῦτο ὁρμήσας προὔτρεψε καὶ Νικόλαον πραγματεύσασθαι τὰ περὶ ἱστορίαν. ὁ δὲ μειζόνως ἔτι ὥρμησεν ἐπὶ τὸ πρᾶγμα, πᾶσαν ἀθροίσας τὴν ἱστορίαν, μέγαν τε πόνον ὑποστὰς, καὶ οἷον οὐκ ἄλλος, ἐν πολλῷ δὲ χρόνῳ φιλοπονήσας ἐξετέλεσεν αὐτήν. ἔλεγέ τε ὡς τοῦτον τὸν ἆθλον Εὐρυσθεὺς εἰ προὔτεινεν Ἡρακλεῖ σφόδρα ἂν αὐτὸν *ἀπέτρυσεν. ἐκ τούτου πλέων εἰς Ῥώμην ὡς Καίσαρα Ἡρώδης, ἐπῆγε τὸν Νικόλαον *ὁμοῦ ἐπὶ τῆς αὐτῆς νηὸς, καὶ κοινῇ ἐφιλοσόφουν.

mſ. ἃ ὀφείλει.

addidi.

Suidas in ἀπέτρυσε.

mſ. ὁμοίως.

Ὅτι πάνθ' ὅσα παρήγγελλεν, ἐπὶ τῶν ἔργων διεξῄει αὐτῶν, καὶ ἀπεδείκνυτο χρημάτων μὲν ὢν κρείττων, θᾶττον ἢ λαμπρότατα ἐφιλοτιμήθη, οὐδέν τε ὧν μὴ δεῖ ἐφαίνη χρημάτων ἕνεκα πεποιηκώς. ἡδονῆς δὲ τάχα που θαυμαστὸν ἦν, εἴ τινος ἄλλου κατεφρόνει, καὶ ταῦτα βασιλεῦσί τε καὶ ἡγεμόσι συνὼν πολλάκις. ἦν γὰρ αὐστηρὸς φύσει, καὶ ἐναντίος πρὸς αὐτὴν, καὶ ἀνδραποδώδεις νομίζων τοὺς τῶν ἀπολαύσεων τῶν τοιούτων ἥττους. ἐπαινετής τε αὐταρκείας ἀεὶ καὶ *ἁπλότητος. καίτοι γ' ἐν οἷς δεῖ λαμπρύνεσθαι μεγαλοπρεπὴς, οὐ γλίσχρος ἦν, ὡς μὴ δόξαν ἀνελευθερίας λάβοι. πρός γε μὴν πόνους καὶ καρτερίαν, εἴ ποτε δέοι, πάντων ἀοκνότατος, οὐκ ἐν νεότητι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν γήρᾳ. καὶ ὅπη κίνδυνος καταλάβοι ἐκ πολεμίων ἢ λῃστῶν, ἢ διὰ νόσον, ἢ χειμῶνα κατὰ θάλατταν, ἢ ἄλλως πως, οὕτω δὴ σφόδρα

mſ. πιότ.

εὔψυχος ἦν, ὥστε καὶ τοῖς ἄλλοις ἀεὶ θαῤῥεῖν παρέχειν, ὁπόσοι κοινωνοὶ ἦσαν αὐτῷ τοῦ κινδύνου. πρός γε μὴν τὸ δίκαιον ἀκλινὴς οὕτω καὶ ἀθώπευτος, ὥστε καὶ ἀπειλὰς ἐνεγκεῖν τινῶν ἡγεμόνων ποτὲ δικάζων, ὑπὲρ τοῦ μὴ τοῦτο παραβῆναι. πολλοὶ γὰρ αὐτὸν ᾑροῦντο καὶ δικαστὴν καὶ διαιτητὴν, φανερᾶς εἰς πάντας αὐτοῦ τῆς δικαιοσύνης γενομένης, ἔν τε συμβολαίοις ἢ ταῖς πρὸς τοὺς ἰδιώτας κοινωνίαις, οὐδεὶς πώποτε αὐτὸν ἐμέμψατο, οὐδ᾽ εἴ τις πονηρὸς εἴη, διὰ τὴν ἐπιείκειαν. οὐδὲ γὰρ μαρτύρων ἔδει πρὸς αὐτὸν ἢ συμβολαίων, ἀλλ᾽ ὅ τι ἂν ὁμολογήσῃ, βέβαιον ἦν. κοσμιότητα δὲ καὶ σωφροσύνην οὐδεὶς αὐχήσει πλείω κατὰ τὸ ἦθος. ἔν τε ἀγοραῖς καὶ ὁδοῖς. *Deſunt duæ paginæ.*

** καὶ διατελεῖν παρακολουθεῖν εὐδοξίαν τε καὶ τιμὴν τῷ φιλοσόφῳ, καὶ ἄλλας χάριτας καὶ ὠφελείας, παρὰ τῶν δυνατῶν οὐκ εἶναι, πόνου δ᾽ ἀλλότριον. τίνι γὰρ ἂν μᾶλλον ἁρμόττοι ταῦτα καρποῦσθαι ἀπὸ τοῦ βελτίστου καὶ σπουδαιοτάτου γινόμενα, ἢ τῷ τοιούτῳ; οὐ γὰρ δὴ τῷ φαύλῳ καὶ οὐδενὸς ἀξίῳ. χρήσεται γὰρ αὐτοῖς ἀφόρτως τε καὶ ἐμμελῶς, καθὼς Νικόλαος τῷ γνώριμος εἶναι καὶ εὔπορος εἰς * οὐδένα τρόπον ἐχρήσατο, ἀλλ᾽ εἰς μετριότητα τε καὶ δημοτικὴν φιλανθρωπίαν· πόλεως μὲν οὔποτ᾽ ἀφ᾽ ἑτέρας οἰόμενος δεῖν, ἀλλ᾽ ἀπὸ τῆς αὐτοῦ προσαγορεύεσθαι· κατεγέλα δὲ καὶ τῶν καθ᾽ αὑτὸν σοφιστῶν, οἳ μεγάλοις τιμήμασιν ἐωνοῦντο Ἀθηναῖοι ἢ Ῥόδιοι καλεῖσθαι, βαρυνόμενοι τὴν ἀδοξίαν τῶν πατρίδων. ἔνιοι δὲ καὶ συνέγραψαν περὶ τοῦ μὴ εἶναι ἀφ᾽ ἧς πόλεως ἦσαν, ἀλλ᾽ ἀπό τινος τῶν δι᾽ ὀνόματος Ἑλληνίδων. ὁμοίους τε ἀπέφαινε τοῖς τοὺς ἑαυτῶν γονέας βαρυνομένοις.

f. οὐδὲν ἄτοπον.

Ὅτι ᾐτιῶντό τινες τὸν Νικόλαον πλεῖστα χρήματα παρὰ φίλων λαβόντα, οὐ σώζειν αὐτά. καὶ ὅτι τὰς πλείους διατριβὰς ἐποιεῖτο μετὰ τῶν δημοτικῶν, ἐκκλίνων τοὺς μεγάλους καὶ

erat tum eiuſmodi animi fortitudine, vt reliquos qui in eodem verſabantur periculo, confirmaret. Porrò in iuſtitia colenda adeò conſtans atque inconcuſſus fuit, vt nonnunquam iudex magiſtratuum minas contempſerit, ne à iuſtitiæ norma vel minimùm diſcederet. Itaque cùm omnibus comperta ac cognita eſſet eius æquitas, multi illum & iudicem & arbitrum deligebant. In contractibus verò atque huiuſcemodi ciuilibus negociis nemo vnquam, quantumvis improbus vir de illo quippe homine omnium æquiſſimo conqueſtus eſt: non enim aduerſus eum teſtib. opus erat, aut ſyngrapha, ſed quidquid vel nudo pacto promiſiſſet, id firmum ratúmque erat. Cæterùm modeſtia ac morum grauitas cùm foris tum domi tanta nunquam in vllo homine fuit. *Deſunt duæ paginæ.*

Quidam Nicolai obtrectatores aiebant ex diſputationibus philoſophicis famam ac gloriam, ac præterea opes ac munera à principibus citra laborem ei obtigiſſe. Enimverò quem hiſce bonis frui præſertim honeſtiſſimis artibus comparatis æquius veriúſq. ſit quàm eiuſmodi virum? non enim certè improbum ac nullius pretij hominem: quippe ille magna cum prudentia & ſolertia iis rebus vtetur, quemadmódum Nicolaus opibus ſuis & gratia non ad malas artes, ſed ad modeſtiam & comitatem eſt vſus. Qui nunquam alterius ciuitatis quàm patriæ ſuæ ciuem ſe appellare voluit, & ſui temporis ſophiſtas deridere erat ſolitus, qui obſcuritatem oppidorum ſuorum grauati, titulum ciuis Athenienſis aut Rhodij maximo pretio emebant. Nonnulli etiam libros ſcripsêre, quibus probarent haudquaquam ſe ex illa ciuitate eſſe, ex qua reuera erant oriundi, ſed ex alia celebriori vrbe Græca. Eos verò ſimiles aiebat eſſe illorum, quos parentum ſuorum puderet.

Erāt qui Nicolao obijcerēt quod cùm magnā pecuniæ vim ab amicis dono accepiſſet, eam tamen minimè cuſtodiebat: quodq. cum plebeis hominib. vt plurimùm

verſabatur; viros autem primarios atque opulentiſſimos vrbis Romæ declinabat, neque vnquam tametſi à multis & maximæ dignitatis viris rogatus, domos eorum adibat, ſed philoſophiæ ſtudiis totos dies vacabat. Verùm Nicolaus ſic reſpondere iis ſolebat, quod quidem ad pecuniam attinet, eius poſſeſſionem haud ſecus ac lyræ vel tibiæ nullius pretij eſſe, præcipuam partem in vſu conſiſtere. Quod ſi quis ad luxum ac nequitiam, aliáſque eiuſmodi artes eâ abutatur, hunc meritò vituperandum eſſe; qui verò ad modeſtiam ac liberalitatem eâ vtitur, & opportunè interdum oblatam à quibus oportet, accipit, largitúrque ipſe, & liberis ſuis conſulit: hunc demùm optimum virum eſſe. Quod verò ad alterum caput ſpectat, ita aiebat, virum bonum cum modeſtiſſimis hominibus ſemper verſari velle, cuiuſmodi plures in plebe quam inter diuites illos reperiri. Vt enim vir opibus inſtructus modeſtiam colat, præcipuo quodam Deorum auxilio opus eſt, cùm diuitiæ ferè voluptatibus aut ſuperbiâ animos mortalium corrumpant.

Cæterùm Nicolaus maximam in erudiendis famulis ſuis curam poſuit, quos ex quotidiana conſuetudine ad ſimilitudinem morum vitęque ſuæ formatos nihilo deteriores amicis expertus eſt.

Ex Lib. I. Historiarvm Nicolai.

Sardanapalus Aſſyriorum Rex, à Nino & Semiramide originem ducens, aſſiduè intra palatium in vrbe Nino degebat, neque arma tractans vnquam, nec venatum egrediens more ſuperiorum Regum: ſed faciem liniens, atque oculos pingens, & cum pellicibus de forma ac comæ compoſitione contendens, prorſúſq. mulıebri diffluens mollicie. Porrò ex more inſtitutóque veteri ad portas palatij aderant gentium omnium ſatrapæ, imperatas adducentes copias. Quos inter Arbaces Mediæ Pręfectus, vir ſingulari temperantia rerúmque vſu haud vulgari præditus, atque in venatibus belliſque exercitatus: qui cùm multa antehac ſtrenuè feciſſet, tum verò adhuc maiora animo agitabat.

ὑπερπλούτους τῶν ἐν Ῥώμῃ, [ὧν εἰς τὰς οἰκίας] οὐδαμῶς ᾔει πολλῶν καὶ ἐνδόξων αὐτὸν βιαζομένων· ἀλλὰ δι' ὅλης ἡμέρας ἐν ταῖς φιλοσόφοις θεωρίαις ἦν. ὁ δ' ἀπελογεῖτο περὶ μὲν τῶν χρημάτων, ὅτι ἡ κτῆσις ὥσπερ λύρας ἢ αὐλῶν οὐδενὸς εἴη ἀξία· ἡ χρῆσις δὲ ὃ κυριώτατόν ἐστιν. ὧν εἰ μέν τις εἰς ἄσωτον ἢ ἀμετάδοτον ἢ ὅλως ἄφρονα ἢ φαῦλον καταδαπανᾷ βίον, ἐπίμεμπτος ἂν εἴη. εἰ δέ τις εἰς σώφρονά τε καὶ κόσμιον, καὶ κοινωνικὸν, καὶ φιλάνθρωπον, δεχόμενος καὶ ὅτε δεῖ ταῦτα καὶ παρ' ὧν δεῖ, καὶ περιέμενος καὶ τοῖς τέκνοις ἀπολιπὼν, ἀμείνων ἂν εἴη. ὅρον δὲ ἕνα ἔφη ποιεῖσθαι· τὸν ἄνδρα τὸν ἀγαθὸν τοῖς ἐπιεικεστέροις ἐθέλειν ἀεὶ συνεῖναι. τοιούτους δ' ἐν τοῖς δημοτικοῖς ὁρᾶν πλείους ἢ ἐν τοῖς βαρυπλούτοις φυομένοις. πολλῆς γὰρ ἀγαθῆς τύχης δεῖται πλοῦτος, ὥστε εἰς ἐπιείκειαν φέρειν. ἐκτρέπει γὰρ τοὺς πλείους εἰς φιληδονίαν τε καὶ ὑπερηφανίαν.

Ὅτι τοὺς ἑαυτοῦ οἰκέτας ἐκπαιδεύσας, καὶ ἐκ τοῦ συζῆν ἀεὶ πολλὴν ὁμοήθειαν αὐτοῖς ἐμποιήσας, ἐχρῆτο οὐδὲν χείροσιν ἢ φίλοις.

Ὅτι Σαρδανάπαλος Ἀσσυρίων ἐβασίλευσεν, ἀπό τε Νίνου καὶ Σεμιράμεως τὴν βασιλείαν παραδεξάμενος, οἴκησιν ἔχων ἐν Νίνῳ, ἔνδον τὸ σύμπαν ἐν τοῖς βασιλείοις διατρίβων. ὅπλων μὲν οὐχ ἁπτόμενος, οὐδ' ἐπὶ θήραν ἐξιὼν, ὥσπερ οἱ πάλαι βασιλεῖς. ἐγχριόμενος δὲ τὸ πρόσωπον, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑπογραφόμενος, πρός τε τὰς παλλακίδας ἁμιλλώμενος περὶ κάλλους καὶ ἐμπλοκῆς. τό τε σύμπαν γυναικείῳ ἤθει χρώμενος. κατὰ δὲ τὰ πρότερον συντεταγμένα, ἐπὶ τὰς θύρας αὐτοῦ παρῆσαν οἵ τε ἐκ τῶν ἄλλων ἐθνῶν σατράπαι ἄγοντες τάς τε εἰρημένας δυνάμεις, καὶ δὴ Ἀρβάκης ὁ Μήδων ὕπαρχος, ἀνὴρ τόν τε βίον σώφρων, καὶ πραγμάτων εἰ δή τις ἄλλος ἔμπειρος, τετειμημένος τε ἐν κυνηγεσίοις καὶ πολέμοις· καὶ πολλὰ μὲν πάλαι γενναῖα ἐξειργασμένος, πλείω δ' ἔτι καὶ μείζω τότε διανοούμενος.

οὗτος ἀκηκοὼς τόν τε βίον καὶ τὰ ἤθη οἷς χρῆται ὁ βασιλεὺς, εἰς νοῦν ἐνεβάλετο καὶ ἐνεθυμήθη ἄρα ὅτι ἀπορείᾳ γυναίου ἀνδρὸς οὗτος ἔχοι τὰ τῆς Ἀσίας κράτη. καὶ βουλὴν συντίθεται περὶ τῆς ὅλης ἀρχῆς.

Ὅτι ἐπὶ Ἀρβάκου τοῦ βασιλέως Μήδων, τοῦ διαδόχου Σαρδαναπάλλου τοῦ Ἀσσυρίων βασιλέως, ἦν ἐν Μήδοις τότε κατά τε ἀνδρείαν καὶ ῥώμην δοκιμώτατος Παρσώνδας· παρά τε βασιλεῖ μάλιστα ἐπαινούμενος καὶ ἐν Πέρσαις ὅθεν ἦν γένος, ἐπί τε εὐβουλίᾳ καὶ κάλλει σώματος. δεινὸς δὲ καὶ θήρας αἱρεῖν, ἐν σταδίᾳ τε μάχῃ καὶ ἀπὸ ἅρματος καὶ ἵππου μάχεσθαι. οὗτος ὁρῶν Ναύβερον τὸν Βαβυλώνιον διαπρεπεῖ κόσμῳ χρώμενον ἀμφὶ τὸ σῶμα, καὶ ἐλλόβια ἔχοντα καὶ κατεξυρημένον τοῦ μάλα, γυναικώδη τε καὶ ἄναλκιν, ἔπειθεν Ἀρταῖον ἀφελέσθαι αὐτὸν τὴν ἀρχὴν καὶ ἑαυτῷ δοῦναι, δυσχεραίνων σφόδρα τὸν ἄνθρωπον. ὁ δὲ ὤκνει συγχέας τὰ συγκείμενα ὑπ' Ἀρβάκεω, ἀδικεῖν τὸν Βαβυλώνιον. ἐπεὶ δὲ δὶς ἢ τρεῖς ὁ Παρσώνδης ἐνέτυχεν Ἀρταίῳ, καὶ ταὐτὸν ἤκουσεν ἡσύχαζεν· οὐ μὴν τὸν Νάναρον ἔλαθεν. αἰσθόμενος δ' ἐκεῖνος τὴν γνώμην τἀνδρὸς, μεγάλα δῶρα τοῖς * ἑαυτοῦ ὑπέσχετο καπήλοις, εἴ τις αὐτῷ

πισ. τῶν.

Παρσώνδην συλλαβὼν ἄγῃ· ἕπονται δ' οὗτοι πολλοὶ τῷ βασιλέως στρατῷ. καί ποτε κατὰ δαίμονα κυνηγετῶν ὁ Παρσώνδης, ἐλαύνει πόρρω ἀπὸ τοῦ βασιλέως εἴς τι πεδίον οὐχ ἑκὰς Βαβυλῶνος· τοὺς δὲ θεράποντας εἰς τὴν πλησίον ὕλην πέμψας, ἐκέλευσε βοῇ τε ἀλαλητῷ χρῆσθαι ὡς δὴ τὰ θηρία ἐξώσειν εἰς τὰ πεδία, καὶ πολλοὺς μὲν ὗς ἀγρίους, πολλοὺς δ' ἐλάφους αἱρεῖ. τέλος δ' ὄνον ἄγριον διώκων, ἐπιπλεῖστον ἀποσπᾶται τῶν ἑαυτοῦ. καὶ μόνος ἐλαύνων ἧκεν εἰς τὴν Βαβυλωνίαν, ἔνθα ἦσαν οἱ κάπηλοι, ἀγρεὰς ἐπιτηρίζοντες τοῦ βασιλέως. οἷς θεασάμενος ὑπὸ δίψους πιεῖν ᾔτει. οἱ δ' ἄσμενοι ἰδόντες Παρσώνδην, προσίασιν αὐτῷ, πιεῖν τε ἐνέχεον, καὶ τὸν ἵππον δεξάμενοι ἀριστᾶν ἐκέλευσαν.

Hic cùm interiorem Regis vitam moréſque auditu accepiſſet, ita ſecum reputare cœpit penuria viri cuiuſpiam ſtrenui penes Sardanapallum regnum Aſiæ ſtare. Itaque de rerum ſumma conſilium iniit.

Regnante apud Medos Artæo ſucceſſore Arbacis, fuiſſe quidam dicitur in Media Parſondas, vir robore & magnitudine animi ſingulari; qui & apud Regem & inter Perſas, à quibus originem ducebat, ob prudentiam ac pulcritudinem ſummo in honore erat. Adhæc in venatu feras interficere, equeſtri pedeſtríque pugna ac de curru dimicare promptiſſimus habebatur. Hic cùm Nanybrum Babylonium, inſigni corporis cultu conſpicuum, inaures geſtantem, ac probè raſum prorſúſque effæminatum atque imbellem videret, ægrè admodum id ferens, ab Artæo petiit vt regnum Nanybro ademptum ſibi concederet. Sed Arteus nequaquam induci poterat vt contra leges ab Arbace conſtitutas eiuſmodi iniuriam Nanybro faceret. Enimverò poſtquam Parſondas iterum ac tertiò Artæum hac de re interpellauit, atque idem ſemper reſponſum retulit, in poſterum tacuit. At Nanybrus de Parſondæ conſiliis certior factus, cauponibus ſuis, quorum maxima multitudo Regia caſtra ſectari ſolet, ingentia præmia pollicitus eſt, ſi Parſondam comprehenſum ad ſe adducerent. Fortè Parſondas procul à Regis comitatu inter venandũ curſu abreptus, in planiciem haud procul Babylone ſitam peruenit, ſeruóſq. circa proximam ſiluam diſpoſitos clamore contentiſſimo reſonare iuſſit, quo territæ feræ in campos protraherentur. Ita cùm apros ceruóſq. haud paucos cepiſſet, tandem aſinum ſilueſtrem perſecutus, procul à ſuis aberrauit, deuenítque ad eum Babyloniæ locum in quo fortè fortuna caupones Regij alimenta ac pabula Nanybro præparabant. Quos conſpicatus cùm ſiti enecaretur, vinum petiit. At illi qui Parſondã agnoſcerent, læti ac libentes ei vinũ propinant, retentóq. equo orant vt prandium ſumere velit. Parſondæ, quippe qui per totũ diem venãdo fatigatus eſſet, haud ingratus is ſermo fuit.

Itaque onagrum quem ceperat, vt Regi mitterent, iuſſit, vtque famulis ſuis qui per ſiluam diſperſi erant, quonam in loco eſſet, renuntiarent. Illi cuncta quæ imperabat facturos ſe polliciti, Parſondam diſcumbere iubent, omnis generis dapes ei apponunt, vinum ſuauiſſimum, merúmque de induſtria miniſtrant, quo facilius inebrietur. Poſtquam Parſondam vini ac ciborum ſatias cepit, extemplò equum ſibi adduci petiit, quo ad Regis caſtra peruolaret. Sed caupones mulieres formoſas introducere atque oſtentare ei cœperunt, orantes vt pernoctare illic, ac mulierum contubernio vti vellet, craſtino ſub ortum lucis commodius abiturum. Ille cùm mulieres haudquaquam ſpernẽdæ formæ videret, noctem eo loci degere ſtatuit. Tandem verò cùm partim ex Venere, partim ex labore diurno in ſomnum eſſet ſolutus, caupones facto ſimul impetu in cubiculũ irruunt, detractáq. ex lecto muliere, Parſondam vinciunt, & ad Nanybrũ perducunt. Quem cùm Nanybrus vidiſſet, (iam enim crapulã edormierat Parſondas, quantóq. in diſcrimine eſſet, intelligebat,) Ecquando, inquit, aut tu aut tuorum quiſpiam aliquam à me iniuriam paſſi eſtis? Nunquam profectò, ait Parſondas. An verò ne fortè patereris timuiſti? Minimè verò. Cur igitur tu prior iniuriam mihi intuliſti, cùm ſemivirũ me appellans, regnũ meum tanquã nullius precij hominis tu fortis ac generoſus ab Artæo peteres? Cui certè multã gratiam debeo, quòd conceſſum ab Arbace maioribus meis imperium mihi eripere haudquaquam ſuſtinuit. Cur ergo hæc agebas, peſſimũ caput? At Parſondas abſque vlla tergiuerſatione, Memet, inquit, hoc digniorẽ præmio exiſtimabam, cùm Regi vtilior, & fortitudine atq. induſtria eſſem maiore quã tu, qui quotidiè raderis, oculos ſtibio, vultũ ceruſſa depingis. Tum Nanybrus, Te verò, inquit, non pudet, qui talis tantúſq. ab infirmiore captus ſis, poſtquam gulæ ac Veneri ſuccubuiſti. At ego te faxo mulieribus molliorem candidiorémque breui ſpatio reddam. Hæc locutus, cùm per Belũ ac Molim (ſic Aſſyrij Venerem appellãt) iurauiſſet,

ὁ δὲ οἷα πλημμελείας θηρῶν οὐκ ἀηδῶς ἤκουσεν, ἐκέλευσέ τε
ἀποπέμψαι βασιλεῖ τὸν ὄνον ὃν κατέλαβε, καὶ τοῖς ἀνὰ τὸν δρό-
μον οἰκέταις φράσαι ἔνθα εἴη. οἱ δὲ πάντα ποιήσειν ὑποσχό-
μενοι, κατακλίνουσι τὸν * Παρσώνδην· καὶ δαῖτα παρέθεσαν πάμ- mſ. σωνδίων
πολλην, οἶνόν τε ἥδιστον πίνειν παρεῖχον, ἀκρατέστερον ἐπιτηδὲς
ὡς μεθυσθείη. καὶ ἐπεὶ ἅδην εἶχεν, ὁ μὲν ἤτει τὸν ἵππον ὡς ἀ-
πίοι ἐπὶ τὸ βασιλέως στράτευμα. οἱ δὲ γυναῖκας εὐπρεπεῖς πα-
ραγαγόντες, ἐδείκνυόν τε αὐτῷ, καὶ ἐκέλευον κοιμηθέντα αὐτόθι
καὶ εἰς νύκτα χρησάμενον αὐταῖς, ἕωθεν ἀπιέναι. ὁ δὴ εὐπρεπεῖς
γυναῖκας ὁρῶν ἔμεινέ τε καὶ ηὐλίσατο. καὶ τὰ μὲν διὰ τὴν συ-
νουσίαν, τὰ δὲ διὰ τὸν κόπον ὕπνος αὐτὸν ἔλαβεν. οἱ δὴ ἀναστή-
σαντες τὴν παρακοιμωμένην γυναῖκα, πολλοὶ ἅμα ἐπιπε-
σόντες συνέδησαν τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἐπὶ Νάναρον ἐκόμισαν.
ὁ δὴ ὡς εἶδεν αὐτὸν (ἤδη δὲ ἀνένηψεν ἐκ τοῦ οἴνου, καὶ ἔγνω ἵνα
ἰὼ κακοῦ) * ἤρετο, ἆρα ὦ Παρσώνδη κακόν τι παρ' ἐμοῦ πά- mſ. ἦν.
λαι ἔπαθες ἢ αὐτὸς, ἢ τῶν σῶν τίς; ὁ δὴ οὐκ ἔφη. τί δὲ πείσεσθαι
προσεδόκησας; οὐκ ἔγωγε εἶπεν. τί οὖν αὐτὸς ἀδικίας ἦρξας
εἰς ἐμὲ ἀνδρόγυνόν τε καλῶν, καὶ βασιλείαν τὴν ἐμὴν αἰτῶν
παρὰ Ἀρταίου, ὡς δῆτα οὐδενὸς ἀξίου αὐτὸς γενναῖος ὤν. πολλὴ δὲ
χάρις Ἀρταίῳ οὐ πεισθέντι τὴν ὑπ' Ἀρβάκου δεδομένην ἡμῖν
ἀρχὴν ἀφελέσθαι. διὰ τί δῆτα ταῦτ' ἐποίεις, ὦ κακὴ κεφαλή;
ὁ δὴ οὐδὲν ὑποθωπεύσας εἶπεν· ᾤμην αὐτὸς ἀξιώτερος εἶναι
τοῦτο τὸ γέρας ἔχειν, ἀνδρειότερός τε ὢν καὶ ὠφελιμώτερος βα-
σιλεῖ ἢ σύ· ὁ κατεξυρημένος τε καὶ καθυπεσιβισμένος τοὺς ὀφθαλ-
μούς, ψιμυθίῳ δὲ τὸ χρῶμα ἐναλειφόμενος καὶ ὅσιν. εἶτ' οὐκ αἰ-
σχύνη, ἔφη, σὺ ὁ τηλικοῦτος ὑπὸ τοῦ χείρονος συνειλημ-
μένος, ἐπὶ τοῦ γαστρὸς ἥττων καὶ αἰδοίων ἐγένου. ἀλλ' ἐγώ
σε, ἔφη, θήσω γυναικῶν ἁπαλώτερον καὶ λευκότερον τὴν
χροιὰν οὐ πολλοῦ χρόνου. καὶ ἐπώμοσε τόν τε Βῆλον καὶ τὴν
Μόλιν· οὕτως γὰρ τὴν Ἀφροδίτην καλοῦσι Βαβυλώνιοι.

καὶ ἅμα καλέσας τὸν Εὐνοῦχον τὸν ταῖς μουσουργοῖς πεπιστευμένον· τοῦτον, ἔφη, ἄπαγε καὶ ξυρήσας τὸ ὅλον σῶμα καὶ κισηρίσας πλὴν κεφαλῆς, δὶς τῆς ἡμέρας λοῦε καὶ σμῆχε ἀπὸ λεκίθου, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑπογραφέσθω, καὶ τὰς κόμας ἐμπλεκέσθω ὥσπερ αἱ γυναῖκες. μανθανέτω δὲ ᾄδειν καὶ κιθαρίζειν καὶ ψάλλειν, ἵνα μοι μετὰ τῶν μουσουργῶν λειτουργῇ γυναικὶ ὡμοιωμένος, μεθ' ὧν καὶ δίαιταν ἕξει λεῖος ὢν τὸ σῶμα, καὶ τὴν ἐσθῆτα τὴν αὐτὴν καὶ τὴν τέχνην ἔχων. ταῦτα εἰπόντος, ὁ εὐνοῦχος παραδεξάμενος τὸν Παρσώνδην κατεξύρησέ τε ὅλον πλὴν κεφαλῆς, καὶ τὰ προσταχθέντα ἐδίδασκε, καὶ ἐσκιαγράφει λούων ἑκάστης ἡμέρας δὶς καὶ λεαίνων, ὁμοδίαιτόν τε ποιεῖ ταῖς γυναιξὶν, ὥσπερ ὁ δεσπότης προσέταξε. καὶ οὐ πολλοῦ χρόνου γίνεται ἄνθρωπός τε λευκὸς καὶ ἁπαλὸς καὶ γυναικώδης, ᾖδέ τε καὶ ἐκιθάριζε πολὺ κάλλιον τῶν μουσουργῶν· οὐδείς τε ἂν ἰδὼν αὐτὸν λειτουργοῦντα ἐν συμποσίῳ Νανάρῳ, οὐχὶ γυναῖκα ὑπέλαβε, καὶ πολύ γε ἐκείνων εὐπρεπεστέραν, μεθ' ὧν ἑκάστοτε ἐλειτούργει. βασιλεὺς δὲ ὁ Μήδων Ἀρταῖος, ἐπεὶ πάντη μαστεύων Παρσώνδην ἐξέκαμε, καὶ δῶρα προτείνων εἴ τις αὐτὸν ἀνεύροι ἢ ζῶντα ἢ τεθνεῶτα, ὑπελάμβανέ που ἐν κυνηγεσίῳ ὑπὸ λέοντος ἢ ἄλλου τοῦ θηρίου καταβεβρῶσθαι, καὶ μεγάλως ἐπ' αὐτῷ ἠνιᾶτο, ἅτε ἀνδρειοτάτῳ ὄντι. ὡς δ' ἑπτὰ ἔτη ἐγένετο αὐτῷ τοιαύτην δίαιταν ἔχοντι ἐν Βαβυλῶνι, τῶν εὐνούχων τινὰ ὁ Νάναρος μαστιγοῖ τε χαλεπῶς, καὶ τὸ σῶμα αἰκίζεται. καὶ αὐτὸν ὁ Παρσώνδης μεγάλαις ἐλπίσιν ἐπάρας ἀναπείθει παρὰ τὸν Ἀρταῖον εἰς Μήδους ἀποδρᾶναι, καὶ πάντα φράσαι τὰ περὶ αὐτὸν βασιλεῖ, ὡς ζῇ τε καὶ λελώβηται μετὰ μουσουργῶν δίαιταν ἔχων Παρσώνδης ὁ σὸς φίλος, ἐκεῖνος ὁ πολεμιστήριος. καὶ ἐπεὶ ταῦτ' ἔφρασεν ὁ εὐνοῦχος βασιλεῖ, ἤσθη τε ἅμα, καὶ μέγα στενάξας εἶπε. φεῦ λώβης ἀνδρὸς ἀγαθοῦ,

accerſito Eunucho qui pſaltrias curabat, Hunc, inquit, mihi raſum ac pumicatum toto corpore, præterquam capite, quotidiè laua, ac vitello oui deterge: ſed & oculos pictos, comam inſtar mulieris compoſitam habeat; diſcat ad citharam & pſalterium canere, vt inter pſaltrias poſthac muliebri habitu mihi miniſtret, cum quibus leuigata cute degat in poſterum eadem veſte, eidémque mancipatus arti. Igitur Eunuchus acceptum mox Parſondam toto corpore, pręterquam capite, radit, eúmque in vmbra educans eodem cultu ac cæteras Regis pſaltrias, ac quotidiè bis lauans ac læuigans provt imperatum ab Rege erat, pſallere docuit. Ita Parſondas breui admodum tempore mollis & candidus, prorſúſque effæminatus euaſit; canebátq. ac citharam pulſabat multò elegantius quàm reliquæ artifices: adeò vt quicunque illum in conuiuio Regis ludentem vidiſſet, nunquam dubitaturus fuerit mulierem eſſe, & quidem omnium inter quas miniſtrabat formoſiſſimam. Interim Artæus Medorum Rex in conquirendo vbique Parſonda defatigatus, propoſitis præmiis ei qui viuum illum aut mortuum inueniſſet, poſtquam nihil de eo comperit, maximo mœrore eſt affectus ob eximiam viri fortitudinem, quem inter venandum à leone aut huiuſcemodi beſtia deuoratum eſſe exiſtimabat. Tandem cùm iam ſeptennio eo cultu Babylone vixiſſet Parſondas, fortè accidit vt Eunuchus quidam flagris à Nanybro cæderetur, ac crudeliter verberaretur. Hũc Parſondas maximis pollicitationib. ſollicitatum eò impulit, vt in Mediam ad Artæum fugeret, & caſum omnem Regi nuntiaret, Parſondam Regis Artæi amicum fortiſſimũ illum virum viuere quidem, ſed turpiter fœdatum inter pſaltrias degere. Quæ poſtquã Eunuchus Regi narrauit, ſimul gaudio ac dolore affectus Artęus, O facinus, inquit, indignũ!

Itáne Parſondas is quem ego noui, corpus ſuum ab inimico effæminari paſſus eſt. Statimque fideliſſimum quemdam Angarum (ſic tabellarij Regij vocantur) ad Nanybrum direxit. Sed Nanybrus cùm ad eum Angarus veniſſet, ac Parſondam ſibi reddi poſtulaſſet, negauit illum à ſe vſpiam viſum ex quo comparere deſierat. Quo reſponſo ad Artæum perlato, alterum mox longè priori maiorem ac robuſtiorem Angarum miſit cum literis in membrana ſcriptis, quibus mandabat Nanybro, vt abiectis cauillationibus ac præſtigiis Parſondam, quem inter pſaltrias atque eunuchos habebat, ſibi quamprimum remitteret, ſecùs ſciret caput ſibi demptum iri. Simúlque Angaro imperauit, ſi fortè Nanybrus Parſondam reddere detrectaret, vt arrepta zona eum ad ſupplicium abduceret. Igitur cùm hic alter Angarus Babylonem veniſſet, & cuncta quæ in mandatis habebat, expoſuiſſet, de ſalute ſua metuens Nanybrus, traditurũ ſe hominem promiſit, cóq. amplius perſuaſurũ ſe Regi affirmauit, rectè atq. ordine feciſſe ſe qui hominẽ, à quo grauiſſima iniuria laceſſitus eſſet, vltus fuerit: quippe multò grauiora ab illo ſe paſſurum fuiſſe, niſi Rex præſidio ſibi adfuiſſet. Inde ad epulas conuerſus, Angarum conuiuio excepit: ac ſimul appoſitis dapibus introgreſſæ pſaltriæ centum & quinquaginta mulieres, (inter quas & Parſondas erat) aliæ citharà, aliæ tibiâ, àliæ pſalterio ludere cœpêre: ſed formæ venuſtate & præſtantia artis cæteras longè antcibat Parſondas, quem cuncti pro muliere habebant. Poſt finitas epulas Nanybrus Angarum interrogauit, quænam ex omnib. decore ac pſallẽdi arte excellere ei videretur. qui nihil cunctatus, Hæc, inquit, Parſondam demonſtrans. Tum Nanybrus manibus plaudere ac ridere diutiſſimè. &, Num etiam, inquit, tecum eam habere hac nocte velles? Cui Angarus, Maximè, ait, vellem. At tibi id non concedã, inquit Nanybrus. Cúmq. Angarus ſubiecisſet, Cur ergo me an vellẽ interrogabas? Nanybrus poſtquam paululũ interquieuit, Hic, inquit, eſt Parsõdas quẽ petis.

πῶς

πῶς ἠνέσχετο ὁ Παρσώνδης, ὃν ἐγὼ οἶδα, θηλυνόμενος τὸ σῶμα, ὑπὸ ἐχθροῦ; καὶ ἅμα πέμπει ἕνα τῶν πιστοτάτων ἄγγαρον παρὰ τὸν Βαβυλώνιον, οὕτω γὰρ ἐκάλουν τοὺς βασιλέως ἀγγέλους. ὁ δὲ Νάναρος ἀφικομένῳ τῷ ἀγγάρῳ καὶ ἀπαιτοῦντι Παρσώνδην, ἔξαρνος γενόμενος, καὶ οὐδαμοῦ ἔφη ἐκεῖνον ἑωρακέναι, ἐξ ὅτου ἀφανὴς ἐγένετο. ὡς δὲ ταῦτα ἤκουσεν Ἀρταῖος, ἕτερον ἔπεμψεν ἄγγαρον πολὺ μείζω τοῦ προτέρου καὶ δυνατώτερον. ἐπέστειλέ τε ἐν διφθέρᾳ ῥίψαντα τὴν Βαβυλωνίαν ἀπάτην ὀπίσω, ἀποπέμπειν τὸν ἄνδρα παρ' ἑαυτόν, ὃν ταῖς μουσουργοῖς τε καὶ εὐνούχοις παρέδωκεν, ἢ ὅτι τὴν κεφαλὴν αὐτὸς οὐχ ἕξει. ταῦτα ἔγραψε καὶ ἅμα ἐκέλευσε τῷ ἀνδρί, εἰ μὴ παραδῷ Νάναρος τὸν *Παρσώνδην, λαβόμενος τῆς ζώνης ἄγειν αὐτὸν ἐπὶ θανάτῳ. ἀφικομένου δὲ τοῦ δευτέρου ἀγγάρου εἰς Βαβυλῶνα, καὶ ταῦτα ἀπαγγείλαντος, ὁ Νάναρος δείσας περὶ τῆς ψυχῆς, παραδώσειν τε ὑπέσχετο τὸν ἄνθρωπον· καὶ προσέτι ἀπολογούμενος τῷ ἀγγάρῳ πείσειν ἔφη βασιλέα, ὡς δικαίως μετῆλθεν ἄνδρα ἄρξαντα *μεγάλης ἀδικίας εἰς ἑαυτόν. πεπονθέναι γὰρ αὐτὸς ὑπ' ἐκείνου χαλεπώτερα, εἰ μὴ βασιλεὺς ὁ δεσπότης αὐτοῦ ὑπόσχοι τὴν δεξιάν. ἐκ τούτου ἐπὶ πότον ἐτράπετο καὶ συνουσίαν, ἑστιῶν τὸν ἄγγαρον. καὶ τοῦ δείπνου προκειμένου εἰσεληλύθεισαν αἱ μουσουργοὶ ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα γυναῖκες, μεθ' ὧν ἦν καὶ Παρσώνδης. καὶ αἱ μὲν ἐκιθάριζον, αἱ δ' ηὔλουν, αἱ δὲ ἔψαλλον. ἐν πάσαις δὲ διέπρεπε μάλιστα Παρσώνδης καὶ κάλλει καὶ τέχνῃ, γυνὴ καὶ αὐτὸς νομιζόμενος. καὶ ἐπειδὴ δείπνου ἅλις εἶχον, *ἤρετο ὁ Νάναρος τὸν ἄγγαρον, ἥτις αὐτῷ δοκεῖ πασῶν προφέρειν εὐμορφίᾳ τε καὶ εὐμουσίᾳ. ὁ δὲ οὐδὲν μελλήσας ἔφη ἐκείνην, Παρσώνδην δεικνύς. καὶ ὁ Νάναρος κροτήσας τὼ χεῖρε ἐγέλα ἐπὶ πολὺν χρόνον, καὶ εἶπε. ταύτην ἄρα καὶ βούλει ἔχων εἰς νύκτα ἀναπαύεσθαι; ὁ δὲ πάνυ μὲν οὖν ἔφη. ἀλλ' οὐ δώσω, εἶπεν ὁ Νάναρος. τί οὖν ἔφη, ὁ ἄγγαρος, ἐμοῦ πυνθάνῃ; μικρὸν δὲ διαλιπών, οὗτός ἐστιν, ἔφη, Παρσώνδης ἐφ' ὃν ἥκεις. ἀπιστοῦντος δὲ ἐκείνου, ὤμοσε.

mſ. σώδην, ſic Diodorus.

mſ. μέγα πολλῆς.

mſ. εἶρ.

καὶ ὁ ἄγγαρος, θαῦμα μὲν ἔχει, ἔφη, ὅπως ζῶν ὑπέμεινε γυναι-
κιζόμενος ἀνὴρ ἄλκιμος, καὶ οὐ διεχρήσατο ἑαυτόν, εἰ μὴ καὶ ἄλ-
λοις ἐδύνατο. πῶς δὲ ταῦτ' ἀνέξεται ὁ δεσπότης ἀκούσας; ὁ δὲ
Νάναρος εἶπεν. ἐγὼ ῥᾳδίως αὐτὸν ἀναδιδάξω ὡς οὐδὲν ἀδικῶ.
τότε μὲν δὴ τοιαῦτα διελέγοντο, καὶ ἐκοιμήθησαν. τῇ δὲ ὑστεραίᾳ
ἐνθεὶς ὁ Βαβυλώνιος εἰς ἁρμαμάξαν Παρσώνδην ἀποπέμπε-
ται σὺν τῷ ἀγγάρῳ. ἐπεὶ δ' ἧκον εἰς Σοῦσα, ἔνθα ἦν βασιλεύς,
δείκνυσιν αὐτῷ ἄγγαρος τὸν ἄνδρα. καὶ ἐπὶ πολὺν χρόνον ὁ Ἀρ-
mſ. αἰτίᾳ. ταῖος ἐν *ἀγνοίᾳ γενόμενος, ἐπειδὴ ἑώρα ἀντ' ἀνδρὸς γυναῖκα
γεγονότα, ὦ ταλαίπωρε, ἔφη, πῶς ὑπέμεινας ὧδε λωβηθῆναι,
καὶ οὐ πρότερον ἀπέθανες; ὁ δὲ ἀπεκρίνατο, ἤτοι ἀνάγκη ὦ δέ-
σποτα, καὶ θεῶν λέγεται κρείττων ὑπάρχειν. ἐγὼ δὲ ἔτλην καὶ ἐκ
τοιῶνδε παθημάτων ζῆν, ἵνα ἅμα μὲν σε ἐγγύοιτό μοι θεωρῆσαι,
ἔπειτα δὲ Νάναρον τιμωρήσασθαι διὰ σοῦ, ἄτερ ἐμοὶ οὐκ ἂν
ὑπῆρξε τετελευτηκότι. ἀλλὰ μή με, ἔφη, δέσποτα ψεύσῃ τῆς
ἑτέρας ἐλπίδος, ἀλλά μοι τὴν δίκην ἀπόδος παρὰ ἀνδρὸς κα-
κοῦ. καὶ ὁ Ἀρταῖος ὑπέσχετο ἐπειδὰν εἰς Βαβυλῶνα ἀφίκηται. οὐ
πολλοῦ δὲ χρόνου ὅτε Παρσώνδης ἀπέλαβε τὴν ἀνδρείαν φύσιν, καὶ
βασιλεὺς ἀφίκετο εἰς Βαβυλῶνα. κατεβοᾶτο τε ὁσημέραι ὑπ'
αὐτοῦ, ὅπως τιμωρήσεται τὸν Νάναρον. καὶ ὃς ἧκε παρὰ βασιλέα,
καὶ ἔφη δίκαια ποιῆσαι. πρότερος γὰρ ἐκεῖνος οὐδὲν κακὸν παθὼν
ἐμὲ διέβαλεν, ἔφη, παρά σοι, ὡς με κλείψας τε καὶ τὴν Βαβυλῶνος
ἀρχὴν αὐτῷ δοίης. Ἀρταῖος δὲ ἔφη δικαιότερα Παρσώνδην αἰ-
τεῖσθαι. χρῆναι γὰρ μὴ σαυτῷ δικάζειν, μηδὲ τοιαύτας ἐξευρί-
σκειν δίκας, ἀλλὰ ἐμοὶ ἐπιτρέπειν τὴν κρίσιν. τέλος δέ σοι ἐς δε-
κάτην ἐξοίσω ἡμέραν τὸ σοὶ πρέπον. ὁ δὲ Νάναρος ταῦτα ἀκού-
σας ἐν δεινῷ φόβῳ ἦν, καὶ ἐπὶ Μητραφέρνην καταφεύγει, ὃς ἦν
τῶν εὐνούχων δυνατώτατος. καὶ ὑπισχνεῖτο αὐτῷ χρυσίου τάλαντα
δέκα, καὶ φιάλας χρυσᾶς δέκα καὶ ἀργυρέας διακοσίας, καὶ
ἀργυροῦ νομίσματος τάλαντα ἑκατόν, καὶ ἄλλας ἐσθῆτας πο-

Quod cùm Angarus credere haudquaquam vellet, iureiurando Nanybrus affirmauit. Tum Angarus, Valdè, ait, miror quo pacto vir fortiſſim⁹ ſe in muliebrẽ cultũ emolliri ſuſtinuit, nec ſibi ipſe, ſi quidẽ aliis non potuit, mortẽ conſciuit. Quo autẽ modo dominus Rex id cũ acceperit, laturus eſt? Ego verò, ait Nanybrus, hoc meum factũ non difficile ei approbabo. His tum dictis vterq. cubitũ iuit. Poſtridie Parſondã currui impoſitũ Nanybrus cũ Angaro dimiſit. Qui cùm Suſa perueniſſent, qua in vrbe Rex degebat, Angarus Parſondam Regi oſtendit. Sed Artæus cùm aliquãdiu prę ſtupore obmutuiſſet, (quippe pro viro molliſſimã mulierẽ videbat,) tandem, Cur, inquit, hominũ miſerrime, eiuſmodi infamiam ſuſtinuiſti, nec te priùs ex hac luce ſubduxiſti? Cui Parſondas, Neceſſitati, ait, domine, Deos etiam ipſos cedere aiunt. Ego verò tantis calamitatib. idcirco execſſe ſuſtinui, primùm vt te pręſentem intueri, deinde vt Nanybrũ tuo beneficio vlciſci mihi liceret: quę profectò haudquaquã mihi mortuo cõtigiſſent. proinde noli me altera ſpe fruſtrari, ſed iniuriæ mihi illatę ab homine improbiſſimo pœnas repete. Artę⁹ cùm primùm Babylonẽ veniſſet, ſibi id curę fore ſpopondit. Nec multò pòſt & Parſondas priſtinam fortitudinem recuperauit, & Babylonẽ Artæus venit. Obſtrepere igitur Parſondas ac quotidie Regẽ interpellare vt de Nanybro ſuppliciũ ſumeret. Sed Nanybrus Regẽ cũ adiiſſet, iure optimo à ſe id eſſe factũ defendit. quippe ille nulla abs me iniuria affectus, inquit, gratuita apud te calumnia me appetiit prior, vtq. me nefariè occiſo, regnũ Babylonis ſibi donaretur petiuit. verùm Artæus Parſondã iuſti⁹ feciſſe videri dixit, qui petierit. illũ verò in ſuamet ipſius cauſa arbitrũ eſſe, atq. eiuſmodi pœnas ſumere minimè debuiſſe, ſed potius iudicium Regi permittere. porrò ſe decimo die eã quã cõmeritus ſit ſentẽtiã in eũ laturũ. His non mediocriter territus Nanybrus, ad Mitraphernẽ cõfugit, qui ex Eunuchis sũma apud Regẽ gratia valebat. & illi quidẽ auri decẽ, argẽti centũ talẽta; adhęc pocula aurea decẽ, argentea ducenta, ac plurimã preciosã veſtẽ

pollicetur. Regi verò auri centũ, argenti mille talenta, crateras aureos centum, argenteos trecentos cum precioſa veſte innumera, aliiſque quamplurimis muneribus daturum ſe ſpondet, dũmodo ſalutem ſibi ac Babylonis regnũ incolume ab Artæo deprecetur. Igitur Eunuchus rectà ad Regis cubiculum vadit, ac Rege multùm exorato (quippe maximo in honore apud Artæum erat) docet nihil vltimo ſupplicio dignum à Nanybro admiſſum eſſe; neque enim Parſondam neci dediſſe, ſed grauiſſima affectum iniuria vicem reddidiſſe. Quod ſi fortè extremum ſupplicium commeritus eſt, rogo, Domine, inquit, mihi vt veniam & abſolutionẽ illius gratificari velis. dabit autem tibi quidem, Domine, maximam auri argentiq. vim, Parſondæ verò pœnæ nomine argenti centum talenta. His Eunuchi ſermonibus inductus Rex, eam mulctam Nanybro dixit. quam ſententiam ad ſe perlatam Nanybrus quidem veneratus eſt. at Parſondas, Malè, inquit, pereat qui primus inter mortales aurum reperit: quippe huius metalli cauſa nunc homini Babylonio ludum ac iocum præbeo. Porrò Eunuchus cùm Parſondam grauiter id ferre animaduerteret, Heus tu, ait Parſonda, ſi mihi credis, iram omnem abijce, & cum Nanybro in gratiam redi; ita enim Dominus iubet. Exinde Parſondas vlciſcendi Eunuchi ac Nanybri opportunum tempus circunſpicere atque obſeruare cœpit, tandémq. oblata opportunitate vtrumque eſt vltus. CÆTERA PETE EX STRATEGEMATVM EXCERPTIS.

Poſt Marmaris Sacarum Regis cædem, Stryangæus, qui iampridem Zarinæ amore ſecretiùs flagrabat, tunc multò magis exarſit, neque ſeciùs Zarinæa Stryangæi amore capta erat. Igitur cùm Stryangæus haud procul ab vrbe Roxonace eſſet, in qua Sacarum regia erat, Zarinæa obuiam progreſſa, cum maxima hilaritate excepit, atque in conſpectu omnium exoſculata, in currum illius tranſcendit. Ita ambo inter ſe colloquentes, palatium introïerunt. Sed & cunctas Stryangæi copias Zarinæa excepit ſplendidiſſimè. Inde in ædes ſibi paratas

λυτελεῖς. βασιλεῖ δὲ χρυσοῦ μὲν τάλαντα ἑκατὸν, καὶ φιάλας χρυσᾶς ἑκατὸν, ἀργυρᾶς δὲ τριακοσίας, ἀργυροῦ δὲ νομίσματος τάλαντα * χίλια, ἐσθῆτάς τε παμπληθεῖς, καὶ ἄλλα πολλὰ καλὰ δῶρα, εἰ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἐξαιτήσειεν καὶ τὴν Βαβυλῶνος βασιλείαν παρὰ Αρταίου. καὶ ὁ εὐνοῦχος ᾤχετο παρὰ βασιλέα, καὶ πολλὰ δεηθεὶς, ἅτε ὢν τιμῆς τῆς πρώτης, εἶπεν ὅτι οὐκ εἴη θανάτου ἄξιος ὁ ἀνήρ. οὐ γὰρ κτείνειε Παρσώνδην, ἀλλὰ ὑβρισθεὶς καὶ δεινὰ παθὼν ἀνθυβρίσειεν. εἰ δὲ καὶ θανάτου εἴη ἄξιος, ἐμοὶ, ὦ δέσποτα, δὸς, ἔφη, τὴν χάριν ταύτην, καὶ τὴν παραίτησιν ὑπὲρ αὐτοῦ. δώσει δὲ ὁ ἀνὴρ σοὶ μὲν τῷ δεσπότῃ πολὺν χρυσὸν καὶ ἄργυρον, Παρσώνδῃ δὲ ποινὴν ὧν ἔδρασεν ἑκατὸν τάλαντα ἀργυρίου. πείθεται τούτοις ὁ βασιλεὺς, καὶ τοῦτο τὸ τέλος ἐκπέμπει Ναναρῷ· καὶ ὁ μὲν προσεκύνησεν. Παρσώνδης δὲ κινῶν τὴν κεφαλὴν, ὄλοιτο, ἔφη, ὁ πρῶτος χρυσὸν ἐξευρὼν εἰς ἀνθρώπων γένος. διὰ τοῦτο γὰρ ἐγὼ νῦν γέλως γέγονα ἀνδρὶ Βαβυλωνίῳ. καὶ ὁ εὐνοῦχος αἰσθόμενος αὐτὸν βαρέως φέροντα, ὦγαθε, ἔφη, παῦσαι ὀργιζόμενος καί μοι πείθου, φίλος τε γίνου Ναναρῷ. ταῦτα γὰρ δεσπότης βούλεται. ὁ δὲ Παρσώνδης χαίρων ἐτήρει ἀμύνασθαι, εἰ δύναιτο, τόν τε εὐνοῦχον καὶ Νάναρον. καὶ εὗρεν, καὶ ἠμύνατο· ΖΗΤΕΙ ΕΝ ΤΩ ΠΕΡΙ ΣΤΡΑΤΗΓΗΜΑΤΩΝ.

mſ. 4.

Ὅτι ὁ Στρυαγγαῖος μετὰ τὴν ἀναίρεσιν Μαρμάρεω τοῦ * Θρακῶν βασιλέως, εἶχεν ἔρωτι Ζαριναίας σιγῇ πάλαι, κἀκείνη δὲ αὐτοῦ. καὶ ἐπεὶ πλησίον γίνεται ἀνὴρ Ρωξανάκης τῆς πόλεως, ἔνθα Σάκαις τὸ βασίλειον ἦν, ὑπηντησεν αὐτῷ Ζαριναία. καὶ θεασαμένη σὺν πολλῇ χαρᾷ ἐδεξιοῦτό τε αὐτὸν, καὶ ἐφίλησε πάντων ὁρώντων· εἴς τε τὸ ἅρμα αὐτοῦ μετενέβη· καὶ διαλεγόμενοι ἧκον εἰς τὸ βασίλειον. ὑποδέχεται δὲ ἡ Ζαριναία καὶ τὴν ἑπομένην αὐτῷ στρατιὰν λαμπρότατα. ἐκ τούτου εἰς τὴν αὐτοῦ καταγωγὴν Στρυαγγαῖος ἀπελύετο,

l. Σακῶν.

ὑποστενάζων διὰ τὸν Ζαριναίας ἔρωτα. οὐ καρτερῶν δὲ κοινοῦται τῷ πιστοτάτῳ τῶν εὐνούχων, οἳ συνείποντο. ὁ δὲ οἷα δὴ θαρρύνας αὐτὸν παρῄνει τὴν πολλὴν ἀτολμίαν ῥίψαντα, αὐτῇ εἰπεῖν Ζαριναίᾳ. καὶ ὃς πεισθεὶς ἀναπηδήσας ᾤχετο παρ' αὐτήν. ἀσμένως δὲ ἐκείνης παραδεξαμένης αὐτὸν, πολλὰ διαμελλήσας καὶ στενάξας, καὶ μεταβαλὼν τὸ χρῶμα, ἐτόλμησεν ὅμως, καὶ εἶπε πρὸς αὐτὴν, ὡς δι' ἔρωτος εἴη σφοδροῦ καιόμενος τῷ πόθῳ αὐτῆς. ἡ δὲ πράως μάλα ἀναινομένη, καὶ ἑαυτῇ ἔφη τὸ πρᾶγμα ἐπαισχὲς εἶναι καὶ βλαβερὸν, κἀκείνῳ πολὺ αἴσχιον καὶ βλαβερώτερον, γυναῖκα ἔχοντι Ῥοιταίαν τὴν Ἀστιβάρα θυγατέρα, ἣν ἀκούειν πολὺ καλλίω καὶ αὐτῆς εἶναι καὶ ἄλλων πολλῶν γυναικῶν. δεῖν οὖν αὐτὸν μὴ πρὸς πολεμίους μόνον ἀνδρίζεσθαι, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰ τοιαῦτα, ἐπειδάν τι προσπέσοι τῇ ψυχῇ· καὶ μὴ βραχείας τέρψεως χάριν, ἣν καὶ ἐκ παλλακίδων οἷόν τ' ἔχειν, τὸν πολὺν ἀνιᾶσθαι χρόνον εἰ αἴσθοιτο Ῥοιταία. τοῦτ' οὖν μεθέντι ἔφη ἄλλο τι αἰτεῖσθαι· οὐδενὸς γὰρ ἀτυχήσειν παρ' αὐτῆς. ὁ μὲν δὴ τοιαῦτα εἰπούσης ἐπὶ πολὺ ἥσυχος ἦν. αὖθις δ' ἀσπασάμενος αὐτὴν ἀπέρχεται. καὶ ἐν πλέονι ἀθυμίᾳ ἦν, πρός τε τὸν εὐνοῦχον ὠδύρετο. τέλος δὲ γράψας εἰς διφθέραν ἐξώρκωσε τὸν εὐνοῦχον, ἐπειδὰν αὐτὸν διαχρήσηται, μηδὲν προκατειπόντα, τὴν διφθέραν ἀποδοῦναι Ζαριναίᾳ. ἐγέγραπτο δὲ, Στρυαγγαῖος Ζαριναίᾳ λέγει τάδε. ἐγὼ μέν σε ἔσωσά τε, καὶ τῶν νῦν παρόντων ἀγαθῶν αἴτιος γέγονα. σὺ δέ με ἀπέκτεινας, καὶ πάντων ἀνόνητον πεποίηκας. εἰ μὲν οὖν σοι ταῦτα πέπρακται δικαίως, σὺ δὲ πάντων τύχοις τῶν ἀγαθῶν καὶ ἧς μακαρία. εἰ δὲ ἀδίκως, σύ τε τοῦ αὐτοῦ πάθους ἐμοὶ πεῖραν λάβοις, ἀλλὰ γάρ μοι παρῄνεσας τοιοῦτον γενέσθαι. ταῦτα γράψας ὑπὸ τῷ προσκεφαλαίῳ τίθησι· εἰς ᾅδου ἀπιὼν ἀνδρείως. σὺ γάρ μοι παρῄνεσας τοιοῦτον γενέσθαι. καὶ τὸ ξίφος ᾔτει. ὁ δὲ εὐνοῦχος...... *deſunt duæ paginæ altera ſcil. pars membranæ.*

Stryangæus ob Zarinæ amorem identidem ſuſpirans ſe recepit. Qui cùm amoris impotentia vinceretur, Eunucho cuidam omnium quos ſecũ habebat fideliſſimo rem aperit. Ille cõfirmato Stryangæo ſuadet, abiecta vt omni verecundia coram ipſi Zarinæ amoris vim fateatur. Itaque Stryangæus Eunuchi hortatu Zarinæam cùm adiiſſet, ac benignè ab ea eſſet exceptus, poſt multas cunctationes ac ſuſpiria, colore vultus ſubinde cõmutato, tandem confirmatus Zarinæ exponit ſe illius amore ac cupidine penitùs deperire. Sed Zarinæa leni quadam ac miti repulſa cùm ſibi damnoſum id ac turpe facinus fore reſpondit, tum longè ipſi probroſius ac periculoſius qui Rhœtæam Aſtibaræ filiam in matrimonio habeat mulierem, vt fama fert, multò omnium pulcherrimam. porrò ipſum non in bello ſolùm aduerſus hoſtem, ſed etiam contra eiuſmodi cupiditates forti animo eſſe debere. neque voluptatis breuiſſimæ cauſa, quæ vel ex pellicibus percipi poſſit, in diuturnas ruere calamitates, ſi quidẽ id ſenſerit Rhœtæa. proinde orare vt hoc ſepoſito quiduis aliud poſceret; nullius enim rei repulſam laturum. Hoc Stryangæus reſponſo accepto cùm diù tacitus manſiſſet, tandem Reginã oſculatus diſceſſit, & longè maiori quàm antea ægritudine perculſus, corã Eunucho gemitus edere cœpit. Poſtremò literis ad Zarinæam in mẽbrana exaratis, Eunuchum ſacramento adegit poſtquam ſe interfecerit, extemplò Zarinæ literas redditurũ priuſquam de eius morte palàm faciat. porrò literæ erant eiuſmodi.

Stryangæus Zarinææ S. Ego te cùm ſeruauerim, ac præſentis felicitatis tuæ auctor fuerim, à te ſum neci datus, nec collata in te beneficia quicquam mihi profuêre. Quod ſi id tuum facinus ab omni culpa abeſt, Deos immortales precor vt in ſumma felicitate æuum degas; ſin contrà culpa haud vacas, opto eundem vt affectum quem ego olim experiare. Ego quidem forti animo diſcedo è vita, quando tu me, vt eiuſmodi eſſem, cohortata es. His literis ſub puluino collocatis Stryangæus gladium popoſcit. Sed Eunuchus *** *Deſunt duæ paginæ.*

** Seu Bellerophon, ſeu Chimæra intereat lucro ceſſurum ratus. Sed cùm Bellerophon Chimęram confeciſſet, ac maximo metu Lyciam liberaſſet, fortitudinem iuuenis miratus Amphianax, & filiam & regnum dotis nomine ei tradidit. Nec multò pòſt cùm Sthenebœa laqueo ſibi fauces fregiſſet, & nefarius amor mulieris & Bellerophontis innocentia detecta eſt. Quinetiam Proëtus ipſi ſatisfacere erat paratus.

λεπόν. οἷς ἅπασι τέλος ἐπηκολούθησεν εὐτυχές, ὥσπερ αὐτῷ τὰ μαντεύματα προεθέσπισε πρὶν ἐπιχειρῆσαι τῷ ἔργῳ, πόνους μὲν καὶ κινδύνους μεγάλους προσημαίνοντα, τὰς δὲ τελευτὰς αὐτῷ ἔσεσθαι καλάς. ἦσαν δὲ καὶ αἱ πρῶται πόλεις ἄρξασαι τοῦ πολέμου Κησίνη καὶ ἄλλαι, πρόφασιν ποιούμεναι τὴν ἁρπαγὴν τῶν παρθένων, καὶ τὸ μὴ λαβεῖν ὑπὲρ αὐτῶν δίκας. ὡς δὲ τἀληθὲς εἶχεν, ἀχθόμεναι τῇ κτίσει τε καὶ αὐξήσει τῆς Ῥώμης, δι' ὀλίγου πολλῇ γινομένῃ, καὶ οὐκ ἀξιοῦσαι περιιδεῖν κοινὸν ἐπὶ τοῖς περιοίκοις ἅπασι κακὸν φυόμενον. τέως μὲν οὖν πρὸς τὸ Σαβίνων ἔθνος ἀποστέλλουσαι πρέσβεις, ἐκείνοις ἠξίουν τὴν ἡγεμονίαν τοῦ πολέμου παραλαβεῖν, ἰσχύν τε μεγίστην ἔχοντας, καὶ χρήμασι πλείοσι δυναμένους, ἀρχήν τε ἀξιοῦντας πλησιοχώρων, καὶ οὐκ ἐλάχιστα περιυβρισμένους τῶν ἄλλων· τῶν γὰρ ἡρπασμένων αἱ πλείους ἦσαν ἐκείνων. ἐπεὶ δ' οὐδὲν ἔπραινον, ἀντικαθισταμένων αὐταῖς τῶν παρὰ τοῦ Ῥωμύλου πρεσβειῶν καὶ θεραπευουσῶν λόγοις τε καὶ ἔργοις τὸ ἔθνος, ἀχθόμεναι τῇ τριβῇ τοῦ χρόνου, μελλόντων ἀεὶ τῶν Σαβίνων καὶ ἀναβαλλομένων εἰς χρόνους μακροὺς τὴν περὶ τοῦ πολέμου βουλήν, αὐταὶ καθ' ἑαυτὰς ἔγνωσαν τοῖς Ῥωμαίοις πολεμεῖν, ἀποχρῆν οἰόμεναι τὴν δύναμιν τὴν οἰκείαν εἰ κατ' ἕνα πρὸς γίνοιντο μίαν αἱρῆσαι πόλιν οὐ μεγάλην. ἐβουλεύσαντο μὲν ταῦτα, συνελθεῖν δ' οὐκ ἔφθασαν εἰς ἓν ἅπασαι στρατόπεδον, προεξαναστάντων προχειρότερον τῶν ἐκ τῆς Καινίνης, οἵπερ καὶ μάλιστα ἐδόκουν τὸν πόλεμον * ἐξάγειν. ἐκστρατευομένων δὲ τούτων καὶ δηούντων τὴν ὅμορον, ἀφυλάκτοις οὖσιν ἔτι τοῖς πολεμίοις ἀπροσδοκήτως ἐπιτίθεται· καὶ τοῦ τε χάρακος αὐτῶν ἀρτίως ἱδρυμένου γίνεται κύριος. τοῖς τε φεύγουσιν εἰς τὴν πόλιν ἐκ ποδὸς ἑπόμενος, οὐδέπω τῶν ἔνδον πεπυσμένων τὴν περὶ τοὺς σφετέρους συμφοράν, τεῖχός τε ἀφύλακτον εὑρὼν καὶ πύλας

* ἐνά. Dionyſ. & ἐξεστρατευμ.

ἀκλείστους αἱρεῖ τὴν πόλιν ἐξ ἐφόδου. καὶ τὸν βασιλέα τῶν Καμινιτῶν ὑπαντήσαντα σὺν καρτερᾷ χειρὶ, μαχόμενον αὐτοχειρίᾳ κλεινῇ, καὶ τὰ ὅπλα ἀφαιρεῖται. τοῦτον δὲ τὸν τρόπον ἁλούσης τῆς πόλεως, τὰ ὅπλα παραδοῦναι τοὺς ἁλόντας κελεύσας, καὶ παῖδας εἰς ὁμηρείαν οὓς ἐβούλετο λαβών, ἐπὶ τοὺς * λοιποὺς ἐχώρει. ἠγνοημένης δὲ καὶ τῆς ἐκείνων δυνάμεως ἐσκεδασμένης ἔτι κατὰ τὰς προνομὰς, τῇ παρ᾽ ἐλπίδας ἐφόδῳ καθάπερ καὶ τῆς προτέρας ἐκράτησε, καὶ τὰ αὐτὰ τοὺς ἁλόντας διαθεὶς ἀπῆγεν ἐπ᾽ οἴκου τὴν δύναμιν, ἄγων σκῦλά τε ἀπὸ τῶν ἀποίκων κατὰ τὴν μάχην καὶ ἀκροθίνια θεοῖς λαφύρων.

αὐτιμάτας Dionyſ.

Τέλος τοῦ ἑβδόμου λόγου τῆς Νικολάου ἱστορίας.
ζήτει τὰ λείποντα περὶ Ἑλληνικῆς ἱστορίας.

Regem ipſum cùm valido iuuenum globo occurrentem, ſua manu obtruncat, ſpoliátque. Cæninâ hoc modo captâ, armis ademptis ſumptiſque pro arbitrio ſuo obſidibus in Antemnates mouit. Sed & horum copias in abigendis prædis adhuc diſperſas, nec opinantes adortus fudit ac fugauit, eodémque modo vſus victoriâ, exercitum domum reduxit, detracta hoſtibus ſpolia ac votiuas manubiarum primitias præferens.

Finis libri VII. hiſtoriarum Nicolai Damaſceni. Reliqua quære in Excerptis de rebus Græcorum.

EIVSDEM NICOLAI DE Inſtitutione Cæſaris Auguſti.

HVic viro cognomen Auguſti communi hominum conſenſu delatum eſt honoris cauſa: templa quoque poſita, & ſacrificia inſtituta à ciuitatibus ac populis cum in continenti, tum per inſulas degentibus; partim ob eximiam viri virtutem, partim ob collata in eos beneficia. Namque hic vir potentia cunctos mortales ac prudentia ſupergreſſus, ampliſſimum omnium qui vnquam fuiſſe memorantur, principatum obtinuit, fineſque Imperij Romani latiſſimè propagauit. Græcos quinetiam ac barbaros, ipſis eorum mentibus ſubactis & domitis, in quietiſſimum ſtatum compoſuit: principio quidem vi & armis, poſtmodum verò cognita ac comperta clementia ſua volentes lubenteſque ad ſe alliciens, ſibi vt parerent induxit. Sed & gentes quarum antea ne nomina quidem noueramus, quaſque alicuius Imperio olim ſubditas nemo fuiſſe meminerat pacauit. Eos intelligo qui trans Rhenum habitant, & ſuprà mare Ionium, genteſque Illyrici, quos Pannonios & Dacos vocant. RELIQVA QVÆRE IN LIBRO DE FORTIBVS FACTIS.

Ac de huius quidem viri prudētia ac virtute, quæ cùm domi in adminiſtratione Reipubl. tū foris in difficillimis bellis,& ciuilibus, & externis eluxit, quoad eius fieri poteſt dicere, ac ſcribere certatim homines aggrediuntur: quippe cū ex præſtantiū factorum cōmemoratione, haud mediocris gloria dicentem ſequatur. Proinde ego quoq. tāti viri res geſtas, ex quib. veritas clara omnib. fiet, memorare ſtatui. Ac primū de eius genere ac natalib. dicā:

TOY

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΠΕΡΙ ΤΗΣ Καίσαρος ἀγωγῆς.

ΟΤΙ εἰς τιμῆς ἀξίωσιν τοῦτον οὕτω προσεῖπον οἱ ἄνθρωποι, ναοῖς τε καὶ θυσίαις γεραίρουσιν, ἀνά τε νήσους καὶ ἠπείρους διῃρημένοι, καὶ κατὰ πόλεις καὶ ἔθνη, τό τε μέγεθος αὐτοῦ τῆς ἀρετῆς καὶ τὴν εἰς σφᾶς εὐεργεσίαν ἀμειβόμενοι. δυνάμεως γὰρ καὶ φρονήσεως εἰς τὰ πρῶτα ἀνελθὼν οὗτος ὁ ἀνήρ, πλείστων μὲν ἦρξεν ἀνθρώπων τῶν διὰ μνήμης, μακροτάτους τε ὅρους ἐποιήσατο τῆς Ῥωμαίων δυναστείας, εἴς τε τὸ βεβαιότατον οὐ τὰ φῦλα μόνον καὶ Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων, ἀλλὰ καὶ αὐτὰς τὰς διανοίας κατεστήσατο· τὸ μὲν πρῶτον σὺν ὅπλοις, μετὰ δὲ ταῦτα καὶ ἄνευ ὅπλων. ἐθελουσίους τε προσαγόμενος διὰ τὸ μᾶλλόν τι ἔνδηλος γίνεσθαι τῇ φιλανθρωπίᾳ, ἔπεισεν ἑαυτοῦ ἀκροᾶσθαι. ὧν δὲ πρότερον οὐδὲ ὀνόματα ἠπίσταντο οἱ ἄνθρωποι, ἡμερωσάμενος, οὐδέ τινος ὑπήκοοι ἐγένοντο διὰ μνήμης. ὁπόσοι ἐκτὸς Ῥήνου ποταμοῦ κατοικοῦσιν, ὑπέρ τε τὸν Ἰόνιον πόντον, καὶ τὰ Ἰλλυριῶν γένη. Παννωνίους αὐτοὺς καὶ *Δᾶκας καλοῦσιν· mſ. Δάτας.

ΖΗΤΕΙ ΕΝ ΤΩ ΠΕΡΙ ΑΝΔΡΑΓΑΘΗΜΑΤΩΝ.

Περὶ δὴ τούτου τοῦ ἀνδρὸς φρονήσεώς τε καὶ ἀρετῆς ἰσχὺν δεῖξαι ἐπόσον δύναται, τὰ μὲν ἐκ τῆς πολιτείας ἥν τινα ἐν τῇ πατρίδι ἐπολιτεύσατο, τὰ δὲ κατὰ στρατηγίας μεγάλων πολέμων ἐγχωρείων τε καὶ ἀλλοεθνῶν, ἀγώνισμα μὲν ἀνθρώποις πρόκειται λέγειν καὶ γράφειν, ὡς ἂν εὐδοκιμεῖν ἐν καλοῖς ἔργοις. καὐτὸς δ' ἀφηγήσομαι τὰ πεπραγμένα, ἐξ ὧν οἷόν τε γνῶναι σύμπασι τὴν ἀλήθειαν. πρότερον δ' αὐτοῦ τό τε γένος διέξειμι καὶ τὴν φύσιν,

τούς τε γονέας ἀφ' ὧν ἦν, τήν τ' ἐκ νηπίου τροφήν τε καὶ παίδευσιν, ᾗ χρησάμενος τοσόσδε ἐγένετο. πατὴρ μὲν οὖν ἦν αὐτῷ Γάιος Ὀκταούιος ἀνὴρ τῶν ἐκ τῆς συγκλήτου. οἱ δ' αὐτοῦ πρόγονοι κατά τε πλοῦτον καὶ ἐπιείκειαν ὀνομαστότατοι γενόμενοι, ὀρφανῷ ὄντι ἐκείνῳ τὰ χρήματα ἐλείποντο. καταστάντες δ' ἐπίτροποι ταῦτα διεφόρησαν. ὁ δὲ τῶν περὶ ἑαυτοὺς δικαίων ἀποστὰς, τοῖς περιλειφθεῖσιν ἠρκεῖτο.

Ὅτι Καῖσαρ περὶ ἐννέα ἔτη μάλιστα γεγονὼς, θαῦμά τε οὐ μικρὸν παρέσχε Ῥωμαίοις, φύσεως ἀκρότητα δηλώσας ἐν τοιᾷδε ἡλικίᾳ, καὶ τοῖς ἀνδράσιν πολὺς ἐγένετο θόρυβος ἐν πολλῷ ὁμίλῳ δημηγορήσαντι. ἀποθανούσης δ' αὐτῷ τῆς τήθης, παρὰ τῇ μητρὶ ἐτρέφετο * Ἀτίᾳ, καὶ τῷ ταύτης ἀνδρὶ Φιλίππῳ Λευκίῳ, ὃς ἦν ἀπόγονος τῶν τὸν Μακεδόνα Φίλιππον κεχειρωμένων. παρὰ δὴ τῷ Φιλίππῳ ὁ Καῖσαρ ὡς παρὰ πατρὶ τρεφόμενος πολλὴν ὑπέφαινεν ἐλπίδα, ἤδη τε ἀξιότιμος. καὶ τοῖς ἥλιξιν ἐφαίνετο τοῖς εὐγενεστάτοις παισί. καὶ συνῄεσαν πρὸς αὐτὸν παμπληθεῖς, οὐκ ὀλίγοι δὲ καὶ τῶν νεανίσκων, οἷς τὸ πράττειν δι' ἐλπίδος ἦν. προὔπεμπον δὲ αὐτὸν πάμπολλοι ὁσημέραι καὶ μειρακίσκοι καὶ ἄνδρες καὶ ἥλικες παῖδες, εἴτε ἐφ' ἱππασίαν ἔξω τοῦ ἄστεος προσοίη, εἴτε παρὰ συγγενεῖς ἢ ἄλλους τινάς. ἤσκει γὰρ καὶ τὴν ψυχὴν τοῖς καλλίστοις ἐπιτηδεύμασι, καὶ τὸ σῶμα ταῖς γυμναίαις καὶ πολεμικαῖς μελέταις, καὶ τῶν διδασκόντων θᾶττον αὐτὸς τὴν μάθησιν ἐπὶ τῶν ἔργων ἀπεδείκνυτο, ὥστε ἀπὸ τοῦδε καὶ ἐν τῇ πατρίδι πολὺν ζῆλον ἐνέγκασθαι. ἐφειστήκει δὲ αὐτῷ καὶ ἡ μήτηρ, καὶ ὁ ταύτης ἀνὴρ Φίλιππος, ἀνὰ πᾶσαν ἡμέραν πυνθανόμενοι παρὰ τῶν διδασκάλων τε καὶ ἐπιμελητῶν, οὓς παρακατέστησαν τῷ παιδὶ, ὅτι πράξειεν, ἢ ὅποι πορευθείη, ἢ ὅπως διημερεύσειε, τάς τε διατριβὰς μεθ' ὧν ποιήσαιτο. ἐν δὲ τῷ κατασχόντι ταραχῷ τὴν πόλιν, ὑπεκπέμπει ἥ τε μήτηρ Ἀτία

παρ. αὐτία

qui eius parentes, quæ indoles qua ue à prima ætate inſtitutio fuit, cuius beneficio talis tus poſtmodum vir euaſit. Igitur Auguſtus patrem habuit C. Octauium Senatorij ordinis virum. maiores eius opibus ac moderatione inſignes fuerunt. Ipſe pupillus à patre derelictus cùm tutores bona eius paterna diſſipaſſent, ius ſuum illis remittens, reſiduis contentus vixit.

Annum ætatis circiter nonum agens Cæſar admirationi fuit Romanis, quippe qui in ea ætate excellentiſſimam indolem præferret, & quo loci ipſi etiam viri conturbari animo ſolent, ipſe imperterritus orationem ad populum habuiſſet. Porro mortua auia educatus eſt, apud Atiam matrem, & L. Philippum vitricum: qui quidem originem ab iis ducebat, qui Philippum Macedonem ſuperauerant. Apud hunc velut alterum patrem educatus Cæſar maximam ſpem oſtentabat. iamque tum ab æqualibus ſuis pueris nobiliſſimis colebatur. Adiungebant ſe ei plurimi, inter quos & adoleſcentes non pauci, quibus capeſſendæ propediem Reip. ſpes erat. ac quotidie maximâ frequentiâ iuuenum ac virorum, & æqualium puerorum deducebatur, ſiue equitatum extra vrbem prodiret, ſiue propinquos aut alios quos viſeret. Nam animum quidem optimis artibus, corpus verò generoſis ac militaribus exercitationibus inſtruebat, ſuoſque doctores addiſcendi celeritate præueniebat. quamobrem ab omni ciuitate magnopere prædicabatur. Enimvero cum ſollicite obſeruabat mater Atia cum Philippo vitrico; quotidie à magiſtris & cuſtodibus, quos puero appoſuerant inquirentes ſtudiosè, quid rei egiſſet, quo eſſet profectus, qua ratione diem tranſegiſſet, quibuſcum denique eſſet verſatus. Poſthæc bello ciuili vrbem turbante, in villam paternam ſubductus eſt à parentibus.

Inde annos circiter quatuordecim natus in forum deſcendit poſita prætexta togam puram indutus, quòd virilis tirocinij argumentum eſt. omniumque ciuium oculis in eum defixis cum ob nobilitatem, tum ob egregiam adoleſcentis virtutem, Diis ſacrificauit: & in collegium Pontificum adſcriptus eſt in locum L. Domitij qui è viuis abierat: quòd quidem populus ſuis ſuffragijs libentiſſimè iuſſit. Ita ſimul cùm virili toga maximo Sacerdotio ornatus Diis ſacra faciebat. Cæterum tametſi inter tirones relatus eſſet ex more ac legibus Romanorum, nihilominus mater ex veſtibulo eum progredi vetabat, niſi quo antea prætextatus ventare conſueuerat. eodemque cultu illum habebat, & in eodem quo priùs cubiculo cubare cogebat. prorſus legibus duntaxat tiro, cætera prætextati inſtar arctius habebatur. Veſtitum porro nunquam mutauit, ſed perpetuo patria veſte amictus fuit. Legitimis diebus templa Deorum adibat noctu. cùmque formæ decore ac ſplendore generis plurimas mulieres in amorem ſui raperet, ſæpe ab iis tentatus nullis vnquam artibus ceſſit. ſed partim matris ſollicitudo quæ eum cuſtodiebat, neque euagari ſinebat longiùs, partim ipſe ſemet ſua prudentia muniebat, quippe qui ætate indies progrederetur. Porro cum Latinæ feriæ adeſſent (quibus Conſules ſacrificij patrij cauſa in montem Albanum egredi mos eſt, iuriſdictione interim Sacerdotibus mandata,) Cæſar medio in foro poſita curuli ſella conſedit. Quem quidem plurimi iuriſdictionis cauſa adierunt: multi cauſa duntaxat ſpectandi adoleſcentis confluxere. quippe omnium in ſe oculos conuertebat, maximè eo in tempore, cùm maieſtatem ac dignitatem quandam ſibi adſciuiſſet. Cæterum cùm Iulius Cæſar Europea bella iam confeciſſet,

καὶ Φίλιππος τὸν Καίσαρα εἴς τι τῶν πατρῴων χωρίων. κατέβαινε δ' εἰς τὴν ἀγορὰν περὶ ἔτη μάλιστα γεγονὼς τεσσαρεσκαίδεκα, ὥστε ἀποθέσθαι μὲν αὐτὸν ἤδη τὴν περιπόρφυρον ἐσθῆτα, ἀναλαβεῖν δὲ τὴν καθαράν, σύμβολον οὖσαν τῆς εἰς ἄνδρας ἐγγραφῆς. περιβλεπόμενος δ' ὑπὸ παντὸς τοῦ δήμου, διά τε εὐμορφίαν καὶ λαμπρότητα εὐγενείας, ἔθυε τοῖς θεοῖς, καὶ ἐνεγράφη εἰς τὴν ἱερωσύνην εἰς τὸν Λουκίου Δομιτίου τόπον τετελευτηκότος· καὶ ὁ δῆμος μάλα προθύμως ἐχειροτόνησε. καὶ ὁ μὲν ἅμα τῇ μεταλλαγῇ τῆς ἐσθῆτος καὶ τῇ καλλίστῃ τιμῇ κοσμηθεὶς ἔθυεν. καίτοι δὲ κατὰ νόμον εἰς ἄνδρας ἐγγεγραμμένον, διεκώλυεν ἡ μήτηρ ἔξω τῆς αὐλίου θύρας χωρεῖν, πλὴν ὅπη καὶ πρότερον, ὅτε παῖς ὢν ἐφοίτα. δίαιτάν τε τὴν αὐτὴν ἔχειν ἐπηνάγκαζε, κοιτάζεσθαί τε ἔνθα καὶ πρότερον ἐν τῷ αὐτῷ δωματίῳ. νόμων τε μόνον ἀνὴρ ἦν, τὰ δ' ἄλλα παιδικῶς ἐπεστατεῖτο. τῆς δὲ ἐσθῆτος οὐδοτιοῦν ἐξήλλαξεν, ἀλλ' ἀεὶ τὴν πάτριον ἀμπείχετο. ἐφοίτα δὲ καὶ εἰς τὰ ἱερὰ ἐν ταῖς νομίμοις ἡμέραις νύκτωρ, διὰ τὴν προσοῦσαν αὐτῷ ὥραν. αὕτη δὲ καὶ πολλὰς γυναῖκας * ἐκμήνας εὐπρεπείᾳ καὶ λαμπρότητι γένους. mſ. ἐνάτα ἐπιβουλευόμενος δὲ πρὸς αὐτῶν, οὐδαμῇ ἐφαίνετο ἁλωτὸς ὤν. ἀλλὰ τὰ μὲν ἡ μήτηρ ἀπήρυκεν αὐτοῦ φυλάττουσα καὶ οὐδαμόσε μεθεῖσα, τὰ δὲ καὶ αὐτὸς ἤδη ἔννους ὤν, ἅτε εἰς τοὔμπροσθεν τῆς ἡλικίας προσιών. ἐνστάσης δέ τινος ἑορτῆς Λατίνης, ὁπότε καὶ τοὺς ὑπάτους εἰς * Ἀλβανὸν τὸ ὄρος ἀναβαίνειν ἔδει πατρίου θυσίας ἕνεκα, τοὺς δ' ἱερεῖς διαδόχους αὐτῶν τῆς δικαιοδοσίας εἶναι, καθίζει ἐπὶ τὸ βῆμα Καῖσαρ ἐν μέσῃ ἀγορᾷ. mſ. Ἀλβαν τὰ προσῄεσαν δ' ἄπλετοι ἄνθρωποι δικαιοδοσίας χάριν, πολλοὶ δὲ καὶ μηδενὸς πράγματος χάριν, θεωρίας ἕνεκα τοῦ παιδός. ἀξιοθέατος γὰρ πᾶσιν ἦν, καὶ μάλιστα ἐν τῷ τότε σεμνότητα καὶ ἀξίωμα προσειληφώς. Καίσαρος δὲ ἤδη κεχειρωμένου μὲν τοὺς ἐν τῇ Εὐρώπῃ πολέμους, νενικη-

κότος δὲ καὶ περὶ Μακεδονίαν Πομπήϊον, ᾑρηκότος δ' Αἴγυπτον, ἐπανελθόντος δ' ἔκ τε Συρίας καὶ τοῦ Εὐξείνου πόντου, μέλλοντος δ' ἐπὶ Λιβύης χωρεῖν, ὡς τὰ λειπόμενα τοῦ ἐκεῖ ματαστάντος πολέμου καθέλοι· βουλόμενος συστρατεύειν αὐτῷ ὁ νέος Καῖσαρ, ὡς καὶ πολεμικῶν ἔργων ἔμπειρος εἴη, ἐπεὶ ᾔσθετο ἐναντιουμένην Ἀτίαν τὴν μητέρα, οὐδὲν ἀντειπὼν ἠρέμα εἶχε. δῆλος δ' ἦν καὶ ὁ πρεσβύτατος Καῖσαρ ὑπ' εὐνοίας οὐδέπω βουλόμενος αὐτὸν στρατεύεσθαι, ὡς μὴ τήν τε δίαιταν ἐν ἀσθενεῖ σώματι μεταβαλὼν καὶ ὅλην ἕξιν, φαύλως διατεθείη. διὰ μὲν δὴ ταῦτα τῆς στρατιᾶς παρελύετο. ἐπεὶ δὲ κἀκεῖνον τὸν πόλεμον κατεργασάμενος Καῖσαρ ἐπανῆλθεν εἰς Ῥώμην, σφόδρα ὀλίγοις τῶν ὑποπεσόντων αἰχμαλώτων συγγνούς, διὰ τὸ τοῖς προτέροις αὐτοὺς μὴ σεσωφρονηκέναι πολέμοις, συνηνέχθη

deest τι. *τοιόνδε. ἦν εἰς τὰ μάλιστα Καίσαρι τῷ νέῳ συνήθης καὶ φίλος Ἀγρίππας, ἐν ταὐτῷ τε παιδευθείς, καί τινα ἔχων ὑπερβολὴν ἑταιρείας. τούτου ἀδελφὸς Κάτωνι συνῆν, κατά τε φιλίαν σπουδαζόμενος, καὶ τοῦ Λιβυκοῦ πολέμου κεκοινωνηκώς, τότε δ' αἰχμάλωτος ᾑρημένος. τοῦτον, οὐδέπω πρότερον αἰτήσας Καίσαρα, ἐβούλετο μὲν ἐξαιτεῖσθαι, ὑπὸ δὲ αἰδοῦς ὤκνει, καὶ ἅμα ὁρῶν αὐτὸν ὡς διέκειτο πρὸς τοὺς ἐν ἐκείνῳ τῷ πολέμῳ ἐγνωκότας. θαρρήσας δ' οὖν ποτὲ, ᾔτησε καὶ ἔτυχεν. ἐφ' οἷς περιχαρὴς ἦν τῷ αὐτοῦ φίλῳ τὸν ἀδελφὸν ἀνασεσωκώς. ἐπῃνεῖτο δὲ καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων, εἰς οὐδὲν πρότερον καταθέμενος τὴν αὐτοῦ σπουδὴν καὶ ἔντευξιν, ἢ εἰς φίλου σωτηρίαν. ἐκ τούτου τὰς θριαμβικὰς ἦγε πομπὰς Καῖσαρ τοῦ κατὰ Λιβύην πολέμου, τῶν τε ἄλλων οὓς ἐπολέμησε. καὶ τὸν νέον Καίσαρα υἱὸν ἤδη πεποιημένος, ὄντα δὲ [illegible] [illegible] καὶ φύσει διὰ τὸ ἀγχοτάτω τοῦ γένους εἶναι, ἐκέλευσε τῷ ἑαυτοῦ ἅρματι ἕπεσθαι, κόσμοις αὐτὸν στρατηγικοῖς ἀσκήσας, ὡς ἂν αὐτοῦ σύσκηνον ἐν πολέμῳ γεγονότα. ὁμοίως δὲ καὶ ἐν ταῖς θυσίαις, καὶ ἐν ταῖς πρὸς τοὺς θεοὺς προσόδοις ἐγγύτατα ἵστη,

ac Pompeium in Macedonia ſuperaſſet, Ægyptoque eſſet potitus, tandemque ex Syria, & Euxino reuerſus ponto traijcere in Africam pararet, vt reliquum belli in eam partem tranſlati conficeret: Octauius qui auunculum in eo bello comitari cupiebat, quo vſum rei militaris colligeret, pòſtquam Atiam matrem ab eo conſilio abhorrere ſenſit, tùm quidem quieuit. Sed & auunculus necdum illum proficiſci ad bellum velle videbatur, ne adoleſcens corpore infirmo, mutata repente ratione victus morbum contraheret. His igitur cauſis expeditioni minimè interfuit. Verùm confecto hoc quoque bello cùm Diuus Cæſar Romam rediiſſet, atque ex captiuis pauciſſimos venia proſequeretur, eo quod prioribus bellis minimè admoniti fuiſſent, huiuſmodi quid tum temporis euenit. Erat Agrippa ſingulari amicitia, ac præcipua quadam ſodalitate cum Octauio coniunctiſſimus, quippe qui à puero ſimul educatus fuiſſet. Huius frater M. Catoni acceptiſſimus ac bello Africo comes, tunc inter captiuos erat. Cui Octauius veniam quidem impetrare cupiebat, ſed cùm præ pudore (nondum enim ab auunculo quidquam petierat,) tùm etiam gnarus quàm infenſo animo in ciues eo bello captos eſſet Cæſar, identidem cunctabatur. tandem verò cum ſe ipſe confirmaſſet, petiit & obtinuit. qua quidem re magnopere lætabatur, quod amico fratrem reſtituiſſet. Sed & à cæteris non mediocriter laudabatur, eo quod gratia atque ambitione ſua primùm ad ſalutem amici eſſet vſus. Exinde Diuus Cæſar ex bello Africo ac cæteris à ſe confectis bellis triumphum egit, & Octauium quem ſibi filium adoptauerat, cum ob cognationis vinculum pœnè natura eſſet filius, currum ſuum proſequi iuſſit, ornatum donis militaribus, ac ſi in eo bello contubernalem habuiſſet. Paritérque in ſacrificiis, & quoties Deorum templa adibat,

iuxta ſe proximum collocabat, vtque cæteri ei concederent iubebat. Et iam C. Cæſar Imperatoriis inſignibus ornatus, qui honos Romæ maximus habetur, ſummo in honore apud ciues erat. Cæterùm Octauius, & in theatris, & in conuiuiis aſſiduus illius comes, cùm eum prorſus paterna beneuolentia ſecũ colloqui videret, iam paulìſper animo erectior ac confirmatior captata temporis opportunitate verecũde apud auunculum intercedebat pro amicis ac ciuib. qui eius ſuffragio quidpiã obtinere à Cæſare volebant; nec difficilè impetrabat. multíſque adeo in difficillimis temporibus auxilio adfuit, cùm ſollicitè obſeruaret ne importune néve moleſte auunculum interpellaret. Hæc tum & humanitatis, & inſitæ prudentiæ non obſcura, nec pauca ſpecimina edebat. Sed cùm C. Cæſar præbitionib. ludorum atque huiuſcemodi editionib. adſuefacere eum vellet, duóq. eſſent theatra, alterum Romanum, Græcum alterum, Romani quidem ipſe curam ſumpſit, Græci verò curationem Octauio delegauit. Qui cùm operam daret impenſius, ſuam vt induſtriam ac comitatem teſtificaretur, perſiderétque aſſiduè vſque ad finem ſpectaculi, ídque maximò æſtu ac diebus longiſſimis, tandem vtpotè adoleſcens nondum aſſuetus labori in morbum incidit. Quo ingraueſcente cuncti timore pallebant, ſolliciti ne quid eiuſmodi indoles triſtius pateretur: maximè autem omnium C. Cæſar ſollicitus erat. proinde quotidie aut ipſemet præſens adoleſcenti animum ſpémque addebat, aut amicos viſendi cauſa mittebat, medicoſque ab eo vetabat diſcedere. forte quadam die prudenti nunciatum à quopiam eſt adoleſcentem deliquium pati, ac peſſimè ſe habere: ſtatimque vt erat diſcalciatus è lecto exiliens ad cubiculum in quo æger curabatur contendit. & pauens ac ſollicitus medicos enixiſſimè rogauit, ipſe lecto adſedit, ac tandem refocillato ac reſtituto puero magnopere eſt gauiſus. Porro cũ Octauius morbi quidẽ diſcrimine liberatus, adhuc tamen infirmo corpore eſſet, Cæſar proficiſci ad bellum in Hiſpaniã parabat.

τοῖς τε

τούς τε ἄλλους εἴκειν προσέταττεν αὐτῷ. καὶ ὁ μὲν ἤδη τὰς αὐτοκρατορικὰς ἐφέρετο τιμὰς, αἳ δὴ μέγισται κατὰ τὸν Ῥωμαίων νόμον ἦσαν· καὶ ζηλωτὸς ἐν τῇ πατρίδι ἦν, καὶ ἐν ταῖς θεάτροις. συνῆν δ' ὁ παῖς αὐτῷ καὶ ἐν πότοις, ὁρῶν τε φιλανθρώπως ἑαυτῷ διαλεγόμενον οἷα τέκνῳ, καὶ μικρὸν ἢ ὅσον ἤδη τεθαῤῥηκὼς, πολλῶν αὐτοῦ δεομένων καὶ φίλων καὶ πολιτῶν αἰτεῖσθαί σφισι παρὰ Καίσαρος, ὧν ἕκαστοι ἐν χρείᾳ ἦσαν, ἐπιτηρῶν εὐκαιρίας μετὰ πάσης αἰδοῦς ᾐτεῖτό τε καὶ κατώρθου· πλείστου τε ἄξιος πολλοῖς τῶν ἀναγκαίων ἐγένετο, φυλαττόμενος δὲ μήτε ἀκαίρως παρακαλεῖν μήτ' ἐκείνῳ προσάντως. καὶ ὁ μὲν οὐκ ὀλίγα ζώπυρα καὶ φιλανθρωπίας ἅμα καὶ φρονήσεως φυσικῆς ἀπεδείκνυτο. βουλόμενος δ' αὐτὸν ὁ Καῖσαρ καὶ ἔμπειρον τοῦ ἀγωνοθετεῖν ἐν ταῖς τοιαύταις χορηγίαις εἶναι, δυοῖν ὄντοιν θεάτροιν τοῦ μὲν Ῥωμαϊκοῦ, ἐν ᾧ αὐτὸς προὼν τὴν φροντίδα εἶχε, θατέρου δὲ Ἑλληνικοῦ, τούτῳ ἐπέτρεψεν ἐκείνου τὴν ἀγωνοθεσίαν. καὶ ὁ μὲν σπουδάζων ἐπιμέλειάν τε καὶ φιλανθρωπίαν ἀποδείξασθαι ἐν καυματώδεσι καὶ μακροτάταις ἡμέραις, οὐδαμοῦ τε ἀπιὼν ἄχρι λῦσαι τὴν θέαν, εἰς νόσον πίπτει οἷα νέος καὶ πόνων ἀπείρατος. χαλεπῶς δὲ διακειμένου, πάντες μὲν ἐν φόβῳ ἦσαν, ἀγωνιῶντες εἴ τι πείσεται τοιαύτη φύσις, μάλιστα δὲ πάντων ὁ Καῖσαρ. διὰ πᾶσαν ἡμέραν ἢ αὐτὸς παρὼν αὐτῷ εὐθυμίαν παρεῖχεν, ἢ φίλους πέμπων, ἰατρούς τε ἀποστατεῖν οὐκ ἐῶν. κἄποτε δειπνοῦντι ἤγγειλέ τις ὡς ἔκλυτος εἴη καὶ χαλεπῶς ἔχοι. ὁ δ' ἐκπηδήσας ἀνυπόδητος ἧκεν ἔνθα ἐνοσηλεύετο, καὶ τῶν ἰατρῶν ἐδεῖτο ἐμπαθέστατα μεστὸς ὢν ἀγωνίας, καὶ αὐτὸς παρεκάθητο. ἀνακλησάμενος δ' αὐτὸν εὔθυμος ἐγένετο. ἐπεὶ δ' ἀνέσφηλεν ἐκ τῆς νόσου, διαπεφευγὼς μὲν τὸν κίνδυνον, ἀσθενῶς δ' ἔτι διακείμενος τὸ σῶμα, στρατεύειν μὲν ἔδει Καίσαρα· ἔνθα διενοεῖτο δὲ πρότερον ἐπάγεσθαι καὶ τὸν παῖδα.

τότε δ' οὐχ οἷός τ' ἦν διὰ τὴν προαποσοῦσαν νόσον. καταλιπὼν δ' οὖν αὐτῷ πολλοὺς ἐπιμελητάς, ὡς δι' ἀκριβοῦς διαίτης φυλάττοιτο, καὶ ἐντολὰς δοὺς εἰ ῥωσθείη ἕπεσθαί οἱ, ᾤχετο ἐπὶ τὸν πόλεμον. ὁ γὰρ Μάγνου Πομπηίου πρεσβύτατος παῖς μέγα στράτευμα ἀθροίσας ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ παρὰ τὴν πάντων ἐλπίδα, διενοεῖτο * ἐπεῖναι τῷ πατρί, καὶ τὴν ἐκείνου ἧτταν ἀναμαχέσασθαι, εἰ δύναιτο. ὑπολειφθεὶς δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ Καῖσαρ, πρῶτον τοῦ σώματος ἐγκρατέστατα ἐπεμελήθη, καὶ ταχὺ ἀνερρώσθη· ἔπειτα δὲ τὴν ἔξοδον ἐκ τῆς πατρίδος ἐποιεῖτο ἐπὶ τὴν στρατιάν, κατὰ τὰς τοῦ θείου ἐντολάς· οὕτω γὰρ αὐτὸν ἐκάλει. πολλῶν δ' αὐτῷ συνεκδημεῖν σπουδαζόντων διὰ τὸ μέγεθος τῆς ἐν αὐτῷ ἐλπίδος, πάντας παρωσάμενος, καὶ τὴν μητέρα αὐτήν, τοὺς ὠκυτάτους τῶν οἰκετῶν καὶ ἐρρωμενεστάτους ἐκλεξάμενος, συνέτεινε τὴν πορείαν. καὶ ἀπίστῳ τάχει χρησάμενος διέδραμε τὴν μακρὰν ὁδόν, συνεγγύς τε ἦν Καίσαρι διαπεπολεμηκότι ἤδη τὸν σύμπαντα πόλεμον ἐν μησὶν ἑπτά· ἀφικόμενος δ' εἰς Ταρράκωνα, ἀπιστίαν παρεῖχεν ὅπως ἀφίκοιτο ἐν τοσῷδε πολέμου ταράχῳ. οὐχ εὑρὼν δὲ ἐνταῦθα Καίσαρα, πλείω πόνον καὶ κίνδυνον εἶχεν. ἀφίκετο δὲ εἰς Ιβηρίαν πρὸς Καίσαρα περὶ πόλιν Καλπίαν. καὶ ὁ μὲν οἷα τέκνον * περιβαλών, διά τε τὸ νοσοῦντα καταλελοιπέναι, καὶ ἐκ πολλῶν πολεμίων καὶ λῃστηρίων περισεσωσμένον ὁρᾶν ἀδοκήτως, ἠσπάζετο καὶ οὐδαμῆ μεθίει, ὁμοδίαιτόν τε εἶχεν· ἐπῄνει δ' * αὐτοῦ καὶ τὴν ἐπιμέλειαν ἅμα καὶ σύνεσιν, ὡς πρῶτος τῶν ἐκ τῆς Ῥώμης ἐξεληλυθότων ἧκεν· ἐπιμελὲς δ' ἐποιεῖτο πρὸς αὐτὸν διαλεγόμενος ὑπὲρ πολλῶν ἀνακρίνειν, ἀποπειρώμενος αὐτοῦ τῆς διανοίας. ὁρῶν δὲ εὔστοχον καὶ εὐσύνετον, καὶ βραχυλόγον, αὐτά τε ἀποκρινόμενον τὰ καιριώτατα, ἔστεργε καὶ ὑπερησπάζετο. ἐκ τούτου πλεῖν ἔδει ἐπὶ Καρχηδόνος· προσταχθὲν δ' αὐτῷ ἐμβαίνειν εἰς τὴν αὐτὴν Καίσαρι

leg. ἐπεξιέναι.

mſ. λαβών.

mſ. τόν.

quo quidem puerum in contubernio ſuo deducere antè ſtatuerat, ſed ob conflatam ægritudinem haudquaquam poterat. Igitur appoſitis puero cuſtodibus, qui accurata victus ratione eum regerent, datiſque mandatis, cùm vires collegiſſet, ſe vt ſequeretur, ad bellum perrexit. Namque Cn. Pompeius Magni filius maior natu breui temporis ſpatio præter omnium ſpem magnis copiis comparatis, vindicare patris necem in animo habebat, cladémque eius, quãtum in ſe eſſet, reſarcire. Sed Romæ relictus Octauius, primùm quidem omni diligentia corpus curauit, viréſque breui recuperauit. poſtea verò ſtatim ad iter ſe accinxit ex mãdatis auunculi (ſic enim eum vocabat.) Cúmque plurimi ſeſe ei comites ambitioſè offerrent ob maximam ſpem quam in ſe oſtendebat, reiectis omnibus atque in his matre ipſa, ſelecto ex famulis robuſtiſſimo quoque ac velociſſimo, iter accelerauit. atque incredibili celeritate longiſſima ſpacia permenſus, tãdem haud procul caſtris auunculi peruenit, qui quidem ſeptem menſibus bellum iam omne confecerat. Tarraconem ingreſſus admiratione omnes perculit, quonam pacto in tanto bellorum tumultu aduenisſet. Nec tamen inuento ibi auunculo, pluribus laboribus ac periculis conflictatus eſt. tandemque auunculum in Hiſpania aſſecutus eſt circa vrbem Calpiam. At Cæſar qui eum ægrotum domi reliquerat, cùm ſaluum ex hoſtium ac latronum inſidiis inſperato videret, tanquam filium amplecti ac deoſculari cœpit. Neque verò eum dimittebat vſquam, ſed aſſiduè in contubernio habebat, laudabátque eius induſtriam ſimul & prudentiam, quod primus eorum qui ab vrbe profecti erant adfuiſſet. Eumque de multis rebus ſedulo interrogabat, quo ingenij ac iudicij periculum faceret. Sed cùm ſagacem & ſolertem ac modici ſermonis, eáque ſolùm quæ ad rem pertinent reſpondentem deprehenderet, magis ac magis illum indies amabat. Hinc cùm Carthaginem nauigandũ eſſet, iuſſus in auunculi nauem cum quinque famulis conſcendere,

tres prætereа ſodales ſecum adduxit. ac verebatur quidem ne ab auunculo factum reſciente obiurgaretur. ſed longe aliter res cecidit. ſiquidem ea re delectatus Cæſar iuuenem laudauit eo quod ſodales diligeret, & virtuti ac bonis artibus deditus, teſtes omnium factorum ſecum habere ſemper vellet, atque optimam ſibi famam apud ciues comparare multùm ſtuderet. Venerat Carthaginem Cæſar eo vt adeuntibus copiam ſui præberet. ac permulti eò conuenerant partim iuriſdictionis cauſa ob priuatas controuerſias, partim ob negocia publica: quidam vt præmia virtutis ac præclare factorum acciperent: alij ob alias quaſlibet cauſas. multi præterea duces in eam vrbem confluxerant. Tùm Saguntini qui maximis criminibus vrgebantur, & auxilio opus habebant, ad Octauium confugerunt. Qui ſuſcepta ipſorum cauſa, cùm palam apud Cæſarem prudenter diſſeruiſſet, eos impoſitis criminibus liberauit, lætóſq. & præcones laudum ſuarum ac ſeruatorem appellantes domum dimiſit. Exinde complures patrocinij gratia ad illum concurrere, quibus induſtriam ſuam approbauit. quippe alios calumniis, & criminationibus liberabat. aliis præmia impetrabat, aliis magiſtratus. proinde erat in ore omnium eximia eius manſuetudo atque humanitas, & in congreſſibus prudentia. porro ipſe Cæſar verecundè .... *Deſunt duæ paginæ.*

*** Illud etiam ſtudioſè obſeruabat, vt auri atque argenti ne plus poſſideret quàm legibus licebat: néve adoleſcentum compotationib⁹ intereſſet: ne conuiuium vſque ad veſperam produceret: néve ante horam decimam cœnaret, niſi forte apud Cæſarem, aut Philippum, aut Marcellum, qui ſororem ipſius in matrimonio habebat, virum modeſtia ac nobilitate præſtantiſſimum. Iam verecundiam quæ huic maximè ætati conuenire videtur (quoniã natura cæteras virtutes huius aſſeclas eſſe voluit) ſemper præ ſe tulit, factíſque ipſis coluit quoad vixit. Eáque pręcipuè cauſa Cęſari acceptus fuit,

καὶ σὺν πέντε δούλοις, αὐτὸς ὑπὸ φιλοστοργίας καὶ πρὸς ἑταίρους παρὰ τοῖς δούλοις ἐνεβίβασε. καὶ ἐδεδίει μὴ τοῦτο γνοὺς Καῖσαρ ἐπιμέμψαιτο. τοὐναντίον δ' ἐγένετο. ἤδη γὰρ ἐκεῖνος ἐπὶ τῷ εἶναι φιλέταιρον, καὶ ἐπῄνεσεν ὅτι ἀεὶ βούλεται παρεῖναι αὐτῷ τοὺς πάντων ἐπιπολὰς ἐσομένους ἄνδρας καὶ ἀρετῆς ἐπιμεληθησομένους, προνοιάν τε οὐ μικρὰν χρηστῆς δόξης ἐν τῇ πατρίδι ἤδη ποιοῖτο. ἧκε δ' οὖν εἰς τὴν Καρχηδόνα Καῖσαρ, ὡς τοῖς χρῄζουσιν ἐντευξόμενος. πολλοὶ δὲ συνεληλύθεσαν, οἱ μὲν δικαιοδοσίας χάριν, περὶ ὧν εἶχον ἀμφιβόλων πρός τινας, οἱ δὲ οἰκονομίας πολιτικῆς, οἱ δ' ὅπως ἂν τὰ ἆθλα τῶν ἀνδραγαθημένων λάβοιεν, περὶ ὧν ἔτυχεν. ἄλλων τε ἡγεμόνες πλεῖστοι συνεληλύθεσαν * προσφέρουσι τῷ Καίσαρι καὶ Ζακύνθιοι μεγάλα ἐγκλήματα ἔχοντες, καὶ δεόμενοι βοηθείας. ὁ δὲ τούτων προὔστη τε, καὶ διαλεχθεὶς ἄριστα πρὸς Καίσαρα ἐν φανερῷ, τῶν τε αἰτιῶν αὐτοὺς ἀπήλλαξε καὶ προὔπεμψεν ἐπ' οἴκου ἡδομένους τε καὶ πρὸς πάντας αὐτὸν ὑμνοῦντας, σωτῆρά τε νομίζοντας. ἐντεῦθεν πολλοὶ συνέρρεον προστασίας δεόμενοι. οἷς πλείστου ἄξιος γινόμενος τῶν μὲν διέλυε τὰ ἐγκλήματα, οἷς δ' ᾐτεῖτο δωρεάς, οὓς δ' εἰς ἀρχὰς προῆγεν. πάντες τε ἀνὰ στόμα εἶχον τήν τε ἡμερότητα καὶ φιλανθρωπίαν, καὶ τὴν ἐν ταῖς ἐντεύξεσι φρόνησιν. αὐτὸς μὲν Καῖσαρ ἄλλα. *Deſunt duæ paginæ, membrana enim una ex quaternione à neſcio quo ablata eſt.*

forte προσφεύγουσι.

* * * γυρον κατὰ τὰ πάτρια, οὔτε μεθυσκομένοις νεανίσκοις παρεῖναι, οὔτε πλείω χρόνον συμποσίῳ παραγίνεσθαι ἄχρις ἑσπέρας· οὐδὲ μήν τοι δειπνεῖν πρὸ δεκάτης ὥρας, ἔξω Καίσαρος ἢ Φιλίππου, ἢ τοῦ γήμαντος αὐτοῦ τὴν ἀδελφὴν Μαρκέλλου, ἀνδρὸς σωφρονεστάτου καὶ κατ' εὐγένειαν ἀρίστου Ῥωμαίων. αἰδὼ δ' ἣν πρέπειν ἄν τις τῇ τοιᾷδε ἡλικίᾳ ὑπολάβοι, διὰ τὸ ταῖς ἄλλαις ἀρεταῖς ἐν τῇ μετὰ ταῦτα τὴν χώραν ὑπὸ τῆς φύσεως ἀποδεδόσθαι, διαφανέστατα καὶ * ἐν ἔργοις ἐδήλου ἐν τῷ βίῳ παντί. διὰ τοῦτο καὶ μάλιστα Καῖσαρ αὐτὸν περὶ πολλοῦ ἐποιή-

f. ἐναργῶς.

σατο, καὶ οὐχ, ὥσπερ οἴονταί τινες, διὰ τὸ γένος μόνον. ἔγνω μὲν οὖν καὶ πρότερον παῖδα ἀποδεῖξαι. δεδιὼς δὲ μὴ ἐλπίδι τοσαύτης τύχης ἐπαρθεὶς, ὃ φιλεῖ τοῖς εὐδαιμόνως τρεφομένοις ἕπεσθαι, ἐκλάθοιτο ἀρετῆς καὶ ἐκδιαιτηθείη, συνέκρυψε τὴν γνώμην. ἐν δὲ ταῖς διαθήκαις αὐτὸν υἱοῦται ἄπαις ὢν ἀρρένων παίδων, καὶ κληρονόμον ἀποδείκνυσι τῆς τύχης πάσης· τετάρτην δὲ μοῖραν τῶν χρημάτων τοῖς ἄλλοις διένειμε φίλοις τε καὶ ἀστοῖς, ὅπερ ὕστερον ἐγένετο δῆλον. ἐδεήθη δὲ συγχωρῆσαι αὐτῷ παρὰ τὴν μητέρα ἐλθεῖν εἰς τὴν πατρίδα, καὶ δόντος, ᾤχετο. ὡς δ' ἧκεν οὐχ ἑκὰς Ῥώμης εἰς Ιανούκλον ὑπήντησεν αὐτῷ σὺν πολλῷ πλήθει ἀνθρώπων ὁ λεγόμενος Γαΐου Μαρίου παῖς, σπουδάζων εἰς τὸ γένος ἐγγραφῆναι, καί τινας γυναῖκας προσειληφὼς τῶν Καίσαρος, αἳ ἐμαρτύρουν αὐτῷ τὴν εὐγένειαν. οὔτε μὴν Ἀντίαν ἔπεισεν, οὔτε τὴν ταύτης ἀδελφὴν καταψεύσασθαι τοῦ σφετέρου οἴκου. προσήπτετο γὰρ * τὸ γένος τὸ Καίσαρός τε καὶ τὸ Μαρίου· τῷ γε μὴν νεανίσκῳ ἐκείνῳ οὐδὲν προσῆκον ἦν. ὃς τότε σὺν πολλῷ πλήθει ὑπαντιάσας ἐσπούδαζε προσλαβεῖν καὶ τὴν τοῦ νέου Καίσαρος γνώμην, εἰς τὴν τοῦ γένους ἐγγραφήν. πολλὴ δ' ἐγένετο σπουδὴ καὶ τῶν συνιόντων αὐτῷ πολιτῶν πειθομένων εἶναι παῖδα Μαρίου. Καῖσαρ δ' ἐν ἀπορίᾳ δεινῇ γενόμενος, ἐσκόπει τί χρὴ ποιεῖν. τό τε γὰρ ἀσπάζεσθαι ὡς συγγενῆ, ὃν οὐκ ᾔδει ὁπόθεν εἴη, οὐδ' ἡ μήτηρ αὐτῷ συνεμαρτύρει, χαλεπὸν ἦν. τό τε διωθεῖσθαι τὸν νεανίσκον, καὶ τὸ σὺν αὐτῷ πλῆθος τῶν πολιτῶν, ἄλλως τε καὶ αἰδοῦς ὄντι μεστῷ, πολλὴν δυσχέρειαν εἶχεν. ἀποκρίνεται γοῦν ἠρέμα διωσάμενος τὸν ἄνθρωπον, ὅτι Καῖσαρ εἴη τοῦ γένους αὐτοῖς ἡγεμὼν, καὶ τῆς πατρίδος προστάτης, συμπάσης τε τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς· δεῖν οὖν ὡς ἐκεῖνον βαδίζειν, καὶ διδάσκειν περὶ τῆς συγγενείας. καὶ εἰ μὲν πείσειεν, ὑπάρχειν εὐθὺς αὐτῷ καὶ σφᾶς τούς τε ἄλλους οἰκείους πεπεισμένους. εἰ δὲ μὴ, οὐδὲν αὐτοῖς εἶναι κοινώνημα πρὸς αὐτόν. ἐν δὲ τῷ μεταξὺ

mſ. τὸ γένος τοῦ γένους.

non ob nudam ſanguinis propinquitatem, vt quidam exiſtimant. Ac iamdudum quidem Cæſar illum adoptare decreuerat. Sed veritus ne ſpe tãtæ fortunæ elatus, quod adoleſcentibus in ſumma felicitate educatis vſuuenire ſolet, corrumperetur; néve ab inſtituto virtutis tramite deflecteret, conſilium ſuum occultauit: ac teſtamento ipſe maſculæ prolis expers eum in familiam noménque adſciuit, heredémque omnium bonorum inſtituit, quadrante duntaxat amicis ac ciuibus relicto, vti poſtea apparuit. Tunc temporis Octauius ab auunculo contendit, ſibi vt viſendæ matris copiam faceret: quo protinus impetrato Romam profectus eſt. Ad vrbem cùm eſſet in monte Ianiculo, occurrit ei neſcio quis magna plebis frequentia ſtipatus, qui ſe C. Marij filium ferebat, eumque in familiam adſcribi ambibat. Idemque aliquot matronas Cæſaris neceſſarias ſibi adiunxerat, quæ de ſuis natalibus teſtarentur. ſed neque Atiam, neque eius ſororem inducere potuerat, vt decus familiæ ſuæ mendacio proderent. quippe Marij ac Cæſaris familiæ erant artiſſima neceſſitudine coniunctæ: quibus ſe iuuenis ille prorſus alienus impudẽtiſſimè inſerebat. Igitur ille cùm frequenti turba Octauio tunc obuiam factus, eius quoque auctoritatem elicere ad generis ſui confirmationem ſtudebat. nec minore ſtudio eum ſecuta plebs inſtabat, pro certo habens illum C. Marij filium eſſe. At Octauius quid ſibi agendum eſſet, incertus hærebat animo. Nam & oſculari eum hominem quem neque ipſe quis, & vnde eſſet ſciebat, neque mater agnoſcebat, moleſtum videbatur. ex alia parte iuuenem cùm tanta ciuium multitudine aſpernari, homini præſertim verecundo erat grauiſſimum. Tandem huiuſmodi reſponſo placidè hominem dimiſit: Cęſarem generis ſui, & patriæ totiúſque Imperij Rom. principẽ eſſe. Hũc adire eiq. genus ſuũ approbare illũ oportere. cui ſi id approbauerit ſtatim ſe ac cæteros agnatos eius auctoritati acceſſuros. Sin ſecus, nihil ſibi cum ipſo eſſe cõmunè: interim verò priuſquam Cęſarem

adierit, ne ſe conueniat, néve vt à neceſſario quidquam requirat. Hanc eius reſponſionem quicunque aderant magnopere laudarunt. Sed nihilo minus eum iuuenis domum vſque proſecutus eſt. Romæ porro diuertit Octauius iuxta domum Philippi, & matris Atiæ. quibuſcum vt plurimum agebat cœnabátque. niſi forte cùm aliquos æqualium apud ſe conuiuio excipere vellet, quòd perraro faciebat. Dum in vrbe moratur, Senatuſconſulto in patricios allectus eſt.

Erat etiam ſobrietate ac temperantia ſingulari. quodque admirabile eſt anno integro, vt amici eius teſtes ſunt in ea ætate, in qua iuuenum ac maximè beatiorum flagrantiſſima libido eſſe ſolet, à venere abſtinuit, voci ſimul conſulens ac roboti.

Finis hiſtoriarum Nicolai Damaſceni. & libri eiuſdem de Cæſaris Auguſti inſtitutione.

πρὶν ἢ Καίσαρα τοῦτο γνῶναι, μήτε προσιέναι πρὸς αὐτόν, μήτε ὡς παρὰ συγγενοῦς τι ἐπιζητεῖν τῶν δικαίων. ταῦτα ἐμφρόνως ἀποκρινόμενον, καὶ οἱ συμπαρόντες ἐπῄνουν. οὐδὲν δὲ ἧττον ὁ νεανίσκος συμπροὔπεμψεν αὐτὸν ἄχρι τῆς οἰκίας. ὡς δ' ἧκεν εἰς Ῥώμην, κατάγεται πλησίον τῆς Φιλίππου οἰκίας καὶ τῆς μητρός, καὶ τὴν δίαιταν εἶχε σὺν ἐκείνοις· καὶ οὐκ ἄλλως τούτων διῆγε, πλὴν εἰ μή ποτε καὶ αὐτὸς τῶν ἡλικιωτῶν τινας βούλοιτο ἑστιᾶν· τοῦτο δὲ σπάνιον ἦν. διατρίβων δ' ἐν τῇ πόλει, ὑπὸ τῆς βουλῆς ἀποδείκνυται εἶναι τῶν πατρικίων.

Ὅτι ἔνηφε καὶ ἐγκρατῶς διῆγεν ὁ νέος Καῖσαρ· θαυμαστὸν δέ τι κἄλλο συνῄδεσαν αὐτῷ οἱ φίλοι. ἐπ' ἐνιαυτὸν γὰρ ὅλον ἐν τοιᾷδε ἡλικίᾳ, ἐν ᾗ μάλιστα σφριγῶσιν οἱ νέοι καὶ τούτων δ' ἔτι μᾶλλον οἱ εὐτυχεῖς, ἀφροδισίων ἀπείχετο, φωνῆς ἅμα καὶ ἰσχύος προνοῶν.

Τέλος τῆς ἱστορίας Νικολάου Δαμασκηνοῦ καὶ τοῦ βίου Καίσαρος τοῦ νέου.

FRAGMENTA EX HISTORIA *vniuerſali Nicolai Damaſceni.*

Ex Lib. IV.

Νικόλαος δὲ ὁ Δαμασκηνὸς ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν ἱστοριῶν λέγει οὕτως. Ἀβράμης ἐβασίλευσε Δαμασκοῦ ἔπηλυς σὺν στρατῷ ἀφιγμένος ἐκ τῆς γῆς τῆς ὑπὲρ Βαβυλῶνος Χαλδαίων λεγομένης· μετ' οὐ πολὺν δὲ χρόνον μεταναστὰς καὶ ἀπὸ ταύτης τῆς χώρας σὺν τῷ σφετέρῳ λαῷ, εἰς τὴν τότε μὲν Χαναναίαν λεγομένην, νῦν δὲ Ἰουδαίαν μετῴκησε. καὶ οἱ ἀπ' ἐκείνου πληθύσαντες περὶ ὧν ἐν ἑτέρῳ λόγῳ διέξειμι τὰ ἱστορούμενα. τοῦ δὲ Ἀβράμου ἔτι καὶ νῦν ἐν τῇ *Δαμασκηνῶν τὸ ὄνομα δοξάζεται· καὶ κώμη ἀπ' αὐτοῦ δείκνυται Ἀβράμου οἴκησις λεγομένη. *Ex Ioſephi lib. 1. Antiquit. Iudaic. cap. 8.*

mſ. Δαμασκηνῇ.

Μέμνηται δὲ τούτου τοῦ βασιλέως καὶ Νικόλαος ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν ἱστοριῶν λέγων οὕτως. μετὰ δὲ ταῦτα πολλῷ χρόνῳ ὕστερον, τῶν ἐγχωρίων τις Ἄδαδος ὄνομα πλεῖον ἰσχύσας Δαμασκοῦ τε καὶ τῆς ἄλλης Συρίας ἔξω Φοινίκης ἐβασίλευσε. πόλεμον δὲ ἐξενέγκας πρὸς Δαβίδην βασιλέα τῆς Ἰουδαίας καὶ πολλαῖς μάχαις κριθείς, ὑστάτῃ τῇ παρὰ τὸν Εὐφράτην ἐν ᾗ ἡττᾶτο, ἄριστος ἔδοξεν εἶναι βασιλέων ῥώμῃ καὶ ἀνδρείᾳ. πρὸς τούτοις δὲ καὶ περὶ τῶν ἀπογόνων αὐτοῦ φησιν ὡς μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν ἐξεδέχοντο παρ' ἀλλήλων καὶ τὴν βασιλείαν καὶ τοὔνομα λέγων οὕτως. τελευτήσαντος δ' ἐκείνου ἀπόγονοι ἐπὶ δέκα γενεὰς ἐβασίλευον, ἑκάστου παρὰ τοῦ πατρὸς καὶ τοὔνομα τοῦτο ἐκδεχομένου. ὥσπερ οἱ Πτολεμαῖοι ἐν Αἰγύπτῳ. μέγιστον δὲ πάντων δυνηθεὶς ὁ τρίτος, ἀναμαχέσασθαι βουλόμενος τὴν τοῦ προπάτορος ἧτταν, στρατεύσας ἐπὶ Ἰουδαίους ἐπόρθησε τὴν νῦν Σαμαρεῖτιν καλουμένην. *Ex Ioſepho lib. 7. Antiq. cap. 6.*

FRAGMENTA EX HISTORIA vniuerſali Nicolai Damaſceni.

Ex Libro IV.

Nicolavs autem Damaſcenus in 4. hiſtoriarum lib. ſic ſcribit: Abrahamus regnauit apud Damaſcum aduena, vtpote qui cum exercitu venerit è regione ſuprà Babylonem ſita, quæ Chaldæorum dicitur. Nec multò poſt hinc quoque cum populo ſuo migrans ſedes tranſtulit in regionem, quæ tum quidem Chananæa dicebatur, nunc Iudęa. Ibi eius poſteri mirum in modum creuere. Cęterùm Abrahami nomen etiamnum Damaſci percelebre eſt, & vicus oſtenditur quem vocant, Abrahami ſedem.

Huius Adadi etiam Nicolaus in 4. hiſtoriarum ſuarum libro meminit his verbis: Lōgo deinde poſt tempore indigenarum quidam nomine Adadus potentior cæteris, Damaſci & reliquæ Syriæ præterquam Phœnices regnum obtinuit. hic bello Dauidi Regi Iudęorum illato, crebris pręliis cum eo cōgreſſus, nouiſſimo quo iuxta Euphratam ſuperatus eſt, multis editis facinoribus Regem ſe, & corporis, & animi robore pręſtantiſſimum declarauit. Idem Nicolaus de poſteris huius Adadi ibidem narrat, eos perpetua ſucceſſione regnum ſibi à patribus traditum accepiſſe. Mortuo autem, inquit, Adado, poſteri illius aduſq. decimam ſtirpem regnum obtinuerūt, quiſque ſimul cum Imperio nomen quoque Adadi à patre traditum ſumens, quemadmodum apud Ægyptios Ptolemęi. Ex quibus is qui tertius ordine fuit, cęteros potentia trangreſſus, cùm cladē aui temporib⁹ acceptam reparare vellet, bello Iudęis illato Samariam vaſtauit.

Aſcalon vrbs Syriæ eſt iuxta Iudæam poſita. condita ab Aſcalo, vt refert Xanthus lib. 4. Antiquit. Lydiæ. fuit autem Aſcalus Hymenæi filius, frater Tantali. qui cùm ab Aciamo Rege Lydorum dux conſtitutus eſſet, exercitum in Syriam duxit. vbi virginis cuiuſdam amore captus vrbem condidit, quam Aſcalonem ex ſuo nomine vocauit. Eadem ſcribit & Nicolaus Damaſc. lib. 4. hiſtor.

Torrebus vrbs eſt Lydiæ ſic dicta à Torrebo Atyis filio. In agro Torrebiorum mons eſt Carius, in quo Carij fanum viſitur. Carius autem filius fuit Iouis ac Torrebiæ, teſte Nicolao Damaſc. lib. 4. qui cùm circa paludem quandam, quæ ex matris nomine Torrebia dicta eſt, vagaretur, audiſſe dicitur vocem Nympharum, quas Lydi Muſas vocant. A quibus Muſicam edoctus, ipſe Lydos canere poſtea docuit.

Nerabus oppidum eſt Syriæ, vt refert Nicolaus Damaſc. lib. 4. cuius gentilicium, Nerabius, ſicut à Torrhebo Torrhebius.

Aſcania Troadis eſt oppidum, cuius meminit Nicolaus Damaſc. lib. 4. his verbis. Scamandrius Hectoris, & Andromachæ filius, ab Ida & Daſcylio, & Aſcania (quam condidit Aſcanius Æneæ filius) contracta idonea hominum multitudine.

Peloponneſus trifariam appellata eſt, vt ſcribit Nicolaus Damaſcen. in lib. 4. hiſt. his verbis. Qua tempeſtate ſuprà cæteros poteſtate longe eminebant Pelopidæ. totáque eis Peloponneſus parebat, ab iis quoque illud nomen ſortita, cùm antea tribus diuerſis nominibus appellata iam fuiſſet. Api enim regnante (qui Phoronei filius fuit) Apia vocitata eſt. Pelaſgo autem indigena res tenente Pelaſgia eſt vocata. Argo deinde imperante, ex eius nomine dicta Argos eſt. Poſtremo ſub Pelope qui Oenomaum vicerat Peloponneſus cognominata in eo nomine acquieuit.

Ἀσκάλων πόλις Συρίας πρὸς τῇ Ἰουδαίᾳ. Ξάνθος ἐν τετάρτῃ Λυδιακῶν, φησὶν, ὅτι Τάνταλος καὶ Ἄσκαλος παῖδες Ὑμεναίου. τὸν δὲ Ἄσκαλον ὑπὸ Ἀκιαμοῦ τοῦ Λυδῶν βασιλέως αἱρεθέντα στρατηγὸν εἰς Συρίαν στρατεῦσαι. κἀκεῖ παρθένου ἐρασθέντα πόλιν κτίσαι ἣν ἀφ' ἑαυτοῦ οὕτως ὠνόμασε. τὰ αὐτὰ καὶ Νικόλαος ἐν τετάρτῃ ἱστορίᾳ. *Ex Stephano Byzantio.*

Τόῤῥηβος πόλις Λυδίας ἀπὸ Τοῤῥήβου τοῦ Ἄτυος. ἐν δὲ τῇ Τοῤῥηβίδι ἐστὶν ὄρος Κάριος καλούμενον καὶ ἱερὸν τοῦ Καρίου ἐκεῖ. Κάριος δὲ Διὸς παῖς καὶ Τοῤῥηβίας ὡς Νικόλαος τετάρτῳ· ὃς πλαζόμενος περί τινα λίμνην ἥτις ἀπ' αὐτοῦ Τοῤῥηβία ἐκλήθη, φθογγῆς νυμφῶν ἀκούσας, ἃς καὶ Μούσας Λυδοὶ καλοῦσι· καὶ μουσικὴν ἐδιδάχθη, καὶ αὐτοὺς Λυδοὺς ἐδίδαξε τὰ μέλη. *Ex Stephano Byzantio.*

Νήραβος πόλις Συρίας. Νικόλαος τετάρτῳ, τὸ ἐθνικὸν Νηράβιος ὡς τοῦ Τόῤῥηβος Τοῤῥήβιος. *Ex eodem.*

Ἀσκανία πόλις Τρωϊκή. Νικόλαος τετάρτῃ ἱστορίᾳ. Σκαμάνδριος Ἕκτορος καὶ Ἀνδρομάχης ἐκ τῆς Ἴδης καὶ τοῦ Δασκυλείου καὶ τῆς Ἀσκανίας καλουμένης, ἣν ἔκτισεν ὁ Αἰνείου παῖς Ἀσκάνιος. *Ex eodem.*

Ἡ δὲ Πελοπόννησος τρεῖς ἔσχε ἐπωνυμίας· ὡς ὁ Νικόλαος ὁ Δαμασκηνὸς γράφει ἐν τετάρτῃ ἱστορίᾳ. μέγιστον ὅσῳ τῶν τότε ἴσχυον οἱ Πελοπίδαι καὶ ἡ Πελοπόννησος εἰς αὐτοὺς ἀφεώρα, καὶ αὐτὸ τοὔνομα ἔχουσα ἀπ' ἐκείνων· τρεῖς ἤδη πρότερον ἀλλάξασα τὰς ἐπωνυμίας· ἐπὶ μὲν γὰρ Ἄπεως τοῦ Φορωνέως ἐκαλεῖτο Ἀπία. ἐπὶ δὲ Πελασγοῦ τοῦ αὐτόχθονος Πελασγία, ἐπὶ δὲ Ἄργου καὶ αὐτὴ ὁμωνύμως ἐκαλεῖτο Ἄργος. ἐπὶ δὲ Πέλοπος τοῦ τὸν Οἰνόμαον νικήσαντος Πελοπόννησος ἔσχε τοῦτο τὸ κύριον οὔνομα. *Ex Constantino Porphyrog. libro 2.* περὶ θεμάτων, *cap. 6.*

Θόρναξ ὄρος τῆς Λακωνικῆς. Νικόλαος τετάρτῃ. *Ex Stephano.*

Μεσόλα πόλις Μεσσήνης μία τῶν πέντε. Νικόλαος τετάρτῳ. *Ex Stephano.*

Νηρὶς πόλις Μεσσήνης. Νικόλαος τετάρτῳ. *Ex Stephano.*

Καρνία πόλις Ἰωνίας. Νικόλαος τετάρτῳ. *Ex Stephano.*

EX LIBRO V.

Ἀρκαδία. ἐκαλεῖτο δὲ Πελασγία, ὡς Νικόλαος πέμπτῃ.

Βωταχίδαι τόπος Ἀρκαδίας ἀπὸ Βωτάχου. Νικόλαος πέμπτῃ. Ἰοκρίτου δὲ τοῦ Λυκούργου Βώταχος, ἀφ' οὗ ὁ τόπος Βωταχίδαι ἐν τῇ Τεγέᾳ ἐκλήθη.

Μεσημβρία πόλις Ποντική. Νικόλαος πέμπτῳ. ἐκλήθη ἀπὸ Μέλσου. Βρίαν γὰρ τὴν πόλιν φασὶ Θρᾷκες. ὡς οὖν Σηλυμβρία ἡ τοῦ Σήλυος πόλις, Πολτυμβρία ἡ Πόλτυος, οὕτω Μεσημβρία ἡ Μέλσου πόλις καὶ διὰ τὸ εὐφωνότερον λέγεται Μεσημβρία.

Σίφνος περὶ τὴν Κρήτην νῆσος ἀπὸ Σίφνου τοῦ Σουνίου. ὡς Νικόλαος πέμπτῳ. ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Μερόπη.

Σκῦρος νῆσος, περὶ ἧς Νικόλαος ἐν πέμπτῳ. Σκῦρον δὲ τὸ μὲν παλαιὸν ᾤκουν Πελασγοί τε καὶ Κᾶρες. *Ex Stephano.*

EX LIBRO IX.

Ἀγαμήδη τόπος περὶ Πύῤῥαν τῆς Λέσβου ἀπὸ Ἀγαμήδης τῆς Μακαρείας (τῆς καὶ Πύῤῥας ἐπικληθείσης.) ἔστι καὶ κρήνη Ἀγαμήδη, ὡς Νικόλαος ἐν ἐνάτῳ. *Ex Stephano Byzantio.*

EX LIBRO XVIII.

Θρακήσιοι δὲ ἐπεκλήθησαν ἀπὸ τῆς τοιαύτης αἰτίας. ἐπὶ Ἀλυάττου τοῦ τῶν Λυδῶν βασιλέως ἀνήρ τις μετὰ γυναικὸς καὶ τῶν ἑαυτοῦ τέκνων ἐκ Μυσίας τῆς τῶν Θρᾳκῶν χώρας ὁρμώμενος, ἧς καὶ Ὅμηρος μνημονεύει λέγων οὕτως,

Μυσῶν τ' ἀγχεμάχων καὶ ἀγαυῶν ἱππημολγῶν.

Thornax mons eſt Laconicæ, cuius meminit Nicolaus Damaſcenus lib. 4.

Meſola oppidum eſt Meſſeniæ vnum ex quinque vrbibus, Nicolaus lib. 4.

Neris oppidum eſt Meſſeniæ teſte Nicolao lib. 4.

Carnia vrbs eſt Ioniæ apud Nicolaum lib. 4.

Ex libro V.

Arcadia priùs appellata Pelaſgia eſt, vt tradit Nicolaus lib. 5.

Botachidæ locus eſt in Arcadia, ita dictus à Botacho Iocriti filio, Lycurgi nepote, vt ſcribit Nicolaus Damaſc. lib. 5. Ab hoc igitur Botacho dictus eſt locus quidam Tegeæ Bothachidæ.

Meſembria vrbs eſt Thraciæ à Melſe quodam ſic nominata. vt auctor eſt Nicolaus Damaſc. lib. 5. Thraces enim vrbem appellant βρίαν. Itaque vt Selymbria dicta eſt vrbs à Selye condita, itémque Poltymbria à Poltye, ſic & à Melſe Melſembria primum vocata eſt, poſt euphoniæ cauſa Meſembria.

Siphnus inſula eſt circa Cretam ſic dicta à Siphno Sunij filio, ſicut narrat Nicolaus lib. 5. Prius Merope appellata.

Scyrus inſula eſt, de qua Nicolaus lib. 5. hæc ſcribit. Scyrum, inquit, olim quidem Pelaſgi tenuere & Cares.

Ex libro IX.

Agamede locus eſt iuxta Pyrrham oppidum Leſbiorum. cui ab Agameda Macariæ (quæ & Pyrra dicta eſt) filia nomen inditum eſt. Eſt etiam fons Agamede dictus, vt ſcribit Nicolaus lib. 9.

Ex lib. XVIII.

Thraceſiorum appellatio hanc originem habet. Temporibus Alyattis Lydorum Regis, vir quidam cùm vxore & liberis ex Myſia Thraciæ regione, cuius etiam meminit Homerus hoc verſu.

Μυσῶν τ' ἀγχεμάχων καὶ ἀγαυῶν ἱππημολγῶν.

In eam Aſiæ partem venit, quæ Lydia dicitur, ac iuxta vrbem Sardes domicilium poſuit. Ac forte Rege ad muros vrbis conſidente præteriit Thracis materfamilias, capite vrnam geſtans, manibus verò colum ac fuſum. pone equus adligatus zona ſequebatur. atque vrna quidem quam capite geſtabat, plena erat aqua. manibus verò nens fuſum torquebat. poſt equus ſequebatur cingulo adnexus, quem ab aquatu reducebat. Admiratus mulierem Rex rogauit cuias eſſet. At mulier Myſam ſe eſſe reſpondit, eam Thraciæ gentem eſſe. Alyattes verò occaſione inde ſumpta ad Cotyn Thraciæ Regem legatos protinus miſit. nec paucos è Myſia colonos cum vxoribus liberíſque accepit. Vt refert Nicolaus Damaſcenus lib. 18. hiſt. qui quidem Nicolaus ſcriba Herodis Regis fuit.

Ex Libro XCVI.

Nicolaus quoque Damaſcenus de his ita ſcribit lib. 96. Supra Minyadem, Mons eſt in Armenia præcelſus nomine Baris. in quo multos profugos diluuij tempore ſeruatos ferunt, & quendam arca vectum ad verticem eius montis appuliſſe, quin & reliquias ac fragmenta illius arcæ diutiſſimè ibi permanſiſſe. Ac fortaſſe hic vir fuerit, de quo Moſes Iudæorum Legiſlator ſcribit.

Ex Libro CIV.

Nicolaus Damaſc. libro quarto ac centeſimo hiſt. tradit circa Apameam Phrygiæ temporibus Mithridatici

διεπέ-

μετῴκισεν εἰς τὰ μέρη τῆς Ἀσίας, εἰς χώραν τὴν λεγομένην Λυδίαν, καὶ κατῴκησε πλησίον τῆς πόλεως Σάρδεων. τοῦ δὲ βασιλέως πρὸς τῷ πόλεως τείχει καθεζομένου, διήρχετο ἡ γυνὴ τοῦ Θρᾳκὸς, ἐπὶ μὲν τῆς κεφαλῆς βαστάζουσα στάμνον, ἐπὶ δὲ τῶν χερῶν ἠλακάτην καὶ ἄτρακτον. ὄπισθεν δὲ πρὸς τὴν ζώνην ἵππος τις προσεδέδετο· καὶ ἐπὶ μὲν τῆς κορυφῆς ὁ στάμνος ἦν μεστὸς ὕδατος· ἐν δὲ ταῖς χερσὶν εἰργάζετο νήθουσα ἐκ τῆς ἠλακάτης τὸν ἄτρακτον. ὄπισθεν δὲ πρὸς τὴν ζώνην ἠκολούθει ὁ ἵππος ἀπὸ τῆς πηγῆς πεποτισμένος. ταύτην ἰδὼν ὁ βασιλεὺς, μεγάλως ἐθαύμασε, καὶ ἠρώτησε πόθεν, καὶ τίς, καὶ ποίας ἐστὶ πόλεως. ἡ δὲ ἀπεκρίνατο, Μυσὴ μὲν εἶναι τὸ γένος· Θρᾴκης δ' ἐστιν αὐτὸ πολίχνιον. λαβὼν οὖν βασιλεὺς ἀπὸ τῆς γυναικὸς ἀφορμὴν, πρεσβείαν πρὸς τὸν τῆς Θρᾴκης βασιλέα ποιησάμενος, Κότυν ὀνομαζόμενον, ἐκεῖθεν ἔλαβεν ἄνδρας μετοίκους μετὰ γυναικῶν καὶ τέκνων ὄχλον ἱκανόν. ταύτην δὲ τὴν ἱστορίαν Νικόλαος ὁ Δαμασκηνὸς γράφει ἐν τῷ ὀκτωκαιδεκάτῳ αὐτοῦ βιβλίῳ ὁ γεγονὼς ὑπογραφεὺς Ἡρώδου τοῦ βασιλέως. *Ex Constantino Porphyrogen. lib. 1.* περὶ θεμάτων, *cap. 3.*

Ex Lib. XCVI.

Καὶ Νικόλαος δὲ ὁ Δαμασκηνὸς ἐν τῇ ἐνενηκοστῇ καὶ ἕκτῃ βίβλῳ ἱστορεῖ περὶ αὐτῶν, λέγων οὕτως· ἔστιν ὑπὲρ τὴν Μινυάδα μέγα ὄρος κατὰ τὴν Ἀρμενίαν, Βάρις λεγόμενον, εἰς ὃ πολλοὺς συμφυγόντας ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ λόγος ἔχει περισωθῆναι· καί τινα ἐπὶ λάρνακος ὀχούμενον ἐπὶ τὴν ἀκρώρειαν ὀκεῖλαι, καὶ τὰ λείψανα τῶν ξύλων ἐπὶ πολὺ σωθῆναι· γένοιτο δ' ἂν οὗτος, ὅν τινα καὶ Μωϋσῆς ἀνέγραψεν ὁ τῶν Ἰουδαίων νομοθέτης. *Ex Iosepho cap. 4. lib. 1. Antiq.*

Ex Libro CIV.

Νικόλαος δ' ὁ Δαμασκηνὸς ἐν τῇ τετάρτῃ πρὸς τὴν ἑκατὸν τῶν ἱστοριῶν, περὶ Ἀπάμειαν, φησὶ, τὴν Φρυγιακὴν κατὰ τὰ Μι-

θριδατικὰ σεισμῶν γινομένων ἀνεφάνησαν περὶ τὴν χώραν αὐτῶν λίμναι τε αἱ πρότερον οὐκ οὖσαι καὶ ποταμοί, καὶ ἄλλαι πηγαὶ ὑπὸ τῆς κινήσεως ἀνοιχθεῖσαι· πολλαὶ δὲ καὶ ἠφανίσθησαν· τοσοῦτόν τε ἄλλο ἀνέβλυσεν αὐτῶν ἐν τῇ γῇ πικρόν τε καὶ γλυκὺ ὕδωρ, πλεῖστον ὅσον ἀπεχούσης τῶν τόπων τῆς θαλάττης, ὥστε ὀστρέων πληθῦναι τὸν πλησίον τόπον ἅπαντα καὶ ἰχθύων ὅσα τρέφει ἡ θάλασσα. *Ex Athenaeo lib. 8.*

Ex Lib. CVII.

Νικόλαος δ' ἐν τῇ ἑβδόμῃ καὶ ἑκατοστῇ τῶν ἱστοριῶν, Σύλλαν φησὶ τὸν Ῥωμαίων στρατηγὸν οὕτω χαίρειν μίμοις καὶ γελωτοποιοῖς φιλόγελων γενόμενον, ὡς καὶ πολλὰ γῆς μέτρα αὐτοῖς χαρίζεσθαι τῆς δημοσίας· ἐμφανίζουσι δ' αὐτοῦ τὸ περὶ ταῦτα ἱλαρὸν αἱ ὑπ' αὐτοῦ γραφεῖσαι σατυρικαὶ κωμῳδίαι τῇ πατρίῳ φωνῇ. *Ex Athenaei lib. 6.*

Ex Lib. CVIII.

Νικόλαος δ' ὁ Δαμασκηνὸς ἐν τῇ ὀγδόῃ τῶν ἱστοριῶν πρὸς ταῖς ἑκατόν· περὶ τὰς Ἄλπεις λίμνην τινά φησιν εἶναι πολλῶν σταδίων οὖσαν, ἧς περὶ τὸν κύκλον πεφυκέναι δι' ἔτους ἄνθη ἥδιστα καὶ εὐχρούστατα ὅμοια ταῖς καλουμέναις κάλχαις. *Ex lib. 15. Athenaei.*

Ex Lib. CIX.

Νικόλαος δ' ὁ Δαμασκηνὸς εἷς τῶν ἀπὸ τοῦ Περιπάτου φιλοσόφων ἐν τῇ δεκάτῃ πρὸς ταῖς ἑκατὸν τῶν ἱστοριῶν, Ῥωμαίους ἱστορεῖ παρὰ τὸ δεῖπνον συμβάλλειν μονομαχίας, γράφων οὕτως. τὰς τῶν μονομάχων θέας οὐ μόνον ἐν πανηγύρεσι καὶ θεάτροις ἐποιοῦντο Ῥωμαῖοι, παρὰ Τυρρηνῶν παραλαβόντες τὸ ἔθος, ἀλλὰ κἀν ταῖς ἑστιάσεσιν. ἐκάλουν γοῦν τινὲς πολλάκις ἐπὶ δεῖπνον τοὺς φίλους ἐπί τε ἄλλοις καὶ ὅπως ἂν δύο ἢ τρία ζεύγη ἴδοιεν μονομάχων· ὅτε καὶ κορεσθέντες δείπνου καὶ μέθης εἰσεκάλουν τοὺς μονομάχους. καὶ ὁ μὲν ἅμα ἐσφάττετο, αὐτοὶ δ' ἐκρότουν ἐπὶ τούτῳ.

belli poſt terræmotũ in ea regione lacus erupiſſe, vbi nülli antea fuerant, itémque amnes ac fontes terræ concuſſu recluſos: multos contra qui priùs exſtabant euanuiſſe. tantam porro aquæ amaræ copiam ſcaturiſſe eodem in agro, qui à mari plurimum aberat, vt vicina loca oſtreis ac cæteris id genus piſcibus, quos mare alere ſolet, opplerentur.

Ex Libro CVII.

Nicolaus lib. ſeptimo ac centeſimo hiſt. refert Sullam Roman. Imperatorem adeo delectatum eſſe mimis & ſcurris, cùm ridiculis ac iocis ſummopere eſſet deditus, vt agri publici multa eiuſmodi hominibus iugera largitus ſit. Ac quantopere iis rebus delectatus ſit, oſtendunt comœdiæ Satyricæ patria ab eo lingua conſcriptæ.

Ex Libro CVIII.

Nicolaus Damaſc. libro hiſt. octauo ac centeſimo circa Alpes Lacum eſſe ſcribit, in multa ſtadia porrectum. cuius in ambitu quotannis oriuntur flores cùm odoris ſuauiſſimi, tùm ardentiſſimi coloris, ſimiles eorum quos Calchas vocant.

Ex Libro CX.

Nicolaus Damaſcenus Peripateticæ ſectæ Philoſophus lib. hiſtoriarum decimo ſuprà centeſimum, Romanos ſcribit inter cœnandum gladiatorum paria committere ſolitos, his verbis. Gladiatorum autem ſpectacula non ſolùm in publicis conuentibus, & amphitheatris edunt Romani inuecto ab Etruſcis more, ſed etiam inter epulas. Itaque amicos ad cœnam inuitant interdum, tùm vt alia, tum vt duo triáve gladiatorũ paria dimicãtia iis exhibeant. Igitur poſtquã vino ac dapib⁹ ſeſe ingurgitarunt, introduci iubẽt gladiatores. quorũ vbi quis iugulatur, vniuerſi cõuiuæ plaudunt eo ſpectaculo exhilarati.

Nonnemo etiam eorum teſtamento iuſſit mulieres formoſiſſimas quas emerat, ferro inter ſe dimicare. Alius item pueros impuberes quos in deliciis habuerat. Sed populus eam atrocitatem deteſtatus teſtamentum eorum irritum eſſe iuſſit.

Nicolaus Peripateticus lib. hiſt. decimo ſuprà centeſimum tradit Lucullum cùm Romam reuerſus, ſuperatis Mithridate, & Tigrane Regibus triumphaſſet, & rationem eorum quæ geſſerat reddidiſſet, à priſtina frugalitate ad ſumptuoſum, ac delicatum victum deſciuiſſe. primúmque omnium Romanis ad luxum ſigna ſuſtuliſſe, cùm duorum Regum Mithridatis ac Tigranis opibus eſſet potitus.

Ex Libro CXIV.

Licinii Craſſi eius qui bellum intulit Parthis, adulatorem fuiſſe tradit Nicolaus lib. 114. Andromachũ quendam Carrenum. ab eoque Craſſum qui omnia conſilia cum illo communicabat, proditum Parthis ac perditum fuiſſe. quòd quidem ſcelus haudquaquam inultum Dij reliquerunt. Nam cum in præmium ac mercedem ſceleris ſui, tyrannidem Carrarum, quæ eius patria erat, accepiſſet Andromachus, tandem crudelitatis ac violentiæ cauſa à Carrenis cùm omni familia crematus eſt.

Ex libro CXVI.

Nicolaus Damaſcenus Peripateticus in immenſo hiſtoriarum opere (ſunt enim quatuor ac quadraginta ſuprà centum libri) libro 116. narrat Adiatomum Regem Sontiatum (gens eſt Gallica) ſexcentos circa ſe habuiſſe lectos homines, quos Galli Soldurios lingua patria vocant. Ea vox Græcis Deuotos ſignificat. Hi cum Rege vna & vitam agunt & moriuntur, cùm eo ſemetipſi voto obligauerint. in cuius rei gratiam ipſi quodammodo participes ſunt regni, eodémque cum Rege victu ac cor-

ἡδόμενοι. ἤδη δέ τις καὶ κατὰ διαθήκας γέγραφε γυναῖκας εὐπρεπεστάτας μονομαχῆσαι, ἃς ἐκέκτητο· ἕτερος δὲ παῖδας ἀνήβους ἐρωμένους ἑαυτοῦ. ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἠνέσχετο ὁ δῆμος τὴν παρανομίαν ταύτην, ἀλλ' ἄκυρον τὴν διαθήκην ἐποίησεν. *Ex lib. 4. Athenai.*

Νικόλαος δ' ὁ Περιπατητικὸς ἐν τῇ δεκάτῃ καὶ ἑκατοστῇ τῶν ἱστοριῶν, Λεύκολλόν φησιν ἀφικόμενον εἰς Ῥώμην καὶ θριαμβεύσαντα, λόγον τε ἀποδόντα τοῦ πρὸς Μιθριδάτην πολέμου, ἐξωκεῖλαι εἰς πολυτελῆ δίαιταν ἐκ τῆς παλαιᾶς σωφροσύνης. τρυφῆς τε πρῶτον εἰσάπαξ Ῥωμαίοις ἡγεμόνα γενέσθαι, καρπωσάμενον δυοῖν βασιλέοιν πλοῦτον Μιθριδάτου καὶ Τιγράνου. *Ex Athenæo lib. 12. & 6.*

Λικίνιον δὲ Κράσσου τοῦ ἐπὶ Πάρθοις στρατεύσαντος κόλακα φησὶ γενέσθαι Νικόλαος ἐν τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ πρὸς τοῖς ἑκατὸν Ἀνδρόμαχον τὸν Καῤῥηνόν· ὃς τὸν Κράσσον πάντα ἀνακοινούμενον προδοθῆναι Πάρθοις ὑπ' αὐτοῦ καὶ ἀπολέσθαι. οὐκ ἀτιμώρητος δ' ὑπὸ τοῦ δαιμονίου περιείληφθη ὁ Ἀνδρόμαχος. μισθὸν γὰρ λαβὼν τῆς πράξεως τὸ τυραννεῖν Καῤῥῶν τῆς πατρίδος, διὰ τὴν ὠμότητα καὶ βίαν ὑπὸ τῶν Καῤῥηνῶν πανοικίᾳ ἐνεπρήσθη. *Ex lib. 6. Athenai.*

Ex Lib. CXVI.

Νικόλαος δὲ ὁ Δαμασκηνός, εἷς δ' ἦν τῶν ἐκ τοῦ Περιπάτου, ἐν τῇ πολυβίβλῳ ἱστορίᾳ (ἑκατὸν γὰρ καὶ τεσσαράκοντα εἰσὶ πρὸς ταῖς τέσσαρσι) τῇ ἑκκαιδεκάτῃ καὶ ἑκατοστῇ, φησὶν Ἀδιάτομον τὸν τῶν Σωτιανῶν βασιλέα, ἔθνος δὲ τοῦτο Κελτικόν, ἑξακοσίους ἔχειν λογάδας περὶ αὐτόν, οὓς καλεῖσθαι ὑπὸ Γαλατῶν τῇ πατρίῳ γλώττῃ Σιλοδούρους, τοῦτο δ' ἐστὶν Ἑλληνιστὶ εὐχωλιμαίους. τούτους δ' οἱ βασιλεῖς ἔχουσι συζῶντας καὶ συναποθνήσκοντας, ταύτην ἐκείνων εὐχὴν ποιουμένων, ἀνθ' ἧς συνδυναστεύουσί τε αὐτῷ καὶ τὴν αὐτὴν ἐσθῆτα καὶ δίαιταν ἔχοντες.

καὶ συναποθνήσκουσιν κατὰ πᾶσαν ἀνάγκην· εἴτ' ἐν νόσῳ τελευτήσει ὁ βασιλεὺς εἴτε πολέμῳ, εἴτε ἄλλως πως. καὶ οὐδεὶς εἰπεῖν ἔχει τινὰ ἀποδειλιάσαντα τούτων τὸν θάνατον ὅταν ἥκῃ βασιλεῖ, ἢ διεκδύντα. *Ex lib. 6. Athenæi.*

Ex Lib. CXXIII. & CXXIV.

Ὅμοια δὲ τούτῳ καὶ Μάρκον Ἀγρίππαν φρονήσαντα περὶ τῶν Ἰουδαίων οἴδαμεν. τῶν γὰρ Ἰώνων κινηθέντων ἐπ' αὐτοὺς καὶ δεομένων τοῦ Ἀγρίππα, ἵνα τῆς πολιτείας ἣν αὐτοῖς ἔδωκεν Ἀντίοχος ὁ Σελεύκου υἱωνός, ὁ παρὰ τοῖς Ἕλλησι θεὸς λεγόμενος, μόνοι μετέλθωσιν· ἀξιούντων δ' εἰ συγγενεῖς εἰσὶν αὐτοῖς Ἰουδαῖοι, σέβεσθαι τοὺς ἰδίους αὐτῶν θεούς, καὶ δίκης περὶ τούτων συστάσης, ἐνίκησαν Ἰουδαῖοι τοῖς αὐτῶν ἔθεσι χρῆσθαι, συνηγορήσαντος αὐτοῖς Νικολάου τοῦ Δαμασκηνοῦ. ὁ γὰρ Ἀγρίππας ἀπεφήνατο μηδὲν αὐτῷ καινίζειν ἐξεῖναι· τὸ δ' ἀκριβὲς εἴ τις βούλεται καταμαθεῖν, ἀναγνώτω τῶν Νικολάου ἱστοριῶν τὴν ἑκατοστὴν καὶ τρίτην καὶ τετάρτην. *Ex Iosepho lib. 12. Antiq. cap. 3.*

ΕΚ ΤΩΝ ΝΙΚΟΛΑΟΥ
καθολικῆς ἱστορίας ἀποσπάδων.

Ἀμοργὸς νῆσος μία τῶν Κυκλάδων ἔχουσα πόλεις τρεῖς, Ἀρκεσίνην, Μινώαν, Αἰγιάλην. ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Πάγκαλη καὶ Ψυχία. Νικόλαος δ' Ἀμόργην αὐτὴν καλεῖ, ἥν τινα Καρκήσιος ἀνὴρ ἄξιος ᾤκισε καὶ Καρκησίαν ὠνόμασε.

Λυκοαθένη πόλις Λυδίας. Ξάνθος τετάρτῃ Λυδιακῶν, ἣν καὶ Λυκοαθένειαν Νικόλαός φησιν.

Παρώρεια πόλις Ἀρκαδίας. λέγεται δὲ καὶ Παρωρεία. οἱ πολῖται Παρωρεῖς. Νικόλαος παρωρεάτας φησίν.

Ὑπερδέξιον χωρίον Λέσβου, ἐν ᾧ Ζεὺς Ὑπερδέξιος καὶ Ὑπερδεξία Ἀθηνᾶ. ἐθνικὸν Ὑπερδέξιος. Νικόλαος δὲ πληθυντικῶς Ὑπερδεξίους φησίν. Ex Stephano.

poris cultu vtuntur. Cæterùm cùm Rex ſiue morbo, ſiue in prælio, ſiue alia qua cauſa interiit, ſimul ipſis moriendi neceſſitas incumbit. neque adhuc hominum memoria repertus eſt quiſquam, qui mortuo Rege mori recuſauerit.

Ex Libro CXXIII. et CXXIV.

M. quoque Agrippam ſimiliter erga Iudæos affectum fuiſſe accepimus. Nam cum Iones aduerſus eos grauiter concitati rogaſſent Agrippam, vt ciuitatis quam eis dederat Antiochus Seleuci nepos is qui à Græcis Deus eſt cognominatus, ſoli ipſi participes eſſent, poſtularentque ſi quidem Iudæi eiuſdem generis eſſe vellent, vt eoſdem quoque Deos colerent: cùm res in iudicium veniſſet, cauſam obtinuerunt Iudæi, vt ſuis moribus ſibi viuere liceret, Nicolai Damaſceni patrocinio vſi. Agrippa enim pronunciauit, nihil ſibi innouandum videri. Quæ ſi quis volet exactius cognoſcere, is legat hiſtoriarum eiuſdem Nicolai libros viceſimum tertium quartumque ſuprà centeſimum.

Fragmenta ex Hiſtoria vniuerſali Nicolai Dam. quæ ad quos libros pertineant incertum eſt.

Amorgus inſula vna eſt è Cycladibus: vrbes habet tres, Arceſinem, Minoam, Ægialen: priùs Pancale & Phychia appellata. Eam Nicolaus Amorgen vocat quam à Carceſio quodam Naxio colonis frequentatam vocatamque Carceſiam prodit.

Lycoſthene vrbs Lydiæ eſt, cuius meminit Xãthus lib. I. Lydicorum. quam & Lycoſtheniam Nicolaus nũcupat.

Paroréa oppidum eſt Arcadiæ, quod & Paroræa dicitur. Incolæ Parorenſes dicuntur Nicolaus Paroreatas dicit.

Hyperdexion locus eſt in inſula Leſbo. in quo Iupiter Hyperdexius, & Minerua eodem cognomine coluntur. Nicolaus plurali numero Hyperdexios vocat incolas loci.

Heſiodus quoque & Hecatæus, & Hellanicus atque Acuſilaus adhæc Ephorus, & Nicolaus narrant priſcos illos vitam ad mille annos produxiſſe.

Teſtis nobis eſt Nicolaus Damaſc. his verbis: Antiochus erecto trophæo ad Lycum fluuium, vbi Indatem Parthorum ducem profligauerat, ibi hæſit per biduum ob preces Hyrcani Iudæi: quòd in id tempus forte quædam Iudæorum ſolennis feſtiuitas inciderat, per quam non licebat eis iter facere.

Ptolemæus parta victoria cum vicinum latè agrum vaſtaſſet, tandem in quibuſdam Iudæorum vicis conſtitit. quos vbi vidit puerorum ac mulierum refertos turba, mandauit militib. vt promiſcuè iugulatos ac membratim conciſos in feruidos lebetes conijcerent; eo conſilio vt qui ex acie effugerant, hoſtem humanis viſceribus veſci crederent, eóque maior terror cæteris incuteretur. huius autem crudelitatis tam Strabo, quam Nicolaus meminere.

Tamen Nicolaus Damaſcenus huius Antipatri genus deducit à primatibus Iudæorum, qui in Iudæam venerunt è Babylonia. Sed ille hoc dicit in gratiam Herodis eius filij.

Quod autem hæc non Fabula ſit in pietatis laudem conficta, ſed ipſius rei veritas, teſtantur omnes qui res Pompeij geſtas ſcripſere, inter quos Strabo ac Nicolaus.

De his autem Pompei & Gabinij contra Iudæos expeditionibus ſcribit Nicolaus Damaſcenus & Strabo Cappadox nihil alter ab altero diſcrepans.

Hæ-

Ἡσίοδός τε καὶ Ἑκαταῖος, καὶ Ἑλλάνικος καὶ Ἀκουσίλαος, καὶ πρὸς τούτοις Ἔφορος, καὶ Νικόλαος ἱστοροῦσι τοὺς ἀρχαίους ζήσαντας ἔτη χίλια. *Ex Ioſepho lib. 1. Antiq. cap. 4.*

Μάρτυς δὲ τούτων ἡμῖν ἐστι καὶ Νικόλαος ὁ Δαμασκηνὸς οὕτως ἱστορῶν. Τρόπαιον δὲ στήσας Ἀντίοχος ἐπὶ τῷ Λύκῳ ποταμῷ νικήσας Ἰνδάτην τὸν Πάρθων στρατηγόν, αὐτόθι ἔμεινεν ἡμέρας δύο δεηθέντος Ὑρκανοῦ τοῦ Ἰουδαίου διά τινα ἑορτὴν πάτριον, ἐν ᾗ τοῖς Ἰουδαίοις οὐκ ἦν νόμιμον ἐξοδεύειν. *Ex eodem Ioſepho lib. 13. cap. 16.*

Πτολεμαῖος δὲ μετὰ τὴν νίκην προσκαταδραμὼν τὴν χώραν, ὀψίας γενομένης ἔν τισι κώμαις τῆς Ἰουδαίας κατέμεινεν· ἃς γυναικῶν εὑρὼν μεστὰς καὶ νηπίων, ἐκέλευσε τοὺς στρατιώτας ἀποσφάττοντας αὐτοὺς καὶ κρεουργοῦντας, ἔπειτα εἰς λέβητας ζέοντας ἐνιέντας τὰ μέλη ἀπάρχεσθαι. τοῦτο δὲ προσέταξεν ἵν' οἱ διαφυγόντες ἐκ τῆς μάχης καὶ πρὸς αὐτοὺς ἐλθόντες, σαρκοφάγους ὑπολάβωσιν εἶναι τοὺς πολεμίους· καὶ διὰ τοῦτο ἔτι μᾶλλον αὐτοὺς καταπλαγῶσι ταῦτ' ἰδόντες. λέγει δὲ καὶ Στράβων καὶ Νικόλαος ὅτι τοῦτον αὐτοῖς ἐχρήσαντο τὸν τρόπον, καθὼς κἀγὼ προείρηκα. *Ex lib. 13. cap. 21.*

Νικόλαος μέν τοι φησὶν ὁ Δαμασκηνὸς τοῦτον Ἀντίπατρον εἶναι γένος ἐκ τῶν πρώτων Ἰουδαίων τῶν ἐκ Βαβυλῶνος εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἀφικομένων. ταῦτα δὲ λέγει χαριζόμενος Ἡρώδῃ τῷ παιδὶ αὐτοῦ. *Ex lib. 14. cap. 2.*

Ὅτι δ' οὐ λόγος ταῦτα μόνον ἐστὶν ἐγκώμιον ψευδοῦς εὐσεβείας ἐμφανίζων, ἀλλὰ ἀλήθεια, μαρτυροῦσι πάντες οἱ τὰς κατὰ Πομπήιον πράξεις ἀναγράψαντες, ἐν οἷς καὶ Στράβων καὶ Νικόλαος, *&c. cap. 8. lib. 14.*

Περὶ δὲ τῆς Πομπηίου καὶ Γαβινίου στρατείας ἐπὶ Ἰουδαίους γράφει Νικόλαος ὁ Δαμασκηνὸς καὶ Στράβων ὁ Καππάδοξ, οὐδὲν ἑτέρου καινότερον λέγων. *Ex cap. 11. lib. 14.*

Τούτου δὲ καὶ Νικόλαος ὁ κατ' αὐτὸν ἱστοριογράφος μέμνηται τοῦ κατασκευάσματος· οὐ μὴν ὅτι κατῆλθεν, οὐκ εὐπρεπῆ τὴν πρᾶξιν ἐπιστάμενος. διατελεῖ δὲ καὶ τὰ ἄλλα τοῦτον τὸν τρόπον χρώμενος τῇ γραφῇ. ζῶντι γὰρ ἐν τῇ βασιλείᾳ καὶ συνὼν αὐτῷ, κεχαρισμένως ἐκείνῳ καὶ καθ' ὑπηρεσίαν ἀνέγραφεν, μόνων ἁπτόμενος τῶν πρὸς εὔκλειαν αὐτῷ φερόντων. πολλὰ δὲ καὶ τῶν ἐμφανῶς ἀδίκων ἀντικατασκευάζων καὶ μετὰ πάσης σπουδῆς ἐπικρυπτόμενος. ὅς γε καὶ Μαριάμμης θάνατον, καὶ τῶν παίδων αὐτῆς ὠμῶς τῷ βασιλεῖ πεπραγμένον εἰς εὐπρέπειαν ἀνάγειν βουλόμενος, ἐκείνης τε ἀσέλγειαν καὶ τῶν νεανίσκων ἐπιβουλὰς καταψεύδεται· καὶ διατετέλεκε τῇ γραφῇ, τὰ μὲν πεπραγμένα δικαίως τῷ βασιλεῖ περιττότερον ἐγκωμιάζων, ὑπὲρ δὲ τῶν παρανομηθέντων ἐσπουδασμένως ἀπολογούμενος. *Ex lib.* 16 *cap.* 11.

Μιθριδάτου δ' ἀναγράφει κόλακα Σωσίπατρον ἄνθρωπον γόητα Νικόλαος ὁ Περιπατητικός. *Ex Athenaeo lib.6.*

Νικόλαος δ' ὁ Περιπατητικὸς καὶ Ποσειδώνιος ὁ Στωϊκὸς ἐν ταῖς ἱστορίαις ἑκάτερος τοὺς Χίους φησὶν ἐξανδραποδισθέντας ὑπὸ Μιθριδάτου τοῦ Καππάδοκος παραδοθῆναι τοῖς ἰδίοις δούλοις δεδεμένους, ἵν' εἰς τὴν Κόλχων γῆν κατοικισθῶσιν. *Ex eodem libro.*

Μυρρίνην δὲ τὴν Σαμίαν ἑταίραν Δημήτριος εἶχεν ὁ βασιλεὺς ὁ τῆς διαδοχῆς τελευταῖος· καὶ ἔξω τοῦ διαδήματος κοινωνὸν εἶχε τῆς βασιλείας, ὥς φησι Νικόλαος ὁ Δαμασκηνός. *Ex lib.* 13. *Athenæi.*

Προσθείη δ' ἄν τις τούτοις καὶ τὰ παρὰ τοῦ Δαμασκηνοῦ Νικολάου. φησὶ γὰρ οὗτος ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ ἐπὶ Δάφνῃ παρατυχεῖν τοῖς Ἰνδῶν πρέσβεσιν ἀφιγμένοις παρὰ Καίσαρα τὸν Σεβαστόν: οὓς ἐκ μὲν τῆς ἐπιστολῆς πλείους δηλοῦσθαι· σωθῆναι δὲ τρεῖς μόνους, οὓς ἰδεῖν φησί· τοὺς δ' ἄλλους ὑπὸ μήκους τῶν ὁδῶν διαφθαρῆναι τὸ πλέον.

Eius operis & Nicolaus Damaſcenus meminit, ſed non item de deſcenſu illo Herodis in Dauidis ſepulcrum, contra decus regium id factum exiſtimans; idque ille more ſuo fecit. Quippe Regis in cuius comitatu verſabatur gratiam captans ac morem gerens, res illius geſtas conſcripſit: ea tantum attingens quæ ad illius gloriam pertinere videbantur. Multa quinetiam quæ iniuſtè ab illo patrata eſſe conſtat, in aliam ſpeciem detorquet, omnique ſtudio occultare nititur. Etenim & crudelitati in Mariamnem ac filios ſpecioſam cauſam aſtruere conatur, illum impudentiæ hos inſidiarum in patrem inſimulans. Idque in toto opere facit perpetuò quæ rectè ac iuſtè à Rege acta ſunt nimiis extollens laudibus, contraria verò ambitioſè defendens.

Mithridatis Regis adulatorem fuiſſe Soſipatrum prodit Nicolaus peripateticus hominem maleficum ac præſtigiatorem.

Nicolaus Peripateticus & Poſidonius Stoïcus in ſuis vterque hiſtoriis narrant, Chios in ſeruitutem redactos à Mithridate Cappadoce traditos eſſe propriis ſeruis vinctos, vt in regionem Colchorum tranſportarentur.

Demetrius Rex Syriæ poſtremus ſucceſſorum Alexandri, Myrinem Samiam meretricem Regij faſtigij ſociam ac participem habuit, excepto tantùm diademate, vt refert Nicolaus Damaſcenus.

His adijci poſſunt quæ à Nicolao Damaſceno dicuntur. Narrat hic ſe Antiochiæ ad Daphnen Indorum vidiſſe legatos, qui ad Cæſarem Auguſtum venerant. In epiſtola quidem plures fuiſſe memoratos, ſed tres tantùm ſuperfuiſſe, quos ab ſe viſos ait, cæteris longitudine itineris magnâ ex parte abſumptis. Epiſtolam porro

Græcam fuiſſe in membrana ſcriptam, in qua ſignificaretur Porum eſſe qui ſcriberet ſe quamuis ſexcentis Regibus imperaret, Cæſaris tamen amicitiam magni pendere, & paratum eſſe aditum ei quacunque velit concedere, opémque modo ius faſque ſit ferre. Hæc in Epiſtola dicit contenta fuiſſe. Allata præterea eſſe dona ab octo ſeruis nudis ſubligaculo cinctis, & omni aromatum genere delibutis. Ea fuiſſe, Herman brachiis truncum à puero, quem & nos vidimus. tùm viperas ingentes, & anguem cubitûm decem. & teſtitudinem fluuiatilem trium cubitûm, & perdicem vulture maiorem. Aderat etiam, vt aiunt, is qui ſemetipſe Athenis cremauit: quòd quidem alij in rebus aduerſis facere dicuntur, vt præſentia mala effugiant, alij in ſecundis rebus, quemadmodum hic de quo agimus. nam cùm omnia ex ſententia hactenus ei ſucceſſiſſent, abeundum ſibi cenſuit è vita, ne quid aduerſi accideret moranti diutius. Adeóque ridentem illum, & nudum in rogum inſiliiſſe aiunt, idque eius tumulo inſcriptum fuiſſe. HIC SITVS EST ZARMANVS CHEGAN INDVS E BARGOSA, QVI MORE INSTITVTOQVE INDORVM SE E VITA EDVXIT.

τὴν δ' ἐπιστολὴν ἑλληνίζειν ἐν διφθέρᾳ γεγραμμένην, δηλοῦσαν ὅτι Πῶρος εἴη γράψας· ἑξακοσίων δ' ἄρχων βασιλέων, ὅμως περὶ πολλοῦ ποιοῖτο φίλος εἶναι Καίσαρι καὶ ἕτοιμος εἴη δίοδον παρέχειν ὅπῃ βούλεται, καὶ συμπράττειν ὅσα καλῶς ἔχει. ταῦτα μὲν ἔφη λέγειν τὴν ἐπιστολήν. τὰ δὲ κομισθέντα δῶρα προσενέγκαι ὀκτὼ οἰκέτας γυμνοὺς ἐν περιζώμασι, καταπεπασμένους ἀρώμασιν· εἶναι δὲ τὰ δῶρα τόν τε Ἑρμᾶν ἀπὸ τῶν ὤμων ἀφῃρημένον ἐκ νηπίου τοὺς βραχίονας, ὃν καὶ ἡμεῖς εἴδομεν, καὶ ἐχίδνας μεγάλας, καὶ ὄφιν πηχῶν δέκα, καὶ χελώνην ποταμίαν τρίπηχυν. πέρδικα δὲ μείζω γυπός. συνῆν δέ, ὥς φασι, καὶ ὁ Ἀθήνησι κατακαύσας ἑαυτόν. ποιεῖν δὲ τοῦτο τοὺς μὲν ἐπὶ κακοπραγίᾳ ζητοῦντας ἀπαλλαγὴν τῶν παρόντων, τοὺς δ' ἐπ' εὐπραγίᾳ καθάπερ τοῦτον. ἅπαντα γὰρ κατὰ γνώμην πράξαντα μέχρι νῦν, ἀπιέναι δεῖν μή τι τῶν ἀβουλήτων χρονίζοντι συμπέσῃ· καὶ δὴ καὶ γελῶντα ἅλλεσθαι γυμνὸν ἐπαληλιμμένον ἐν περιζώματι ἐπὶ τὴν πυράν. ἐπιγεγράφθαι δὲ τῷ τάφῳ.

ΖΑΡΜΑΝΟΣ ΧΗΓΑΝ ΙΝΔΟΣ ΑΠΟ ΒΑΡΓΟΣΗΣ, ΚΑΤΑ ΤΑ ΠΑΤΡΙΑ ΙΝΔΩΝ ΕΘΗ ΕΑΥΤΟΝ ΑΠΑΘΑΝΑΤΙΣΑΣ, ΚΕΙΤΑΙ.

Ex Strabone lib. 15.

ΕΚ ΤΩΝ ΝΙΚΟΛΑΟΥ ΔΑΜΑΣΚΗΝΟΥ
καθολικῆς ἱστορίας παρὰ Στοβαίῳ.

ΘΥΝΟΙ.

ΘΥΝΟΙ τοὺς ναυαγοὺς φιλανθρώπως δεχόμενοι, φίλους ποιοῦνται. Τῶν δὲ ξένων, τοὺς μὲν ἑκουσίως ἐλθόντας, σφόδρα τιμῶσι· τοὺς δὲ ἀκουσίως, κολάζουσι.

ΑΡΙΤΟΝΟΙ.

Αρίτονοι τῶν ἐμψύχων οὐδὲν ἀποκτείνουσι. τὰ δὲ κεράμεα τῶν χρηστηρίων ἐν χρυσοῖς ἐλύτροις φυλάττουσι.

ΔΑΡΔΑΝΟΙ.

Δαρδανεῖς, Ἰλλυρικὸν ἔθνος, τρὶς ἐν τῷ βίῳ λούονται μόνον, ὅταν γεννῶνται, καὶ ἐπὶ γάμοις, καὶ τελευτῶντες.

ΓΑΛΑΚΤΟΦΑΓΟΙ.

Γαλακτοφάγοι, Σκυθικὸν ἔθνος, ἄοικοί εἰσιν, ὥσπερ καὶ οἱ πλεῖστοι Σκυθῶν. Τροφὴν δὲ ἔχουσι γάλα μόνον ἵππειον, ἐξ οὗ τυροποιοῦντες, ἐσθίουσι καὶ πίνουσι. Καὶ εἰσὶ διὰ τοῦτο δυσμαχώτατοι, σὺν αὑτοῖς πάντη τὴν τροφὴν ἔχοντες. οὗτοι καὶ Δάρειον ἐτρέψαντο. Εἰσὶ δὲ καὶ δικαιότατοι, κοινὰ ἔχοντες τά τε κτήματα καὶ τὰς γυναῖκας. ὥστε τοὺς μὲν πρεσβυτέρους αὐτῶν πατέρας ὀνομάζειν, τοὺς δὲ νέους παῖδας, τοὺς δὲ ἥλικας ἀδελφούς. Ὧν ἦν καὶ Ἀνάχαρσις, εἷς τῶν ἑπτὰ σοφῶν νομισθείς· ὃς ἦλθεν εἰς τὴν Ἑλλάδα, ἵνα ἱστορήσῃ τὰ τῶν ἄλλων νόμιμα. Τούτων καὶ Ὅμηρος μέμνηται, ἐν οἷς φησί·

EX NICOLAI DAMASCENI hiſtoria vniuerſali Excerpta à Stobæo.

THYNI.

THYNI naufragos humaniter excipiunt, & amicitia ſibi deuinciunt. Sed & ex peregrinis eos, qui ſpontè accedunt eximiè honorant: Qui verò inuiti ad ipſos delati fuerint, puniuntur.

ARITONI.

Aritoni nullum animal mactant. Vaſa figulina ad quotidianos vſus parata in aureis inuolucris cuſtodiunt.

DARDANI.

Dardani, gens Illyrica, ter ſaltem in vita lauantur, quum in lucem recens editi ſunt, quum nuptias contrahunt, quum fato ſunt functi. *Ælianus lib. 4. varia hiſt.*

GALACTOPHAGI.

Galactophagi, gens Scythica in ædibus non degunt, vt & plerique alij Scytharum. Victus eis ſolo equarum lacte conſtat, vnde caſeos conficiunt, atque eorum potu tum cibo vtuntur. Itaque non facilè bello ſuperantur, quod commeatus vbique ipſis præſto ſit. Hi & Darium domum remeare coegerunt. Sunt autem inuicem iuſtiſſimi, vt pote qui facultates & vxores communes habeant. Vnde inter ſe Seniores quoſuis patres ſuos appellant, iuniores filios, & æquales fratres. Ex his oriundus Anacharſis, in ſeptem ſapientum numero habitus, qui in Græciam venit, vt leges & inſtituta aliorum diſceret. Quin meminit eorum & Homerus vbi inquit.

Myſorum cominus pugnantium, & Agauorum equas mulgentium. Et Galactophorum, Abiorúmque iuſtiſſimorum hominum. Abios autem vocat eos, ſiue quod terram non colerent, ſiue quod ſine domibus degerent, ſiue etiam quod hi ſoli arcus in bellis vſurparent. Arcus enim poëtæ haud rarò βιὸς dicitur. Apud hos (vt ferunt) neminem deprehendere eſt inuidia laborantem, aut odio flagrantem, ſiue metu perculſum, propter vitæ iſtam communionem & iuſtitiam. Bellicoſæ autem ipſorum non minus mulieres ſunt, quam viri, quæ & vnà in prælium eunt, quum ita facto opus. Itaque & Amazonas fœminas generoſiſſimas eſſe, adeò vt progreſſæ ſint cum exercitu olim Athenas, & in Ciliciam vſque, quando videlicet iuxta Mæotim paludem habitarunt.

IBERI.

Iberorum mulieres quotannis in publicũ exhibẽt opus quod tela confecerunt. Viri autem ſuffragiis lecti de ipſis iudicant, & quam earum plurimum laboraſſe inueniunt, ei primos honores deferunt. Habent quoque zonam certæ menſuræ, intra quam ſi venter cuiuſquam comprehendi nequeat, pro dedecore id magno habetur.

VMBRI.

Vmbri turpiſſimum ducunt amiſſæ victoriæ ſupereſſe. ſed ita ſtatuunt aut vincendum, aut moriendum eſſe. Vmbri quum controuerſias inter ſe habent, pugnant armati, ac ſi bello congrediendum eſſet: & videntur iuſtiorem habuiſſe cauſam, qui aduerſarium interemerint.

CELTÆ.

Celtæ Oceani accolæ, pro dedecore habent, ſi quis muro aut domui ruenti ſe ſubducat. Cùm Oceani æſtus accedit, armis induti ei obuiam eunt, ſubſiſtúntque donec mergantur, ídque ne fugientes videantur quoquo modo mortem formidare. Celtæ gladijs cincti Reipub. negotia tractãnt. Grauiorem etiam pœnam apud eos

Mu-

Μυσῶν τ' ἀγχεμάχων καὶ ἀγαυῶν ἱππομολγῶν.

Γαλακτοφάγων, Ἀβίων τε δικαιοτάτων ἀνθρώπων. Ἀβίους δ' αὐτοὺς λέγει, ἢ διὰ τὸ τὴν γῆν μὴ γεωργεῖν, ἢ διὰ τὸ ἀοίκους εἶναι, ἢ διὰ τὸ χρῆσθαι τούτους μόνους τόξοις. βίον γὰρ λέγει τὸ τόξον. Παρὰ τούτοις οὐδὲ εἷς, οὔτε φθονῶν, ὥς φασιν, οὔτε μισῶν, οὔτε φοβούμενος ἱστορήθη, διὰ τὴν τοῦ βίου κοινότητα, καὶ δικαιοσύνην. Μάχιμοι δ' οὐχ ἧττον αὐτῶν αἱ γυναῖκες, ἢ οἱ ἄνδρες, καὶ συμπολεμοῦσιν αὐτοῖς, ὅταν δέῃ. Καὶ διὰ τοῦτο Ἀμαζόνας γυναικοστρατεύεσθαι εἶναι, ὥστε ποτὲ ἐλάσαι μέχρι Ἀθηνῶν καὶ Κιλικίας, ὅτι τότε προσέχουν ἐγγὺς τῆς Μαιώτιδος λίμνης.

ΙΒΗΡΟΙ.

Ἰβήρων αἱ γυναῖκες κατ' ἔτος ὅ, τι ἂν ἐξυφαίνωσιν ἐν κοινῷ δεικνύουσιν. Ἄνδρες δὲ χειροτόνητοι κρίνοντες, τὴν πλεῖστα ἐργασαμένην προτιμῶσιν. Ἔχουσι δὲ καὶ μέτρον τι ζώνης, ἣ τὴν γαστέρα περιλαβεῖν ἂν μὴ δυνηθῶσιν, αἰσχρὸν ἡγοῦνται.

ΟΜΒΡΙΚΟΙ.

Ὀμβρικοὶ ἐν ταῖς πρὸς τοὺς πολεμίους μάχαις αἴσχιστον ἡγοῦνται ἡττημένοι ζῆν, ἀλλ' ἀναγκαῖον ἢ νικᾶν, ἢ ἀποθνήσκειν. Ὀμβρικοὶ ὅταν πρὸς ἀλλήλους ἔχωσιν ἀμφισβήτησιν, καθοπλισθέντες, ὡς ἐν πολέμῳ, μάχονται· καὶ δοκοῦσι δικαιότερα λέγειν, οἱ τοὺς ἐναντίους ἀποσφάξαντες.

ΚΕΛΤΟΙ.

Κελτοὶ οἱ τῷ ὠκεανῷ γειτνιῶντες, αἰσχρὸν ἡγοῦνται τοῖχον καταπίπτοντα ἢ οἰκίαν φεύγειν. Πλημμυρίδος δὲ ἐκ τῆς ἔξω θαλάττης ἐπερχομένης, μεθ' ὅπλων ἀπαντῶντες ὑπομένουσιν ἕως κατακλύζωνται, ἵνα μὴ δοκῶσι φεύγοντες τὸν θάνατον φοβεῖσθαι. Κελτοὶ σιδηροφοροῦντες τὰ κατὰ πόλιν πράττουσι. Μείζω δ' ἐστὶν ἐπιτίμια κατὰ τοῦ ξένον ἀνελόντος, ἢ πολίτην.

ὑπὲρ τοῦ μὲν γὰρ θάνατος ἡ ζημία· ὑπὲρ τοῦ δὲ πολίτου φυγή. Τιμῶσι μάλιστα τοὺς χώραν τινὰ κοινῇ προσκτωμένους. Τὰς δὲ θύρας τῶν οἰκιῶν οὐδέποτε κλείουσι.

ΠΑΙΔΑΛΙΟΙ.

Ἐν Παιδαλίοις, Ἰνδικῷ ἔθνει, οὐχ ὁ θύων, ἀλλ' ὁ συνετώτατος τῶν παρόντων κατάρχεται τῶν ἱερῶν. αἰτεῖται δ' ἀεὶ παρὰ τῶν θεῶν οὐδὲν ἄλλο, πλὴν δικαιοσύνης.

ΠΡΑΥΣΙΟΙ.

Πραύσιοι τοὺς ἀστυγείτονας, ἐὰν λιμῷ πιεσθῶσι, τρέφουσι.

ΤΕΛΧΙΝΕΣ.

Τελχῖνες ἄνθρωποι ὀνομαζόμενοι τὸ ἀνέκαθεν Κρῆτες, οἰκήσαντές τε καὶ ἐν Κύπρῳ. μεταναστάντες δ' εἰς Ῥόδον, καὶ πρῶτοι τὴν νῆσον κατασχόντες, βάσκανοί τε σφόδρα ἦσαν καὶ φθονεροί. Τεχνῖται δὲ ὄντες, καὶ τὰ τῶν προτέρων ἔργα μιμησάμενοι, Ἀθηνᾶς Τελχινίας ἄγαλμα πρῶτοι ἱδρύσαντο, ὥσπερ εἴ τις λέγει Ἀθηνᾶς βασκάνου.

ΤΑΡΤΗΣΣΙΟΙ.

Παρὰ Ταρτησσίοις νεωτέρῳ πρεσβυτέρου καταμαρτυρεῖν, οὐκ ἔξεστι.

ΛΕΥΚΑΝΟΙ.

Λευκανοὶ δικάζονται ἀλλήλοις, ὥσπερ ἄλλου τινὸς ἀδικήματος, οὕτω καὶ ἀσωτίας καὶ ἀργίας. Ἐὰν δέ τις ἀσώτῳ δανείσας χρέος ἐλεγχθῇ, στέρεται αὐτοῦ.

ΣΟΥΝΙΤΑΙ.

Παρὰ Σουνίταις κατ' ἔτος, οἵ τε ἤϊθεοι κρίνονται δημοσίᾳ, καὶ αἱ παρθένοι. ὁ δὲ κριθεὶς ἄριστος εἶναι, λαμβάνει ἣν βούλεται, εἶθ' ὁ μετ' ἐκεῖνον δεύτερος, καὶ οὕτως ἐφεξῆς.

ΛΙΜΥΡΝΙΟΙ.

f. Λιβύρνιοι. * Λιμύρνιοι κοινὰς τὰς γυναῖκας ἔχουσι, καὶ τὰ τέκνα,

ſuit, qui peregrinum, quam qui ciuem interemerit. Illi enim mors irrogatur, iſti exilium indicitur. Ante omnes honore eos afficiunt, qui victoria potiti agrum aliquem publico acquiſiuerunt. Ianuas ædium nunquam occluſas habent.

PÆDALII.

Apud Pædalios, gentem Indicam, non is qui ſacrificat, ſed prudentiſſimus omnium qui præſto ſunt, ſacra auſpicatur. Petitur autem à Diis nihil aliud quam iuſtitia.

PRAYSII.

Prayſij, vel Praſij, vicinos fame afflictos alimento ſubleuant.

TELCHINES.

Homines illi qui Telchines dicti, antea quidem Cretenſes erant, ſed poſtea & Cyprum inhabitarunt. Vnde quum in Rhodum migraſſent, primique eam inſulam occupaſſent, maligni admodum & inuidi extiterunt. Quum verò & hi artes mechanicas exercerent, malorúmque opera imitarentur, Mineruæ Telchiniæ ſtatuam primi erexerunt, quod nomen ſonat ac ſi dicas, Mineruæ inuidæ.

TARTESSII.

Apud Tarteſſios minori natu aduerſus maiorem teſtimonium ferre non licet.

LVCANI.

Lucani tanquam criminis alicuius, etiam luxuriæ ignauiæque iudicia agitant. Si quis conuictus ſit luxurioſo mutuum dediſſe, mutuo iſto multatur.

SAMNITES.

Apud Saunitas vel Samnites de adoleſcentibus & virginibus quotannis publicum habetur iudicium. Quem igitur eorum optimum eſſe ſententia iudicum pronunciarit, is ſibi ex virginibus eligit vxorem quam vult, deinde ſecundus ab eo alteram, & ſic de cæteris ſit deinceps.

LIMYRNII.

* Limyrnij vxores habent communes, & liberos f. Liburni.

communiter alunt vſque ad annum ætatis quintum. Anno autem ſexto in vnum conuocant omnes pueros, atque tum ex ſimilitudine ad quemlibet virorum coniecturam facientes, cuilibet ſimilem patri filium aſſignant. Quum itaque quis agnouerit puerum ſuum, tum quilibet eum vt filium educat.

SAVROMATÆ.

Sauromatæ (vel Sarmatæ) tribus diebus cibo ſe ita ingurgitant, vt repleantur. Vxoribus in omnibus obtemperant, tanquam Dominabus. Virgini non prius nuptias concedunt, quam hoſtem aliquem interfecerit.

CERCETÆ.

Cercetæ reos cuiuſcunque admiſſi criminis ita puniũt, vt ſacris interdicant. Si quis ſcapham gubernans impegerit, accedentes ordine ſinguli illi inſpuunt.

MOSYNI.

Moſyni Regem ſuum educant turri incluſum. Si quis iudicatus ſit minus bene in publicum conſuluiſſe, eum fame enecant. Frumentum quod ipſis ex agris prouenit æqualiter diſtribuunt, partem inde aliquam in commune conferentes pro peregrinis aduenientibus.

PHRYGES.

Phryges omni abſtinent ireiurando, ita vt nec ipſi iurent, nec alios ad iurandum adigant. Si quis apud eos bouem aratorem interfecerit, aut agriculturæ inſtrumentum ſurripuerit, morte multatur. Phryges non defodiunt in terram ſacerdotes mortuos, ſed ſuper columnas lapideas decem cubitorum erectos ſtatuunt.

LYCII.

Lycij plus honoris mulieribus quam viris deferunt, nomináque eis à matribus induntur: Itémque bonorum heredes filias, non filios relinquunt. Si quis condemnatus fuerit furti, pœna ſeruitutis ei irrogatur. Teſtimonia in cauſis non protinus ferunt, ſed poſt menſem demum.

ἐν κοινῷ τρέφουσι μέχρι ἐτῶν πέντε· εἶτα τῷ ἕκτῳ συνενέγκαντες ἅπαντα τὰ παιδία, τὰς ὁμοιότητας πρὸς τοὺς ἄνδρας εἰκάζουσι, καὶ ἑκάστῳ τὸ ὅμοιον ἀποδιδόασι πατρί· ἀφ' ἧς δ' ἂν ὑπολάβῃ τὸ παιδίον, ἕκαστος υἱὸν ἀπολαμβάνει.

ΣΑΥΡΟΜΑΤΑΙ.

Σαυρομάται διὰ τριῶν ἡμερῶν σιτοῦνται εἰς πλήρωσιν. Ταῖς δὲ γυναιξὶ πάντα πείθονται ὡς δεσποίναις. Παρθένον δὲ οὐ πρότερον συνοικίζουσι πρὸς γάμον, πρὶν ἂν πολέμιον ἄνδρα κτείνῃ.

ΚΕΡΚΕΤΑΙ.

Κερκέται τοὺς ἀδικήσαντας ὁτιοῦν, τῶν ἱερῶν ἀπείργουσιν. Ἐὰν δέ τις κυβερνῶν σκάφος διαμάρτῃ, περιστάντες ἐφεξῆς ἕκαστοι ἐμπτύουσι αὐτῷ.

ΜΟΣΥΝΟΙ.

Μόσυνοι τὸν ἑαυτῶν βασιλέα τρέφουσιν ἐν πύργῳ κατάκλειστον. Ἐὰν δέ τις δόξῃ κακῶς ποτὲ βεβουλεῦσθαι, τῷ λιμῷ αὐτὸν ἀποκτείνουσι. Τὸν δὲ τρεφόμενον σῖτον ἐξ ἴσου διαιροῦσι, μέρος κοινῇ ἐξελόντες τοῖς ἀφικνουμένοις ξένοις.

ΦΡΥΓΕΣ.

Φρύγες ὅρκοις οὐ χρῶνται, οὔτ' ὀμνύοντες, οὔτε ἄλλους ἐξορκοῦντες. Ἐὰν δέ τις παρ' αὐτοῖς γεωργικὸν βοῦν ἀποκτείνῃ, ἢ σκεῦός τι τῶν περὶ γεωργίαν κλέψῃ, θανάτῳ ζημιοῦσι. Φρύγες οὐ κατορύττουσι τοὺς ἱερεῖς τελευτήσαντας, ἀλλ' ἐπὶ λίθους δεκαπήχεις τιθέασιν ὀρθούς.

ΛΥΚΙΟΙ.

Λύκιοι τὰς γυναῖκας μᾶλλον, ἢ τοὺς ἄνδρας τιμῶσι, καὶ καλοῦνται μητρόθεν. Τάς τε κληρονομίας ταῖς θυγατράσι λείπουσιν, οὐ τοῖς υἱοῖς. Ὃς δ' ἂν ἐλεύθερος ἁλῷ κλέπτων, δοῦλος γίνεται. Τὰς δὲ μαρτυρίας ἐν ταῖς δίκαις, οὐκ εὐθὺ παρέχονται, ἀλλὰ κατὰ μῆνα.

ΠΙΣΙΔΑΙ.

Πισίδαι δειπνοῦντες ἀπάρχονται τοῖς γονεῦσιν, ὡς ἡμεῖς τοῖς θεοῖς παρασπονδίοις. Η δὲ μεγίστη κρίσις ἐστὶ παρακαταθήκης· τὸν δ᾽ ἀποστερήσαντα, θανατοῦσιν. Εαὶ δὲ μοιχὸς ἁλῷ, περιάγεται τὴν πόλιν ἐπὶ ὄνου μετὰ τῆς γυναικὸς, ἐπὶ ἡμέρας τακτάς.

ΑΙΘΙΟΠΕΣ.

Αἰθίοπες τὰς ἀδελφὰς μάλιστα τιμῶσι, καὶ τὰς διαδοχὰς μάλιστα καταλείπουσιν οἱ βασιλεῖς, οὐ τοῖς ἑαυτῶν, ἀλλὰ τοῖς τῶν ἀδελφῶν υἱοῖς. Οτὰν δὲ ὁ διαδεξάμενος μὴ ᾖ, τὸν κάλλιστον ἐκ πάντων καὶ μαχιμώτατον αἱροῦνται βασιλέα. Ασκοῦσι δὲ εὐσέβειαν καὶ δικαιοσύνην. Αθυροι δ᾽ αὐτῶν αἱ οἰκίαι, καὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς κειμένων πολλῶν, οὐδεὶς κλέπτει.

ΒΥΑΟΙ.

Εν Βυάοις Λίβυσιν ἀνὴρ μὲν ἀνδρῶν βασιλεύει, γυνὴ δὲ γυναικῶν.

ΒΑΣΟΥΛΙΕΙΣ.

Iog. Mas. * Βασουλιεῖς Λίβυες ὅταν πολεμῶσι, τὰς μὲν νύκτας μάχονται, τὰς δ᾽ ἡμέρας εἰρήνην ἄγουσι.

ΔΑΨΟΛΙΒΥΕΣ.

Δαψολίβυες ὅταν συναχθῶσι, πάντες ἅμα γαμοῦσι ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ μετὰ δύσιν Πλειάδος, καὶ μετὰ τὴν ἑστίασιν χωρὶς εἰς τὴν γυναικῶν κατακειμένων κατασβέσαντες τὸν λύχνον εἰσέρχονται, καὶ ὁ τυχὼν, ἣν ἂν τύχῃ, λαμβάνει.

ΙΑΛΧΛΕΥΕΙΣ.

Ιαλχλευεῖς Λίβυες, ὅταν πολλοὶ μνηστεύσωνται γυναῖκα παρὰ τῷ κηδεστῇ δειπνοῦσι, παρούσης τῆς γυναικός. πολλὰ δὲ σκωπτόντων, ἐφ᾽ ᾧ ἂν ἡ γυνὴ γελάσῃ, τούτῳ συνοικεῖ.

PISIDÆ.

Piſidæ conuiuantes, parentibus epularum primitias libant, perinde vti nos Diis libationum præſidibus. Grauiſſimum apud eos iudicium depoſiti agitur, quod qui fraude inuertere conuictus fuerit, morte afficitur. Si quis in adulterio comprehenſus fuerit, is cum adultera aſino inſidens per vrbem circumducitur, ídque ad conſtitutum aliquot dierum ſpacium.

ÆTHIOPES.

Æthiopes ſororibus potiſſimum honorem exhibent, & ſucceſſionem tradunt Reges, non ſuis, ſed ſororum filiis. Quod ſi ex iis nullus ſuperſit, cui ſuccedere ius ſit, tum pulcherrimum omnium & bellicoſiſſimum Regem deligunt. Exercent ij præcipuè pietatem & iuſtitiam. Ædibus ipſorum nullæ ſunt ianuæ, cúmque in viis publicis multa ſita iaceant, nemo eorum aliquid furatur.

BVXI.

Apud Buxos, Lybiæ ſeu Africæ gentem, vir inter viros dominatum gerit, mulier inter mulieres.

MASSYLI.

Maſſyli, Libyæ gens, quum bellum gerunt, noctu quidem prælium committunt, interdiu verò pacem ſeruant.

DAPSOLIBYES.

Dapſolibyes ſimulatque in vnum conuenere, vniuerſi ſimul nuptias contrahunt eodem die, poſt occaſum pleiadum. Etenim vt conuiuati ſunt ad mulieres ſeorſim accumbentes extinctis luminibus adeunt, quamque earum fortè quiſpiam nactus fuerit, eam & vxorem ducit.

IALCHLEVEI.

Ialchleuei, gens Lybica, quum multi ſimul eandem ſponſam ambiant, apud ſocerum ſeu ſponſæ petitæ patrem cœnant. Dum verò multis dicteriis ſibi inuicem illudunt, cui eorum ſponſa arriſerit, is eam ducit.

SARDOLIBYES.

Sardolibyes nullam ſupellectilem ſibi parant, præter calicem & gladium.

ALITEMII.

Alitemij Libyes perniciſſimos Reges eligunt: Ex reliquis provt quiſque maximè iuſtus eſt, ita & dignitate eminet.

NVMIDÆ.

Numidæ & ipſi Libyum gens, in temporum dinumeratione non diebus, ſed noctibus vtuntur.

APHARANTES.

Apharantes Libyes nominibus carent, ſoli orienti conuicium faciunt, vt qui multa mala in lucem proferat & oſtendat. Ex filiabus optimas eas cenſent, quę tempore quam longiſſimo virgines manent.

BOEOTI.

Quidam Bœotorum decoctores qui non ſunt ſoluendo in forum adducunt, & conſidere iuſſis cophinum ſuperiniiciunt: Ac qui hoc cophini pœna affectus fuerit, inde infamis fit. Quam pœnam irrogatam etiam Euripidis patri, qui ex Bœotis oriundus erat, ſunt qui exiſtimant.

ASSYRII.

Ælianus lib. 4. Herodotus lib. 1. Aſſyrij virgines in foro vendunt quibuſlibet eas ſibi iungi deſiderantibus. Ac primo quidem veneunt, quæ forma omnium ſunt venuſtiſſima, tum deinceps reliquæ. Quum verò ventum tandem fuerit ad maximè deformes, per pręconem pronunciant, quãtum quiſque pecuniæ accepturus eſt, vt hanc aut illam ducat. Atque ita pretium ex formoſarum venditione redactum, in elocandas deformes impendunt. Coniungunt pariter exercentes in morib. potiſſimum grauitatem & manſuetudinem.

PERSÆ.

Apud Perſas quod factum turpe exiſtimatur, id nec dictu honeſtum cenſent. Si quis patrem necauerit, eum ſubdititium non genuinum filium exiſtimant. Si quem iuſſerit Rex flagris cædi, is tanquam beneficio affectus, gratias agit quod ſui Rex meminerit. Qui-

ΣΟ-

ΣΟΡΔΟΛΙΒΥΕΣ.

Σορδολίβυες οὐδὲν κέκτηνται σκεῦος ἔξω κύλικος καὶ μαχαίρας.

ΑΛΙΤΕΜΙΟΙ.

Ἀλιτέμιοι Λίβυες τοὺς ταχυτάτους αὐτῶν αἱροῦνται βασιλεῖς· τῶν δ' ἄλλων τιμῶσι τὸν δικαιότατον.

ΝΟΜΑΔΕΣ.

Οἱ Νομάδες τῶν Λιβύων, οὐ ταῖς ἡμέραις, ἀλλὰ ταῖς νυξὶν, αὐτῶν ἀριθμοῦσι τὸν χρόνον.

ΑΦΑΡΑΝΤΕΣ.

Ἀφάραντες Λίβυες ὀνόματα οὐκ ἔχουσιν· ἡλίῳ δὲ ἀνίσχοντι λοιδοροῦνται, ὡς πολλὰ κακὰ φήναντι. Τῶν δὲ θυγατέρων ἀρίστας κρίνουσι, τὰς πλεῖστον χρόνον μεμενηκυίας παρθένους.

ΒΟΙΩΤΟΙ.

Βοιωτῶν ἔνιοι τοὺς χρέος οὐκ ἀποδιδόντας εἰς ἀγορὰν ἄγοντες, καθίσαι κελεύουσιν, εἶτα κόφινον ἐπιβάλλουσιν αὐτῷ· ὃς δ' ἂν κοφινωθῇ ἄτιμος γίνεται. δοκεῖ δὲ τοῦτο πεπονθέναι, καὶ Εὐελπίδου πατὴρ, Βοιωτὸς ὢν τὸ γένος.

ΑΣΣΥΡΙΟΙ.

Ἀσσύριοι τὰς παρθένους ἐν ἀγορᾷ πωλοῦσι τοῖς θέλουσι συνοικεῖν· πρώτας μὲν τὰς εὐγενεστάτας καὶ καλλίστας, εἶτα τὰς λοιπὰς ἐφεξῆς. Ὅταν δὲ ἔλθωσι ἐπὶ τὰς φαυλοτάτας, κηρύττουσι, πόσον τις θέλει προσλαβὼν ταύταις συνοικεῖν. καὶ τὸ συναχθὲν ἐκ τῆς τῶν εὐπρεπῶν τιμῆς ταύταις προστίθενται. Ἀσκοῦσι δὲ μάλιστα βαθύτητα καὶ ἀοργησίαν.

ΠΕΡΣΑΙ.

Πέρσαις ὃ μὴ ποιεῖν ἔξεστιν, οὐδὲ λέγουσιν. Ἐὰν δέ τις πατέρα κτείνῃ, ὑποβλητον αὐτὸν οἴονται. Ἐὰν δέ τινα προστάξῃ βασιλεὺς μαστιγῶσαι, εὐχαριστεῖ, ὡς ἀγαθοῦ τυχὼν, ὅτι αὐτοῦ ἐμνήσθη βασιλεύς.

Ἆθλα δὲ λαμβάνουσι παρὰ βασιλέως πολυτεκνίας. Οἱ δὲ παῖδες παρ' αὐτοῖς, ὥσπερ μαθήματα, τὸ ἀληθεύειν διδάσκονται.

ΙΝΔΟΙ.

Παρ' Ἰνδοῖς ἐάν τις ἀποστερηθῇ δανείου, ἢ παρακαταθήκης, οὐκ ἔστι κρίσις, ἀλλ' αὐτὸν αἰτιᾶται ὁ πιστεύσας. Ὁ δὲ τεχνίτου πηρώσας χεῖρα ἢ ὀφθαλμὸν, θανάτῳ ζημιοῦται. Τὸν δὲ μέγιστα ἀδικήσαντα, ὁ βασιλεὺς κελεύει κείρεσθαι, ὡς ἐσχάτης οὔσης ταύτης ἀτιμίας. Ἰνδοὶ συγκατακαίουσιν, ὅταν τελευτήσωσι, τῶν γυναικῶν τὴν προσφιλεστάτην, αὐτῶν δὲ ἐκείνος ἀγὼν μέγιστος γίνεται, σπουδαζόντων νικῆσαι ἑκάστην τὴν φιλαν.

ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΟΙ.

Λακεδαιμονίοις τέχνας μανθάνειν ἄλλας ἢ τὰς εἰς πόλεμον, αἰσχρόν ἐστιν. Ἑστιῶνται δὲ πάντες ἐν κοινῷ. Τοὺς δὲ γέροντας αἰσχύνονται, οὐδὲν ἧττον ἢ πατέρας. Γυμνάσια ὥσπερ ἀνδρῶν ἐστὶ, οὕτω καὶ παρθένων. Ξένοις δὲ ἐμβιοῦν οὐκ ἔξεστιν ἐν Σπάρτῃ, οὔτε Σπαρτιάταις ξενιτεύειν. Ταῖς δὲ αὐτῶν γυναιξὶ παρακελεύονται ἐκ τῶν εὐεκτεστάτων κύεσθαι, καὶ ἀστῶν καὶ ξένων. Χρηματίζεσθαι δὲ αἰσχρὸν Σπαρτιάτῃ. Νομίσματι δὲ χρῶνται σκυτίνῳ. ἐὰν δὲ παρά τινι εὑρεθῇ χρυσὸς ἢ ἄργυρος, θανάτῳ ζημιοῦται. Σεμνύνονται δὲ πάντες, ἐπὶ τῷ ταπεινοὺς αὐτοὺς παρέχειν, καὶ κατηκόους ταῖς ἀρχαῖς. Μακαρίζονται δὲ μᾶλλον παρ' αὐτοῖς οἱ γενναίως ἀποθνήσκοντες, ἢ οἱ εὐτυχῶς ζῶντες. Οἱ δὲ παῖδες νομίμως περί τινα βωμὸν περιιόντες μαστιγοῦνται, ἕως ἂν ὀλίγοι λειφθέντες στεφανωθῶσιν. Αἰσχρὸν δέ ἐστι δειλῶν σύσκηνον, ἢ συγγυμναστὴν, ἢ φίλον γενέσθαι. Κρίσις δὲ τοῖς γεροντίαις ἐπὶ τῷ τέρματι τοῦ βίου προστίθεται, τοῖς τε εὖ ἢ κακῶς ζῶσιν. Ὅταν δὲ στρατεύωνται ἔξω χώρας, πῦρ

bus ſoboles numeroſa eſt, ij præmium eo nomine à Rege ferunt. Pueri apud ipſos, vera dicere, non ſecus atque diſciplinam aliquam, diſcunt.

Indi.

Apud Indos quum quis fraudatur mutuo aut depoſito, actionem non habet, ſed ſibi culpam imputare debet, quod credidit. Si quis artificem manu vel oculo priuauerit, morte pœnam luit. Qui grauiſſimo obnoxius delicto eſt, iubente Rege tondetur, tanquam hoc extremæ ſit ignominiæ. Indis mortuis iungitur in rogum vxor ex omnibus dilectiſſima vnà cremanda. Inter ipſas autem acerrimum certamen oritur, adiuuantibus quamlibet ſuis amicis, vti vincat. *Ælian. lib. 4.*

Lacedæmonii.

Lacedæmonij non ſatis honeſtum ducunt, aliis operam nauare artibus, quàm ad res bellicas pertinentibus. Cibum omnes viri vnà capiunt. Senes quoſuis omnes reuerentur, non ſecus ac parentes ſuos. Vt viris ſua ſunt exercitia: ita ſunt virginibus item ſua. Peregrinis Spartæ degere fas non eſt, nec Spartanum peregrè proficiſci. Vxoribus ſuis poteſtatem faciunt prolem ſuſcipiendi ex pulcherrimis, tum ciuium, tum peregrinorum. Quæſtum facere Spartano indecorum. Nomina ſinate vtuntur ex Corio. Quod ſi verò contingat aurum domi alicuius vel argentum deprehendi, morte pœnam luit. Maxima omnibus hinc gloria, ſi ſe humiles & obedientes magiſtratibus ſuis præbeant. Beatiores apud eos iudicantur, qui præclaram mortem oppetunt, quàm qui in magna proſperitate viuunt. Pueri ex lege quadam aram circumeuntes flagellantur, donec pauci ex iis reliqui, perdurantes ſub flagris, coronas præmium auferunt. Minus honeſtum cenſetur timidum aliquem, contubernalem vel Gymnaſiij ſocium, vel amicum ſibi iungere. De Senibus iudicium fit circa finem vitæ, qui nam ex iis benè, qui ſequius vitam ſuam traduxerint. Quum exercitus educitur extra limites regionis, is qui Pyrphorus

ſiuè ignifer dicitur, Regem comitatur, ignem ab ara Iouis ductoris accenſum præferens, eúmque inextinctum ſeruans. Adiunguntur autem Regi in bellum eunti Vates, medici, tibicines. Nam tibiis in bellis vice tubarum vtuntur. Pugnantes autem coronis ornantur. Regi aſſurgunt omnes præterquam Ephori. Iurat autem Rex antequam regnum adeat, imperaturum ſe iuxta leges Reipublicæ.

CRETENSES.

Cretenſes primi inter Græcos leges habuerunt, à Minoe Rege conditas, qui & primus maris imperio potitus eſt. Fingebat autem Minos ſe ab ipſo Ioue didiciſſe, quod per annos nouem ad montem quendam commearet, vbi antrum Ioui ſacrum erat, à quo reuerſus ſemper leges aliquas Creténſibus afferebat. Cuius meminit Homerus ſuis verſibus, quorum hæc ſententia:

Inter illas eſt Gnoſſius vrbs magna, vbi Minos
Nouem annis imperauit, qui Iouis magni confabulator erat.

Cretenſium pueri in vnum publicè congregantur, ibíque vnà duriter educantur, & venationibus dediti per accliuia nudis pedibus diſcurrunt, & ſaltationem in armis Pyrrhicham dictam magno labore condiſcunt, cuius inuentor fertur fuiſſe Pyrrhichus Cydoniates, genere Cretenſis. Viri autem ſimul in publico cibum capiunt, eadem victus ratione æqualiter omnia ipſis præbentur. Dona apud ipſos plurimi æſtimata, ſunt arma.

AVTARIATÆ.

Autariatæ milites per viam ægros imbecillé ſque factos, in viuis nunquam relinquunt.

TRIBALLI.

Triballi quatuor Phalãges ſeu ordines in acie inſtruũt: Primã Phalangẽ faciunt imbecilliũ: Alterã ab ea fortiſſimorum quorúmq. Tertiam Equitũ: vltimam mulierum, quæ reliquos in fugam verſos conuiciis ſiſtunt.

ἀπὸ βωμοῦ τοῦ ἀγήτορος Διὸς ἐναυσάμενος ὁ Πυρφόρος λεγόμενος, σύνεστι τῷ βασιλεῖ ἄσβεστον αὐτὸ τηρῶν. Συνεκπέμπονται δὲ τῷ βασιλεῖ μάντεις, καὶ ἰατροὶ, καὶ αὐληταὶ, οἷς ἐν ταῖς μάχαις ἀντὶ σαλπίγγων ἀεὶ χρῶνται. μάχονται δὲ ἐστεφανωμένοι. Ὑπανίστανται δὲ βασιλεῖ πάντες, πλὴν Ἐφόρων. Ὀμνύει δὲ περὶ τῆς ἀρχῆς ὁ βασιλεὺς, κατὰ τοὺς τῆς πόλεως νόμους βασιλεύσειν.

ΚΡΗΤΕΣ.

Κρῆτες πρῶτοι Ἑλλήνων, νόμους ἔσχον Μίνωος θεμένου, ὃς καὶ πρῶτος ἐθαλασσοκράτησεν. προσεποιεῖτο δὲ Μίνως παρὰ τοῦ Διὸς αὐτοὺς μεμαθηκέναι, δι᾽ ἐννέα ἐτῶν εἰς τὸ ὄρος φοιτῶν, ἐν ᾧ Διὸς ἄντρον ἐλέγετο, κἀκεῖθεν ἀεὶ τινὰς νόμους φέρων τοῖς Κρησί. Μέμνηται δὲ τούτου καὶ Ὅμηρος, ἐν οἷς λέγει.

Τοῖσι δ᾽ ἐνὶ Κνωσσὸς μεγάλη πόλις, ἔνθα Μίνως γε
Ἐννέωρος βασίλευε, Διὸς μεγάλοιο ὀαριστής.

Οἱ δὲ Κρητῶν παῖδες ἀγελάζονται κοινῇ μετ᾽ ἀλλήλων σκληραγωγούμενοι, καὶ θήρας καὶ δρόμους ἀνάντεις ἀνυπόδητοι κατανύοντες, καὶ τὴν ἐνόπλιον Πυρρίχην ἐκπονοῦντες, ἥν τινα πρῶτος εὗρε Πύρριχος Κυδωνιάτης Κρὴς τὸ γένος. Συσσιτοῦσι δ᾽ ἐν κοινῷ οἱ ἄνδρες, τὴν αὐτὴν δίαιταν ἔχοντες ἐξ ἴσου πάντες. Δῶρα δὲ αὐτοῖς ἐστιν ὅπλα τιμιώτατα.

ΑΥΤΑΡΙΑΤΑΙ.

Αὐταριᾶται τοὺς ἀδυνάτους τῶν στρατιωτῶν ἐν ταῖς ὁδοιπορίαις οὐδέποτε ζῶντας ἀπολείπουσι.

ΤΡΙΒΑΛΛΟΙ.

Τριβαλλοὶ τέτταρας φάλαγγας ἐν ταῖς μάχαις ποιοῦνται· τὴν πρώτην τῶν ἀσθενῶν, τὴν ἐχομένην τῶν κρατίστων, τὴν τρίτην τῶν ἱππέων, τελευταίαν τὴν τῶν γυναικῶν, αἳ αὐτοὺς εἰς φυγὴν τρεπομένους κωλύουσι βλασφημοῦσαι.

ΚΑΥΣΙΑΝΟΙ.

Καυσιανοὶ τοὺς μὲν γινομένους θρηνοῦσι· τοὺς δὲ τελευτήσαντας μακαρίζουσι.

ΚΙΟΙ.

Κῖοι τοὺς ἀποθανόντας κατακαύσαντες καὶ ὀστολογήσαντες ἐν ὅλμῳ τὰ ὀστᾶ καταπτίσσουσιν· εἶτα ἐνθέντες εἰς πλοῖον, καὶ κόσκινον λαβόντες ἀναπλέουσιν εἰς πέλαγος, καὶ πρὸς τὸν ἄνεμον ἐξοδιάζουσιν, ἄχρις ἂν πάντα ἐκφυσηθῇ καὶ ἀφανῆ γένηται.

ΤΑΥΡΟΙ.

Ταῦροι, Σκυθικὸν ἔθνος, τοῖς βασιλεῦσι τοὺς εὐνουστάτους τῶν φίλων συγκαταθάπτουσιν. ὁ δὲ βασιλεὺς ἀποθανόντος φίλου, ἢ μέρος ἢ τὸ ὅλον ἀποτέμνει ὠτίον, πρὸς τὴν ἀξίαν τοῦ τελευτήσαντος.

ΣΙΝΔΟΙ.

Σινδοὶ τοσούτους ἰχθῦς ἐπὶ τοὺς τάφους ἐπιβάλλουσιν, ὅσους πολεμίους ὁ θαπτόμενος ἀπεκτονὼς ᾖ.

ΚΟΛΧΟΙ.

Κολχοὶ τοὺς τελευτήσαντας οὐ θάπτουσιν, ἀλλὰ κρεμῶσιν ἀπὸ δένδρων.

ΠΑΝΙΒΟΙ.

Παίηβοι Λίβυες, ὅταν αὐτοῖς βασιλεὺς ἀποθάνῃ, τὸ μὲν σῶμα κατορύττουσι, τὴν δὲ κεφαλὴν ἀποκόψαντες, καὶ χρυσώσαντες ἀνατιθέασιν ἐν ἱερῷ.

Cauſiani.

Cauſiani eos qui in lucem eduntur, deplorant; qui autem è vita excedunt, eos beatos iudicant.

Cii.

Cij mortuos quum cremarunt, oſſa eorum colligunt, quæ in mortario contundunt. Tum in nauigium imponentes in altum nauigant, vbi per cribrum ea ad ventos diſpergunt, donec omnia difflantur & euaneſcunt.

Tauri.

Tauri, Gens Scythica, vnà cum Regibus mortuis gratiſſimos quoſque eorum amicos humare ſolent. Rex verò quum amicum aliquem morte amittit, aut partem auriculæ, aut totam eam abſcindit, provt dignitas amici mortui merebatur.

Sindi.

Sindì quum quenquam ſepeliunt, tum quot hoſtes in vita occiderit, totidem piſces, eius ſepulcro iniiciunt.

Colchi.

Colchi vita functos non humi ſepeliunt, ſed ab arboribus ſuſpendunt.

Apollonius 3. Argon. Ælianus lib. 4. Silius Italicus.

Panebi.

Panebi Libyes mortuo Rege corpus reliquum terra condunt: caput autem trunco amputatum inaurantes in templis ſtatuunt.

EX DIONYS. HALICARNASSEI Antiquit. Roman. Lib. XII.

MARCVS FVRIVS CAMILLVS vir fuit belli paciſque artibus eminentiſſimus sæculi ſui.

In quo Romanorum animi magnitudinem mirari ſubit. Nam cùm plerique omnes tum in publicis, tum in priuatis negociis pro exitu ac clauſula conſilia commutent, ac ſæpiſſimè capitales inimicitias ob leuiſſima beneficia deponant, contra amicitias vetuſtiſſimas exiguæ offenſionis cauſa diſſoluant, aliter Romani cum amicis agendum eſſe exiſtimarunt: iram ſcilicet ex recentibus iniuriis conflatam priſtinis meritis condonari oportere. proinde magna eſt admiratione hoc illorum facinus dignum, qui de nemine Tuſculanorum pœnas ſumpſerint, ſed iniuriam omnibus remiſerint. At longè maiori admiratione dignum illud eſt, quod conceſſâ veniâ mox iiſdem gratificati ſunt. Cùm enim prouidere vellent, ne quid poſthac eiuſmodi in eo oppido contingeret, néve occaſio rerum nouarum vllis relinqueretur, ſtatuerunt non quidem præſidium in arce imponere, neque à principibus oppidanorum obſides accipere, neque arma adimere iuuentuti, aliudue quod malè ſartæ ac ſuſpicacis amicitiæ indicium præbere: ſed cùm exiſtimarent ſolam eſſe communionem bonorum, quæ homines amicitia aut cognatione coniunctos in mutua concordia contineat,

ΕΚ ΤΗΣ ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΑΛΙΚΑΡΝ.
Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας.

ΟΤΙ Μάρκος Φούριος ὁ Δικτάτωρ, ἀνὴρ ἦν κατὰ τὴν αὐτὴν ἀκμασάντων ἡλικίαν τά τε πολέμια λαμπρότατος, καὶ τὰ* πολιτικὰ πράττειν φρονιμώτατος. mſ. πολεμικὰ,

Ὅτι οἱ Ῥωμαῖοι μεγαλοπρεπεῖς. τῶν γὰρ ἄλλων ὀλίγου δεῖν πάντων ἔν τε τοῖς κοινοῖς τῶν πόλεων πράγμασι, καὶ ἐν τοῖς ἰδίοις βίοις, πρὸς τὰ τελευταῖα τῶν συμβαινόντων τὰς διανοίας μεθαρμοττομένων, καὶ πολλάκις ἔχθρας τε μεγάλας διὰ τὰς τυχούσας φιλανθρωπίας καταλυομένων, καὶ φιλίας πολυχρονίους διὰ μικρὰ καὶ φαῦλα *προσκρούσματα διαιρούντων, ἐκεῖνοι τοὐναντίον ἐπὶ τῶν φίλων ᾤοντο χρῆναι ποιεῖν, ταῖς τε παλαιαῖς εὐεργεσίαις χαρίζεσθαι τὰς ἐπὶ τοῖς προσφάτοις ἐγκλήμασιν ὀργάς. θαυμαστὸν μὲν δὴ καὶ τοῦτο τῶν ἀνδρῶν· λέγω δὲ τὸ μηδενὶ μνησικακῆσαι τῶν Τουσκλανῶν, ἀλλὰ πάντας ἀφεῖναι τοὺς ἐξαμαρτόντας ἀζημίους. πολλῷ δ᾽ ἔτι τούτου θαυμασιώτερον, ὃ μετὰ τὴν ἄφεσιν τῶν ἐγκλημάτων αὐτοῖς ἐχαρίσαντο. σκοπούμενοι γὰρ ὡς μηδὲν ἔτι τοιοῦτον ἐν τῇ πόλει γενήσεται, μηδ᾽ ἀφορμὴν νεωτερισμοῦ λήψονταί τινες, οὔτε φρουρὰν εἰς τὴν ἀκρόπολιν αὐτῶν ᾤοντο δεῖν εἰσάγειν, οὔτε παρὰ τῶν ἐπιφανεστάτων ἀνδρῶν ὅμηρα λαμβάνειν, οὔτε ὅπλα τοὺς ἔχοντας ἀφελέσθαι, οὔτ᾽ ἄλλο σημεῖον οὐδὲν ἀπιστουμένης φιλίας ποιῆσαι. μίαν δὲ πρᾶξιν οἰόμενοι ἅπαντας τοὺς κατὰ συγγένειαν ἢ φιλίαν προσήκοντας ἀλλήλοις τὴν τῶν ἀγαθῶν ἰσομοιρίαν, πολι- mſ. κρουμ.

τείαν ἔγνωσαν τοῖς κρατηθεῖσι χρῆσθαι, πάντων μεταδόντες ὧν τοῖς φύσει Ῥωμαίοις μετῆν. οὐ τὴν αὐτὴν διάνοιαν λαβόντες τοῖς ἀξιοῦσι τῆς Ἑλλάδος ἄρχειν, οὔτ' Ἀθηναίοις, οὔτε Λακεδαιμονίοις. τί γὰρ δεῖ περὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων λέγειν; Ἀθηναῖοι μὲν γε Σαμίους ἀποίκους ἑαυτῶν ὄντας, Λακεδαιμόνιοι δὲ Μεσσηνίους ἀδελφοὺς οὐδὲν διαφέροντας, ἐπεὶ προσέκρουσάν αὐτοῖς τι, διαλυσάμενοι τὴν συγγένειαν οὕτως ὠμῶς ἐχρήσαντο καὶ θηριωδῶς, ἐπεὶ τὰς πόλεις αὐτῶν ὑποχειρίους ἔλαβον, ὥστε μηδὲ τοῖς ἀγριωτάτοις τῶν βαρβάρων ὑπερβολὴν τῆς εἰς τὰ ὁμόφυλα παρανομίας παραλιπεῖν. μυρία τοιαῦτα λέγειν ἄν τις ἔχοι ταῖς πόλεσι ταύταις ἡμαρτημένα, ἃ παρίημι, ἐπεὶ καὶ τούτων μεμνημένος ἄχθομαι. τὸ γὰρ Ἑλληνικὸν οὐκ ὀνόματι διαφέρειν τοῦ βαρβάρου ἠξίουν, οὐδὲ διαλέκτου χάριν, ἀλλὰ συνέσει καὶ χρηστῶν ἐπιτηδευμάτων προαιρέσει· μάλιστα δὲ τῷ μηδὲν τῶν ὑπὲρ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ἀλλήλοις παρανομεῖν. ὅσοις μὲν οὖν τὰ ἐπιπλεῖον ὑπῆρξεν ἐν τῇ φύσει, τούτους οἶμαι δεῖν λέγειν Ἕλληνας· ὅσοις δὲ τἀναντία, βαρβάρους. καὶ τὰς μὲν ἐπιεικεῖς καὶ φιλανθρώπους διανοίας τε καὶ πράξεις αὐτῶν, Ἑλληνικὰς εἶναι λογίζομαι· τὰς δὲ ὠμὰς καὶ θηριώδεις, ἄλλως τε κἂν περὶ συγγενεῖς τε καὶ φίλους γίνωνται, βαρβαρικάς. Τουσκλανοὶ μὲν δὴ πρὸς τῷ μηδὲν ἀφαιρεθῆναι τῶν σφετέρων ἁλούσης τῆς πόλεως, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν κεκρατηκότων ἀγαθὰ προσλαβόντες ἀπῄεσαν.

Ὅτι Σολπίκιος Ῥοῦφος ἐπίκλησιν, ἀνὴρ ὢν ἔν τε ταῖς πολεμικαῖς πράξεσιν ἐπιφανής, καὶ πολιτείας προαίρεσιν ἐζηλωκὼς τὴν διὰ μέσου.

Ὅτι Ποσόμιος ὁ ὕπατος τῆς διαδοχῆς αὐτοῦ ἐγγισάσης
mſ. τάξεως. μέγα φρονῶν ἐφ' ἑαυτῷ τῆς τ' *ἀξιώσεως τοῦ γένους ἕνεκα,
καὶ ὅτι διτταῖς ὑπατείαις ἤδη κεκοσμημένος ἦν. ἐφ' οἷς

ciuitatem victis dare decreuerunt, omnia iura quæcunque ciuibus indigenis competebant, eis impertientes. Longè alia profectò ſententia, atque illi qui olim principatum Græciæ ambibant, Athenienſes ac Lacedæmonij. quid enim de reliquis Græcis attinet dicere? Namque Athenienſes quidem Samios colonos ſuos, Lacedæmonij verò Meſſenios fraterna germanitate coniunctos, poſtquam ab illis offenſi ſunt, renuntiata mox cognatione victos atque in poteſtatem redactos tanta acerbitate ac feritate tractarunt, vt quorumvis barbarorum crudelitatem longo interuallo ſuperauerint. Sexcenta eiuſmodi harum ciuitatum peccata commemorare quiſpiam poſſit, quæ ſilentio equidem prætetire malo, quando & eorum quæ retuli, pudet mehercle. Neque enim nuda appellatione, aut linguæ duntaxat proprietate Græcos à Barbaris diſtingui velim, ſed prudentia boniſque inſtitutis ac moribus, eóque præcipuè vt ne inter ſe inuicem vlla inhumanitate ſæuiant. Quibus igitur hæc natura altius inſita fuêre, eos Græcos eſſe appellandos cenſeo. quibus contrà, barbaros. Conſilia etiam & facta plena humanitatis & æquitatis pro Græcis habeo: contrà crudeliter atque immaniter facta & cogitata, præſertim in amicos ac cognatos, pro barbaris duco. Cæterùm Tuſculani capto oppido, præterquam quod bona ſua integra retinuerunt, bonis inſuper victorum ornati abierunt.

Erat Sulpicius Rufus rei militaris gloria inſignis, & qui in Republica mediam quandam ſectam ſequeretur.

L. Poſtumius Megellus Cōſul Magiſtratum propediem initurus, ingenti faſtu tumebat, tū ob ſplendorē generis, tum ob geminum conſulatum: proinde collega ipſius

Iunius Brutus, vt qui præter ius ſuum deprimeretur, initio quidem ægrè ferebat, ac ſæpè in ſenatu de eo querebatur; tandem verò cùm ſe nobilitate & amicorum opibus & gratia inferiorem eſſe ſentiret (quippe plebeïus ac nouus homo erat) collegæ ſe ſubmiſit, eique Samniticum bellum extra ſortem conceſſit. Ea res primùm magnam inuidiam conflauit Poſtumio, quippe quæ ex graui inſolentia proficiſceretur. Aliud deinde grauius quàm pro imperatore populi Romani adjecit. Selectos enim ex ſuis legionibus bis mille iuuenes in agros ſuos ablegauit, & tantumnon vinctos ergaſtulorum more ſaltum repaſtinare iuſſit, atque illos ſeruilibus addictos operis perquam diu in agris detinuit. Cúmque eiuſmodi inſolentia priuſquam paludatus ex vrbe proficiſceretur, eſſet vſus, mox in caſtris longè inſolentius ſe geſſit, & Senatus populique Romani in ſe odium meritò prouocauit. Nam cùm Senatus decreuiſſet, vt Fabius (qui ſuperiore anno Samnitas, qui Pentri cognominantur, in conſulatu vicerat) in caſtris remaneret, & Proconſule aduerſus partem Samnitium bellum gereret, Poſtumius miſſis literis Samnio illum excedere iuſſit, quaſi imperium ad ſe vnum pertineret. Legatis verò qui à Senatu miſſi orabant, ne obſtaret, quo minus Proconſul exercitum retineret, neve aduerſari Senatus decreto vellet, ſuperbum atque impotens reſponſum dedit: Non Senatum ſibi ipſi, quandiu Conſul eſſet, ſed Senatui ſe præeſſe; & dimiſſis legatis, protinus aduerſus Fabium exercitum mouit, vt niſi ſponte prouincia excederet, armis illum inuitum cogeret. Igitur cùm eum in obſidione Cominij deprehendiſſet,

ὁ σύνυπατος αὐτοῦ, κατ' ἀρχὰς μὲν ὡς ἀπελαυνόμενος τῶν ἴσων ἠγανάκτει, καὶ πολλάκις ἐπὶ τῆς βουλῆς τὰ δίκαια πρὸς αὐτὸν ἔλεγεν. ὕστερον δὲ συγγνοὺς ἑαυτῷ κατά τε προγόνων ὄγκον καὶ φίλων πλῆθος, καὶ κατὰ τὰς ἄλλας δυνάμεις ἐλάττονα ἰσχὺν ἔχοντι, (δημοτικὸς γὰρ ἦν καὶ τῶν νεωστὶ παρελθόντων εἰς γνῶσιν) εἶξε τῷ συνυπάτῳ, καὶ παρεχώρησε τοῦ Σαυνιτικοῦ πολέμου τὴν ἡγεμονίαν. πρῶτον μὲν δὴ ταύτην διαβολὴν ἐνέσχε τῷ Ποστομίῳ, κατὰ πολλὴν αὐθάδειαν γενόμενον· καὶ ἑτέραν αὖθις ἐπὶ τούτῳ βαρυτέραν, ἢ ὡς κατὰ Ῥωμαίων ἡγεμόνα. ἐπιλεξάμενος γὰρ ἐκ τῆς ἑαυτοῦ στρατιᾶς περὶ τοὺς δισχιλίους ἄνδρας, εἰς τοὺς ἰδίους ἀγροὺς ἀπήγαγεν, οἷς αὐτὸ σιδήρου δρυμὸν ἐκέλευσε κείρειν. καὶ μέχρι πολλοῦ κατεῖχε τοὺς ἄνδρας ἐν τοῖς ἀγροῖς, θητῶν ἔργα καὶ θεραπόντων ὑπηρετοῦντας. τοσαύτῃ δὲ αὐθαδείᾳ περὶ τῆς ἐξόδου χρησάμενος, ἔτι βαρύτερος ἐφάνη τοῖς κατ' αὐτὴν τὴν στρατιὰν ἐπιτελεσθεῖσι, καὶ παρέσχε τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ μίσους ἀφορμὰς δικαίου. τὸν γὰρ ὑπατεύσαντα τῷ πρόσθεν ἐνιαυτῷ καὶ νικήσαντα Φάβιον Σαυνιτῶν τοὺς καλουμένους Πέντρους, τῆς βουλῆς ψηφισαμένης μένειν ἐπὶ τοῦ στρατοπέδου, καὶ τὴν ἀνθύπατον ἀρχὴν ἔχοντα πρὸς τὴν μερίδα τῶν Σαυνιτῶν πολεμεῖν, γράμματα πέμπων ἐκχωρεῖν ἐκ τῆς Σαυνίτιδος ἐκέλευσεν, ὡς αὐτῷ μόνῳ τῆς ἡγεμονίας προσηκούσης. καὶ πρὸς τοὺς ἀποσταλέντας ὑπὸ τῶν συνέδρων πρέσβεις, ἀξιοῦντας μὴ κωλύειν τὸν ἀνθύπατον ἐπὶ τοῦ στρατοπέδου μένειν, μηδ' ἀντιπράττειν τοῖς ἐψηφισμένοις ὑφ' ἑαυτῶν, ὑπερηφάνους καὶ τυραννικὰς ἔδωκεν ἀποκρίσεις· οὐ τὴν βουλὴν ἄρχειν ἑαυτοῦ φήσας ἕως ἐστὶν ὕπατος, ἀλλ' αὐτὸν τῆς βουλῆς. ἀπολύσας δὲ τοὺς πρέσβεις, ἐπὶ τὸν Φάβιον ἦγε τὴν στρατιάν, ὡς εἰ μὴ βούλοιτο ἑκὼν παραχωρεῖν τῆς ἀρχῆς, τοῖς ὅπλοις προσαναγκάσων· καταλαβὼν δὲ τοῦτον Κομινίῳ πόλει προσκαθή-

μένον, ἐξέπλευσεν ἐκ τοῦ στρατοπέδου, κατὰ πολλὴν ὑπερο-ψίαν τῶν ἀρχαίων ἐθισμῶν καὶ δεινὴν ὑπερηφανίαν. Φάβιος μὲν αὐτοῦ εἴξας τῇ μανίᾳ, τῆς ἡγεμονίας ἐξεχώρησεν.

Ὅτι ὁ αὐτὸς Ποστόμιος, ἐπειδὴ τὸ μὲν Κομίνιον ἐκ πολιορκίας παρέλαβε, χρόνον οὐ πολὺν ἐν ταῖς προσβολαῖς διατρίψας· ἔπειτα Οὐενουσίαν πολυανθρωπότατον καὶ ἄλλας πόλεις πλείστας ὅσας. ἐξ ὧν μύριοι μὲν ἐσφάγησαν, ἑξακισχίλιοι δὲ καὶ διακόσιοι τὰ ὅπλα παρέδοσαν. ταῦτα διαπραξάμενος οὐχ ὅπως χάριτος ἢ τιμῆς τινὸς ἠξιώθη παρὰ τῆς βουλῆς, ἀλλὰ καὶ τὴν προϋπάρχουσαν ἀξίωσιν ἀπέβαλεν. ἀποστελλομένων γὰρ εἰς μίαν τῶν ἁλουσῶν ὑπ' ἐκείνου πόλεων τὴν καλουμένην Οὐενουσίαν δισμυρίων ἐποίκων, ἕτεροι τῆς ἀποικίας ᾑρέθησαν ἡγεμόνες. ὁ δὲ τὴν πόλιν ἐξελὼν, καὶ τὴν γνώμην τῆς ἀποστολῆς τῶν κληρούχων εἰσηγησάμενος, οὐδὲ ταύτης ἄξιος ἐφάνη τῆς τιμῆς. Εἰ μὲν οὖν σώφρονι λογισμῷ τὰ συμβάντα ἤνεγκεν, καὶ τὸ χαλεπὸν τοῦ συνεδρίου λόγων τε καὶ ἔργων χρηστῶν θεραπείαις ἐπράϋνεν, οὐδεμίας ἔτι συμφορᾶς εἰς ἀτιμίαν φερούσης ἐπειράθη. νῦν δ' ἀγανακτῶν καὶ ἀντιχαλεπαίνων, τάς τε ὠφελείας ἃς ἔλαβεν ἐκ τῶν πολεμίων ἁπάσας τοῖς στρατιώταις ἐχαρίσατο, καὶ πρὶν ἀποστεῖλαι τὸν διάδοχον τῆς ἀρχῆς, ἀπέλυσεν ἀπὸ τῶν σημείων τὰς δυνάμεις, καὶ
f. ἣν τελευτῶν ὃν * οὔτε βουλὴ συνεχώρησεν αὐτῷ θρίαμβον, ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ γνώμης κατήγαγεν. ἐφ' οἷς ἅπασιν ἔτι μείζονος ἐξ ἁπάντων μίσους ἐκκαυθέντος, ἅμα τῷ παραδοῦναι τὴν ἀρχὴν τοῖς μετ' ἑαυτὸν ὑπάτοις, εἰς δίκην ὑπάγεται δημοσίαν ὑπὸ δυοῖν δημάρχων. καὶ κατηγορηθεὶς ἐν τῷ δήμῳ πάσαις ταῖς φυλαῖς καταδικάζεται, τί-
f. ἐχούσης, μημα τῆς εἰσαγγελίας * ἐχούσης χρημάτων πέντε μυριάδας ἀργυρίου.

repentè in furorem verſus, caſtris excedere illum iubet. At Fabius hominis furori cedendum ratus, è prouincia abſceſſit.

Porrò Poſtumius primùm quidem Cominium haud difficili negocio expugnauit, inde Venuſiam, aliáque complura oppida vi cepit .. in quibus decem millia hominum capta; ſex millia ac ducenti armis traditis in deditionem venêre. His rebus geſtis non modò à Senatu nullo honore eſt affectus, ſed & priſtinà eius dignitas imminuta eſt. Nam cùm Venuſiam, quæ à Poſtumio capta erat, bis mille colonos Senatus mitti cenſuiſſet, triumviri deducendæ coloniæ alij creati ſunt: ipſi qui oppidum ceperat, & de mittendis colonis ad Senatum retulerat, is honos denegatus; quod ſi eum caſum moderatè ac prudenter tuliſſet, & iracundiam Senatus dictis factiſque mollioribus mitigaſſet, nullam præterea calamitatem cum infamia coniunctam eſſet expertus. nunc verò indignatus, & aduerſus iratos ipſe fremens, prædam omnem ex manubiis redactam militibus diuiſit, & priuſquam ſucceſſor mitteretur, exercitum dimiſit: poſtremò triumphum, quem nec Senatus decreuerat, ipſe ſua auctoritate duxit. Proinde cùm eas ob cauſas in omnium odium veniſſet, ſimulac magiſtratu abiit, duo Tribuni plebis diem ei ad populum dixêre, & cauſa vtrinque perorata damnatus à cunctis tribubus, ac ducentis millibus nummum lis ei æſtimata eſt.

Vnicum hic adijciam publicum facinus omnium mortalium laude digniſſimum, ex quo perſpicuum fiet Græcis quantum tunc populi Romani odium improborum, quantáque aduerſus eos qui ſanctiſſima naturæ iura violant, ſeueritas eſſet. C. Lætorius Mergus, & ſplendore natalium, & militari fortitudine nulli ſecundus, bello Samnitico Tribunus cuiuſdam cohortis creatus, adoleſcentem quendam ex ſuis contubernalibus formæ decore præſtantem, principio quidem donis atque huiuſcemodi delinimentis ſollicitauit de ſtupro. Sed poſtquam nulla arte capi poſſe animaduertit, ſuperatus libidinis impotentia, vim inferre adoleſcenti inſtituit. Cuius ſceleris fama cùm celebris ac peruulgata in exercitu fuiſſet, Tribuni plebis hanc publicam ciuitatis iniuriam eſſe rati, Lætorio diem ad populum dixerunt, cúmque populus Romanus vniuerſis ſuffragiis capitis damnauit, haudquaquam arbitratus ferendum eſſe, vt ingenui homines qui pro reliquorum ciuium libertate in acie ſtarent, fœdo ac pudendo viris iniuriæ genere violarentur. Verùm illud longè admiratione dignius eſt quod paulò antehac geſſerant, ob iniuriam tametſi ſeruili corpori illatam. Adoleſcens quidam Publij filius vnius è Tribunis militaribus qui ſe exercitúmque omnem dediderant Samnitibus, & ſub iugum miſſi fuerant, in maxima egeſtate derelictus, pecuniam fœnori accipere ad celebrandum patris funus coactus eſt, ſperans propinquorum liberalitate ſe propediem hoc ære alieno liberatum iri: verùm ſpe ſua fruſtratus, cùm dies ceſſiſſet, abductus eſt in nexum iuuenis forma haud inuenuſtus. Is cùm operas ac miniſteria quæcunque ſeruos præſtare dominis ius faſq. eſt, creditori exhiberet, ferebat id moderatè: ſed cùm ſtuprum iuberetur pati, tum verò indignari cœpit, & flagitium prorſus aſpernatus eſt.

Ὅτι φησὶ Διονύσιος μιᾶς ἔτι μνηθήσομαι πράξεως πολιτικῆς, ἀξίας ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων ἐπαινεῖσθαι, ἐξ ἧς καταφανὲς ἔσται τοῖς Ἕλλησιν, ὅσον ἦν τὸ μισοπόνηρον ἐν τῇ Ῥώμῃ τότε, καὶ πρὸς τοὺς παραβαίνοντας τὰ κοινὰ νόμιμα τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἀμείλικτον. Γάϊος Λαιτώριος Μέρκος ἐπίκλησιν ἐπιφανὴς κατὰ γένος, καὶ κατὰ τὰς πολεμικὰς πράξεις οὐκ ἀγεννής, ἑνὸς τῶν ταγμάτων χιλίαρχος ἀποδειχθεὶς ἐν τῷ Σαυνιτικῷ πολέμῳ νεανίαν τινὰ τῶν ὁμοσκήνων διαφέροντα τὴν ὄψιν ἑτέρων μέχρι μέν τινος ἐπειθεν ἑαυτῷ χαρίσασθαι τὴν τοῦ σώματος ὥραν ἑκόντα· ὡς δ' οὔτε δωρεαῖς, οὔτ' ἄλλῃ φιλανθρωπίᾳ τὸ μειράκιον ἡλίσκετο, κατέχειν τὴν ἐπιθυμίαν ἀδύνατος ὢν βίαν προσφέρειν ἐπεβάλετο. περιβοήτου δὲ τῆς ἀκοσμίας τοῦ ἀνδρὸς ἅπασι τοῖς ἐπὶ τοῦ στρατοπέδου γενομένης, κοινὸν ἀδίκημα τῆς πόλεως εἶναι νομίσαντες οἱ δήμαρχοι, γραφὴν ἀποφέρουσι κατ' αὐτοῦ δημοσίᾳ. καὶ ὁ δῆμος ἁπάσαις ταῖς ψήφοις τοῦ ἀνδρὸς κατέγνω, τίμημα δίκης ὁρίσας * θάνατον· οὐκ ἀξιῶν εἰς ἐλευ- mſ. ἀπου.
θερα σώματα καὶ προπολεμοῦντα τῆς τῶν ἄλλων ἐλευθερίας, τοὺς ἐν ταῖς ἄλλαις ὄντας ἀρχαῖς ὑβρίζειν τὰς ἀνηκέστους καὶ παρὰ φύσιν τοῖς ἄρρεσιν ὕβρεις. ἔτι δὲ τούτου θαυμασιώτερον ἔπραξαν οὐ πολλοῖς πρότερον χρόνοις, καίτοι περὶ δούλου σῶμα γενομένης τῆς ὕβρεως. ἑνὸς γὰρ τῶν παραδόντων Σαυνίταις τὸ στρατόπεδον χιλιάρχων, καὶ ὑπὸ ζυγὸν ὑπελθόντων Ποπλίου υἱὸς ὢν ἐν πολλῇ * καταλειφθεὶς πενίᾳ δάνειον ἠναγ- mſ. λιπ.
κάσθη λαβεῖν εἰς τὴν ταφὴν τοῦ πατρὸς, ὡς ἐρανιασθησόμενος ὑπὸ τῶν συγγενῶν. διαψευσθεὶς δὲ τῆς ἐλπίδος ἀπήχθη πρὸς τὸ χρέος τῆς προθεσμίας διελθούσης, κομιδῇ νέος ὢν καὶ τῇ ὄψει ὡραῖος. οὗτος τὰ μὲν ἄλλα ὑπηρετῶν ὅσα δούλοις δεσπόταις νόμος ἦν ὑπείκετο. τὴν δὲ τοῦ σώματος ὥραν χαρίσασθαι κελευόμενος ἠγανάκτει καὶ μέχρι παντὸς ἀπεμάχετο.

πολλὰς δὲ διὰ ταῦτα μαστίγων λαβὼν πληγὰς ἐξέδραμεν εἰς τὴν ἀγοράν. καὶ στὰς ἐπὶ μετεώρου τινὸς ἔνθα πολλοὺς ἔμελλε τῆς ὕβρεως λήψεσθαι μάρτυρας, τήν τε ἀκολασίαν τοῦ δανειστοῦ διηγήσατο, καὶ τῶν μαστίγων τοὺς μώλωπας ὑπέδειξεν. ἀγανακτήσαντος δὲ τοῦ δήμου, καὶ δημοσίας ὀργῆς ἄξιον ἡγησαμένου τὸ πρᾶγμα, καὶ τὴν mſ. λημα. κρίσιν κατηγορούντων τὴν εἰσαγγελίαν τῶν δημάρχων * ὦφλε θανάτου δίκην. καὶ δι᾽ ἐκεῖνο τὸ πάθος ἅπαντες οἱ δουλωθέντες πρὸς τὰ χρέα Ρωμαῖοι, νόμῳ κυρωθέντι τὴν ἀρχαίαν ἐλευθερίαν ἐκομίσαντο.

Οτι Κλεινίας ὁ Κροτωνιάτης τύραννος ὢν ἀφείλετο τὴν ἐλευθερίαν ταῖς πόλεσι, φυγάδας ἀθροίσας ἐκ παντὸς τόπου καὶ δούλους ἐλευθερώσας. οἷς τὴν τυραννίδα κρατυνάμενος τοὺς ἐπιφανεστάτους Κροτωνιατῶν, οὓς μὲν ἀπέκτεινεν, οὓς δὲ ἐξέβαλεν ἐκ τῆς πόλεως. Αναξίλας δὲ Ρηγίνων τὴν ἀκρόπολιν κατέλαβεν. καὶ πάντα τὸν τοῦ βίου χρόνον κατασχὼν, Λεόφρονι τῷ παιδὶ τὴν ἀρχὴν κατέλιπε. καὶ ἄλλοι ἀπὸ τούτων δυναστείας ἐν ταῖς πόλεσι κατασκευάσαντες πάντα τὰ πράγματα διέφθειραν. ἡ δὲ τελευταία τε καὶ πασῶν μεγίστη κάκωσις ἁπάσαις ταῖς πόλεσιν ἡ Διονυσίου τυραννὶς ἐγένετο τοῦ κρατήσαντος Σικελίας. διέβη γὰρ εἰς Ιταλίαν ἐπὶ Ρηγίνους Λοκρῶν ἐπικαλεσαμένων, οἷς ἦσαν οἱ Ρηγῖνοι διάφοροι. καὶ συνελθόντων ἐπ᾽ αὐτὸν Ιταλιωτῶν δυνάμεσι μεγάλαις, συνάψας μάχην ἀπέκτεινε συχνοὺς, καὶ πόλεις αὐτῶν δύω κατὰ κράτος ἐξεῖλεν. εἶτ᾽ αὖθις ἑτέραν ποιησάμενος διάβασιν Ιππωνιεῖς ἀνέστησεν ἐκ τῆς ἑαυτῶν, οὓς ἀπήγαγεν εἰς Σικελίαν· καὶ Κροτωνιάτας ἐξεῖλε καὶ Ρηγίνους, καὶ διετέλεσεν ἔτη δώδεκα τούτων τυραννῶν τῶν πόλεων. ἔπειθ᾽ οἱ μὲν τὸν τύραννον δεδιότες τοῖς βαρβάροις αὐτοὺς ἐνεχείριζον. οἱ δὲ ὑπ᾽ ἐκείνων πολεμούμενοι, τῷ τυράννῳ τὰς πόλεις προεδίδοσαν. ὑφ᾽ ὅτου δὲ πάσχοιεν ἀεὶ κακῶς δυσχεραίνοντες, Εὐρίπου δίκην τῇδε καὶ τῇδε πρὸς τὸ συντυχὸν ἐτράποντο.

Cuius rei cauſa verberibus à creditore laceratus proripuit ſe in forum; ſtanſque in ſublimi loco vnde plurimos teſtes iniuriæ ſuæ habere poſſet, libidinem crudelitatémque fœneratoris conqueſtus eſt, vibices verberum oſtentans; proinde plebs atrocitate iniuriæ commota, cùm id facinus publica indignatione proſequeretur, accuſatum à Tribunis plebis creditorem capite damnauit: atque ob hunc caſum cuncti qui ob æs alienum nexi erant, lege lata ſoluti, priſtinam libertatem recuperarunt.

Clinias Crotoniates primus vrbes in ea parte Italiæ ſitas, quæ maior Græcia dicitur, tyrannide oppreſſit, congregatis vndique exulibus & ſeruis ad pileum vocatis: quorum præſidio cùm tyrannidem confirmaſſet, principes Crotoniatarum partim necauit, partim vrbe expulit. Deinde Anaxilaüs Rheginorum arcem occupauit, tenuitque quoad vixit, ac moriens Leophroni filio dominationem tradidit. Alij poſthac ſubſecuti cùm in variis vrbibus dominationes atque imperia conſtituiſſent, funditùs omnia ſubuerterunt. Extrema demum atque omnium grauiſſima peſtis & calamitas Dionyſij Siculi tyrannis incubuit vniuerſis ſimul ciuitatibus. Namq. hic in auxilium aduocatus à Locris aduerſus Rheginos, quibuſcum diſſentiebant, in Italiam trajecit: cumque Italicorum ingentibus copiis prælio congreſſus multos cecîdit, & vrbes duas vi cepit. Poſthac iterum in Italiam cùm trajeciſſet, Hipponienſes abſtractos ſedibus ſuis in Siciliam tranſtulit, & Crotonem ac Rhegium expugnauit, iiſque vrbibus per duodecim annos dominatus eſt. Deinde verò hi quidem tyrannum reformidantes, ſemetipſos barbaris dedidêre; illi verò bello à barbaris appetiti, vrbes ſuas Dionyſio tradiderunt; quod ſi forte ab alterutro opprimerentur, ſtatim faſtidio ac moleſtia affecti, inſtar Euripi hac illac fortuitò ferebantur.

Igitur Pyrrhus rurſus in Italiam trajecit, rebus ei in Sicilia haudquaquam ex voto fluentibus, eò quòd potioribus ciuitatibus eius Imperium tyrannicum potius eſſe, quàm regium videretur. Namque introductus Syracuſas à Soſiſtrato, qui tum vrbem tenebat, & à Thœnone arcis præfecto, cùm ab iis pecuniam publicam ac ducentas ferè roſtratas naues accepiſſet, omnique præter Lilybæum oppidum, (quod vnum Carthaginienſes etiamtum tenebant,) Sicilia eſſet potitus, ad tyrannicam mox inſolentiam deflexit: quippe ademptas amicis aut neceſſariis Agathoclis facultates, quas à tyranno obtinuerant, ipſe amicis ſuis donabat: ac pręcipuos ciuitatum magiſtratus ſatellitibus ſuis mandabat, aut centurionibus, præter leges atque inſtituta ſingularum vrbium, neque in tempus legibus præfinitum, ſed quoad ſibi viſum eſſet. Adhæc cauſas & controuerſias, aliaque negotia publica partim ipſe diſceptabat, partim diſpicienda ac diiudicanda aulicis delegabat, viris nihil præter lucrum, atque ex lucro luxum & helluationem ſpectantibus. Has ob cauſas Pyrrhus cunctis quæ eum exceperant ciuitatibus grauis atque inuiſus erat. Qui cùm iam pleroſque exulcerato in ſe animo eſſe intelligeret, præſidia vrbibus impoſuit per ſpeciem belli quod à Carthaginienſibus imminere iactabat; atque ex ſingulis ciuitatibus correptos viros nobiliſſimos confictis aduerſus eos calumniis, quaſi inſidias aut proditionem machinati fuiſſent, neci dedit. Quos inter fuit & Thœno, arcis præfectus, quem inter omnes conſtabat maximum ſtudium atque egregiam operam in traijciendo exercitu ac tradenda inſula præſtitiſſe Pyrrho. Etenim non modò cum claſſe Regi occurrerat, ſed & Inſulam (ſic pars oppidi Syracuſanorum vocatur, quam ipſe prę-ſidio tenebat) eidem tradiderat. Sed Pyrrhus Soſiſtratum præterea comprehendere conatus, ſpe ſua fruſtra-

Ὅτι Πύῤῥος διέβη τὸ δεύτερον εἰς Ἰταλίαν, οὐ χωρούντων αὐτῷ τῶν ἐν Σικελίᾳ πραγμάτων κατὰ νοῦν, διὰ τὸ μὴ βασιλικὴν φαίνεσθαι τὴν ἡγεμονίαν αὐτοῦ ταῖς ἐπιφανεστάταις πόλεσιν, ἀλλὰ δεσποτικήν. εἰσαχθεὶς γὰρ εἰς Συρακούσας ὑπό τε Σωστράτου τοῦ κρατοῦντος τῆς πόλεως τότε, καὶ Θοίνωνος τοῦ φρουράρχου, παραλαβὼν παρ' ἐκείνων τὰ χρήματα καὶ ναῦς χαλκεμβόλους ὁμοῦ τι διακοσίας, καὶ πᾶσαν ὑφ' ἑαυτῷ ποιησάμενος Σικελίαν, πλὴν Λιλυβαίου πόλεως, ἣν ἔτι μόνην Καρχηδόνιοι κατεῖχον, εἰς αὐθάδειαν τυραννικὴν ἐτρέπετο. τάς τε γὰρ οὐσίας τῶν Ἀγαθοκλέους οἰκείων ἢ φίλων ἀφαιρούμενος τοὺς παρ' ἐκείνου λαβόντας, τοῖς ἑαυτοῦ φίλοις ἐχαρίσατο. καὶ τὰς μεγίστας ἐν ταῖς πόλεσιν ἀρχὰς τοῖς ἰδίοις ὑπασπισταῖς καὶ λοχαγοῖς προσένειμεν, οὐ κατὰ τοὺς ἐπιχωρίους ἑκάστης πόλεως νόμους, οὐδ' εἰς τὸν εἰωθότα χρόνον, ἀλλ' ὡς αὐτῷ φίλον ἦν. δίκας τε καὶ ἀμφισβητήσεις καὶ τὰς ἄλλας πολιτικὰς οἰκονομίας ἁπάσας τὰς μὲν αὐτὸς διῄτα, τὰς δὲ τοῖς περὶ τὴν αὐλὴν ἀναστρέφειν καὶ διακρίνειν ἀπεδίδου, ἀνθρώποις οὐδὲν ἕτερον ὁρῶσιν ἢ ὅτι μὴ κερδαίνειν καὶ καθηδυπαθεῖν τὰς εὐπορείας. καὶ διὰ ταῦτα πάντα βαρὺς ταῖς ὑποδεξαμέναις πόλεσιν, μισητὸς ἦν. αἰσθόμενος δὲ ὑπούλως ἤδη πολλοὺς πρὸς ἑαυτὸν ἔχοντας, εἴς τε τὰς πόλεις φρουρὰς εἰσῆγε· πρόφασιν ποιούμενος τὸν ἀπὸ Καρχηδονίων πόλεμον. καὶ τοὺς ἐπιφανεστάτους ἄνδρας ἐξ ἑκάστης πόλεως συλλαμβάνων ἀπέκτεινεν, ἐπιβουλὰς καὶ προδοσίας εὑρηκέναι ψευσάμενος, ἐν οἷς καὶ Θοίνων ὁ φύλαρχος. ὃς ὑπὸ πάντων ὡμολόγητο πλείστην σπουδὴν καὶ προθυμίαν εἴς τε τὴν διάβασιν αὐτῷ καὶ τὴν παράληψιν τῆς νήσου παρεσχῆσθαι. καὶ γὰρ ὑπήντησεν αὐτῷ ναυτικὸν στόλον ἄγων, καὶ τὴν ἐν ταῖς Συρακούσαις νῆσον, ἣν αὐτὸς ἐκράτει, παρέχει. ἐπιχειρήσας δὲ καὶ Σώστρατον συλλαβεῖν διήμαρτε τῆς ἐλπίδος

προαισθομένου τὴν ἐπιβουλὴν τοῦ ἀνδρὸς, καὶ φυγόντος ἐκ τῆς πόλεως. ἀρξαμένων δὲ ταράττεσθαι τῶν πραγμάτων καὶ ἡ τῶν Καρχηδονίων πόλις καιρὸν ἐπιτήδειον εἰληφέναι νομίζουσα πρὸς ἀνάκτησιν τῶν ἀπολωλότων χωρίων, στρατιὰν ἀπέστειλεν ἐπὶ τὴν νῆσον.

Ὅτι ἀμηχανοῦντα τὸν Πύῤῥον καὶ πόρους παντοδαποὺς ἐπιζητοῦντα ὁρῶντες αὐτὸν οἱ κάκιστοι καὶ ἀνοσιώτατοι τῶν φίλων Εὐήγορος Θεοδώρου καὶ Βάλακρος Νικάνδρου, καὶ Δείναρχος Νικίου τῶν ἀθέων καὶ ἐξαισίων δογμάτων ζηλωταὶ, πόρον ὑποτίθενται χρημάτων ἀνοσίων, τοὺς ἱεροὺς ἀνοῖξαι τῆς Περσεφόνης θησαυρούς. ἦν γὰρ ἱερὸν ἐν τῇ πόλει ταύτῃ ἅγιον, καὶ πολὺν χρυσὸν ἐκ παντὸς τοῦ χρόνου πεφυλαγμένον ἄθικτον ἔχον· ἐν ᾧ χρυσός τις ἄβυσσος ἀόρατος τοῖς πολλοῖς κατὰ γῆς κείμενος. ὑπὸ τούτων ἐξαπατηθεὶς τῶν κολάκων καὶ τὴν ἀνάγκην κρείττονα παντὸς ἡγησάμενος τὴν γνώμην ἀνδράσι διακόνοις τῆς ἱεροσυλίας ἐχρήσατο. καὶ τὸν ἐξαχθέντα χρυσὸν ἐκ τοῦ ἱεροῦ ναυσὶν ἐνθέμενος μετὰ τῶν ἄλλων χρημάτων ἀπέστειλεν εἰς Τάραντα πολλῆς μεστὸς εὐθυμίας γενόμενος. ἡ δὲ δικαία πρόνοια τὴν αὐτῆς δύναμιν ἀπεδείξατο. ὡς γὰρ ἀνήχθησαν αἱ νῆες ἀπὸ τοῦ λιμένος, τὴν μὲν ἀπόγειον αὔραν λαβοῦσαι προέκοψαν· ἄνεμος δὲ ἐναντίος γενόμενος καὶ δι᾽ ὅλης νυκτὸς καταρραγὼν ἃς μὲν κατέκλυσεν, ἃς δὲ εἰς τὸν τῆς Σικελίας πορθμὸν ἐξέβαλεν. ἐν αἷς δὲ παρεκομίζετο τὰ ἀναθήματα καὶ ὁ προσενεχθεὶς ἐκ τῶν ἀναθημάτων χρυσὸς, ἐπὶ τοὺς Λοκροὺς ἐξώκειλεν αἰγιαλούς. καὶ τοὺς μὲν πλέοντας ἐν αὐταῖς ἐν τῇ παλιῤῥοίᾳ τῶν κυμάτων κατακλυζομένους διέφθειρεν, τὰ δὲ ἱερὰ χρήματα διασωθεισῶν τῶν νεῶν ἐπὶ τὰς ἔσχατα τῶν Λοκρῶν θῖνας ἐξέβρασεν. ὁ δὲ βασιλεὺς καταπλαγεὶς ἅπαντα τὸν κόσμον, καὶ τοὺς θησαυροὺς ἀπέδωκε τῇ θεῷ, ὡς * παραιτησόμενος αὐτῆς διὰ τοῦτο τὸν χόλον.

Suidas in παραιτησ.

tus eſt, cùm ille inſidias Regis præſenſiſſet, atque ex vrbe aufugiſſet. Cæterùm rebus iam in Sicilia turbari cœptis, Carthaginienſes opportunitatem recuperandi ea quæ amiſerant, ſibi oblatam rati, exercitum in inſulam miſerunt.

Cùm Pyrrhus maxima in difficultate eſſet, atque omnem rationem inueſtigaret pecuniæ comparandæ, Euagorus Theodori, Balacer Nicandri & Dinarchus Niciæ filij, omnium eius amicorum nequiſſimi ac ſceleratiſſimi, atque impiorum auctores conſiliorum, nefariam lucrandi rationem ei ſubminiſtrarunt, vt ſacros Proſerpinæ theſauros recluderet. Erat quippe templum in ea vrbe ſanctiſſimum; in quo ingens auri vis omni æuo intacta, ſub terra condita ſeruabatur. Ab his aſſentatoribus corruptus Pyrrhus, ac neceſſitatem religione omni potiorem ratus, iiſdem ipſis qui auctores conſilij fuerant, adminiſtris ſacrilegij eſt vſus, ac pecuniam omnem quam ex templo abſtulerat, in naues impoſitam lætus Tarentum miſit: ſed Deorum numen breui præſentiſſimum apparuit. Etenim cùm naues è portu ſoluiſſent, primùm quidem ſecundo vento vela fecerunt, atque aliquantum progreſſæ ſunt: tandem verò cùm ventus aduerſus incubuiſſet, ac per totam noctem luctantes in anchoris detinuiſſet, alias ſubmerſit, alias in Siculum fretum ejecit; eas verò quibus donaria ac ſacra omnis pecunia aſportabatur, in ipſa Locrenſium littora repulit ac retruſit, ac vectoribus ipſis æſtu vndarum abſorptis laceratiſque nauibus theſauri in proximas Locris ripas temmpeſtate ejecti ſunt. Qua clade perculſus Rex, theſauros atque omnia ornamenta Deæ reſtituit, quaſi pacem numinis eo facto impetraturus.

Demens qui haud ſciret quæ ſe mox pœna manebat.

Nec mutatur enim leuiter ſententia Diuûm, vt ait Homerus. Quippe cùm ſacram pecuniam nefariè contingere auſus eſſet, eamque in vſum belli deſtinare, Dij eius conſilium vanum atq. irritum fecerunt, vt exemplo deinceps eſſet omnibus poſteris. Hancque maximè ob cauſam bello victus ac profligatus eſt à Romanis Pyrrhus. Neque enim contemnendum aut imperitum rei militaris habebat exercitum, ſed optimos tota Græcia milites, ac plurimis bellis exercitatos; atque eorum non exiguas copias, ſed ter tanto ampliores Romanis. Neque ipſe Dux erat vulgaris, ſed quem omnes ætatis ſuæ præſtantiſſimum fatentur fuiſſe. Poſtremò nec loci iniquitas, neque auxilia ſubmiſſa hoſtibus ac repente ſuperuenientia: neque vlla calamitas aut fortuitus caſus res Pyrrhi afflixêre, ſed ſolus indignantis Deæ furor. quod nec ipſe Pyrrhus diffitebatur, vt Proxenus hiſtoriæ ſcriptor, atque ipſe in Commentariis rerum ſuarum Pyrrhus prodit. Nocte enim qua exercitum in collem ſubducturus erat, viſus ſibi in ſomnis eſt pleroſque dentes multo cum ſanguine expuere. Quo viſo non mediocriter turbatus, cùm graue damnum impendere conijceret, ſtatuerat quidem eo die ſe continere, verùm amicis moram ac cunctationem aſpernantibus, multúmque orantibus ne opportunitatem è manibus elabi ſineret, fatum ſuperare haudquaquam valuit.

Finis Hiſtoriarum Dionyſij Halicarnaſſei.

Νήπιος,

Νήπιος; οὐδὲ τὸ ᾔδει ὃ πείσεσθαι ἔμελλεν.

Οὐ γάρ τ' αἶψα θεῶν τρέπεται νόος αἰὲν ἐόντων,

ὡς Ὁμήρῳ εἴρηται. ἀλλ' ἐπειδὴ τῶν ἱερῶν ἐτόλμησεν ἅψασθαι χρημάτων καὶ πόρον ὑποθέσθαι πολέμων, ἀνόητον ἐποίησε τὴν ἔννοιαν αὐτοῦ τὸ δαιμόνιον, ἵνα παράδειγμα καὶ παίδευμα πᾶσιν ἀνθρώποις γένοιτο τοῖς μεθ' ἑαυτόν. διὰ τοῦτο καὶ ὑπὸ Ῥωμαίων ἡττήθη ὁ Πύρρος κατὰ κράτος. οὐ γὰρ στρατιά τις φαύλη καὶ ἀνάσκητος ἦν αὐτοῦ, ἀλλ' ἡ κρατίστη τῶν τότε οὐσῶν ἐν Ἕλλησι, καὶ πλείστους ἀγωνισαμένη πολέμους. οὐδὲ πλῆθος ἀνδρῶν τῶν τότε παραταξαμένων ὀλίγον, ἀλλ' ὅσον καὶ τριπλάσιον τῆς εἶναι. οὐδὲ στρατηγὸς τῶν ἐπιτυχόντων τις, ἀλλ' ὃν ἅπαντες ὁμολογοῦσι μέγιστον γενέσθαι τῶν κατὰ τὴν αὐτὴν ἡλικίαν ἀκμασάντων στρατηγῶν. οὐδὲ τόπου φύσις ἄνισος, οὔτε ἐπικουρία τοῖς ἑτέροις ἡ ἄφιξις αἰφνίδιος, οὔτε ἄλλη τις συμφορὰ καὶ πρόφασις ἀπροσδόκητος ἐπιπεσοῦσα συνέτριψε τὰ Πύρρου πράγματα. ἀλλ' ὁ τῆς ἀσεβηθείσης θεᾶς χόλος, ὃν οὐδ' αὐτὸς ἠγνόει Πύρρος, ὡς Πρόξενος ὁ συγγραφεὺς ἱστορεῖ, καὶ αὐτὸς ὁ Πύρρος ἐν τοῖς ἰδίοις ὑπομνήμασι γράφει. ἐν γὰρ τῇ νυκτὶ, ἐν ᾗ τὴν στρατιὰν ἔμελλεν ἀπάξειν ἐπὶ τὸ ὄρος, ἔδοξε κατὰ τοὺς ὕπνους ἐκπεσεῖν αὐτοῦ τοὺς πλείονας ὀδόντας, καὶ πλῆθος αἵματος ἐκ τοῦ στόματος φέρεσθαι. ταραχθεὶς δὲ διὰ τὴν ὄψιν καὶ μεγάλην ἔσεσθαι συμφορὰν μαντευόμενος, ἐβούλετο ἐπισχεῖν τὴν ἡμέραν ἐκείνην. οὐκ ἴσχυσε δὲ νικῆσαι τὴν πεπρωμένην, ἐναντιουμένων τῶν φίλων πρὸς τὴν ἀναβολὴν, καὶ μὴ μεθεῖναι τὸν καιρὸν ἐκ τῶν χειρῶν ἀξιούντων.

Τέλος τῆς ἱστορίας Διονυσίου Ἁλικαρνασέως.

ΕΚ ΤΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΑΠΠΙΑΝΟΥ
τῆς ἐπιγραφομένης βασιλικῆς.

mſ. Ρειγίλλου.

ΟΤΙ Ταρκύνιος Σαβίνοις κατὰ Ῥωμαίων ἠρέθιζε. Κλαύδιος δὲ ἀνὴρ Σαβῖνος ἐξ * Ρηγίλλου πόλεως δυνατὸς οὐκ εἴα τοὺς Σαβίνους παρασπονδεῖν. ἕως κρινόμενος ἐπὶ τῷδε ἔφυγεν ἐς Ῥώμην μετὰ συγγενῶν, καὶ φίλων, καὶ δούλων πεντακισχιλίων. οἷς πᾶσι Ῥωμαῖοι χώραν ἐς οἰκίας ἔδοσαν, καὶ γῆν ἐς γεωργίαν, καὶ πολίτας ἔθεντο. τὸν δὲ Κλαύδιον καὶ ἐς τὸ βουλευτήριον κατέλεξαν, ἀποδεικνύμενον ἔργα λαμπρὰ κατὰ τῶν Σαβίνων. καὶ φυλὴν ἐπώνυμον αὐτοῦ κατέστησαν.

Ὅτι σημείων γινομένων ἐκ διὸς ἀηδῶν μετὰ τὴν Βιεντίας ἅλωσιν, οἱ μάντεις ἔλεγον ἐκληφθῆναί τινα πρὸς εὐσέβειαν. καὶ ὁ Κάμιλλος ἀνήνεγκεν ὅτι τὴν δεκάτην τῆς λείας ἐκλάθοιτο τῷ θεῷ τῷ χρήσαντι περὶ τῆς λίμνης ἐξελέσθαι. ἡ μὲν οὖν βουλὴ τοὺς λαβόντας ὁτιοῦν ἐκ τῆς Βιέντης, ἐκέλευσεν ἀποτιμήσασθαι καθ' αὑτοὺς, καὶ σὺν ὅρκῳ τὸ δέκατον εἰσενεγκεῖν. ὑπὸ δὲ εὐσεβείας οὐκ ὤκνησεν καὶ τῆς γῆς ἤδη πεπραμένης ὡς λαφύρου τὸ δέκατον ἀναθεῖναι. κρατήρ τε ἀπὸ τῶνδε τῶν χρημάτων ἐν Δελφοῖς ἔκειτο χρύσεος ἐπὶ χαλκῆς βάσεως ἐν τῷ Ῥωμαίων καὶ Μασσαλιητῶν θησαυρῷ, μέχρι τὸν μὲν χρυσὸν Ὀνόμαρχος ἐν τῷ Φωκικῷ πολέμῳ κατεχώνευσε, κεῖται δ' ἡ βάσις. αὐτὸν δὲ Κάμιλλον ἐν τῷ δήμῳ τις ἐδίωκεν, ὡς αἴτιον γεγονότα τῇ πόλει φασμάτων καὶ τεράτων χαλεπῶν. καὶ ὁ δῆμος ἐκ πολλοῦ τὸν ἄνδρα ἀποστρεφόμενος, ἐζημίωσε πεντήκοντα μυριάσιν, οὐκ ἐπικλασθεὶς, οὐδ' ὅτι πρὸ τῆς δίκης αὐτῷ παῖς ἐτεθνήκει.

EX APPIANI HISTORIARVM libro I. qui inſcribitur, De Regibus Populi Rom.

CVm Tarquinius Sabinos aduerſus populum Rom. concitaret, Claudius Regillo Sabinorũ oppido oriundus, gentem in officio continuit, & quo minus fœderis leges violarent, obſtitit. Cuius rei cauſa poſtmodũ in iudicium vocatus, Romam transfugit cum cognatis & amicis ac clientibus circiter quinquies mille. His omnibus locus ad habitandum in vrbe, & ager, & ciuitatis ius à Romanis datum: Claudius ipſe qui aduerſus Sabinos egregiam operam nauauerat, inter patres lectus, ac Tribus ex eius nomine Claudia appellata eſt.

Ex Libro II. *qui inſcribitur Italicus.*

Captis Veiis cùm quædam portenta à Diis oſtenderentur, conſulti haruſpices, piaculum commiſſum eſſe reſponderunt; & Camillus ad Senatum retulit, decimam prædæ Apollini, qui de lacu Albano emittendo oraculum reddidiſſet, eximere ſe oblitum eſſe. Igitur Senatus decreuit vt quicunq. ex Veientana præda aliquid accepiſſet, ſibimet ipſe bona fide æſtimaret, ac decimæ pretium partis in publicum deferret. Quin & ob religionem æſtimata vrbe & agro quaſi & is prędæ nomine contineretur, decimam Apollini mittendam eſſe cenſuit. Ex ea pecunia conflatus crater aureus Delphos miſſus, qui ſuper ænea baſe in Romanorum ac Maſſilienſium theſauro ſtetit, donec Onomarchus Phocici belli temporib. aurũ conflauit, cæterùm baſis etiamnũ ſupereſt. Porrò Camillũ haud multò pòſt quidã ad populũ accuſauit, quaſi auctorẽ piaculorũ ac portentorũ omniũ quę à Diis oſtenſa eſſent. At populus iampridẽ ei viro infenſus, ducentis millib. nummûm illum damnauit, nulla miſeratione vel ob id tactus quod paulò ante iudicium orbatus filio erat.

ac pecuniam quidem qua erat damnatus, amici contulerunt, ne corpus contumeliâ afficeretur. Cæterùm indignatus Camillus, Ardeam in exilium abiit, precatus ab Diis immortalibus idem quod Achilles olim precatus dicitur, vt deſiderium ſui aliquando ciuitati inijcerent; quod quidem non multò pòſt conſecutus eſt. Cùm enim Galli vrbem occupaſſent, populus Rom. ad Camillum confugit, eúmque rurſus Dictatorem creauit, vt in libro de Gallicis bellis narrabimus.

M. Manlius, ſtirpis patriciæ, cùm vrbem à Gallis ſeruaſſet, magnis honoribus affectus fuerat. Idem poſtea cùm ſenem, qui multa ſtipendia fecerat, iudicatum pecuniæ duci à creditore vidiſſet, agnitum numerata creditori pecunia ſtatim liberauit. Cuius rei cauſa cùm ab omnibus celebraretur, vniuerſis debitoribus ſuis pecuniam creditam donauit, atque accepto tulit. Inde ampliori gloria auctus, etiam pro alienis debitoribus ſatisfaciebat. Iamque populari aura elatus, nouas tabulas populo oſtentabat, aut certè agrum publicum, qui nondum erat diuiſus vt fœneratoribus in ſolutum darent, ſuadebat.

Ex Libro III. *qui Samniticus inſcribitur.*

Victis Samnitibus cùm Cornelius Coſſus & Valerius Coruinus Conſules, ac Tribunus militum Decius, Campanis præſidium militum aduerſus Samnitium excurſiones reliquiſſent, milites præſidiarij cum Campanis luxu ac mollicie diffluentibus congreſſi, breui corruptis mentibus inuidere illorum tantæ felicitati ipſi inopes & fœnoris vrbani aſſidua formidine anxij cœpêre; tandemque conſilia inter ſe inierunt de occidendis hoſpitibus boniſque eorum occupandis, atque vxoribus ſibi copulandis. Ac fortaſſe tam nefarium facinus patratum fuiſſet, niſi Mamercus alter Conſulum aduerſus Samnitas iter faciens, id conſilium illorum comperiſſet.

τὰ μὲν οὖν χρήματα οἱ φίλοι συνεισήνεγκαν, ἵνα μὴ ὑβρισθείη τὸ σῶμα τοῦ Καμίλλου. αὐτὸς δὲ βαρυθυμῶν ἐς τὴν Ἀρδεατῶν πόλιν μετῴκησεν, εὐξάμενος τὴν Ἀχίλλειον εὐχὴν, ἐπιποθῆσαι Ῥωμαίους Κάμιλλον ἐν χρόνῳ. καὶ ἀπήντησεν αὐτῷ καὶ τόδε οὐ πολὺ ὕστερον. Κελτῶν γὰρ τὴν πόλιν καταλαβόντων, ὁ δῆμος ἐπὶ Κάμιλλον κατέφυγε, καὶ Δικτάτωρα αὖθις εἵλετο, ὡς ἐν ταῖς Κελτικαῖς πράξεσι συγγέγραπται.

Ὅτι Μάρκος Μάλλιος ὑπατεύσας Κελτῶν ἐπελθόντων τῇ Ῥώμῃ, ταύτην περιέσωσε, καὶ τιμῶν μεγίστων ἠξιώθη· ὕστερον δὲ πρεσβύτην πολλάκις ἐστρατευμένον ἀγόμενον ἐς δουλείαν ὑπὸ τοῦ δανειστοῦ γνωρίσας, ἀπέδωκε τὸ χρέος ὑπὲρ αὐτοῦ. καὶ ἐπὶ τῷδε εὐφημούμενος, πᾶσιν ἠφίει τοῖς ἑαυτοῦ χρήσταις τὰ ὀφλήματα. περιιὼν δὲ τῇ δόξῃ καὶ ὑπὲρ ἄλλων ἀπεδίδου. καὶ ταῖς δημοκοπίαις ἐπαιρόμενος ἐβούλευσεν ἤδη χρεῶν ἀποκοπὰς κοινάς. ἢ τὸν δῆμον ἠξίου τοῖς δανείσασιν ἀποδοῦναι τὴν γῆν ἐς τοῦτο ἀποδόμενον ἔτι οὖσαν ἀνέμητον.

ΛΟΓΟΣ γ'.

Ὅτι οἱ Ῥωμαίων στρατηγοὶ Κορνήλιος καὶ Κορβῖνος, καὶ Δέκιος δημότης Σαυνίτας νικήσαντες, ὑπέλιπον Καμπανοῖς φύλακας πρὸς τὰς Σαυνιτῶν ἐπιδρομάς. οἱ δὲ φύλακες οἵδε Καμπανοῖς ἀβροδιαίτοις καὶ πολυτελέσιν οὖσιν κοινωνοῦντες ἐφθείροντο τὰς γνώμας, καὶ ἐφθόνουν ὧν ἔχουσιν ἀγαθῶν, αὐτοὶ πενόμενοι καὶ τὰ χρέα δεδιότες τὰ ἐν Ῥώμῃ. τέλος δὲ ἐπεβούλευον τοὺς ξένους ἑαυτῶν ἀνελόντες ἕκαστοι τὴν περιουσίαν κατασχεῖν, καὶ τὰς γυναῖκας ἐς γάμον προσαγαγέσθαι. καὶ τάχα ἂν ἔπραξαν αἰσχρὸν οὕτω μύσος, εἰ μὴ Μάμερκος ἕτερος Ῥωμαίων στρατηγὸς ἐπὶ Σαυνίτας ὁδεύων ἔμαθε τὸ βούλευμα τῶν φυλάκων. καὶ ἐπικρύψας τοὺς μὲν

αὐτῶν ἐξώπλισε, καὶ τοὺς στρατιώτας ἀφῆκεν οἷα κεκμηκότας· τοὺς δὲ πονηροτέρους ἐκέλευσεν ἐς Ῥώμην ἐπί τινα χρείαν ἐπείγεσθαι, χιλίαρχόν τε αὐτοῖς συνέπεμψεν, ᾧ εἴρητο ἀφανῶς αὐτοὺς φυλάσσειν. ἑκάτεροι δὴ ὑπώπτευον μεμηνῦσθαι, καὶ περὶ Ταῤῥακίνην ἀφίστανταί τε τοῦ χιλιάρχου, καὶ τοὺς ἐπὶ τῶν ἔργων ἐν τοῖς ἀγροῖς δεδεμένους ἐκλύσαντες καὶ ὁπλίσαντες ὡς ἐδύναντο, ἤλαυνον ἐς Ῥώμην, ὁμοῦ δισμύριοι γεγονότες. ἔτι δὴ αὐτῶν ὁδὸν ἡμέρας μιᾶς ἀπεχόντων ὑπήντα Κορβῖνος, καὶ παραστρατοπεδεύσας ἐν τοῖς ὄρεσι τοῖς Ἀλβανῶν ἠρέμει, περισκοπῶν τε τὸ ἔργον ἔτι, καὶ μέγα ἡγούμενος ἀπεγνωκόσι μάχεσθαι. οἱ δὲ ἐπεμίγνυντο ἀλλήλοις κρύφα, καὶ ὀδυρμοὶ καὶ δάκρυα τῶν φυλάκων ἦν, ὡς ἐν οἰκείοις καὶ φίλοις, ἁμαρτεῖν μὲν ὁμολογούντων, τὴν δὲ αἰτίαν ἐς τὰ χρέα φερόντων τὰ ἐν Ῥώμῃ. ὧν ὁ Κορβῖνος αἰσθανόμενος, καὶ ὀκνῶν ἅψασθαι πολιτικοῦ καὶ τοσούτου φόνου, συνεβούλευσε τῇ βουλῇ τὰ χρέα τοῖς ἀνδράσι μεθεῖναι. τόν τε πόλεμον ἐξαίρων ἐπὶ μέγα, εἰ τοσῶνδε ἀνδρῶν δύναιτο κρατῆσαι μαχομένων ἐξ ἀπογνώσεως, καὶ τὰς συνόδους αὐτῶν καὶ ἐπιμιξίας ἐν ὑπονοίᾳ τιθέμενος, μὴ οὐδ᾽ ὁ ἴδιος αὐτῷ στρατὸς ἐς πάντα ᾖ πιστός, ἅτε συγγενεῖς ὄντες ἐκείνων καὶ οὐχ ἧσσον αὐτῶν αἰτιώμενοι τὰ χρέα. σφαλέντα δὲ κινδυνεύσειν ἔφη περὶ μειζόνων, καὶ τὴν νίκην εἰ κρατήσειεν ἀτυχεστάτην ἔσεσθαι τῇ πόλει κατ᾽ οἰκείων τοσῶνδε. οἷς ἡ βουλὴ πεισθεῖσα τὰς μὲν τῶν χρεῶν ἀποκοπὰς ἐψηφίσατο πᾶσι Ῥωμαίοις, τοῖς δὲ τότε ἐχθροῖς καὶ ἄδειαν. οἱ μὲν δὴ τὰ ὅπλα ἀποθέμενοι κατῄεσαν ἐς τὴν πόλιν.

Ὅτι Μάλλιος Τορκουάτος ὁ ὕπατος τοιοῦτος ἦν τὴν ἀρετήν. τούτῳ πατὴρ ἐγένετο μικρολόγος καὶ ἀμελὴς ἐς αὐτόν. καὶ ἐν ἀγροῖς αὐτὸν εἶχε μετὰ τῶν θεραπόντων ἐργαζόμενόν τε καὶ τρεφόμενον. γραψαμένου δὲ αὐτὸν ἐπὶ πολλοῖς ἀδικήμασι Πομ-

Qui eam rem ſilentio diſſimulans, alios quidem tanquam minus validos armis ademptis ſacramento ſoluit: turbulentiores alios Romam per ſpeciem alicuius negocij in commeatum miſit ſimul cum Tribuno, cui occultè mandauerat eos vt in cuſtodia retineret. ſed vtrique emanaſſe conſilia ſua ſuſpicati, circa oppidum Terracinam à Tribuno diſcedunt, & ſolutis atque armatis ergaſtulis Romam verſus, proficiſci cœperunt ferè viginti hominum millia. Ab vrbe ferè diei ſpatio cùm abeſſent, occurrit eis Valerius Coruinus, qui poſitis in Albano monte caſtris ſe continuit, quid facto opus eſſet circunſpiciens, ac periculoſum ratus cum hominibus deſperatis congredi. Interim clàm vtraque ex parte congreſſus fieri, flentibus ac gementibus vt inter amicos ac neceſſarios præſidiariis militibus: ac culpam quidem minimè diffitentibus, ſed cauſam in æs alienum quo merſi Romæ eſſent referentibus. Quæ cùm intellexiſſet Coruinus, ac tot ciuium ſanguine manus cruentare eum pigeret, ſuaſit Senatui vt æs alienum illorum hominum publicè diſſolueretur, exaggerando difficultatem belli: tot milites cum ſalutis deſperatione ruentes in pugnam haud facilè ſuperari poſſe; adhæc mutuos vtrinque congreſſus ac colloquia ſe ſuſpecta habere, ne fortè milites ſui, quippe illorum neceſſarij, nec minus conquerentes de grauitate æris alieni parum ſint conſtanti fide: porrò ſi ipſe victus ſit, grauiora diſcrimina imminere; ſin vicerit, luctuoſam Reipublicæ tot ciuibus ſublatis victoriam fore. His inductus Senatus, vniuerſis ciuibus nouas tabulas, defectoribus verò veniam conceſſit, qui mox poſitis armis vrbem ingreſſi ſunt.

Eiuſmodi virtus in Manlio Torquato Conſule fuit. Patrem hic habuerat nimis parcum ac duriorem erga ſe: à quo rus ablegatus, ruſtico opere fatigabatur eodem cultu victúque ac cæteri ſerui. Cui

cùm Pomponius Tribunus plebis diem ad populum dixiſſet, atque inter cætera crimina id eſſet objecturus, quod filium iuuenem indigniſſimè tractaret, Manlius adoleſcens pugionem ſub veſte tegens, in domum Pomponij venit, petiitque vt remotis arbitris cum eo agere ſibi liceret, quaſi quidpiam inſtruendæ aut confirmandæ accuſationi dicturus eſſet. Admiſſus cùm ſermonem inchoaret, ianuam occluſit, ſtrictóque pugione, mortem Tribuno præſentem interminatus eſt, niſi ſe ab patris accuſatione deſtiturum iuraret. Ita Pomponius iurare compulſus, accuſationem inſtitutam deſeruit, cauſamque populo expoſuit. At iuueni Manlio ea res magno honori fuit, quod talem ſe erga eiuſmodi patrem præſtitiſſet.

Poſt naufragium Pyrrhus Epirotarum Rex Tarenti portum tenuit. At Tarentinis tum maximè moleſti ac graues Regis aulici fuêre, qui in ædes ipſorum per vim immigrarent, & matresfamilias liberóſque eorum palàm contrectarent. Poſtquam verò Pyrrhus ſodalitates ac cæteros eorum cœtus & oblectamenta vtpote flagrante bello haudquaquam decora ſuſtulit, & gymnaſia exercendæ armis iuuentuti conſtituit, pœnâ capitis aduerſus infrequentes propoſitâ: tum verò quaſi inſolito opere atque imperio penitùs attriti Tarentini, ex vrbe, ac ſi aliena, in agros fugêre. Exinde Rex occluſis portis cuſtodes appoſuit. At Tarentini imprudentiam ſuam tum apertiſſimè perſpexerunt.

Milites Romani, qui pro ſalute & cuſtodia Rheginorum aduerſus hoſtium excurſiones præſidium agebant, ſimul cum Præfecto Decio, cùm in felicitatem oppidanorum cupiditatis oculos conjeciſſent, obſeruato ſolenni feſto quo publicè omnes epulabantur, eos interfecerunt, vxoréſq. eorum inuitas ſibi copularunt. Cauſam autem ſceleris ſui hanc prætendebant, quod Rhegini præſidium Pyrrho prodere voluiſſent. Ac Decius quidem repentè ex præfecto tyrãnus euaſit, & cum Mamertinis qui ad Siculum fretum habitãt, ſocietatẽ percuſſit,

πονὼ

πονίου δημάρχου, καὶ μέλλοντος ἐρεῖν τι καὶ περὶ τῆς ἐς τὸν παῖδα κακώσεως, ὁ παῖς ὅδε Μάλλιος ἧκεν ἐπικρύπτων ξιφίδιον ἐς τὴν οἰκίαν τοῦ δημάρχου, καὶ τυχεῖν ἠξίωσεν αὐτοῦ μόνου, ὡς δή τι λέξων χρήσιμον ἐς τὴν δίκην. ὑποδεχθεὶς δὲ καὶ λέγειν ἀρχόμενος ἐπέκλεισε τὰς θύρας. καὶ τὸ ξίφος ἐπισπάσας ἠπείλει τῷ δημάρχῳ κτενεῖν αὐτὸν, εἰ μὴ ὀμόσειεν ὅτι λύσει τῷ πατρὶ τὴν δίκην. καὶ ὁ μὲν ὤμοσε, καὶ διέλυσεν, ἐκθέμενος τῷ δήμῳ τὸ συμβάν. ὁ δὲ Μάλλιος ἐξ ἐκείνου λαμπρὸς ἦν, ἐπαινούμενος ὅτι τοιόσδε ἐς τοιόνδε πατέρα ἐγεγένητο.

Ὅτι μετὰ τὸ ναυάγιον ὁ Πύῤῥος ὁ βασιλεὺς τῆς Ἠπείρου ἐς τὸν Τάραντα κατήγετο. καὶ οἱ Ταραντῖνοι τότε μάλιστα τοὺς βασιλικοὺς ἐβαρύνοντο ἐσοικιζομένους τε παρὰ σφᾶς βίᾳ, καὶ φανερῶς ἐνυβρίζοντας ταῖς αὐτῶν γυναιξὶ καὶ παισίν. ὡς δὲ καὶ τὰ συσσίτια σφῶν ὁ Πύῤῥος καὶ τὰς ἄλλας συνόδους καὶ διατριβὰς ὡς οὐ πρεπούσας πολέμῳ διέλυε, γυμνάσιά τε ἔνοπλα ἐποίει αὐτοῖς, καὶ θάνατον τοῖς ἀμελοῦσιν ὥριζε, τότε δὴ καὶ πάμπαν ἀήθεσιν ἔργοις καὶ ἐπιτάγμασι κάμνοντες οἱ Ταραντῖνοι, τῆς πόλεως ὡς ἀλλοτρίας ἐς τοὺς ἀγροὺς ἀπεδίδρασκον. καὶ ὁ βασιλεὺς τὰς θύρας ἀπέκλειε, καὶ φρουρὰς ἐφίστη. καὶ οἱ Ταραντῖνοι τῆς ἀβουλίας σφῶν ᾐσθάνοντο σαφῶς.

Ὅτι ἐν Ῥηγίῳ Ῥωμαίων ἐπὶ σωτηρίᾳ καὶ φυλακῇ τῆς πόλεως, μή τι πάθοιεν ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν, παρέμενον αὐτοί τε καὶ Δέκιος ὁ ἡγεμὼν αὐτῶν τοῖς ἀγαθοῖς τῶν Ῥηγίνων φθονήσαντες καὶ φυλάξαντες αὐτοὺς εὐωχουμένους ἐν ἑορτῇ διέφθειραν, καὶ ταῖς γυναιξὶν ἀκουσίαις συνῆσαν. πρόφασιν δὲ τῆς παρανομίας ἔφερον, ὅτι Ῥηγῖνοι τὴν φρουρὰν προεδίδοσαν Πύῤῥῳ. καὶ Δέκιος μὲν ἀντὶ φρουράρχου τύραννος ἦν. καὶ φιλίαν ἔθετο Μαμερτίνοις τοῖς ἐπὶ τοῦ πορθμοῦ τοῦ Σικελικοῦ κατῳκημένοις, οὐ πρὸ πολλοῦ κἀκείνοις εἰς ἰδίους ξένους ὅμοια δεδρακόσι.

Vnicum hic adijciam publicum facinus omnium mortalium laude digniſſimum, ex quo perſpicuum fiet Græcis quantum tunc populi Romani odium improborum, quantáque aduerſus eos qui ſanctiſſima naturæ iura violant, ſeueritas eſſet. C. Lætorius Mergus, & ſplendore natalium, & militari fortitudine nulli ſecundus, bello Samnitico Tribunus cuiuſdam cohortis creatus, adoleſcentem quendam ex ſuis contubernalibus formæ decore præſtantem, principio quidem donis atque huiuſcemodi delinimentis ſollicitauit de ſtupro. Sed poſtquam nulla arte capi poſſe animaduertit, ſuperatus libidinis impotentia, vim inferre adoleſcenti inſtituit. Cuius ſceleris fama cùm celebris ac peruulgata in exercitu fuiſſet, Tribuni plebis hanc publicam ciuitatis iniuriam eſſe rati, Lætorio diem ad populum dixerunt, cúmque populus Romanus vniuerſis ſuffragiis capitis damnauit, haudquaquam arbitratus ferendum eſſe, vt ingenui homines qui pro reliquorum ciuium libertate in acie ſtarent, fœdo ac pudendo viris iniuriæ genere violarentur. Verùm illud longè admiratione dignius eſt quod paulò antehac geſſerant, ob iniuriam tametſi ſeruili corpori illatam. Adoleſcens quidam Publij filius vnius è Tribunis militaribus qui ſe exercitúmque omnem dediderant Samnitibus, & ſub iugum miſſi fuerant, in maxima egeſtate derelictus, pecuniam fœnori accipere ad celebrandum patris funus coactus eſt, ſperans propinquorum liberalitate ſe propediem hoc ære alieno liberatum iri: verùm ſpe ſua fruſtratus, cùm dies ceſſiſſet, abductus eſt in nexum iuuenis forma haud inuenuſtus. Is cùm operas ac miniſteria quæcunque ſeruos præſtare dominis ius faſq. eſt, creditori exhiberet, ferebat id moderatè: ſed cùm ſtuprum iuberetur pati, tum verò indignari cœpit, & flagitium prorſus aſpernatus eſt.

Ὅτι φησὶ Διονύσιος μιᾶς ἔτι μνησθήσομαι πράξεως πολιτικῆς, ἀξίας ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων ἐπαινεῖσθαι, ἐξ ἧς καταφανὲς ἔσται τοῖς Ἕλλησιν, ὅσον ἦν τὸ μισοπόνηρον ἐν τῇ Ῥώμῃ τότε, καὶ πρὸς τοὺς παραβαίνοντας τὰ κοινὰ νόμιμα τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἀμείλικτον. Γάϊος Λαιτώριος Μέρκος ἐπίκλησιν ἐπιφανὴς κατὰ γένος, καὶ κατὰ τὰς πολεμικὰς πράξεις οὐκ ἀγεννής, ἑνὸς τῶν ταγμάτων χιλίαρχος ἀποδειχθεὶς ἐν τῷ Σαυνιτικῷ πολέμῳ νεανίαν τινὰ τῶν ὁμοσκήνων διαφέροντα τὴν ὄψιν ἑτέρων μέχρι μέν τινος ἔπειθεν ἑαυτῷ χαρίσασθαι τὴν τοῦ σώματος ὥραν ἑκόντα· ὡς δ᾽ οὔτε δωρεαῖς, οὔτ᾽ ἄλλῃ φιλανθρωπίᾳ τὸ μειράκιον ἡλίσκετο, κατέχειν τὴν ἐπιθυμίαν ἀδύνατος ὢν βίαν προσφέρειν ἐπεβάλετο. περιβοήτου δὲ τῆς ἀκοσμίας τοῦ ἀνδρὸς ἅπασι τοῖς ἐπὶ τοῦ στρατοπέδου γενομένης, κοινὸν ἀδίκημα τῆς πόλεως εἶναι νομίσαντες οἱ δήμαρχοι, γραφὴν ἀποφέρουσι κατ᾽ αὐτοῦ δημοσίᾳ. καὶ ὁ δῆμος ἁπάσαις ταῖς ψήφοις τοῦ ἀνδρὸς κατέγνω, τίμημα δίκης ὁρίσας * θάνατον· οὐκ ἀξιῶν εἰς ἐλευ- mſ. ἄπου. θερα σώματα καὶ προπολεμοῦντα τῆς τῶν ἄλλων ἐλευθερίας, τοὺς ἐν ταῖς ἄλλαις ὄντας ἀρχαῖς ὑβρίζειν τὰς ἀνηκέστους καὶ παρὰ φύσιν τοῖς ἄρρεσιν ὕβρεις. ἔτι δὲ τούτου θαυμασιώτερον ἔπραξαν οὐ πολλοῖς πρότερον χρόνοις, καίτοι περὶ δούλου σῶμα γενομένης τῆς ὕβρεως. ἑνὸς γὰρ τῶν παραδόντων Σαυνίταις τὸ στρατόπεδον χιλιάρχων, καὶ ὑπὸ ζυγὸν ὑπελθόντων Ποπλίου υἱὸς ὢν ἐν πολλῇ * καταλειφθεὶς πενίᾳ δάνειον ἠναγ- mſ. λιπ. κάσθη λαβεῖν εἰς τὴν ταφὴν τοῦ πατρὸς, ὡς ἐρανισθησόμενος ὑπὸ τῶν συγγενῶν. διαψευσθεὶς δὲ τῆς ἐλπίδος ἀπήχθη πρὸς τὸ χρέος τῆς προθεσμίας διελθούσης, κομιδῇ νέος ὢν καὶ τὴν ὄψιν ὡραῖος. οὗτος τὰ μὲν ἄλλα ὑπηρετῶν ὅσα δούλοις δεσπόταις νόμος ἦν ὑπείχετο. τὴν δὲ τοῦ σώματος ὥραν χαρίσασθαι κελευόμενος ἠγανάκτει καὶ μέχρι παντὸς ἀπεμάχετο.

πολλὰς δὲ διὰ τοῦτο μαστίγων λαβὼν πληγὰς ἐξέδραμεν εἰς τὴν ἀγοράν. καὶ στὰς ἐπὶ μετεώρου τινὸς ἔνθα πολλοὺς ἔμελλε τῆς ὕβρεως λήψεσθαι μάρτυρας, τήν τε ἀκολασίαν τοῦ δανειστοῦ διηγήσατο, καὶ τῶν μαστίγων τοὺς μώλωπας ὑπέδειξεν. ἀγανακτήσαντος δὲ τοῦ δήμου, καὶ δημοσίας ὀργῆς ἄξιον ἡγησαμένου τὸ πρᾶγμα, καὶ τὴν
πλ. λημμα. κρίσιν κατηγορούντων τὴν εἰσαγγελίαν τῶν δημάρχων * ὤφλε θανάτου δίκην. καὶ δι' ἐκεῖνο τὸ πάθος ἅπαντες οἱ δουλωθέντες πρὸς τὰ χρέα Ῥωμαῖοι, νόμῳ κυρωθέντι τὴν ἀρχαίαν ἐλευθερίαν ἐκομίσαντο.

Ὅτι Κλεινίας ὁ Κροτωνιάτης τύραννος ὢν ἀφείλετο τὴν ἐλευθερίαν ταῖς πόλεσι, φυγάδας ἀθροίσας ἐκ παντὸς τόπου καὶ δούλους ἐλευθερώσας. οἷς τὴν τυραννίδα κρατυνάμενος τοὺς ἐπιφανεστάτους Κροτωνιατῶν, οὓς μὲν ἀπέκτεινεν, οὓς δὲ ἐξέβαλεν ἐκ τῆς πόλεως. Ἀναξίλας δὲ Ῥηγίνων τὴν ἀκρόπολιν κατελάβετο. καὶ πάντα τὸν τοῦ βίου χρόνον κατασχὼν, Λεόφρονι τῷ παιδὶ τὴν ἀρχὴν κατέλιπε. καὶ ἄλλοι ἀπὸ τούτων δυναστείας ἐν ταῖς πόλεσι κατασκευάσαντες πάντα τὰ πράγματα διέφθειραν. ἡ δὲ τελευταία τε καὶ πασῶν μεγίστη κάκωσις ἁπάσαις ταῖς πόλεσιν ἡ Διονυσίου τυραννὶς ἐγένετο τοῦ κρατήσαντος Σικελίας. διέβη γὰρ εἰς Ἰταλίαν ἐπὶ Ῥηγίνους Λοκρῶν ἐπικαλεσαμένων, οἷς ἦσαν οἱ Ῥηγῖνοι διάφοροι. καὶ συνελθόντων ἐπ' αὐτὸν Ἰταλιωτῶν δυνάμεσι μεγάλαις, συνάψας μάχην ἀπέκτεινε συχνοὺς, καὶ πόλεις αὐτῶν δύω κατὰ κράτος εἷλεν. εἶτ' αὖθις ἑτέραν ποιησάμενος διάβασιν Ἱππωνιεῖς ἀνέστησεν ἐκ τῆς ἑαυτῶν, οὓς ἀπήγαγεν εἰς Σικελίαν. καὶ Κροτωνιάτας εἷλε καὶ Ῥηγίνους, καὶ διετέλεσεν ἔτη δώδεκα τούτων τυραννῶν τῶν πόλεων. ἔπειθ' οἱ μὲν τὸν τύραννον δεδιότες τοῖς βαρβάροις αὐτοὺς ἐνεχείριζον. οἱ δὲ ὑπ' ἐκείνων πολεμούμενοι, τῷ τυράννῳ τὰς πόλεις παρεδίδοσαν. ὑφ' ὅτου δὲ πάσχοιεν ἀεὶ κακῶς δυσχεραίνοντες, Εὐρίπου δίκην τῇδε καὶ τῇδε πρὸς τὸ συντυχὸν ἐτράποντο.

Cuius rei cauſa verberibus à creditore laceratus proripuit ſe in forum, ſtanſque in ſublimi loco vnde plurimos teſtes iniuriæ ſuæ habere poſſet, libidinem crudelitatémque fœneratoris conqueſtus eſt, vibices verberum oſtentans; proinde plebs atrocitate iniuriæ commota, cùm id facinus publica indignatione proſequeretur, accuſatum à Tribunis plebis creditorem capite damnauit: atque ob hunc caſum cuncti qui ob æs alienum nexi erant, lege lata ſoluti, priſtinam libertatem recuperarunt.

Clinias Crotoniates primus vrbes in ea parte Italiæ ſitas, quæ maior Græcia dicitur, tyrannide oppreſſit, congregatis vndique exulibus & ſeruis ad pileum vocatis: quorum præſidio cùm tyrannidem confirmaſſet, principes Crotoniatarum partim necauit, partim vrbe expulit. Deinde Anaxilaüs Rheginorum arcem occupauit, tenuitque quoad vixit, ac moriens Leophroni filio dominationem tradidit. Alij poſthac ſubſecuti cùm in variis vrbibus dominationes atque imperia conſtituiſſent, funditùs omnia ſubuerterunt. Extrema demum atque omnium grauiſſima peſtis & calamitas Dionyſij Siculi tyrannis incubuit vniuerſis ſimul ciuitatibus. Namq. hic in auxilium aduocatus à Locris aduerſus Rheginos, quibuſcum diſſentiebant, in Italiam trajecit: cumque Italicorum ingentibus copiis prælio congreſſus multos cecîdit, & vrbes duas vi cepit. Poſthac iterum in Italiam cùm trajeciſſet, Hipponienſes abſtractos ſedibus ſuis in Siciliam tranſtulit, & Crotonem ac Rhegium expugnauit, iiſque vrbibus per duodecim annos dominatus eſt. Deinde verò hi quidem tyrannum reformidantes, ſemetipſos barbaris dedidêre; illi verò bello à barbaris appetiti, vrbes ſuas Dionyſio tradiderunt; quod ſi forte ab alterutro opprimerentur, ſtatim faſtidio ac moleſtia affecti, inſtar Euripi hac illac fortuitò ferebantur.

Igitur Pyrrhus rurſus in Italiam trajecit, rebus ei in Sicilia haudquaquam ex voto fluentibus, eò quòd potioribus ciuitatibus eius Imperium tyrannicum potius eſſe, quàm regium videretur. Namque introductus Syracuſas à Soſiſtrato, qui tum vrbem tenebat, & à Thœnone arcis præfecto, cùm ab iis pecuniam publicam ac ducentas ferè roſtratas naues accepiſſet, omnique præter Lilybæum oppidum, (quod vnum Carthaginienſes etiamtum tenebant,) Sicilia eſſet potitus, ad tyrannicam mox inſolentiam deflexit: quippe ademptas amicis aut neceſſariis Agathoclis facultates, quas à tyranno obtinuerant, ipſe amicis ſuis donabat: ac pręcipuos ciuitatum magiſtratus ſatellitibus ſuis mandabat, aut centurionibus, præter leges atque inſtituta ſingularum vrbium, neque in tempus legibus præfinitum, ſed quoad ſibi viſum eſſet. Adhæc cauſas & controuerſias, aliaque negotia publica partim ipſe diſceptabat, partim diſpicienda ac diiudicanda aulicis delegabat, viris nihil præter lucrum, atque ex lucro luxum & helluationem ſpectantibus. Has ob cauſas Pyrrhus cunctis quæ eum exceperant ciuitatibus grauis atque inuiſus erat. Qui cùm iam pleroſque exulcerato in ſe animo eſſe intelligeret, præſidia vrbibus impoſuit per ſpeciem belli quod à Carthaginienſibus imminere iactabat; atque ex ſingulis ciuitatibus correptos viros nobiliſſimos confictis aduerſus eos calumniis, quaſi inſidias aut proditionem machinati fuiſſent, neci dedit. Quos inter fuit & Thœno, arcis præfectus, quem inter omnes conſtabat maximum ſtudium atque egregiam operam in traijciendo exercitu ac tradenda inſula præſtitiſſe Pyrrho. Etenim non modò cum claſſe Regi occurrerat, ſed & Inſulam (ſic pars oppidi Syracuſanorum vocatur, quam ipſe pręſidio tenebat) eidem tradiderat. Sed Pyrrhus Soſiſtratum præterea comprehendere conatus, ſpe ſua fruſtra-

Ὅτι Πύῤῥος διέβη τὸ δεύτερον εἰς Ἰταλίαν, οὐ χωρούντων αὐτῷ τῶν ἐν Σικελίᾳ πραγμάτων κατὰ νοῦν, διὰ τὸ μὴ βασιλικὴν φαίνεσθαι τὴν ἡγεμονίαν αὐτοῦ ταῖς ἐπιφανεστάταις πόλεσιν, ἀλλὰ δεσποτικήν. Εἰσαχθεὶς γὰρ εἰς Συρακούσας ὑπό τε Σωστράτου τοῦ κρατοῦντος τῆς πόλεως τότε, καὶ Θοίνωνος τοῦ φρουράρχου, παραλαβὼν παρ' ἐκείνων τὰ χρήματα καὶ ναῦς χαλκεμβόλους ὁμοῦ τι διακοσίας, καὶ πᾶσαν ὑφ' ἑαυτῷ ποιησάμενος Σικελίαν, πλὴν Λιλυβαίου πόλεως, ἣν ἔτι μόνην Καρχηδόνιοι κατεῖχον, εἰς αὐθάδειαν τυραννικὴν ἐτρέπετο. τάς τε γὰρ οὐσίας τῶν Ἀγαθοκλέους οἰκείων ἢ φίλων ἀφαιρούμενος τοὺς παρ' ἐκείνου λαβόντας, τοῖς ἑαυτοῦ φίλοις ἐχαρίσατο. καὶ τὰς μεγίστας ἐν ταῖς πόλεσιν ἀρχὰς τοῖς ἰδίοις ὑπασπισταῖς καὶ λοχαγοῖς προσένειμεν, οὐ κατὰ τοὺς ἐπιχωρίους ἑκάστης πόλεως νόμους, οὐδ' εἰς τὸν εἰωθότα χρόνον, ἀλλ' ὡς αὐτῷ φίλον ἦν. δίκας τε καὶ ἀμφισβητήσεις καὶ τὰς ἄλλας πολιτικὰς οἰκονομίας ἁπάσας τὰς μὲν αὐτὸς διῄτα, τὰς δὲ τοῖς περὶ τὴν αὐλὴν ἀναστρέφειν καὶ διακρίνειν ἀπεδίδου, ἀνθρώποις οὐδὲν ἕτερον ὁρῶσιν ἢ ὅτι μὴ κερδαίνειν καὶ καθηδυπαθεῖν τὰς εὐπορίας. καὶ διὰ ταῦτα πάντα βαρὺς ταῖς ὑποδεξαμέναις πόλεσιν, μισητὸς ἦν. αἰσθόμενος δὲ ὑπούλως ἤδη πολλοὺς πρὸς ἑαυτὸν ἔχοντας, εἴς τε τὰς πόλεις φρουρὰς εἰσῆγε· πρόφασιν ποιούμενος τὸν ἀπὸ Καρχηδονίων πόλεμον. καὶ τοὺς ἐπιφανεστάτους ἄνδρας ἐξ ἑκάστης πόλεως συλλαμβάνων ἀπέκτεινεν, ἐπιβουλὰς καὶ προδοσίας εὑρηκέναι ψευσάμενος, ἐν οἷς καὶ Θοίνων ὁ φύλαρχος. ὃς ὑπὸ πάντων ὡμολόγητο πλείστην σπουδὴν καὶ προθυμίαν εἴς τε τὴν διάβασιν αὐτῷ καὶ τὴν παράληψιν τῆς νήσου παρεσχῆσθαι. καὶ γὰρ ὑπηντήσεν αὐτῷ ναυτικὸν στόλον ἄγων, καὶ τὴν ἐν ταῖς Συρακούσαις νῆσον, ἣν αὐτὸς ἐκράτει, παρέδωκεν. ἐπιχειρήσας δὲ καὶ Σώστρατον συλλαβεῖν διήμαρτε τῆς ἐλπίδος

προαισθομένου τὴν ἐπιβουλὴν τοῦ ἀνδρὸς, καὶ φυγόντος ἐκ τῆς πόλεως. ἀρξαμένων δὲ ταράττεσθαι τῶν πραγμάτων καὶ ἡ τῶν Καρχηδονίων πόλις καιρὸν ἐπιτήδειον εἰληφέναι νομίζουσα πρὸς ἀνάκτησιν τῶν ἀπολωλότων χωρίων, στρατιὰν ἀπέστειλεν ἐπὶ τὴν νῆσον.

Ὅτι ἀμηχανοῦντα τὸν Πύρρον καὶ πόρους παντοδαποὺς ἐπιζητοῦντα ὁρῶντες αὐτὸν οἱ κάκιστοι καὶ ἀνοσιώτατοι τῶν φίλων Εὐήγορος Θεοδώρου καὶ Βάλακρος Νικάνδρου, καὶ Δείναρχος Νικίου τῶν ἀθέων καὶ ἐξαγίστων δογμάτων ζηλωταὶ, πόρον ὑποτίθενται χρημάτων ἀνοσίων, τοὺς ἱεροὺς ἀνοῖξαι τῆς Περσεφόνης θησαυρούς. ἦν γὰρ ἱερὸν ἐν τῇ πόλει ταύτῃ ἅγιον, καὶ πολὺν χρυσὸν ἐκ παντὸς τοῦ χρόνου πεφυλαγμένον ἄθικτον ἔχον· ἐν ᾧ χρυσός τις ἄβυσσος ἀόρατος τοῖς πολλοῖς κατὰ γῆς κείμενος. ὑπὸ τούτων ἐξαπατηθεὶς τῶν κολάκων καὶ τὴν ἀνάγκην κρείττονα παντὸς ἡγησάμενος τὴν γνώμην ἀνδράσι διακόνοις τῆς ἱεροσυλίας ἐχρήσατο. καὶ τὸν ἐξελθόντα χρυσὸν ἐκ τοῦ ἱεροῦ ναυσὶν ἐνθέμενος μετὰ τῶν ἄλλων χρημάτων ἀπέστειλεν εἰς Τάραντα πολλῆς μεστὸς εὐθυμίας γενόμενος. ἡ δὲ δικαία πρόνοια τὴν αὐτῆς δύναμιν ἀπεδείξατο. ὡς γὰρ ἀνήχθησαν αἱ νῆες ἀπὸ τοῦ λιμένος, τὴν μὲν ἀπόγειον αὔραν λαβοῦσαι προέκοπτον· ἄνεμος δὲ ἐναντίος γενόμενος καὶ δι' ὅλης νυκτὸς κατασχὼν ἃς μὲν κατέκλυσεν, ἃς δ' εἰς τὸν τῆς Σικελίας πορθμὸν ἐξέβαλεν. ἐν αἷς δὲ παρεκομίζετο τὰ ἀναθήματα καὶ ὁ προσανενεχθεὶς ἐκ τῶν ἀναθημάτων χρυσὸς, ἐπὶ τοὺς Λοκροὺς ἐξώκειλεν αἰγιαλούς. καὶ τοὺς μὲν πλέοντας ἐν αὐταῖς, ἐν τῇ παλιρροίᾳ τῶν κυμάτων κατακλυζομένους διέφθειρεν, τὰ δὲ ἱερὰ χρήματα διασπασθεισῶν τῶν νεῶν ἐπὶ τοὺς ἔγγιστα τῶν Λοκρῶν θῖνας ἐξέβρασεν. ὁ δὲ βασιλεὺς καταπλαγεὶς ἅπαντα τὸν κόσμον, καὶ τοὺς θησαυροὺς ἀπέδωκε τῇ θεῷ, ὡς * παραιτησόμενος αὐτῆς διὰ τοῦτο τὸν χόλον.

Suidas in παραιτησ.

tus eſt, cùm ille inſidias Regis præſenſiſſet, atque ex vrbe aufugiſſet. Cæterùm rebus iam in Sicilia turbari cœptis, Carthaginienſes opportunitatem recuperandi ea quæ amiſerant, ſibi oblatam rati, exercitum in inſulam miſerunt.

Cùm Pyrrhus maxima in difficultate eſſet, atque omnem rationem inueſtigaret pecuniæ comparandæ, Euagorus Theodori, Balacer Nicandri & Dinarchus Niciæ filij, omnium eius amicorum nequiſſimi ac ſceleratiſſimi, atque impiorum auctores conſiliorum, nefariam lucrandi rationem ei ſubminiſtrarunt, vt ſacros Proſerpinæ theſauros recluderet. Erat quippe templum in ea vrbe ſanctiſſimum; in quo ingens auri vis omni æuo intacta, ſub terra condita ſeruabatur. Ab his aſſentatoribus corruptus Pyrrhus, ac neceſſitatem religione omni potiorem ratus, iiſdem ipſis qui auctores conſilij fuerant, adminiſtris ſacrilegij eſt vſus, ac pecuniam omnem quam ex templo abſtulerat, in naues impoſitam lætus Tarentum miſit: ſed Deorum numen breui præſentiſſimum apparuit. Etenim cùm naues è portu ſoluiſſent, primùm quidem ſecundo vento vela fecerunt, atque aliquantum progreſſæ ſunt: tandem verò cùm ventus aduerſus incubuiſſet, ac per totam noctem luctantes in anchoris detinuiſſet, alias ſubmerſit, alias in Siculum fretum ejecit; eas verò quibus donaria ac ſacra omnis pecunia aſportabatur, in ipſa Locrenſium littora repulit ac retruſit, ac vectoribus ipſis æſtu vndarum abſorptis laceratiſque nauibus theſauri in proximas Locris ripas temmpeſtate ejecti ſunt. Qua clade perculſus Rex, theſauros atque omnia ornamenta Deæ reſtituit, quaſi pacem numinis eo facto impetraturus.

Demens qui haud ſciret quæ ſe mox pœna manebat.

Nec mutatur enim leuiter ſententia Diuûm, vt ait Homerus. Quippe cùm ſacram pecuniam nefariè contingere auſus eſſet, eamque in vſum belli deſtinare, Dij eius conſilium vanum atq. irritum fecerunt, vt exemplo deinceps eſſet omnibus poſteris. Hancque maximè ob cauſam bello victus ac profligatus eſt à Romanis Pyrrhus. Neque enim contemnendum aut imperitum rei militaris habebat exercitum, ſed optimos tota Græcia milites, ac plurimis bellis exercitatos; atque eorum non exiguas copias, ſed ter tanto ampliores Romanis. Neque ipſe Dux erat vulgaris, ſed quem omnes ætatis ſuæ præſtantiſſimum fatentur fuiſſe. Poſtremò nec loci iniquitas, neque auxilia ſubmiſſa hoſtibus ac repente ſuperuenientia: neque vlla calamitas aut fortuitus caſus res Pyrrhi afflixêre, ſed ſolus indignantis Deæ furor. quod nec ipſe Pyrrhus diffitebatur, vt Proxenus hiſtoriæ ſcriptor, atque ipſe in Commentariis rerum ſuarum Pyrrhus prodit. Nocte enim qua exercitum in collem ſubducturus erat, viſus ſibi in ſomnis eſt pleroſque dentes multo cum ſanguine expuere. Quo viſo non mediocriter turbatus, cùm graue damnum impendere conijceret, ſtatuerat quidem eo die ſe continere, verùm amicis moram ac cunctationem aſpernantibus, multúmque orantibus ne opportunitatem è manibus elabi ſineret, fatum ſuperare haudquaquam valuit.

Finis Hiſtoriarum Dionyſij Halicarnaſſei.

Νήπιος,

Νήπιος· οὐδὲ τὸ ᾔδει ὃ πείσεσθαι ἔμελλεν.
Οὐ γάρ τ' αἶψα θεῶν τρέπεται νόος αἰὲν ἐόντων,

ὡς Ὁμήρῳ εἴρηται. ἀλλ' ἐπειδὴ τῶν ἱερῶν ἐτόλμησεν ἅψασθαι χρημάτων καὶ πόρον ὑποθέσθαι πολέμων, ἀνόητον ἐποίησε τὴν ἔννοιαν αὐτοῦ τὸ δαιμόνιον, ἵνα παράδειγμα καὶ παίδευμα πᾶσιν ἀνθρώποις γένοιτο τοῖς μεθ' ἑαυτόν. διὰ τοῦτο καὶ ὑπὸ Ῥωμαίων ἡττήθη ὁ Πύρρος κατὰ κράτος. οὐ γὰρ στρατιά τις φαύλη καὶ ἀνάσκητος ἦν αὐτῷ, ἀλλ' ἡ κρατίστη τῶν τότε οὐσῶν ἐν Ἕλλησι, καὶ πλείστους ἀγωνισαμένη πολέμους. οὐδὲ πλῆθος ἀνδρῶν τῶν τότε παραταξαμένων ὀλίγον, ἀλλ' ὅσον καὶ τριπλάσιον τῆς εἶ. οὐδὲ στρατηγὸς τῶν ἐπιτυχόντων τις, ἀλλ' ὃν ἅπαντες ὁμολογοῦσι μέγιστον γενέσθαι τῶν κατὰ τὴν αὐτὴν ἡλικίαν ἀκμασάντων στρατηγῶν. οὐδὲ τόπου φύσις ἄνισος, οὔτε ἐπικουρία τοῖς ἑτέροις ἢ ἄφιξις αἰφνίδιος, οὔτε ἄλλη τις συμφορὰ καὶ πρόφασις ἀπροσδόκητος ἐπιπεσοῦσα συνέτριψε τὰ Πύρρου πράγματα· ἀλλ' ὁ τῆς ἀσεβηθείσης θεᾶς χόλος, ὃν οὐδ' αὐτὸς ἠγνόει Πύρρος, ὡς Πρόξενος ὁ συγγραφεὺς ἱστορεῖ, καὶ αὐτὸς ὁ Πύρρος ἐν τοῖς ἰδίοις ὑπομνήμασι γράφει. ἐν γὰρ τῇ νυκτί, ἐν ᾗ τὴν στρατιὰν ἔμελλεν ἀπάξειν ἐπὶ τὸ ὄρος, ἔδοξε κατὰ τοὺς ὕπνους ἐκπεσεῖν αὐτοῦ τοὺς πλείονας ὀδόντας, καὶ πλῆθος αἵματος ἐκ τοῦ στόματος φέρεσθαι. ταραχθεὶς δὲ διὰ τὴν ὄψιν καὶ μεγάλην ἔσεσθαι συμφορὰν μαντευόμενος, ἐβούλετο ἐπισχεῖν τὴν ἡμέραν ἐκείνην. οὐκ ἴσχυσε δὲ νικῆσαι τὴν πεπρωμένην, ἐναντιουμένων τῶν φίλων πρὸς τὴν ἀναβολήν, καὶ μὴ μεθεῖναι τὸν καιρὸν ἐκ τῶν χειρῶν ἀξιούντων.

Τέλος τῆς ἱστορίας Διονυσίου Ἁλικαρνασέως.

EX APPIANI HISTORIARVM libro I. qui inſcribitur, De Regibus Populi Rom.

CVM Tarquinius Sabinos aduerſus populum Rom. concitaret, Claudius Regillo Sabinorũ oppido oriundus, gentem in officio continuit, & quo minus fœderis leges violarent, obſtitit. Cuius rei cauſa poſtmodũ in iudicium vocatus, Romam transfugit cum cognatis & amicis ac clientibus circiter quinquies mille. His omnibus locus ad habitandum in vrbe, & ager, & ciuitatis ius à Romanis datum: Claudius ipſe qui aduerſus Sabinos egregiam operam nauauerat, inter patres lectus, ac Tribus ex eius nomine Claudia appellata eſt.

Ex Libro II. *qui inſcribitur Italicus.*

Captis Veiis cùm quædam portenta à Diis oſtenderentur, conſulti haruſpices, piaculum commiſſum eſſe reſponderunt; & Camillus ad Senatum retulit, decimam prædæ Apollini, qui de lacu Albano emittendo oraculum reddidiſſet, eximere ſe oblitum eſſe. Igitur Senatus decreuit vt quicunq. ex Veientana præda aliquid accepiſſet, ſibimet ipſe bona fide æſtimaret, ac decimæ precium partis in publicum deferret. Quin & ob religionem æſtimata vrbe & agro quaſi & is prędæ nomine contineretur, decimam Apollini mittendam eſſe cenſuit. Ex ea pecunia conflatus crater aureus Delphos miſſus, qui ſuper ænea baſe in Romanorum ac Maſſilienſium theſauro ſtetit, donec Onomarchus Phocici belli temporib. aurũ conflauit, cæterùm baſis etiamnũ supereſt. Porrò Camillũ haud multò pòſt quidã ad populũ accuſauit, quaſi auctorẽ piaculorũ ac portentorũ omniũ quę à Diis oſtenſa eſſent. At populus iampridẽ ei viro infenſus, ducentis millib. nummûm illum damnauit, nulla miſeratione vel ob id tactus quod paulò ante iudicium orbatus filio erat.

ac pecuniam quidem qua erat damnatus, amici contulerunt, ne corpus contumeliâ afficeretur. Cæterùm indignatus Camillus, Ardeam in exilium abiit, precatus ab Diis immortalibus idem quod Achilles olim precatus dicitur, vt deſiderium ſui aliquando ciuitati inijcerent; quod quidem non multò pòſt conſecutus eſt. Cùm enim Galli vrbem occupaſſent, populus Rom. ad Camillum confugit, eúmque rurſus Dictatorem creauit, vt in libro de Gallicis bellis narrabimus.

M. Manlius, ſtirpis patriciæ, cùm vrbem à Gallis ſeruaſſet, magnis honoribus affectus fuerat. Idem poſtea cùm ſenem, qui multa ſtipendia fecerat, iudicatum pecuniæ duci à creditore vidiſſet, agnitum numerata creditori pecunia ſtatim liberauit. Cuius rei cauſa cùm ab omnibus celebraretur, vniuerſis debitoribus ſuis pecuniam creditam donauit, atque accepto tulit. Inde ampliori gloria auctus, etiam pro alienis debitoribus ſatisfaciebat. Iamque populari aura elatus, nouas tabulas populo oſtentabat, aut certè agrum publicum, qui nondum erat diuiſus vt fœneratoribus in ſolutum darent, ſuadebat.

Ex Libro III. *qui Samniticus inſcribitur.*

Victis Samnitibus cùm Cornelius Coſſus & Valerius Coruinus Conſules, ac Tribunus militum Decius, Campanis præſidium militum aduerſus Samnitium excurſiones reliquiſſent, milites præſidiarij cum Campanis luxu ac mollicie diffluentibus congreſſi, breui corruptis mentibus inuidere illorum tantæ felicitati ipſi inopes & fœnoris vrbani aſſidua formidine anxij cœpêre; tandemque conſilia inter ſe inierunt de occidendis hoſpitibus boniſqueeorum occupandis, atque vxoribus ſibi copulandis. Ac fortaſſe tam nefarium facinus patratum fuiſſet, niſi Mamercus alter Conſulum aduerſus Samnitas iter faciens, id conſilium illorum comperiſſet.

τὰ μὲν οὖν χρήματα οἱ φίλοι συνεσήνεγκαν, ἵνα μὴ ὑβρισθείη τὸ σῶμα τοῦ Καμίλλου. αὐτὸς δὲ βαρυθυμῶν ἐς τὴν Ἀρδεατῶν πόλιν μετῴκησεν, εὐξάμενος τὴν Ἀχίλλειον εὐχήν, ἐπιποθῆσαι Ῥωμαίους Κάμιλλον ἐν καιρῷ. καὶ ἀπήντησεν αὐτῷ καὶ τόδε οὐ πολὺ ὕστερον. Κελτῶν γὰρ τὴν πόλιν καταλαβόντων, ὁ δῆμος ἐπὶ Κάμιλλον κατέφυγε, καὶ δικτάτωρα αὖθις εἵλετο, ὡς ἐν ταῖς Κελτικαῖς πράξεσι συγγέγραπται.

Ὅτι Μάρκος Μάλλιος εὐπατρείδης Κελτῶν ἐπελθόντων τῇ Ῥώμῃ, ταύτην περιέσωσε, καὶ τιμῶν μεγίστων ἠξιώθη· ὕστερον δὲ πρεσβύτην πολλάκις ἐστρατευμένον ἀγόμενον ἐς δουλείαν ὑπὸ τοῦ δανειστοῦ γνωρίσας, ἀπέδωκε τὸ χρέος ὑπὲρ αὐτοῦ. καὶ ἐπὶ τῷδε εὐφημούμενος, πᾶσιν ἠφίει τοῖς ἑαυτοῦ χρήσταις τὰ ὀφλήματα. περιιὼν δὲ τῇ δόξῃ καὶ ὑπὲρ ἄλλων ἀπεδίδου. καὶ ταῖς δημοκοπίαις ἐπαιρόμενος ἐβούλευσεν ἤδη χρεῶν ἀποκοπὰς κοινάς. ἢ τὸν δῆμον ἠξίου τοῖς δανείσασιν ἀποδοῦναι τὴν γῆν ἐς τοῦτο ἀποδόμενον ἔτι οὖσαν ἀνέμητον.

ΛΟΓΟΣ γ'.

Ὅτι οἱ Ῥωμαίων στρατηγοὶ Κορνήλιος καὶ Κορβῖνος, καὶ Δέκιος δημότης Σαυνίτας νικήσαντες, ὑπέλιπον Καμπανοῖς φύλακας πρὸς τὰς Σαυνιτῶν ἐπιδρομάς. οἱ δὲ φύλακες οἵδε Καμπανοῖς ἁβροδιαίτοις καὶ πολυτελέσιν οὖσιν κοινωνοῦντες ἐφθείροντο τὰς γνώμας, καὶ ἐφθόνουν ὧν ἔχουσιν ἀγαθῶν, αὐτοὶ πενόμενοι καὶ τὰ χρέα δεδιότες τὰ ἐν Ῥώμῃ. τέλος δὲ ἐπεβούλευον τοὺς ξένους ἑαυτῶν ἀνελόντες ἕκαστοι τὴν περιουσίαν κατασχεῖν, καὶ τὰς γυναῖκας ἐς γάμον προσαγαγέσθαι· καὶ τάχα ἂν ἔπραξαν αἰσχρὸν οὕτω μύσος, εἰ μὴ Μάμερκος ἕτερος Ῥωμαίων στρατηγὸς ἐπὶ Σαυνίτας ὁδεύων ἔμαθε τὸ βούλευμα τῶν φυλάκων. καὶ ἐπικρύψας τοὺς μὲν

αὐτῶν ἐξώπλισε, καὶ τοὺς στρατιώτας ἀφῆκεν οἷα κεκμηκότας· τοὺς δὲ πονηροτέρους ἐκέλευσεν ἐς Ῥώμην ἐπί τινα χρείαν ἐπείγεσθαι, χιλίαρχόν τε αὐτοῖς συνέπεμψεν, ᾧ εἴρητο ἀφανῶς αὐτοὺς φυλάσσειν. ἑκάτεροι δ' ὑπώπτευον μεμηνῦσθαι, καὶ περὶ Ταῤῥακίνην ἀφίστανταί τε τοῦ χιλιάρχου, καὶ τοὺς ἐπὶ τῶν ἔργων ἐν τοῖς ἀγροῖς δεδεμένους ἐκλύσαντες καὶ ὁπλίσαντες ὡς ἐδύναντο, ἤλαυνον ἐς Ῥώμην, ὁμοῦ δισμύριοι γεγονότες. ἔτι δ' αὐτῶν ὁδὸν ἡμέρας μιᾶς ἀπεχόντων ὑπήντα Κορβῖνος, καὶ παραστρατοπεδεύσας ἐν τοῖς ὄρεσι τοῖς Ἀλβανῶν ἠρέμει, περισκοπῶν τε τὸ ἔργον ἔτι, καὶ μέγα ἡγούμενος ἀπεγνωκόσι μάχεσθαι. οἱ δ' ἐπεμίγνυντο ἀλλήλοις κρύφα, καὶ ὀδυρμοὶ καὶ δάκρυα τῶν φυλάκων ἦν, ὡς ἐν οἰκείοις καὶ φίλοις, ἁμαρτεῖν μὲν ὁμολογούντων, τὴν δ' αἰτίαν ἐς τὰ χρέα φερόντων τὰ ἐν Ῥώμῃ. ὧν ὁ Κορβῖνος αἰσθανόμενος, καὶ ὀκνῶν ἅψασθαι πολιτικοῦ καὶ τοσούτου φόνου, συνεβούλευσε τῇ βουλῇ τὰ χρέα τοῖς ἀνδράσι μεθεῖναι. τόν τε πόλεμον ἐξαίρων ἐπὶ μέγα, εἰ τοσῶνδε ἀνδρῶν δύναιτο κρατῆσαι μαχομένων ἐξ ἀπογνώσεως, καὶ τὰς συνόδους αὐτῶν καὶ ἐπιμιξίας ἐν ὑπονοίᾳ τιθέμενος, μὴ οὐδ' ὁ ἴδιος αὐτῷ στρατὸς ἐς πάντα ᾖ πιστός, ἅτε συγγενεῖς ὄντες ἐκείνων καὶ οὐχ ἧσσον αὐτῶν αἰτιώμενοι τὰ χρέα. σφαλέντα δὲ κινδυνεύσειν ἔφη περὶ μειζόνων, καὶ τὴν νίκην εἰ κρατήσειεν ἀτυχεστάτην ἔσεσθαι τῇ πόλει κατ' οἰκείων τοσῶνδε. οἷς ἡ βουλὴ πεισθεῖσα τὰς μὲν τῶν χρεῶν ἀποκοπὰς ἐψηφίσατο πᾶσι Ῥωμαίοις, τοῖς δὲ τότε ἐχθροῖς καὶ ἄδειαν. οἱ μὲν δὴ τὰ ὅπλα ἀποθέμενοι κατῄεσαν ἐς τὴν πόλιν.

Ὅτι Μάλλιος Τορκουάτος ὁ ὕπατος τοιοῦτος ἦν τὴν ἀρετήν. τούτῳ πατὴρ γεγένητο μικρολόγος καὶ ἀμελὴς ἐς αὐτόν. καὶ ἐν ἀγροῖς αὐτὸν εἶχε μετὰ τῶν θεραπόντων ἐργαζόμενόν τε καὶ τρεφόμενον. γραψαμένου δὲ αὐτὸν ἐπὶ πολλοῖς ἀδικήμασι Πομ-

Qui eam rem ſilentio diſſimulans, alios quidem tanquam minus validos armis ademptis ſacramento ſoluit: turbulentiores alios Romam per ſpeciem alicuius negocij in commeatum miſit ſimul cum Tribuno, cui occultè mandauerat eos vt in cuſtodia retineret. ſed vtrique emanaſſe conſilia ſua ſuſpicati, circa oppidum Terracinam à Tribuno diſcedunt, & ſolutis atque armatis ergaſtulis Romam verſus, proficiſci cœperunt ferè viginti hominum millia. Ab vrbe ferè diei ſpatio cùm abeſſent, occurrit eis Valerius Coruinus, qui poſitis in Albano monte caſtris ſe continuit, quid facto opus eſſet circunſpiciens, ac periculoſum ratus cum hominibus deſperatis congredi. Interim clàm vtraque ex parte congreſſus fieri, flentibus ac gementibus vt inter amicos ac neceſſarios præſidiariis militibus: ac culpam quidem minimè diffitentibus, ſed cauſam in æs alienum quo merſi Romæ eſſent referentibus. Quæ cùm intellexiſſet Coruinus, ac tot ciuium ſanguine manus cruentare eum pigeret, ſuaſit Senatui vt æs alienum illorum hominum publicè diſſolueretur, exaggerando difficultatem belli: tot milites cum ſalutis deſperatione ruentes in pugnam haud facilè ſuperari poſſe; adhæc mutuos vtrinque congreſſus ac colloquia ſe ſuſpecta habere, ne fortè milites ſui, quippe illorum neceſſarij, nec minus conquerentes de grauitate æris alieni parum ſint conſtanti fide: porrò ſi ipſe victus ſit, grauiora diſcrimina imminere; ſin vicerit, luctuoſam Reipublicæ tot ciuibus ſublatis victoriam fore. His inductus Senatus, vniuerſis ciuibus nouas tabulas, defectoribus verò veniam conceſſit, qui mox poſitis armis vrbem ingreſſi ſunt.

Eiuſmodi virtus in Manlio Torquato Conſule fuit. Patrem hic habuerat nimis parcum ac duriorem erga ſe: à quo rus ablegatus, ruſtico opere fatigabatur eodem cultu victúque ac cæteri ſerui. Cui

cùm Pomponius Tribunus plebis diem ad populum dixiſſet, atque inter cætera crimina id eſſet objecturus, quod filium iuuenem indigniſſimè tractaret, Manlius adoleſcens pugionem ſub veſte tegens, in domum Pomponij venit, petiitque vt remotis arbitris cum eo agere ſibi liceret, quaſi quidpiam inſtruendæ aut confirmandæ accuſationi dicturus eſſet. Admiſſus cùm ſermonem inchoaret, ianuam occluſit, ſtrictóque pugione, mortem Tribuno præſentem interminatus eſt, niſi ſe ab patris accuſatione deſtiturum iuraret. Ita Pomponius iurare compulſus, accuſationem inſtitutam deſeruit, cauſamque populo expoſuit. At iuueni Manlio ea res magno honori fuit, quod talem ſe erga eiuſmodi patrem præſtitiſſet.

Poſt naufragium Pyrrhus Epirotarum Rex Tarenti portum tenuit. At Tarentinis tum maximè moleſti ac graues Regis aulici fuêre, qui in ædes ipſorum per vim immigrarent, & matresfamilias liberóſque eorum palàm contrectarent. Poſtquam verò Pyrrhus ſodalitates ac cæteros eorum cœtus & oblectamenta vtpote flagrante bello haudquaquam decora ſuſtulit, & gymnaſia exercendæ armis iuuentuti conſtituit, pœnâ capitis aduerſus infrequentes propoſitâ: tum verò quaſi inſolito opere atque imperio penitùs attriti Tarentini, ex vrbe, ac ſi aliena, in agros fugêre. Exinde Rex occluſis portis cuſtodes appoſuit. At Tarentini imprudentiam ſuam tum apertiſſimè perſpexerunt.

Milites Romani, qui pro ſalute & cuſtodia Rheginorum aduerſus hoſtium excurſiones præſidium agebant, ſimul cum Præfecto Decio, cùm in felicitatem oppidanorum cupiditatis oculos conjeciſſent, obſeruato ſolenni feſto quo publicè omnes epulabantur, eos interfecerunt, vxoréſq. eorum inuitas ſibi copularunt. Cauſam autem ſceleris ſui hanc prætendebant, quod Rhegini præſidium Pyrrho prodere voluiſſent. Ac Decius quidem repentè ex præfecto tyrãnus euaſit, & cum Mamertinis qui ad Siculum fretum habitãt, ſocietatẽ percuſſit,

πονίδ

πονὶν ὑπὸ δημάρχου, καὶ μέλλοντος ἔρεσθαί τι καὶ περὶ τῆς ἐς τὸν παῖδα κακώσεως, ὁ παῖς ὅδε Μάλλιος ἧκεν ἐπικρυψάμενος ξιφίδιον ἐς τὴν οἰκίαν τοῦ δημάρχου, καὶ τυχεῖν ἠξίωσεν αὐτοῦ μόνου, ὡς δή τι λέξων χρήσιμον ἐς τὴν δίκην. ὑποδεχθεὶς δὲ καὶ λέγειν ἀρχόμενος ἐπέκλεισε τὰς θύρας. καὶ τὸ ξίφος ἐπισπάσας ἠπείλει τὸν δήμαρχον κτενεῖν αὐτὸν, εἰ μὴ ὀμόσειεν ὅτι λύσει τῷ πατρὶ τὴν δίκην. καὶ ὁ μὲν ὤμοσε, καὶ διέλυσεν, ἐκθέμενος τῷ δήμῳ τὸ συμβάν. ὁ δὲ Μάλλιος ἐξ ἐκείνου λαμπρὸς ἦν, ἐπαινούμενος ὅτι υἱὸς τοιόσδε ἐς τοιόνδε πατέρα ἐγεγένητο.

Ὅτι μετὰ τὸ ναυάγιον ὁ Πύρρος ὁ βασιλεὺς τῆς Ἠπείρου ἐς τὸν Τάραντα κατήγετο. καὶ οἱ Ταραντῖνοι τότε μάλιστα τοὺς βασιλικοὺς ἐβαρύνοντο ἐσοικιζομένους τε παρὰ σφᾶς βίᾳ, καὶ φανερῶς ἐνυβρίζοντας ταῖς αὐτῶν γυναιξὶ καὶ παισίν. ὡς δὲ καὶ τὰ συσσίτια σφῶν ὁ Πύρρος καὶ τὰς ἄλλας συνόδους καὶ διατριβὰς ὡς οὐ πρεπούσας πολέμῳ διέλυε, γυμνάσιά τε ἔνοπλα ἔτασσεν αὐτοῖς, καὶ θάνατον τοῖς ἀμελοῦσιν ὥριζε, τότε δὴ καὶ πάμπαν ἀήθεσιν ἔργοις καὶ ἐπιτάγμασι κάμνοντες οἱ Ταραντῖνοι, τῆς πόλεως ὡς ἀλλοτρίας ἐς τοὺς ἀγροὺς ἀπεδίδρασκον. καὶ ὁ βασιλεὺς τὰς θύρας ἀπέκλειε, καὶ φρουρὰς ἐφίστη. καὶ οἱ Ταραντῖνοι τῆς ἀβουλίας σφῶν ᾐσθάνοντο σαφῶς.

Ὅτι ἐν Ῥηγίῳ Ῥωμαίων ἐπὶ σωτηρίᾳ καὶ φυλακῇ τῆς πόλεως, μή τι πάθοιεν ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν, παραμένον αὐτοί τε καὶ Δέκιος ὁ ἡγεμὼν αὐτῶν τοῖς ἀγαθοῖς τῶν Ῥηγίνων φθονήσαντες καὶ φυλάξαντες αὐτοὺς εὐωχουμένους ἐν ἑορτῇ διέφθειραν, καὶ ταῖς γυναιξὶν ἀκουσίαις συνῴκησαν. πρόφασιν δὲ τῆς παρανομίας ἔφερον, ὅτι Ῥηγῖνοι τὴν φρουρὰν προεδίδοσαν Πύρρῳ. καὶ Δέκιος μὲν ἀντὶ φρουράρχου τύραννος ἦν. καὶ φιλίαν ἔθετο Μαμερτίνοις τοῖς ἐπὶ τοῦ πορθμοῦ τοῦ Σικελικοῦ κατῳκημένοις, οὐ πρὸ πολλοῦ κἀκείνοις εἰς ἰδίους ξένους ὅμοια δεδρακόσι.

ἀλγήσαντα δ' αὐτὸν τοῖς ὀφθαλμοῖς καὶ τοῖς ἐν Ῥηγίῳ ἰατροῖς ἀπιστοῦντα, μεταπεμπτὸς ἀπὸ Μεσσήνης ἐθεράπευε Ῥηγῖνος ἀνὴρ μετῳκηκὼς ἐς Μεσσήνην πρὸ πολλοῦ, ὅτι Ῥηγῖνος ἦν ἀγνοούμενος. οὗτος αὐτὸν ἔπεισεν ἐπὶ ἀπαλλαγῇ συντόμῳ φαρμάκων ἀνασχέσθαι θερμῶν· καὶ χρίσας τοῖς κανθαρίοισι. καὶ διαπτυώδεσιν ἐκέλευσεν ἀνασχέσθαι τοῦ πόνου, μέχρι αὐτὸς ἐπανέλθοι. καὶ λαθὼν ἔπλευσεν ἐς Μεσσήνην. ὁ δ' ἐς πολὺ τῆς ὀδύνης ἀνασχόμενος ἀπενίψατο, καὶ εὗρε τοὺς ὀφθαλμοὺς δεδαπανημένους. Φαβρίκιος δ' ὑπὸ Ῥωμαίων ἐπὶ διορθώσει τῶνδε πεμφθεὶς, τήν τε πόλιν τοῖς ἔτι Ῥηγίνοις λοιποῖς ἀπεδίδου, καὶ τὴν φρουρὰν τοὺς αἰτίους τῆς ἀποστάσεως ἐς Ῥώμην ἔπεμψεν· οἳ μαστιγωθέντες ἐν ἀγορᾷ μέσῃ τὰς κεφαλὰς ἀπεκόπησαν καὶ ἐξερρίφησαν ἄταφοι. Δέκιος δ' φυλασσόμενος ἐπιμελῶς οἷα πηρὸς ἑαυτὸν διεχρήσατο.

Ὅτι Πύρρος μετὰ τὴν μάχην καὶ τὰς πρὸς Ῥωμαίους συνθήκας ἐς Σικελίαν διέπλει, ὑποσχόμενος τοῖς συμμάχοις ἐκ Σικελίας ἐπανήξειν ἐς Ἰταλίαν· καὶ ἐπανῆλθεν ἔτει τρίτῳ, Καρχηδονίων αὐτὸν ἐξελασάντων ἐκ Σικελίας, ἤδη καὶ τοῖς Σικελιώταις βαρὺν ἐπί τε ξενίαις καὶ χορηγίαις, καὶ φρουραῖς, καὶ εἰσφοραῖς γενόμενον. ὁ μὲν δὴ πλούσιος ἐκ τῶνδε γεγονὼς ἐς τὸ Ῥήγιον διέπλει ναυσὶ καταφράκτοις δέκα καὶ ἑκατὸν, φορτίσι δὲ καὶ ὁλκάσι πολὺ πλείοσιν. οἱ δὲ Καρχηδόνιοι διαναυμαχήσαντες αὐτῷ κατέδυσαν ναῦς ἑβδομήκοντα, καὶ τὰς λοιπὰς ἄπλους ἐποίησαν, πλὴν δώδεκα μόνων, αἷς ὁ Πύρρος διαφυγὼν ἐτίνυτο Λοκροὺς τοὺς ἐπιζεφυρίους, ὅτι φρουρὰν αὐτοῦ καὶ τὸν φρούραρχον αὐτῆς ὑβρίσαντες ἐς αὐτοὺς ἀνῃρήκεσαν. ὠμῶς δ' αὐτοὺς καὶ πικρῶς κτείνων τε καὶ συλῶν ὁ Πύρρος, οὐδὲ τῶν ἀναθημάτων τῆς Περσεφόνης ἀπέσχετο· ἐπισκώψας τὴν ἄκαιρον εὐσέβειαν εἶναι δεισιδαιμονίαν, τὸ δὲ συλλέξαι πλοῦτον ἄπονον εὐβουλίαν. ἀναχθέντα

qui quidem & ipſi nuper pari ſcelere aduerſus hoſpites ſuos vſi erant. Cæterùm graui oculorum dolore correptus Decius, cùm Rheginorum medicis diffideret, Medicum quendam ex vrbe Meſſana accerſiuit, qui iampridem Regio Meſſanam migrauerat, ac proinde Rheginuſne eſſet obſcurum erat. Hic Decio perſuaſit ſi liberari eo dolore quamprimum vellet vt medicamentis calidioribus vteretur, ſtatimque impoſito eiuſmodi collyrio quod adurendi ac depaſcendi vim haberet, eum dolorem tantiſper tolerare iuſſit, quoad ipſe rediiſſet. Interim clàm in oppidum Meſſanam nauigauit. At Decius cùm dolorem diu ſuſtinuiſſet, tandem diluto collyrio, luminibus ſe orbatum reperit. Nec multò pòſt Fabricius ad hæc reſtituenda miſſus à Romanis, & vrbem Rheginis, qui adhuc ſupererant, reddidit; & milites defectionis auctores Romam miſit, qui medio in foro virgis cæſi & capite truncati ſunt: ſepultura quoque cadaueribus denegata. Decius verò orbatus luminib. cùm arctiſſimâ cuſtodiâ teneretur, manus ſibi attulit.

Poſt pugnam percuſſis cum populo Romano fœderibus, Pyrrhus in Siciliam nauigauit, pollicitus ſociis ſe ex Sicilia breui in Italiam reuerſurum. Tertio poſt anno reuerſus eſt, cùm à Carthaginienſibus ex Sicilia pulſus fuiſſet, iam ipſis etiam Siculis nimium grauis, propter hoſpitia ac præbitiones, præſidiorum quoque ac tributorum cauſa. Quibus ditatus, Rhegium verſus vela fecit nauibus tectis decem ſupra centum, onerariis & actuariis multò pluribus. Sed Pœni eum aggreſſi, naues ſeptuaginta ei depreſſerunt, reliquas inutiles reddiderunt præter duodecim duntaxat: cum quibus elapſus Pyrrhus cùm veniſſet Locros (qui Epizephyrij vocantur) vltus illos eſt, quod præſidium ipſius cum Præfecto, à quibus iniuria erant affecti, necauiſſent. Tanta porrò acerbitate in illos cædibus ſimul ac rapinis ſæuiit, vt neque à donariis Proſerpinæ manus abſtinuerit, cauillatus per iocum importunam religionem

ſuperſtitioni proximam eſſe, pecuniàm verò paratam abſque vllo labore accipere, eſſe prudentis viri. His opibus in naues impoſitis cùm ſoluiſſet, ſubitò exorta tempeſtas has quidem lacerauit naues, & cum ipſis hominib. ſubmerſit, illas in terram ejecit. Cæterùm ſacra omnis pecunia ad littus Locrenſium maris æſtu adducta eſt, adeò vt Pyrrhus ipſe ſerò agnito ſcelere, cuncta Proſerpinæ fano reſtituerit, ac plurimis hoſtiis pacem ipſius Deæ expopoſcerit. Sed cùm haud perlitaret, eò magis furore incenſus, quicunque auctores ipſi eius ſacrilegij, aut ſuaſores, aut miniſtri fuerant, cunctos neci dedit. Ac Pyrrhi quidem res in eam calamitatem erant adductæ.

Ex Libro IV. *qui Celticus inſcribitur.*

Cædicius cùm decretum Senatus Camillo obtuliſſet, quo Conſul creabatur, hominem cohortari cœpit, ne iniuriæ à patria illatæ inpræſentiarum meminiſſet. Sed Camillus interrupto ſermone Cædicij: Nunquam, inquit, equidem à Diis precatus eſſem, mei vt deſiderium patriæ facerent, ſi eiuſmodi illorum deſiderium futurum eſſe exiſtimaſſem. At nunc æquiora à Diis immortalibus poſtulo, mea vt opera in tantum patriæ vtilis ſit, in quantum calamitatis delapſa eſt.

Galli cùm nulla vi penetrare in arcem potuiſſent, quieſcere ſtatuerunt quaſi propediem Romanos fame expugnaturi. Interim verò quidam Fabius Dorſo ſacerdos de Capitolio deſcendit ad ſolenne quoddam ſacrificium in templum Veſtæ ſacra manibus ferens. iſque per medias hoſtium ſtationes, ſeu audacia hominis perculſas, ſeu pietatem ac ſpeciem pluſquam humanam reueritas euaſit. Ita ille quum pro ſacris periculum ſubiiſſet, ab iis ipſis ſeruatus eſt, quemadmodum Caſſius narrat.

Galli cùm naturâ intẽperantes eſſent, agrúmq. haberent pręterquã frumento cæteris fructib. inhabilẽ atque infœcundũ: adhęc corpore procero ac delicato toroſóq.

δὴ αὐτὸν μετὰ τῶν σύλων, χειμὼν ὑπέλαβε. καὶ τῶν νεῶν τὰς μὲν κατέδυσε καὶ διέφθειρεν αὐτοῖς ἀνδράσι, τὰς δὲ ἐς τὴν γῆν ἐξέρριψε. τὰ δὲ ἱερὰ πάντα σῶα ὁ κλύδων ἐς τοὺς Λοκρῶν λιμένας ἐπανήγαγεν· ὥστε τὸν Πύρρον ὄψε τῆς ἀσεβείας αἰσθόμενον ἀναθεῖναί τε αὐτὰ ἐς τὸ ἱερὸν τῇ Περσεφόνῃ, καὶ θυσίαις ἱλάσκεσθαι τὴν θεὸν πολλαῖς. τῶν δὲ ἱερῶν οὐκ ἀπαντώντων, ἔτι μᾶλλον ἐξεμαίνετο. καὶ τοὺς περὶ τῆς ἱεροσυλίας αὐτῷ συμβουλεύσαντας, ἢ λέγοντι συνθεμένους, ἢ διακονησαμένους τὸ ἔργον ἔκτεινεν. ὁ μὲν δὴ Πύρρος οὕτως ἐπεπράχει κακῶς.

Ὅτι Κεδίκιος γράμμα φέρων ἀπὸ τῆς βουλῆς περὶ τῆς ὑπάτου ἀρχῆς, παρεκάλει τὸν Κάμιλλον μηδὲν ἐν τῷ παρόντι μηνίσαι τῇ πατρίδι τῆς ζημίας. ὁ δὲ ἐπισχὼν αὐτὸν ἔτι λέγοντα εἶπεν, οὐκ ἂν ἐδεξάμην ἐπιποθῆσαί με Ῥωμαίοις, εἰ τοιαύτην ἤλπισα τὴν ἐπιπόθησιν αὐτοῖς ἔσεσθαι. νῦν δὲ δικαιοτέραν εὐχὴν εὔχομαι, γενέσθαι τῇ πατρίδι χρήσιμος ἐς τοσοῦτον ἀγαθοῦ, ἐς ὅσον κακοῦ περιελήλυθεν.

Ὅτι Κελτοὶ μηδεμιᾷ μηχανῇ δυνηθέντες ἐπιβῆναι τῆς ἀκροπόλεως ἠρέμουν, ὡς λιμῷ τοὺς ἔνδον παραστησόμενοι. καί τις ἀπὸ τοῦ Καπιτωλίου κατέβαινεν ἱερεὺς ὄνομα Δόρσων ἐπὶ ἐτήσιον δή τινα ἱερουργίαν, ἐς τὸν τῆς Ἑστίας νεὼν στέλλων τὰ ἱερὰ διὰ τῶν πολεμίων αἰδεσθέντων ἢ καταπλαγέντων αὐτοῦ τὴν τόλμαν ἢ τὴν εὐσέβειαν, ἢ τὴν ὄψιν ἱερὰν οὖσαν. ὁ μὲν δὴ κινδυνεύειν ὑπὲρ τῶν ἱερῶν ἑλόμενος, ὑπ' αὐτῶν ἐσώζετο τῶν ἱερῶν. καὶ τόδε φησὶν ὧδε γενέσθαι *Κάσιος ὁ Ῥωμαῖος. mſ. Κούσ.

Ὅτι Κελτοὶ τήν τε φύσιν ὄντες ἀκρατεῖς, καὶ χώραν ἔχοντες ὅτι μὴ πρὸς Δημητρείους καρποὺς τῶν ἄλλων ἄγονον καὶ ἀφυᾶ. τά τε σώματα αὐτοῖς μεγάλα ὄντα καὶ τρυφερά,

καὶ σαρκῶν ὑγρῶν μεστὰ, ὑπὸ τῆς ἀδηφαγίας καὶ μέθης ἐς ὄγκον καὶ βάρος ἐξηγεῖτο, καὶ πρὸς δρόμους καὶ πόνους ἀδύνατα πάμπαν ἐγίγνετο. ὑπό τε ἱδρῶτος καὶ ἄσθματος, ὅπου τι δέοι κάμνειν, ἐξελύοντο ταχέως.

Οτι Ιπποκράτης καὶ Επικύδης ἀδελφὼ μὲν ἀλλήλων, στρατηγὼ δὲ Συρακοσίων, Ρωμαίοις ἐκ πολλοῦ δυσχεραίνοντες, ἐπεὶ τὰς Συρακούσας οὐκ ἴσχυον ἐκπολεμῶσαι, κατέφυγον ἐς Λεοντίνους διαφερομένους τοῖς Συρακοσίοις. καὶ κατηγόρουν τῆς πατρίδος ὅτι τὰς σπονδὰς Ιέρωνος ἐφ᾽ ὅλῃ Σικελίᾳ πεποιημένου μόνοι Συρακούσιοι σφίσιν αὖθις ἀνακαινίσαιεν. οἱ δὲ ἠρεθίζοντο· καὶ Συρακούσιοι μὲν ἐπεκήρυσσον εἴ τις Ιπποκράτους ἢ Επικύδου κομίσειε τὴν κεφαλὴν, ἰσοσταθ-
mſ. αὐτόν. μον αὐτῷ χρυσίον ἀντιδώσειν. Λεοντῖνοι δὲ * αὖ τὸν Ιπποκράτη στρατηγὸν ᾑροῦντο.

Οτι Σικελοὶ καὶ τέως ἀγανακτοῦντες ἐπὶ τῇ ὠμότητι Μαρκέλλου τοῦ στρατηγοῦ, μᾶλλόν τι καὶ τῷδε τῷ ἔργῳ συνεταράσσοντο, ἐφ᾽ ᾧ κατὰ προδοσίαν ἐς Συρακούσας ἐσῆλθεν· καὶ πρὸς Ιπποκράτη μετετίθεντο, καὶ συνώμνυντο μὴ διαλύσασθαι χωρὶς ἀλλήλων· ἀγείραν τε αὐτῷ καὶ στρατιὰν ἔπεμπον ἐς δισμυρίους πεζοὺς καὶ ἱππέας πεντακισχιλίους.

Οτι διαβεβλημένῳ τῷ Μαρκέλλῳ οὐκ ἐπίστευον χωρὶς ὅρκων. διὸ καὶ Ταυρομενίων προσχωρούντων οἱ, συνέθετο καὶ ὤμοσε μήτε φρουρήσειν τὴν πόλιν, μήτε στρατολογήσειν ἀπ᾽ αὐτῆς.

Οτι Κλώδιος ὁ πατρίκιος ὁ πούλχερ ἐπίκλην, τουτέστιν εὐπρεπὴς, τῆς Γαΐου Καίσαρος γυναικὸς ἤρα, καὶ ἁρμόσασθαι αὐτὸν ἐς γυναῖκα ἐκ κεφαλῆς ἐς ἄκρους πόδας ἔτι ὄντα ἀγένειον. καὶ ἐς τὴν οἰκίαν τοῦ Γαΐου παρελθεῖν οἷα γυναῖκα νυκτὸς, ὅτε μόναις γυναιξὶν ἐξὸν εἰσελθεῖν, μυστη-

eſſent, tunc ebrietate atque ingluuie ſoluti, tardi atque obeſi erant, neque ad curſum, neque ad laborem expediti; ac ſicubi laborandum erat, præ ſudore atque anhelitu celeriter deficiebant.

Ex Libro V. *qui Siculus inſcribitur & Inſularis.*

Hippocrates atque Epicydes fratres, Syracuſanorum Imperatotes, iamdudum infenſi Romanis cùm Syracuſanos concitare ab bellum minimè potuiſſent, in Leontinos, qui à Syracuſanis diſſidebant, profecti ſunt: ac populares ſuos criminari cœperunt, quod cum Hiero vniuerſam Siciliam in fœdere cum Romanis pacto comprehendiſſet, ipſi proprium ſibi fœdus renouaſſent: quibus verbis magnoperè concitati ſunt Leontini. At Syracuſani publicè per præconem pronunciarunt, ſi quis Hippocratis aut Epicydis capita afferret, auro ſe ea repenſuros. Cæterùm Hippocrates à Leontinis Imperator creatus eſt.

At Siculi qui crudelitatis cauſa iamdudum inuiſum habebant Marcellum, tunc multò magis aduerſus eum commoti ſunt, quod Syracuſas proditione irrupiſſet. Itaque cum Hippocrate reconciliati ſunt, præſtito vtrinque ſacramento nunquam alterum ab altero diſceſſurum, ſtatimque annonam & copias ei ſubmiſerunt peditum xx. equitum v. millia.

Cùm Marcellus ſiniſtrâ famâ laboraret, abſque iureiurando nemo ei fidem adhibebat: proinde dedentibus ſe Taurominitanis iurauit ſe neque præſidium oppido impoſiturum, nec delectum ex oppidanis habiturum.

Clodius Pulcher, gentis Patriciæ, cùm C. Cæſaris vxorem adamaret, ſumto muliebri habitu, (quippe etiamtum imberbis) in domum Cæſaris, in qua ſacrum bonæ Deæ fiebat, cum cæteris mulieribus noctu ingreſſus eſt, tametſi virum ei ſacro intereſſe nefas eſſet.

Sed cùm ab ancilla, quæ eum deducebat, caſu deerraſſet, indicio vocis detectus à quibuſdam fæminis atque expulſus eſt.

Ex Libro VI. *qui Hiſpanienſis inſcribitur.*

Carthaginienſes Haſdrubalem generum Barcæ Imperatorem crearunt. Hic Hannibalem, qui paulò pòſt rei militaris gloriâ celeberrimus fuit, *&c. quæ in libro Hiſpanienſi edita ſunt.*

Ex Libro VIII. *qui Libycus, Carthagin. & Numidicus inſcribitur.*

Metellus in Africam prouinciam populi Romani reuerſus eſt, inuiſus militibus cùm ob ſegniciem in hoſtes, tum ob ſæuitiam in ſuos; quippe delicta militaria acerbiſſimè caſtigabat.

Metellus cunctos Vaccenſium Senatores neci dedit, eò quod præſidium Iugurthæ prodiderant: ipſum quoq. Præfectum præſidij Turpilium ciuem Romanum, qui non ſine proditionis ſuſpicione ſemet hoſtibus dediderat, extremo ſupplicio affecit. Thraces præterea ac Ligures transfugas à Iugurtha redditos partim manibus truncauit, partim in terram ventre tenus defoſſos, ſagittiſque ac iaculis ab circunſtante exercitu petitos, adhuc ſpirantes igne admoto concremauit.

Ex Libro IX. *qui Macedonicus inſcribitur.*

At Perſes ex fuga paulatim animo confirmatus, Niciam & Andronicum, quos ad pecuniam in mare deijciendam & incendendas naues miſerat, ſeruatis ſibi nauibus & pecuniâ, conſcios tam fœdi pauoris rem in vulgus edituros eſſe exiſtimans, nefariè occidit; atque exinde crudelis in cunctos ac formidabilis ſubita mutatione euaſit, nec deinceps quidquam ſanæ mentis ac prudenti conſilio egit. Sed qui priùs ad perſuadendũ aptiſſimus, ſolers in excogitando, ac niſi cum imperitia laberetur fortiſſimus in pugna fuiſſet, tum repentè ad ignauiam & imprudentiam deflexit, præcepſq. ac mutabilis

ἐίων ἀγομένων πλανηθέντα δὲ τῆς ὁδηγούσης, κατάφωρον ὑπ᾽ ἄλλων ἐκ τῆς φωνῆς γινόμενον ἐξελαθῆναι.

Ὅτι οἱ Καρχηδόνιοι στρατηγὸν ἀπέφηναν Ἀσδρούβαν τὸν τοῦ Βάρκα κηδεστήν. ὁ δὲ Ἀννίβαν τὸν οὐ πολὺ ὕστερον ἀοίδιμον ἐπὶ στρατηγίαις, *&c. quæ in Hiſpanienſi edita etiamnum extant. Sequebantur & alia multa, quæ, quoniam partim in Hiſpanienſi, partim in Hannibalico, partim in Libyco hodie extant, conſultò prætermiſi.*

Ὅτι Μέτελλος ἀνεζεύγνυεν ἐς Λιβύην τὴν ὑπὸ Ῥωμαίοις, αἰτίαν ἔχων παρὰ τῷ στρατῷ βραδυτῆτος ἐς τοὺς πολεμίους καὶ ἐπὶ σφίσιν ὠμότητος. σφόδρα γὰρ τοὺς ἁμαρτάνοντας ἐκόλαζεν.

Ὅτι Μέτελλος Βαγαίων ἀνῄρει τὴν βουλὴν ὅλην, ὡς τὴν φρουρὰν προδόντας Ἰογόρθᾳ, καὶ τὸν φρούραρχον Τουρπίλιον ἄνδρα Ῥωμαῖον οὐκ ἀνυπόπτως ἑαυτὸν ἐγχειρίσαντα τοῖς πολεμίοις ἐπαπέκτεινε τῇ βουλῇ. Θρᾷκας δὲ καὶ Λίγυας αὐτομόλους λαβὼν παρὰ Ἰογόρθα, τῶν μὲν τὰς χεῖρας ἀπέτεμνε, τοὺς δὲ ἐς τὴν γῆν μέχρι γαστρὸς κατώρυσε, καὶ περιτοξεύων ἢ ἐσακοντίζων ἔτι ἐμπνέουσι πῦρ ὑπετίθει.

Ὅτι Περσεὺς ἀναθαρρῶν ἤδη κατ᾽ ὀλίγον μετὰ τὴν φυγὴν, Νικίαν καὶ Ἀνδρόνικον, οὓς ἐπὶ τὸν καταποντισμὸν τῶν χρημάτων καὶ τὸν ἐμπρησμὸν τῶν νεῶν ἐπεπόμφει, προποιήσας αὐτῷ καὶ τὰς ναῦς καὶ τὰ χρήματα, συνίστορας ἡγούμενος αἰσχροῦ φόβου καὶ ἑτέροις ἐξαγγέλλειν, ἀπέκτεινεν ἀθεμίστως. καὶ ἀπὸ τοῦδε εὐθὺς ἐκ μεταβολῆς ὠμὸς καὶ δυσχερὴς ἐς ἅπαντας ἐγίγνετο. καὶ οὐδὲν ὑγιὲς οὐδ᾽ εὔβουλον οἱ ἔτι ἦν. ἀλλ᾽ ὁ πιθανώτατος ἐς εὐβουλίαν, καὶ λογίσασθαι δεξιὸς, καὶ εὐτολμότατος ἐς μάχας, ὅσα γε μὴ σφάλλοιτο δι᾽ ἀπειρίαν, ἀθρόως τότε καὶ παραλόγως ἐς δειλίαν καὶ ἀνοησίαν ἐτρέπετο, καὶ ταχὺς, καὶ εὐμετάθετος ἄφνω καὶ

σκαιὸς ἐς πάντας ἐγίγνετο, ἀρχομένης αὐτὸν ἐπιλείπειν τῆς τύχης. * ὥσπερ ἐστὶ πολλοῖς ἰδεῖν μεταβολῆς περιιούσης ἀλογωτέροις γιγνομένοις ἑαυτῶν.

mſ. ὅπερ, & Suidas.

Ὅτι Γένθιος βασιλεὺς Ἰλλυριῶν ἑνὸς ἔθνους προσοίκου Μακεδόσι, Περσεῖ συμμαχῶν ἐπὶ τριακοσίοις ταλάντοις, ὧν τι καὶ προειλήφει, ἐσέβαλεν ἐς τὴν ὑπὸ Ῥωμαίοις Ἰλλυρίδα, καὶ πρέσβεις περὶ τούτων πρὸς αὐτὸν ἐλθόντας Περπένναν καὶ Πετήλιον ἔδησεν. ὧν ὁ Περσεὺς αἰσθόμενος, οὐκέτι τὰ λοιπὰ τῶν χρημάτων ἔπεμπεν· ὡς ἤδη καὶ δι᾽ αὐτὸν Ῥωμαίοις πεπολεμωμένον. ἐς δὲ Γέτας ἔπεμπε τοὺς ὑπὲρ Ἴστρον, καὶ Εὐμένους ἀπεπείρασεν ἐπὶ χρήμασιν, ἢ μεταθέσθαι πρὸς αὐτόν, ἢ διαλῦσαι τὸν πόλεμον, ἢ ἀμφοτέροις ἐκστῆναι τοῦ ἀγῶνος. Εὐμένης δ᾽ ὡς οὐ λησομένῳ ταῦτα Ῥωμαίοις ἐλπίζων πράξειν τι αὐτῶν, ἢ τῇ πείρᾳ διαβαλεῖν τὸν Εὐμένη. ὁ δὲ μεταθήσεσθαι μὲν οὐκ ἔφη, τάλαντα δ᾽ ᾔτει τῆς μὲν διαλύσεως χίλια καὶ πεντακόσια, τῆς δὲ ἡσυχίας χίλια. καὶ ὁ Περσεὺς ἤδη Γετῶν αὐτῷ προσιέναι μισθοφόρους μυρίους ἱππέας, καὶ μυρίους πεζοὺς πυθόμενος, αὐτίκα τοῦ Εὐμένους κατεφρόνει· καὶ τῆς μὲν ἡσυχίας οὐκ ἔφη δώσειν οὐδέν· αἰσχύνην γὰρ φέρειν ἀμφοῖν. τὰ δὲ τῆς διαλύσεως οὐ προδώσειν, ἀλλ᾽ ἐν Σαμοθρᾴκῃ * καταθήσειν μέχρι γένοιτο ἡ διάλυσις, εὐμετάβολος ἤδη καὶ μικρολόγος ὑπὸ θεοβλαβείας ἐς πάντα γινόμενος. ἑνὸς δὲ ὧν ἤλπισεν, ὅμως οὐκ ἀπέτυχε, Ῥωμαίοις Εὐμένους ὑπόπτου γενομένου. Γετῶν δὲ τὸν Ἴστρον περασάντων ἐδόκει Κλοιλίῳ μὲν τῷ ἡγεμόνι δοθῆναι χιλίους χρυσοῦς στατῆρας, ἱππεῖ δ᾽ ἑκάστῳ δέκα, καὶ τὰ ἡμίσεα πεζῷ. καὶ τοῦτο σύμπαν ἦν ὀλίγῳ πλέον πεντεκαίδεκα μυριάδων χρυσῶν. ὁ δὲ χλαμύδας μέν τινας ἐπήγετο καὶ ψέλλια χρυσᾶ, καὶ ἵππους ἐς δωρεὰν τοῖς ἡγουμένοις, καὶ στατῆρας φερομένους μυρίους.

mſ. καθῆ.

& in omnes ſcæuus extitit, iam deſerente eum fortuna, quemadmodum vſuuenire videmus, vt rebus in deterius ruentibus homines ferè priſtinâ prudentiâ ſuâ excidant.

Genthius, partis Illyriorum Macedonibus finitimæ Rex, cùm ſocietatem trecentorum talentorum mercede cum Perſe pepigiſſet, eiuſque pecuniæ exiguam partem accepiſſet præſentem, mox in eam regionem Illyrici, quæ populo Rom. parebat, cum exercitu irrupit, & M. Perpennam ac L. Petilium legatos qui de ea re quæſtum venerant, in vincula conjecit. Quo audito Perſeus, reliquam ſummam ad eum mittere ſuperſedit, contraxiſſe eum ratus propriam ac priuatam neceſſitatem belli cum populo Romano. Cæterùm ad Getas, qui trans Iſtrum degunt, miſit legatos, & Eumenem oblatâ pecuniâ ſollicitauit, vt aut ſuas foueret partes, aut pacem ſibi conciliaret cum populo Romano, aut certè neutri faueret parti: ſperans vel ſe horum quidpiam impetraturum, vel ſanè effecturum ea ſollicitatione vt Eumenes ſuſpectus Romanis eſſet. Sed Eumenes ſocietatem quidem Perſei aſpernabatur, pacis verò conciliandæ cauſa mille & quingenta talenta, vt neutri adeſſet mille poſcebat. Interim Perſeus comperto Getarũ auxilia ſibi aduentare decem millia peditum, equitum totidem, ſpernere Eumenem cœpit; atque ideò vt neutros iuuaret bello, daturum ſe quidquam negauit: id enim iuxta ambob. turpe eſſe. pacis verò patrandę cauſa daturum quidem eam pecuniã dixit, ſed non in anteceſſum, verùm Samothracæ in templo depoſiturum quoad patrata pax eſſet. Tanta vbiq. Perſeus læuo percitus numine, & leuitate & parſimonia agebat. Cæterùm eorũ quæ ſperauerat, ſaltẽ alterũ conſecutus eſt, vt Eumenem ſuſpectũ Romanis efficeret. Porrò Getis Iſtrũ trãſgreſſis, pactus erat Clœlius dux eorũ, ſibi quidem aureos mille, ſingulis verò equitib. denos, quinos peditibus, quæ ſumma efficiebat paulò plus centum & quinquaginta millib. aureorum nummûm. At Perſeus chlamydes quidem & aureos torques atq. equos dona principib. ferebat cum aureorum millibus decem;

cúmq. haud procul Getarum caſtris abeſſet, Clœlium adſe acciuit. Sed ille interrogatis qui ad ſe miſſi erant, ecquid aurum ſecum attuliſſent, cùm minimè id attuliſſe eos didiciſſet, redire protinus ad Perſeũ iuſſit. Quæ cùm relata Perſeo eſſent, rurſus Diis illum ad perniciem impellentib. inſtitit coram amicis accuſare perfidum ingenium Getarum, periculoſum ſibi videri ſimulans xx. millia barbarorum in caſtra accipere: vix decem millia admittere ſe audere: quos, ſi ſeditionem mouerint, compeſcere haud difficile futurum. Hæc cùm amicis dixiſſet, Getis alia neſcio quæ confinxit, ac dimidiam partẽ exercitus poſtulauit, pollicitus ſe aurũ quod conuenerat, daturũ. tantâ inconſtantiâ laborabat, ſollicitus tum de pecunia quam paulò antè in mare demergi iuſſerat. Enimuerò Clœlius iterum à Rege miſſos aſpero vocis ſono interrogare ecquid pecuniam afferrent. Qui cùm ambages miſcerent, primùm de auro reſpondere iuſſit. Quo cùm carere eos intellexiſſet, ne verbũ quidem vltra ab iis audire ſuſtinens, exercitum retro in patriam abduxit. Ita Perſeus his quoque auxiliis ſanè ingentibus & perquam opportunè oblatis, ſemetipſe priuauit: ac præ imprudentia Philæ hiberna agitans, cùm maximas copias haberet, Theſſaliam quidem, quæ alimenta Romanis ſuppeditabat, nullis excurſionibus irrupit; in Ioniam verò copias direxit, quibus annonam, quæ inde ſubuehebatur Romanis, intercluderet.

Sed Paulo Æmilio ad tantũ felicitatis faſtigiũ euecto inuida quædam numinis vis incubuit. Nam ex quatuor liberis cùm duos in adoptionẽ dediſſet, Maximũ ſcilicet ac Scipionem, reliquos duos minores natu eodem ferè tempore amiſit: alterum triduo ante triumphum, alterum quinque poſt triumphum diebus. idque ipſe Paulus in concione pro roſtris commemorauit. Nam cùm Imperatores de ſuis rebus geſtis ad populum diſſerere moris eſſet, Paulus in concionem productus hæc ferè dixit: Brunduſio, cùm ſoluiſſem, eodem die Corcyram tenui.

καὶ πλησιάσας μετεπέμπετο Κλοίλιον. ὁ δὲ τοὺς ἐλθόντας εἰ φέρουσι τὸ χρυσίον ἤρετο· καὶ μαθὼν οὐκ ἔχοντας, ἀναστρέφειν ἐπ' αὐτὸν ἐκέλευσεν. ὧν ὁ Περσεὺς πυθόμενος, πάλιν αὐτὸν ἐλεαίροντος θεοῦ, κατηγόρει τὴν Γετῶν ἐν τοῖς φίλοις ἐκ μεταβολῆς, ὡς φύσεως ἀπίστου. καὶ ὑπεκρίνετο μὴ θαῤῥεῖν δισμυρίοις αὐτῶν ἐς τὸ στρατόπεδον ὑποδέξασθαι. μόλις δ' ἔφη μυρίοις· ὧν καὶ νεωτεριζόντων κρατῆσαι δυνάσθαι. ταῦτα δὲ τοῖς φίλοις εἰπὼν, ἕτερα τοῖς Γέταις ἐπλάττετο, καὶ τὸ ἥμισυ τῆς στρατιᾶς ᾔτει, τὸ χρυσίον τὸ γιγνόμενον ὑπισχνούμενος δώσειν. τοσαύτης ἀνωμαλίας ἔγεμε, φροντίζων χρημάτων τὴν περὶ βραχέος ἐς θάλασσαν μεθιεμένων. ὁ δὲ Κλοίλιος τοὺς ἀφικομένους ἰδὼν, ἤρετο μετὰ βοῆς εἰ τὸ χρυσίον κεκομίκασι. καὶ βουλομένους τι λέγειν, ἐκέλευε πρῶτον εἰπεῖν περὶ τοῦ χρυσίου. ὡς δ' ἔμαθεν οὐκ ἔχοντας, οὐκ ἀνασχόμενος αὐτῶν οὐδ' ἀκοῦσαι, τὴν στρατιὰν ἀπῆγεν ὀπίσω. καὶ Περσεὺς ἀφῄρητο καὶ τῆσδε τῆς συμμαχίας πολλῆς τε καὶ κατὰ καιρὸν ἐλθούσης. ὑπὸ δ' ἀφροσύνης ἐν Φίλα χειμάζων καὶ στρατὸν ἔχων πολὺν, Θεσσαλίαν μὲν οὐκ ἐπέτρεχεν ἣ Ῥωμαίοις ἐχορήγει τροφάς· ἐς δὲ τὴν Ἰωνίαν ἔπεμπε κωλύειν τὴν ἀγορὰν, τὴν ἐκεῖθεν αὐτοῖς φερομένην.

Ὅτι Παύλῳ ἐπ' εὐτυχίας τοσῆσδε γινομένῳ τὸ δαιμόνιον ἐφθόνησε τῆς εὐτυχίας. καὶ οἱ τεσσάρων παίδων ὄντων τοὺς μὲν πρεσβυτέρους αὐτὸς ἐς θέσιν ἄλλοις ἐδεδώκει, Μάξιμόν τε καὶ Σκιπίωνα. τοὺς δὲ νεωτέρους ἄμφω συνέβη, τὸν μὲν πρὸ τριῶν ἡμερῶν τοῦ θριάμβου, τὸν δὲ μετὰ πέντε ἀποθανεῖν. καὶ τοῦτ' οὐδενὸς ἧττον ὁ Παῦλος κατελογίσατο τῷ δήμῳ. ἔθους γὰρ ὄντος τοῖς στρατηγοῖς καταλέγειν τὰ πεπραγμένα, παρελθὼν ἐς τὴν ἀγορὰν εἶπεν, ἐς μὲν Κέρκυραν ἐκ Βρεντεσίου διαπλεῦσαι μιᾶς ἡμέρας. ἐκ δὲ Κερκύρας-

πέντε μὲν ἐς Δελφοὺς ὁδεῦσαι, καὶ θῦσαι τῷ θεῷ· πέντε δὲ ἄλλαις ἐς Θεσσαλίαν παραγγέλεσθαι καὶ παραλαβεῖν τὸν στρατόν· ἀπὸ δὲ ταύτης πεντεκαίδεκα ἄλλαις ἑλεῖν Περσέα, καὶ Μακεδόνας παραλαβεῖν. οὕτω δὲ ὀξέως ἁπάντων ἐπιτυχὼν δεῖσαι μή τι τῷ στρατῷ συμπέσοι πρὸς ὑμᾶς ἐπανιόντι. διασωθέντος δὲ τοῦ στρατοῦ, περὶ ὑμῶν ἐδεδοίκειν ἔφη, φθονερὸς γὰρ ὁ δαίμων. Εἰς ἐμὲ δὲ ἀποσκήψαντος τοῦ κακοῦ, καὶ ἀθρόως μοι τῶν δύο παίδων ἀποθανόντων, ἐγὼ ἐμαυτῷ μὲν Εἰμὶ βαρυσυμφορώτατος, ἐπὶ δὲ ὑμῖν ἀμέριμνος. ταῦτ' εἰπὼν καὶ καταθαυμαζόμενος ἐπὶ πᾶσιν, οἰκτιζόμενος δὲ ἐπὶ τοῖς τέκνοις μετ' οὐ πολὺν χρόνον ἀπέθανεν.

Τέλος τῆς ἱστορίας Ἀππιανοῦ τῆς ἐπιγραφομένης βασιλικῆς.

Inde quinto die Delphos veni, atq. Apollini ſacrificaui. Totidem diebus à Delphis perueni in Theſſaliam, vbi exercitum accepi. Abhinc quindecim diebus Regem Perſen cepi, ac Macedoniam ſubegi. Quæ cùm mihi adeò præcipiti rerum ſecundarum curſu contigiſſent, vereri cœpi ne quæ calamitas exercitui in vrbem reuertenti ingrueret. Poſtquam exercitus incolumis ad vos peruenit, vobis iam timere ab inuida numinis vi inſtiti. Cæterùm cùm in caput meum calamitas incubuerit, ac duo mihi liberi ſimul ſint fato rapti, equidem quod ad me attinet, calamitoſiſſimus ſum hominum omnium: de vobis verò, Quirites, iam ſecurus. His tum dictis, Paulus omnium admiratione ob cætera celebratus, orbitatis autem cauſa vicem eius dolentibus cunctis, haud multò pòſt vitâ abiit.

Finis Hiſtoriarum Appiani.

EX DIONIS COCCEIANI
Hiſtoriæ Romanæ libro I.

NVMA, vtpote Sabinus, habitabat in colle Quirinali, Regiam verò habebat in via ſacra, ac propter ædem Veſtæ vtplurimùm agebat. Interdum etiam degebat in agris. Fert verò animus, inquit Dio, res populi Romani bello ac pace geſtas, quęcunque ſunt memoratu dignæ, ſcriptis mandare; adeò vt nihil neque à noſtris, neque ab exteris, quod quidem alicuius ſit momenti, deſiderari poſſit. Præterea in animo eſt cuncta commemorare quæ tum à populo Romano imbuto Deorum religione ac cultu conſtituta ſunt. Ex quibus tum ipſi, regnante Numa, perpetuam inter ſe & cum extraneis pacem coluêre: tum Numam quaſi diuinitùs ſibi datum, æqualem Romulo habuêre. Quem quidem rerum Sabinarum peritiſſimi eadem die natum eſſe aiunt qua Roma condita eſt. Ita duorum priorum Regum operâ, breui & valida & probè compoſita ciuitas euaſit, cùm Romulus quidem, (quod neceſſarium adhuc ſurgenti vrbi erat,) eam res bellicas docuiſſet: Numa verò pacis artibus inſtituiſſet, adeò vt populus Romanus iuxtà in vtroque enituerit.

Tullus Hoſtilius in bello aduerſus hoſtem fortiſſimus habebatur; ſed Deos idem magnoperè contemnebat, donec ſæuiente per vrbem peſte ipſe quoque morbo implicitus eſt. tum enim & cæteros Deos præcipuâ curâ coluit, & Salios, quos Collinos vocant, addidit.

ΕΚ ΤΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΔΙΩΝΟΣ Κοκκιανοῦ Ῥωμαϊκῆς.

ΟΤΙ ὁ Νούμας ᾤκει ἐν κολωνῷ τῷ Κυριναλίῳ ὠνομασμένῳ ἅτε καὶ Σαβῖνος ὤν, τὰ δὲ δὴ ἀρχεῖα ἐν τῇ ἱερᾷ ὁδῷ εἶχε. καὶ τάς τε διατριβὰς πλησίον τοῦ ἑστιαίου ἐποιεῖτο· καὶ ἔστιν ὅτε καὶ κατὰ χώραν ἔμενεν. ὁ δὲ Δίων φησὶν ὅτι σπουδὴν ἔχω συγγράψαι πάνθ' ὅσα τοῖς Ῥωμαίοις, καὶ εἰρηνοῦσι, καὶ πολεμοῦσι ἀξίως μνήμης ἐπράχθη, ὥστε μηδὲν τῶν ἀναγκαίων μήτε ἐκείνων τινά, μήτε τῶν ἄλλων ποθῆσαι. ἔπειτα καὶ * ὅ τι δι' ἑαυτῶν τότε κατέστησαν πίστιν τοῦ θείου λαβόντες, κἀκ τούτου αὐτοί τε ἐν εἰρήνῃ καὶ πρὸς ἀλλήλους, καὶ πρὸς τοὺς ἀλλοφύλους παρὰ πᾶσαν τὴν τοῦ Νούμα ἀρχὴν διεγένοντο· καὶ ἐκεῖνος οὐκ ἄθεος σφίσιν ἐξ ἴσου τῷ Ῥωμύλῳ ὑπάρξαι ἔδοξεν. φασὶ δὲ αὐτὸν οἱ τὰ σαφέστατα Σαβίνων εἰδότες, ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, ἐν ᾗ ἡ Ῥώμη ἐκτίσθη, γεγεννῆσθαι. οὕτω μὲν δὴ δι' ἀμφοτέρους αὐτοὺς καὶ ἰσχυρὰ ταχὺ καὶ εὔκοσμος ἡ πόλις ἐγένετο, τοῦ μὲν τὰ πολεμικὰ αὐτὴν ἀναγκαίως ἅτε καὶ νεόκτιστον οὖσαν ἀσκήσαντος, τοῦ δὲ τὰ εἰρηνικὰ προσεκδιδάξαντος· ὥστ' αὐτὴν ἐν ἑκατέρῳ ὁμοίως διαπρέψαι.

* mſ. ὅπ.

Ὅτι ὁ Τοῦλλος πρὸς τοὺς πολεμίους κράτιστος ἐνομίζετο. τοῦ δὲ δὴ θείου πάνυ καταφρονήσας παρημέλει, μέχρις οὗ νόσου λοιμώδους γενομένης καὶ αὐτὸς ἠρρώστησε. τότε γὰρ τῶν τε ἄλλων θεῶν δι' ἀκριβείας ἐπεμελήθη, καὶ τοὺς Σαλίους τοὺς Κολλίνους προσκατέστησε.

Ὅτι Ταρκύνιος πλούτῳ καὶ συνέσει, καὶ εὐτραπελίᾳ πολλῇ πανταχοῦ κατὰ καιρὸν χρώμενος, οὕτω τὸν Μάρκιον διέθηκεν, ὥστε καὶ ἐς τοὺς εὐπατρίδας καὶ ἐς τὴν βουλὴν ὑπ' αὐτοῦ καταλεχθῆναι, στρατηγός τε πολλάκις ἀποδειχθῆναι, καὶ τὴν ἐπιτροπείαν τῶν παίδων αὐτοῦ καὶ τῆς βασιλείας πιστευθῆναι. καὶ γὰρ τοῖς ἄλλοις προσφιλὴς οὐδὲν ἧττον ἦν, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἑκόντων αὐτῶν ἐπρώτευσεν. αἴτιον δὲ ὅτι πάντα ἀφ' ὧν ἰσχύειν ἔμελλε πράττων οὐκ ἐξεφρόνει, ἀλλ' ἐν τοῖς πρώτοις ὢν συνεστέλλετο. καὶ τὰ μὲν ἐπίπονα καὶ ἀνθ' ἑτέρων καὶ ἐν τῷ φανερῷ ὑπέμενε, τῶν δὲ δὴ ἡδέων τοῖς τε ἄλλοις ἐθελοντὴς παρεχώρει. καὶ γὰρ αὐτὸς ἢ οὐδὲν, ἢ ὀλίγα καὶ ταῦτα λανθάνων ἐκαρποῦτο. καὶ τῶν μὲν ἀμεινόνων τήν τε αἰτίαν ἐς πάντας μᾶλλον ἢ ἐς αὐτὸν ἀνῆγε, καὶ τὴν ἀπόλαυσιν ἐς τὸ μέσον τῷ δεομένῳ κατετίθει. τὰ δὲ ἀτοπώτερα οὔτ' ἀνέφερεν ἔς τινα, οὔτε ἐκοινοῦτό τινι. πρὸς δὲ τούτοις, ἐχαρίζετο μὲν πᾶσι τοῖς ἀμφὶ τὸν Μάρκιον ὡς ἑκάστοις, καὶ τῷ ἔργῳ καὶ τοῖς λόγοις. τῶν τε γὰρ χρημάτων ἀφειδῶς ἀνήλισκε, καὶ ταῖς σπουδαῖς εἴ τίς τι αὐτοῦ δεηθείη ἑτοίμως ἐχρῆτο. φαῦλον

Zonaras tomo 2. pag. 12.

δὲ ἐς οὐδένα οὔτε ἔλεγεν, οὔτε ἔπραττεν. οὐδὲ ἐς ἀπέχθειαν ἑκὼν οὐδενὶ καθίστατο. καὶ προσέτι, ἃ μὲν εὖ ὑπό τινων ἔπαθεν, ὑπὲρ ὃ μεῖζον διελάμβανε. τὰ δὲ δυσχερέστερα ἤτοι τὴν ἀρχὴν οὐδὲ προσεποιεῖτο, ἢ καὶ φαυλίσας παρ' ἐλάχιστον ἦγε· καὶ οὐχ ὅσον οὐκ ἠμύνατό τινα ἐπ' αὐτοῖς, ἀλλὰ καὶ εὐεργέτει, μέχρις ἂν καὶ ἐκεῖνον ἐξενίκησεν. ἐκ μὲν οὖν τούτων σοφίας τινὸς δόξαν, ἅτε καὶ τὸν Μάρκιον καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν πάντας χειρωσάμενος, ἐκτήσατο. ἐκ δὲ δὴ τῶν ἔπειτα ἀπιστίαν τοῖς πολλοῖς τῶν ἀνθρώπων ἐποίησεν, ὡς ἤτοι δολεροῦ φύσει ὄντος, ἢ καὶ πρὸς τὰς δυνάμεις τάς τε τύχας καὶ τὴν γνώμην ἀλλοιουμένου.

Tarquinius Priſcus cùm & opibus & prudentiæ & vrbanitate pro loco ac tempore vteretur, Ancum Marcium ita ſibi deuinxit, vt inter Patricios ab eo relatus, atque in Curiam lectus ſit, ac ſæpiſſimè dux creatus belli, poſtremò liberorum regnique tutor inſtitutus. Nec verò ſecius cæteris omnibus carus atque acceptus erat, ac proinde volentibus cunctis principem locum tenebat. quod quidem ideò conſequebatur, quod cùm omnia quæ ad ſummam auctoritatem viam muniunt, impigrè præſtaret, tamen minimè inſolentia efferrebatur: ſed tametſi ad ſummum faſtigium euectus, modeſtiam colebat. ac labores quidem & pericula pro aliis palàm ſubibat, delicias verò ſpontè concedebat aliis, nihil ſibi ad luxum aut certè modicum quid atque id clàm ſumens: ac ſucceſſus quidem proſperos cuiuis potius adſcribebat quàm ſibi, fructum verò cum omnibus communicabat: infortunia verò in neminem alium reijciebat, ſoluſque ipſe tolerabat. Adhæc vniuerſos iuxta ac ſingulos Marcij familiares re ac verbis demerebatur. Nam & pecuniam erogabat liberaliter, & ſi à quopiam rogatus fuerat, omnem gratiam atque auctoritatem ſuam libentiſſimè commodabat; re autem aut verbo lædebat neminem: cum nemine ſimultatem ſpontè exercebat. Præterea accepta quidem ab aliis beneficia exaggerabat; offenſas verò aut ſtatim diſſimulabat, aut extenuando leuiter ferebat; tantúmque aberat vt ea cauſa vlciſceretur quemquam, quin potius omnibus officiis demerebatur, donec eum beneuolum ſibi reddidiſſet. His rebus cùm & Marcium ipſum & reliquos Regis familiares ſibi conciliaſſet, non mediocris prudentiæ laudem retulit. Sed ex iis quæ poſtea geſſit, ſuſpicandi anſam præbuit pleriſque, ſe aut doloſo ingenio, aut pro fortuna atque opibus mutabili præditum fuiſſe.

Tarquinius Superbus poſtquam tyrannidem ſuam abundè confirmauit, opulentiſſimum quemque principio quidem ex patribus, deinde verò ex reliqua etiam plebe comprehenſum neci dedit; quibus ſpecioſi aliquid criminis obijcere poterat, palàm: cæteris clàm de medio ſublatis. nonnullos etiam in exilium miſit. Neque enim eos ſolùm qui Seruio Tullio magis quàm ipſi ſtuduerant, aut qui opibus ac ſplendore generis & magnitudine animi pollebant, aut quibus fortitudo vel prudentia ſingularis inerat, hos quidem vlciſcens, illos verò occupans, præ inuidia ſimul ac metu atque odio tanquam ſui diſſimiles interficiebat: ſed etiam amiciſſimos, à quibus in obtinendo regno multùm erat adjutus, necabat. veritus ſcilicet ne eadem audacia eadémque cupidine rerum nouarum qua ſibi ad occupandum regnum fauiſſent, rurſus alteri regnum deferrent. Ita optimis quibuſque Senatorij & Equeſtris ordinis ſublatis, neminem in eorum locum ſufficiebat: cùm ſe omnibus ex æquo inuiſum eſſe intelligeret, & vtrumque ordinem infrequentiâ debilitare quammaximè cuperet. Ac Senatum quidem penitùs tollere aggreſſus eſt, quemlibet cœtum hominum præcipuè lectiſſimorum, & qui ſpeciem quandam principum ciuitatis iaminde à maioribus acceptam retinerent, inimicum tyrranno ratus. Sed cùm timeret ne plebs ac ſatellites ipſi, vtpote ciues, commutari ſtatum Reipublicæ ægrè ferentes, aduerſus ſe conſurgerent, id quidem apertè agere deſtitit, cæterùm arte quadam id prorſus aſſecutus eſt. Etenim neque in Curiam quemquam ſublegit, neque cum iis qui ſupererant, quidquam quod alicuius eſſet momenti, communicauit. Quamuis enim eos interdum conuocaret, non tamen id eò faciebat, vt illorum conſilio in vlla grauioris momenti re vteretur: ſed de induſtria, vt nudata eorum paucitate humiles & contemptos redderet. Pleraque verò per ſe aut filios adminiſtrabat, partim vt ne quis alius quidquam poſſet,

Ὅτι ὁ Ταρκύνιος ἐπεὶ ἱκανῶς ὡς καὶ ἀκόντων τυραννήσων παρεσκευάσατο, τοὺς δυνατωτάτους πρῶτον μὲν τῆς βουλῆς, ἔπειτα καὶ τῶν ἄλλων συλλαμβάνων, πολλοὺς μὲν φανερῶς οἷς γε αἰτίαν τινὰ εὐπρεπῆ ἐπενεγκεῖν ἐδύνατο, πολλοὺς δὲ καὶ λάθρα ἀπεκτίννυε, καὶ τινας ὑπερώριζεν. οὐ γὰρ ὅτι τὸν Τούλλιόν τινες αὐτὸν μᾶλλον ἢ ἐκεῖνον ἠγάπησαν, οὐδ' ὅτι γένη καὶ πλούτους, καὶ φρόνημα εἶχον, ἀνδρείᾳ τε ἐπιφανεῖ ἢ καὶ σοφίᾳ διαπρεπεῖ ἐχρῶντο, τοὺς μὲν ἀμυνόμενος, τοὺς δὲ προκαταλαμβάνων, φθόνῳ τε καὶ ὑποψίᾳ ἅμα μίσους ἐκ τοῦ μὴ ὁμοήθεις ἔφθειρεν· ἀλλὰ καὶ τοὺς πάνυ φίλους, πρός τε τὴν μοναρχίαν οἱ συσπουδάσαντας οὐδὲν ἧττον τῶν ἑτέρων ἀπώλλυεν, νομίζων σφᾶς ὑπό τε τῆς θρασύτητος, καὶ ὑπὸ τῆς νεωτεροποιίας, ὑφ' ἧς ἑαυτῷ τὴν ἀρχὴν συγκατέπραξαν, κἂν ἄλλῳ τινὶ αὐτὴν δοῦναι. κἀκ τούτου τὸ κράτιστον τῆς βουλῆς καὶ τῆς ἱππάδος ἀπανάλωσεν· οὐδ' ἀντικαθίστη τὸ παράπαν ἐς αὐτοὺς ἀντὶ τῶν ἀπολλυμένων οὐδένα. μισεῖσθαί τε γὰρ ὑπὸ παντὸς τοῦ δήμου ἐπίστευε, καὶ τὰ τέλη ἐκεῖνα ἀσθενέστατα ἐκ τῆς ὀλιγανθρωπίας ποιῆσαι ἐπεθύμει. καὶ τήν γε γερουσίαν καὶ καταλῦσαι παντελῶς ἐπεχείρησεν, πᾶν ἄθροισμα ἀνθρώπων, ἄλλως τε καὶ ἐπιλέκτων καὶ πρόσχημα προστατείας τινὸς ἀπὸ παλαιοῦ ἐχόντων, πολεμιώτατον τυράννῳ νομίζων εἶναι. δείσας δὲ μήπως οἱ τὸ πλῆθος ἢ καὶ αὐτοὶ οἱ δορυφόροι οἷά που πολῖται ὄντες ἀγανακτήσαντες τῆς πολιτείας σφῶν μεθισαμένης ἐπαναστῶσιν, ἐκ μὲν τοῦ προφανοῦς οὐκ ἐποίησε τοῦτο· ἐν τρόπῳ δέ τινι ἐπιτηδείῳ καὶ πάνυ * αὐτὸ κατέπραξεν. οὔτε γὰρ ἀντεισῆγεν ἐς αὐτὴν οὐδένα, οὔτε τοῖς καταλοίποις λόγου τι ἄξιον ἐπεκοίνου. συνεκάλει μὲν γὰρ αὐτούς· οὐ μὴν ὥστε καὶ συνδιοικεῖν τι τῶν ἀναγκαίων. ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τοῦτο πρός τε τὸν ἔλεγχον τῆς ὀλιγότητος σφῶν, καὶ διὰ τοῦτο, καὶ ταπεινότητα καὶ καταφρόνησιν ἐξεπίτηδες ἐποίει. τὰ δὲ δὴ πλεῖστα καθ' ἑαυτὸν ἢ καὶ μετὰ τῶν υἱέων, τοῦτο μὲν ὅπως μηδεὶς τῶν ἄλλων μηδὲν

Zonaras pag. 15.

* mſ. τῷ.

δύναιτο, οὕτω δὲ καὶ κατοκνεῖν δημοσιεύειν ἐν οἷς ἐκακούργει, ἔπραττεν. δυσπρόσοδός τε καὶ δυσπροσήγορος ἦν. καὶ τῇ ὑπερηφανίᾳ τῇ τε ὠμότητι τοσαύτῃ πρὸς πάντας ὁμοίως ἐχρῆτο, ὥστε καὶ ὑπερήφανος ἀπ' αὐτῶν ἐπικληθῆναι. τά τε γὰρ ἄλλα καὶ αὐτὸς, καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ τυραννικώτερον ἔπραττον· καί ποτε πολιτῶν τινας ἐν τῇ ἀγορᾷ καὶ ἐν τοῖς τοῦ δήμου ὄμμασι σταυροῖς τε γυμνοὺς προσέδησεν, καὶ ῥάβδοις αἰκισάμενος ἀπέκτεινεν. καὶ τοῦθ' ὑπ' ἐκείνου τότε ἐξευρεθὲν καὶ πολλάκις ἐγίνετο.

Ὅτι ὁ Βροῦτος τοὺς Ταρκυνίους ἐκ τοιᾶσδε αἰτίας κατέλυσε. συμπίνοντές ποτε ἐν τῇ τῶν Ἀρδεατῶν πολιορκίᾳ οἵ τε τοῦ Ταρκυνίου παῖδες, καὶ Κολλατῖνος καὶ Βροῦτος ἅτε καὶ ἡλικιῶται καὶ συγγενεῖς αὐτῶν ὄντες, ἐς λόγον τινὰ περὶ τῆς σωφροσύνης τῶν γυναικῶν σφῶν, κἀκ τούτου καὶ ἐς ἔριν, τὴν ἑαυτοῦ γαμετὴν ἑκάστου προκρίνοντος, ἦλθον. καὶ (ἐτύγχανον γὰρ πᾶσαι ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου ἀποῦσαι) ἔδοξεν αὐτοῖς αὐτίκα τῆς νυκτὸς πρὶν καταγγέλτους σφᾶς γενέσθαι, πρὸς πάσας ἅμα αὐτὰς ἀφιππεῦσαι. ποιήσαντες δὲ τοῦτο τὰς μὲν ἄλλας ἐν λόγῳ τινὶ εὗρον. Λουκριτίαν δὲ τὴν τοῦ Κολλατίνου γυναῖκα ἐριουργοῦσαν κατέλαβον. περιβόητον οὖν ἐπὶ τούτῳ γενομένην ὁ Σέξτος αἰσχῦναι ἐπεθύμησε. τάχα μὲν γὰρ καὶ ἔρωτα αὐτῆς ἔσχεν ὑπερκάλλου οὔσης· ἐπὶ πλέον δὲ ὅμως τὴν δόξαν μᾶλλον ἢ τὸ σῶμα διαφθεῖραι ἠθέλησε. καί ποτε τηρήσας τὸν Κολλατῖνον πρὸς τοῖς Ῥουτούλοις ὄντα, ἠπείχθη μὲν ἐς τὴν Κολλατίαν καὶ νυκτὸς πρὸς αὐτὴν ὡς καὶ πρὸς οἰκείαν γυναῖκα ἐλθὼν, καὶ σίτου καὶ καταλύσεως ἔτυχε. καὶ τὰ μὲν πρῶτα ἀναπείθειν αὐτὴν ἐπειρᾶτο συγγενέσθαι οἱ. ὡς δὲ οὐδὲν ἐπέραινεν, ἐβιάζετο. ἐπεὶ δὲ οὐδὲν οὐδὲ οὕτως αὐτῷ προεχώρει, καινὸν δή τινα τρόπον ἐξεῦρεν, ὑφ' οὗ τὸ παραδοξότατον ἠνάγκασεν αὐτὴν ἑκοῦσαν ὑβρισθῆναι. ὅτι μὲν γὰρ ἀποσφάξειν αὐτὴν εἶπε, τῶν οὐδὲν ἔλεγε.

Zonaras pag. 17.

partim vt maleficia ſua ac fraudulentæ artes laterent. Erat prætereа aditu difficilis atque affatu; tantáque aduerſus omnes ſimul ſuperbia, ſimul crudelitate vtebatur, vt Superbi inde cognomen retulerit. Atque inter cætera quæ cùm ab ipſo, tum à filiis tyrannicâ ſunt impotentiâ geſta, nonnullos ciues in comitio atque in conſpectu populi Romani nudos ad palum deligatos virgis ad mortem cædi iuſſit: quod quidem tum primùm ab eo inuentum, poſtea frequenter vſurpatum eſt.

Brutus Tarquinios regno expulit huiuſmodi ex cauſa: fortè in caſtris ad Ardeam cùm Tarquinij Regis filij, & Collatinus ac Brutus, vtpote æquales & cognatione coniuncti ſimul cœnarent, incidit mentio de vxorum pudicitia; vnde certamine accenſo cùm ſuam quiſque cæteris anteponeret, conſilium ceperunt vt protinus eadem nocte conſcenſis equis, (cunctæ enim à caſtis aberant) priuſquam de aduentu ipſorum certiores fierent, ſimul omnes eas inuiſerent. Quo mox peracto cæteras quidem confabulantes cum æqualibus, Lucretiam verò Collatini intentam lanificio deprehenderunt. Lucretiæ ob id celebris fama Sextum Tarquinium mala libidine ſtupri incendit. fortaſſe enim antea amore mulieris vtpote formoſiſſimæ flagrabat, tum verò famam magis quàm corpus illius violare concupiuit. Igitur obſeruata Collatini abſentia, qui tum ad Ardeam in Rutulis erat, Collatiam veſperi venit; vbi à Lucretia quippe propinqua, tecto ac menſa benignè exceptus, primùm perlicere eam ſermone inceſto cœpit: cùm verò nihil proficeret, vi graſſari inſtitit; poſtquam nec vis ſatis procedebat, conſilium excogitauit, quo (mirum dictu) Lucretiam minimè inuitam ſtuprum coëgit pati. Nam quod mortem ſibi præſentem Sextus intentauerat,

quodque adjuncturum iuxta ſe ſeruum dixerat, Lucretia nihili faciebat. Sed poſtquam ſe ſeruum cum ea nudum copulaturum eſſe Sextus dixit, eámque famam ſparſurum deprehenſos in adulterio abs ſe necatos fuiſſe, tum verò intolerandum id dedecus rata, ac verita ne fides mendacio haberetur, ſtuprum in præſentia pati ac mox enunciata iniuria emori maluit, quàm præſenti cum morte labem exiſtimationis ſubire. Eam igitur ob cauſam non prorſus inuita adultero ceſſit. Cæterùm præparato pugione ac ſub puluino poſito, virum cum patre quamprimùm acciuit. Qui cùm celeriter adfuiſſent, Lucretia primùm lacrymari, deinde altum ſuſpirans: Mi pater, inquit, iam enim virum conuenire pudor eſt, quantum hac nocte facinus admiſi. Sextus Tarquinius minatus ſeruum ſe mecum iugulaturum quaſi in adulterio deprehendiſſet, vim mihi intulit. His ego minis ad flagitium inducta ſum, ne vos rem ita actam eſſe crederetis. At nunc ego mulier quæ decent me faciam. vos ſi viri eſtis, ſi vos vxorum ac liberorum veſtrorum cura tangit, vlciſcimini me, voſmetipſos aſſerite in libertatem, oſtendite tyrannis quales viros qualémque matronam violarint. Hæc locuta, minimè expectato reſponſo, ſtatim arrepto clàm pugione ſemet interfecit.

M. Horatius Conſul, cui id ſorte obuenerat, templum Iouis Capitolini dedicauit; tametſi Valerius collega mortuum ei filium eſſe dixiſſet, vtque inter ipſam Deorum precationem id ei nunciaretur operam dediſſet: eo conſilio vt ille ob eum caſum dolore commotus (& alioqui nefas erat funeſta familia Diis ſacrificare) dedicatione operis ſibi cederet. Sed Horatius nuntio quidem fidem minimè derogauit: quippe ea res à multis iiſque fide digniſſimis affirmabatur: cæterùm ne ad curandũ filij funus vllatenus auocatus fuiſſe videretur, ca-

καὶ ὅτι καὶ τὸν οἰκέτην τινα προσκαταστήσεσθαι ἔφη, καὶ τοῦτο ὀλιγώρως ἤκουσεν. ἐπεὶ μέντοι παρακατακλινεῖν τε αὐτῇ τὸ τοῦ δούλου σῶμα, καὶ λόγον ὡς καὶ συγκαθεύδοντας σφᾶς εὑρὼν ἀποκτείνειε διαδώσειν ἐπηπείλησεν, οὐκέτ᾽ ἀνεκτὸν ἐποιήσατο. ἀλλὰ φοβηθεῖσα μὴ καταπιστευθῇ οὕτω γεγονέναι, εἵλετο μιχθεῖσα αὐτῷ καὶ τὸ πραχθὲν ἐξειποῦσα ἀποθανεῖν μᾶλλον, ἢ παραχρῆμα τελευτήσασα ἀδοξῆσαι. διὰ μὲν οὖν ταῦτ᾽ οὐκ ἄκουσα δὴ ἐμοιχεύθη. παρασκευάσασα δὲ ἐκ τούτου ξιφείδιον ὑπὸ τὸ προσκεφάλαιον, μετεπέμψατο τόν τε ἄνδρα καὶ τὸν πατέρα· καὶ ἐπειδὴ τάχιστα ἦλθον κατεδάκρυε. καὶ μετὰ τοῦτ᾽ ἀναστενάξασα, πάτερ, εἶπε, τὸν γὰρ ἄνδρα μᾶλλον ἢ σὲ αἰσχύνομαι. οὐδὲν μοι χρηστὸν ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ πέπρακται. ἀλλά με Σέξτος ἐβιάσατο ἀπειλήσας δούλῳ τινὶ συναποκτενεῖν, ὡς καὶ μετ᾽ αὐτοῦ καθεύδουσαν λαβών. αὕτη γάρ με ἡ ἀπειλὴ ἁμαρτεῖν ἠνάγκασεν, ἵνα μὴ καὶ πιστεύσητε τοῦθ᾽ οὕτω γεγονέναι. καὶ ἐγὼ μὲν (γυνὴ γὰρ εἰμὶ) τὰ πρέποντα ἐμαυτῇ ποιήσω. ὑμεῖς δ᾽ εἴπερ ἄνδρες ἐστὲ, καὶ τῶν γαμετῶν τῶν τε παίδων ὑμῶν προορᾶσθε, τιμωρήσατε μὲν ἐμοί· ἐλευθερώσατε δὲ αὐτοί, καὶ δείξατε τοῖς τυράννοις, οἵων ἄρα ὑμῶν ὄντων οἵαν γυναῖκα ὕβρισαν. τοιαῦτα ἄττα εἰποῦσα οὐκ ἀνέμεινεν ἀντακοῦσαί τι. ἀλλ᾽ εὐθέως τὸ ξιφείδιον ὑφελκύσασα αὐτὴ ἑαυτὴν ἐφόνευσεν.

Ὅτι τὸν τοῦ Διὸς νεὼν ἐθείωσεν ἀπὸ κλήρου ὁ Ὁράτιος, καίτοι τοῦ Οὐαλερίου τόν τε υἱὸν αὐτοῦ τεθνηκέναι φήσαντος, καὶ τοῦτο παρ᾽ αὐτὴν αὐτῷ τὴν ἱερουργίαν ἀγγελθῆναι παρασκευάσαντος· ἵν᾽ ὑπό τε τοῦ πάθους, καὶ ὅτι οὐδ᾽ ἄλλως ὅσιον ἦν ἐν πένθει τινα ὄντα ἱεροποιεῖν, παραχωρήσειέν οἱ τῆς τοῦ ἔργου ἱδρύσεως. ἐκεῖνος γὰρ οὐκ ἠπίστησε μὲν τοῖς ῥηθεῖσι, καὶ γὰρ ὑπὸ πολλῶν καὶ ἀξιοπίστων ἐθρυλλήθη. οὐ μέντοι καὶ τῶν ἱερῶν ἐξέστη· ἀλλ᾽ ἄταφον τὸ σῶμα τοῦ παιδὸς

ὡς καὶ ἀλλότριον (ὅπως μηδὲν τῇ πόλει αὐτοῦ ὁσίᾳ προσήκειν δόξῃ) κελεύσας τισὶν ἐᾶσαι, πάνθ' οὕτω τὰ καθήκοντα διετέλεσεν.

Ὅτι οἱ Φάβιοι ἐπί τε τῷ γένει καὶ τῷ πλούτῳ ὅμοια τοῖς ἀρίστοις φρονοῦντες, ὑπὸ Τυρσηνῶν διεφθάρησαν, ἓξ καὶ τριακόσιοι ὄντες· οὓς οἱ Ῥωμαῖοι μειζόνως ἢ κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἀπογενομένων καὶ ἰδίᾳ καὶ κοινῇ ἐπένθησαν. ἦν μὲν γὰρ ἐκεῖνος ἄλλως τε καὶ ἐν εὐπατρίδαις οὐ σμικρός. πρός δὲ δὴ τὴν ἀξίωσιν τό τε φρόνημα αὐτῶν, πᾶσαν σφῶν ἀπολωλέναι τὴν ἰσχὺν ἐνόμιζον. καὶ διὰ τοῦτο τήν τε ἡμέραν ἐν ᾗ διεφθάρησαν ἐς τὰς μιαρὰς ἐνέγραψαν· καὶ τὰς πύλας δι' ὧν ἐξεστράτευσαν ἐν ἀτιμίᾳ ἐποιήσαντο, ὥστε μηδένα δι' αὐτῶν ἄρχοντα διϊέναι. καὶ Τίτου Μενηνίου τοῦ στρατηγοῦ, ἐπὶ γὰρ τούτου τὸ πάθος ἐγένετο, κατηγορηθέντος ὕστερον ἐν τῷ δήμῳ ὅτι μὴ μετ' ἐκείνοις ἤμυνασε, καὶ μάχῃ μετὰ τοῦθ' ἡττήθη, κατεψηφίσαντο.

Zonaras pag. 26. Ὅτι πυθόμενοι οἱ Ῥωμαῖοι τὸν Μινούκιον ἐν κοίλῳ τινὶ καὶ λοχμώδει τόπῳ μετά τινων ἀπειλῆφθαι, δικτάτωρα ἐπ' αὐτοὺς Λούκιον Κοίντιον, καίπερ πένητα ὄντα τό τε γήδιον, ὃ μόνον αὐτῷ ὑπῆρχεν, αὐτοχειρίᾳ τότε γεωργοῦντα, προεχειρίσαντο. ἔς τε γὰρ τὰ ἄλλα ὅμοιος τοῖς πρώτοις ἀρετὴν ἦν, καὶ σωφροσύνῃ διέπρεπε. καίτοι τὰς κόμας ἐς πλοκάμους ἀνεῖς, ἀφ' οὗ δὴ καὶ Κινκινάτος ἐπωνομάσθη.

Zonaras pag. 32. Ὅτι τὴν τῶν Φαλίσκων πόλιν πολιορκοῦντες οἱ Ῥωμαῖοι, ταύτῃ προσκαθήμενοι διετρίβησαν, εἰ μὴ τοιόνδε τι ἐγένετο. γραμματιστής τις ἐν αὐτῇ παῖδας οὔτ' ὀλίγους, οὔτ' ἀφανεῖς παιδεύων, ἔπειθ' ὑπ' ὀργῆς ἢ καὶ κέρδους ἐλπίδι πάντας σφᾶς ἔξω τε τοῦ τείχους ὡς καὶ ἐπ' ἄλλο τι ἐξήγαγεν. (τοσοῦτον γάρ τι τῆς ἀδείας αὐτοῖς περιῆν, ὥστε καὶ τότε συμφοιτᾶν.) καὶ πρὸς τὸν Κάμιλλον ἐκόμισε, πᾶσαν οἱ τὴν πόλιν δι' αὐτῶν παραδιδόναι λέγων· οὐ γὰρ περιοίσεσθ' ἔτι τοὺς ἔνδον τῶν φιλτάτων σφίσιν ἐχομένων.

dauer eius inſepultum relinqui iuſſit, ac nihilo minus precationem ritè peregit.

Sex & trecenti Fabij ob ſplendorem generis atq. opes inter optimates præcipui, ab Etruſcis in prælio cæſi ſunt: quos quidem Romani vberiùs quàm pro numero interemptorum tum priuatim tum publicè luxêre. Numerus quidem vtpote patriciorum haudquaquam exiguus erat ille. Verùm enimverò dignitatem illorum hominum & magnitudinem animi æſtimantes, robur omne ſibi amiſiſſe videbantur: proinde & diem quo cæſi erant, inter atros dies retulêre, & portam ipſam quâ ad bellum erant egreſſi, perpetuâ infamia damnarúnt, adeò vt per eam intrare egredive magiſtratibus nefas eſſet. poſtremò T. Menenium, quo conſule ea clades acciderat, arceſſitum ad populum quòd caſtra cum Fabiis minimè coniunxiſſet, atque ipſe poſtea malè pugnaſſet, condemnarunt.

Cùm Romæ nunciatum eſſet M. Minucium in ſaltu quodam præcipiti ac nemoroſo cum exercitu obſeſſum teneri ab Æquis, omnium conſenſu L. Quintius Dictator dictus eſt; pauper ille quidem, & qui agrum quem vnicum poſſidebat, ſuis ipſe manibus tummaximè arabat: ſed alioqui virtute & temperantia nulli ſecundus, tametſi comam in cincinnos flecteret, vnde & Cincinnati cognomen tulit.

Ὅτι Σέλευκος ὁ τοῦ Ἀντιόχου τὸν τοῦ Ἀφρικανοῦ υἱὸν διαπλέοντα ἐκ τῆς Ἑλλάδος λαβὼν ἐν θεραπείᾳ πολλῇ ἐπεποίητο. ἀπολυτρῶσαι μὲν γὰρ καίτοι τοῦ πατρὸς αὐτοῦ πολλὰ δεηθέντος οὐκ ἠθέλησεν. οὐ μέν τοι καὶ κακόν τι εἰργάσατο, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον ἰσχυρῶς περιεῖπε. καὶ τέλος καίπερ τῶν σπονδῶν ἁμαρτὼν ἀφῆκεν ἄνευ λύτρων. pag.104.

Ὅτι ἐφθόνουν τοῦ Σκιπίωνος πολλοί, ὅτι δύω ἀδελφοὶ γένους τε καὶ ἀρετῆς εὖ ἥκοντες τά τε ἄλλα κατέπραξαν, ὥσπερ εἴρηται, καὶ ἐπικλήσεις τοιαύτας ἔλαβον. ἐπεὶ ὅτι γε οὐδὲν ἠδίκουν δηλοῦται μὲν καὶ τοῖς εἰρημένοις. ἀπεδείχθη δὲ ἔτι μᾶλλον τῇ τε τοῦ Ἀσιατικοῦ δημεύσει τῆς οὐσίας, ἐν ᾗ μηδὲν πλέον τῶν προϋπαρχόντων οἱ εὑρέθη. καὶ τῇ γοῦν Ἀφρικανοῦ ἐς Λίτερνον ἀναχωρήσει, καὶ ταύτου μέχρι τῆς τοῦ βίου τελευτῆς ἀδείᾳ. τὴν μὲν γὰρ προφήτην ἀπήντησε νομίζων τῇ τῆς ἀρετῆς ἀληθείᾳ περιέσεσθαι. Zonaras pag. 105.

Ὅτι οἱ Ῥωμαῖοι τῆς τρυφῆς τῆς Ἀσιανῆς γευσάμενοι, καὶ μετὰ τῆς τῶν λαφύρων περιουσίας, τῆς τε παρὰ τῶν ὅπλων ἐξουσίας, ἐν τοῖς τῶν ἡττηθέντων κτήμασιν ἐγχρονίσαντες,

καὶ τήν τε ἀσωτίαν αὐτῶν διὰ βραχέος ἐζήλωσαν, καὶ τὰ πάτρια ἤθη οὐ διὰ μακροῦ κατεπάτησαν. οὕτω τὸ δεινὸν τοῦτ' ἐκεῖθεν ἀρξάμενον, καὶ ἐς τὸ ἄστυ ἔπεσε.

Ὅτι ὁ Γράκχος ἄλλως τε καὶ ἐκ τοῦ πλήθους ἦν, καὶ ἐδημηγόρει δεινότατα· οὐ μέν τοι καὶ ὡμοιώθη Κάτωνι. ἀλλὰ καίπερ παλαιάν τινα πρὸς τοὺς Σκιπίωνας ἔχθραν ἔχων οὐκ ἤνεγκε τὸ γιγνόμενον· ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ Ἀφρικανοῦ καὶ ἀπελογήσατο ἐρήμην κατηγορηθέντος, ὅπως τε μηδεμίαν κηλῖδα λάβοι διεσπουδάσατο. τόν τε Ἀσιατικὸν ἐκώλυσεν ἐς τὸ οἴκημα ἐμβληθῆναι. καὶ διὰ ταῦτα αὐτῷ οἱ Σκιπίωνες τήν τε ἔχθραν κατέλυσαν, καὶ κῆδος συνῆψαν· τὴν γὰρ θυγατέρα τὴν ἑαυτοῦ ὁ Ἀφρικανὸς συνῴκισεν.

Zonaras pag.107.

Ὅτι ὁ Περσεὺς παντελῶς τοὺς Ῥωμαίους ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἐκβαλεῖν ἤλπισεν, τῇ δὲ πολλῇ καὶ ἀπείρῳ φειδωλίᾳ, καὶ τῇ δι' αὐτὴν τῶν συμμάχων ὀλιγωρίᾳ ἀσθενὴς αὖθις ἐγένετο. ἐπειδὴ γὰρ τά τε τῶν Ῥωμαίων ὑπεδίδου καὶ τὰ ἐκείνων ἐπηύξετο, κατεφρόνησεν ὡς οὐδὲν ἔτι τῶν συμμαχικῶν δεόμενος, ἀλλ' ἤτοι καὶ παρεῖναί οἱ αὐτῶν βοηθησόντων, ἢ καὶ καθ' ἑαυτὸν κρατήσων. καὶ οὔτε τῷ Εὐμένει, οὔτε τῷ Γεντίῳ τὰ χρήματα ἃ ὑπέσχετο ἀπέδωκε, νομίσας οἰκείαν αὐτοὺς αἰτίαν ἔχθρας πρὸς Ῥωμαίους ἔχειν. τούτων τε οὖν καὶ τῶν Θρᾳκῶν (οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἐκεῖνοι ἐντελῆ τὸν μισθὸν ἐλάμβανον) ἀπροθύμως γενομένων, ἐς τοῦτο αὖθις ἀπογνώσεως ἀφίκετο, ὥστε καὶ σπονδῶν δεηθῆναι.

Ὅτι ὁ Περσεὺς ἐν Σαμοθράκῃ ὢν ἐν τῷ ἱερῷ καὶ ἐξαιτηθεὶς Εὔανδρόν τινα γένος μὲν Κρῆτα, πιστότατον δὲ ὄντα, καὶ ἄλλα τε πολλὰ ἑαυτῷ κατὰ τῶν Ῥωμαίων ὑπουργηκότα καὶ τὴν τοῦ Εὐμένους

Zonaras pag 109.

ἐπιβουλὴν τὴν ἐν τοῖς Δελφοῖς γενομένην συνεσκευακότα, οὐκ ἐξέδωκε φοβηθεὶς μὴ κατείπῃ ὅσα αὐτῷ συνῄδει. λάθρα δὲ ἀποκτείνας διέδωκε λόγον ὅτι ἑαυτὸν προαπεχρήσατο.

maiorum diſciplinam & inſtituta calcarunt. Ita inde primùm exorta mali labes inuecta in vrbem eſt.

Tiberius Gracchus, ortus plebeïa familia, in concionibus ad populum vehementiſſimus, diſſimilis tamen M. Catonis erat. Nam tametſi antiquas cum Scipionibus ſimultates exerceret, eam rem tamen minimè eſt paſſus: ſed Africanum, qui abſens ab accuſatoribus premebatur, defendit; neve ei nota vlla infligeretur, omni ſtudio interceſſit, ac poſtremò Aſiaticum in carcerem duci vetuit. Quocirca Scipiones non modò inimicitias cum eo depoſuerunt, ſed affinitatem etiam iunxerunt, Cornelia Africani filia ei in matrimonium data.

At Perſeus, qui ſe Romanos penitùs è Græcia depulſurum ſperauerat, ob nimiam atque importunam parſimoniam, neglectis ſociorum auxiliis, rurſus vires ſuas imminuit. Rebus enim Romanorum labaſcentibus, ipſe ſuis incrementis fretus, ſocios ita contempſit, ac ſi in poſterum eorum auxilio nihil opus futurum eſſet, ſed aut ipſe ſuis opibus victoriam patraturus, aut ſocij gratuitam operam vltrò eſſent præſtituri. Itaque nec Eumeni, nec Gentio promiſſam pecuniam dedit, ratus priuatam illis cauſam belli cum Romanis ſubeſſe. Igitur cùm & hi quos dixi, & præterea Thraces (nam neque iis integra ſtipendia perſoluerat) ardorem animi remiſiſſent, adeò repentè deſperare de ſumma rerum cœpit, vt pacem à Romanis peteret.

Perſeus cùm Samothraciæ in templo ſupplex ſederet, poſtulantibus Romanis vt Cretenſis Euander ſibi dederetur, cuius ipſe multis in rebus fideliſſimâ operâ aduerſus Romanos vſus fuerat, cuiuſque miniſterio inſidias Eumeni comparauerat Delphis, eum quidem dedere noluit; veritus né cuncta, quorum ſibi ipſe erat conſcius, proderet: ſed eo clàm interfecto rumorem ſparſit ſibimet ipſum manus attuliſſe.

Tum verò Regis familiares perfidiam eius ac crudelitatem veriti, deſciſcere ab eo cœpêre.

Perſeus vltrò è latebris prodiit, ſéque Octauio dedidit, ſtatimque Amphipolim perductus, nec dicto, nec facto vllo acerbiore ab Æmilio Paulo acceptus eſt. Nam & aduenienti aſſurrexit Paulus, & dextram porrexit, & conuiuio excepit. denique in liberali cuſtodia aſſeruatum honorificè habuit.

Fuit Paulus non modò egregius Imperator, ſed etiam integerrimus atque incorruptiſſimus: quod vel ex eo apparet, quod cùm bis Conſul, atque innumerabili præda potitus fuerit, tamen in tanta paupertate vitam exegit, vt poſt eius obitum ægrè vxori dos reſtitui poſſet. Et hæc quidem eius viri virtus atque huiuſmodi res geſtæ fuêre. Cæterùm hanc vnam reliquæ vitæ aſperſiſſe labem videtur, quod omnem Epirotarum pecuniam militibus diripiendam dedit. vir alioqui non inficetus, & in ſecundis rebus vnicè moderatus. ſimul feliciſſimus ac prudentiſſimus Imperator. quod quidem ex eo perſpici poteſt, quod neque erga Perſeum ſuperbum ſe aut inſolentem prębuit, neque id bellum imprudenter ac temerè adminiſtrauit.

Erat Scipio cùm in proſpiciendis multò antè rebus ac temporibus, tum in excogitandis ex tempore conſiliis ſagaciſſimus: ac pro loco ac tempore alterutram rationem vſurpabat. & audacter quidem quid facto opus eſſet diſpiciebat, cæterùm tanquam dubitans ac formidans executioni mandabat. proinde conſtanti quidem atque interrita deliberatione cuncta quæ in rem eſſent, exactiſſimè peruidebat; præ ſollicitudine verò ob incertos rerum exitus, tutò omnia adminiſtrabat. quamobrem ſi fortè in diſcrimen improuiſum inciderat, cuiuſmodi multa in bello atque in fortunæ varietate ac-

οἱ δὲ σιωπόντες οἱ φοβηθέντες τὴν ἀπιστίαν αὐτοῦ καὶ τὴν μιαιφονίαν, μεθίστασθαι ἤρξαντο.

Ὅτι ὁ Περσεὺς ἐθελοντὴς εὑρέθη, καὶ αὐτὸν ἐς τὴν Ἀμφίπολιν ἀχθέντα ὁ Παῦλος οὐδὲν, οὔτε ἔργῳ, οὔτε λόγῳ δεινὸν ἔδρασεν· ἀλλὰ καὶ προσιόντι οἱ ὑπαναστὰς τά τε ἄλλα ἐδεξιώσατο, καὶ ὁμόσιτον ἐποιήσατο, ἔν τε φυλακῇ ἀδέσμῳ καὶ ἐν θεραπείᾳ πολλῇ ἦγε.

Ὅτι ὁ Παῦλος οὐ στρατηγῆσαι μόνον ἦν ἀγαθὸς, ἀλλὰ καὶ χρημάτων ἀδωρότατος. τεκμήριον δέ· δεύτερον τότε ὑπατεύσας καὶ λαφύρων ἀμυθήτων κρατήσας ἐν τοσαύτῃ πενίᾳ διεβίω, ὥστε χαλεπῶς τῇ γυναικὶ αὐτοῦ τὴν προῖκα τελευτήσαντος ἀποδοῦναι. τοιοῦτος μὲν οὖν ἦν καὶ τοιαῦτα ἔπραξεν. τοῦτο δὲ μόνον ὥσπερ τινὰ κηλῖδα ἐν τῷ τούτου βίῳ προστετρῖφθαι νομίζουσι, τὸ διαρπάσαι τοῖς στρατιώταις τὰ χρήματα * ἐπιτρέψαι· τἄλλα οὐκ ἄμοιρον χαρίτων ἄνδρα γενόμενον, καὶ μέτριον μὲν ἐν ταῖς εὐπραγίαις, εὐτυχέστατον δὲ ἅμα καὶ εὐβουλότατον ἐν τοῖς πολεμίοις ὀφθέντα. μαρτύριον δὲ, τὸ μήτε πρὸς τὸν Περσέα ὑπέρογκον καὶ ἀλαζόνα διατεθῆναι, μήτε τὸν πρὸς αὐτὸν πόλεμον κακῶς, καὶ ἀπροβούλως ἀγωνίσασθαι. deeſt in mſ.

Ὅτι Σκιπίων ὁ Ἀφρικανὸς ἄριστος μὲν ἦν ἐκ πλείονος τὸ δέον ἐκφροντίσαι, ἄριστος δὲ καὶ ἐκ τοῦ παραχρῆμα τὸ κατεπεῖγον ἐρευνῆσαι, ἔν τε τῷ προσήκοντι καιρῷ ἑκατέρῳ αὐτῶν χρήσασθαι ἦν. τά τε πρακτέα ἐν τῷ θαρσοῦντι διεσκόπει, καὶ τὴν διαχείρισιν αὐτῶν ὡς καὶ δεδιὼς ἐποιεῖτο· ὅθεν περ τῇ τοῦ λογισμοῦ ἀδεεῖ διασκέψει πάντα ἀκριβῶς τὰ καθήκοντα ἐνενόει, καὶ τῇ δέει τοῦ ἀσταθμήτου φροντίδι ἀσφαλῶς αὐτὰ ἔπραττε. καὶ διὰ τοῦτ' εἴποτε καὶ ἐς ἀπροβουλίας ἀνάγκην (οἷα ἔν τε τοῖς τοῦ πολέμου παραλόγοις, καὶ ἐν ταῖς τῆς τύχης ῥοπαῖς συμβαίνειν εἴωθε) προήχθη, οὐδὲ τότε τῶν προσηκ-

κόντων ἡμάρτομεν. ὑπό γὰρ τοῦ ἔθους, τοῦ τε τῇ ψυχῇ πρὸς μηδὲν ἀλογίστως χρῆσθαι, οὐδὲ ἐς τὸ τοῦ ἐξαπιναίου πρὸς σκοπὴν ἀπαράσκευος ἦν· ἀλλὰ καὶ τοῖς αἰφνιδίοις ὑπὸ τοῦ μηδέποτε ἀτρεμίζειν ὡς καὶ ἐκ πολλοῦ αὐτὰ προεγνωκὼς ἐχρῆτο· τολμητής τε ἐκ τούτων, ἐν οἷς ἐπεπιστεύκει ὀρθῶς ἔχειν, καὶ κινδυνευτὴς ἐν οἷς ἐθάρσει ἰσχυρῶς ἐγίγνετο. καὶ γὰρ τὸ σῶμα ἴσα τοῖς πάνυ τῶν στρατιωτῶν ἔῤῥωτο. καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὰ μάλιστα ἄν τις αὐτοῦ θαυμάσειε· προεβούλευέ τε τὰ κράτιστα ὡς καὶ ἑτέροις ἐπιτάξων, καὶ ἐν τῷ ἔργῳ αὐτὰ ὡς καὶ ἀφ' ἑτέρων κεκελευσμένα ἐχειρούργει. τῇ τε οὖν ἄλλῃ ἀρετῇ ἀσφαλὴς ἦν· καὶ τὴν πιστότητα οὐχ ὅπως πρὸς τοὺς πολίτας τούς τε χρωμένους οἱ, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ ὀθνεῖον τό τε πολεμιώτατον ἀκριβῆ ἐκέκτητο. καὶ αὐτῷ κατὰ τοῦτο πολλοὶ μὲν ἰδιῶται, πολλαὶ δὲ καὶ πόλεις προσεχώρησαν. ἅτε γὰρ μηδὲν ἀλογίστως μηδὲ ἐξ ὀργῆς ἢ καὶ δέους ποιῶν ἢ καὶ λέγων, ἀλλ' ἐκ τοῦ βεβαίου τῶν λογισμῶν πρὸς πάντα τὰ καίρια ἕτοιμος ὤν, καὶ τὰ ἀνθρώπινα ἱκανῶς ἐκλογιζόμενος, καὶ μήτε τι ἀνέλπιστον ποιούμενος, καὶ πάντα πρὸς τὴν τῶν πραγμάτων φύσιν προδιασκοπῶν, ῥᾷστά τε τὰ πρακτέα πρὶν καὶ δεηθῆναι αὐτῶν ἐπενόει, καὶ ἐς βεβαιότητα αὐτοῖς ἐχρῆτο. τοιγαροῦν μόνος ἀνθρώπων ἢ καὶ μάλιστα διά τε ταῦτα, καὶ διὰ τὴν μετριότητα τήν τε ἐπιείκειαν οὔτε ὑπὸ τῶν ὁμοτίμων, οὔτ' ὑπό τινος ἐφθονήθη. ἴσος μὲν γὰρ τοῖς ὑποδεεστέροις, οὐκ ἀμείνων δὲ τῶν ὁμοίων, ἀσθενέστερος δὲ τῶν μειζόνων ἀξιῶν εἶναι, κρείττων καὶ τοῦ φθόνου τοῦ μόνου τοὺς ἀρίστους ἄνδρας λυμαινομένου ἐγένετο.

Ὅτι Οὐιρίατθος ἀνὴρ Λυσιτανὸς ἀφανέστατος μὲν γένος, ὥς γέ τισι δοκεῖ, ὤν, περιβοητότατα δὲ ταῖς πράξεσι χρησάμενος· λῃστής τε γὰρ ἐκ ποιμένος, καὶ μετὰ τοῦτο καὶ στρατηγός. ἐπεφύκει γὰρ καὶ ἤσκητο τάχιστος μὲν διῶξαί τε καὶ φυγεῖν, ἰσχυρώτατος δὲ ἐν σταδίᾳ μάχῃ εἶναι· καὶ τήν τε τροφὴν τὴν ἀεὶ παροῦσαν,

cidere ſolent, ne tum quidem à recta ratione aberrabat. Ex conſuetudine enim atque ex eo quod nihil vnquam temerè & inconſultò faceret, nunquam in repẽtino vllo caſu imparatus ad conſulendum erat: ſed ſubitis caſibus tanquam multò antè prouiſis, vtpote qui nunquam à meditando ceſſaret, vtebatur. vnde in iis quæ recta eſſe perſuaſum habebat, confidentiſſimus; & vbi confidebat, ad quæuis pericula ſubeunda erat promptiſſimus: corpore enim iuxtà ac validiſſimus quiſque miles robuſto erat. Ideóq. vel hoc vno maximè admirabilis, quod tanquam aliis imperaturus prouidebat quid facto opus eſſet: ipſe nihilo minus quaſi ab aliis imperata res fuiſſet, manum operi admouebat. Porrò cùm cæteris virtutib. erat præditus, tum præcipuam auctoritatem ac fidem non modò apud ciues & familiares, ſed etiam apud exteros, ipſoſq. adeò hoſtes, ſibi comparauerat: quocirca & priuati & ciuitates ſeſe ei adiungebant. Nam cùm nihil temerè, nihil ex iracundia ſeu metu aut faceret, aut diceret, ſed ſtabili iudicio ad omnem caſum eſſet inſtructus, prouiſamq. haberet rerum humanarum varietatem, nec quidquam humani à ſe alienum putaret, & pro ingenio cuiuſque negocij ac naturâ cuncta antè proſpiceret: & præuidebat facillimè quæcunque agenda eſſent antequam opus eis haberet, & conſtantiſſimè exequebatur. Igitur eas ob cauſas, & præterea moderationis & æquitatis gratia, ſolus ex omni memoria, non æqualium modò, ſed & cæterorum omnium inuidiam effugit: quippe qui cum inferioribus quidem æquo iure ageret, ſupra æquales verò eminere nollet, potioribus autem libenter cedere: quo facto inuidiam, quæ maximum quemque labefactare ſolet, facilè ſuperauit.

Viriathus obſcuro, vt quidam aiunt, genere ortus, reb. geſtis magnoperè inclaruit. Primùm enim ex paſtore latro, ac deinde celebris Imperator extitit. Erat quippe cùm naturâ, tum exercitatione & ad fugam, & in perſequendo velociſſimus: idem in pedeſtri pugna fortiſſimus:

adhæc cibo potuque obuio iucundiſſimè vtebatur: maximam vitæ partem aſſuetus ſub dio agere, contentus ſtragulis nulla arte elaboratis. æſtus ac frigoris iuxtà patiens. famem atque huiuſmodi difficultates ſpernebat, quippe qui præſentibus ſemper quaſi optimis ac ſuauiſſimis gauderet. Huiuſmodi corpus cùm naturâ, tum exercitatione formatum cùm haberet, animi virtutibus longè excellebat. namque ad excogitandum quod facto opus eſſet, & ad agendum promptiſſimus erat, quippe qui ſimul quid agendum eſſet, ſimul agendi tempus videret. Idem euidentiſſimarum rerum ignorantiam ſimulare, & obſcuriſſimarum notitiam diſſimulare vnicè callebat. Præterea cùm & Imperator & miniſter ipſe ſui vbique eſſet, nec abjectus cuiquam, nec grauis videbatur: ſed inter generis obſcuritatem ac loci dignitatem adeò ſeſe temperauerat, vt nemine inferior, ac nemine etiam ſuperior eſſe videretur. poſtremò nec auaritiæ, nec dominationis, neque iracundiæ cauſa, ſed ipſis belli artibus bellum gerebat, ac proinde pugnax & bellicoſus meritò eſt habitus.

Appius Claudius Conſul, collega Quinti Metelli, ſplendore generis elatus, ac Metelli gloriæ inuidens, cùm Italiam prouinciam ſortitus eſſet, vacuam ab omni hoſte: materiam triumphi vndecunque petere concupiuit. Salaſſos igitur, gentem Gallicam, quibus nihil erat quod obijci poſſet, aggreſſus aduerſus populum Romanum concitauit. Miſſus enim vt eos cum finitimis conciliaret, quibuſcum de aquis ad metalla auri neceſſariis diſſidebant, agrum eorum latè vaſtauit. Cæterùm Romani ex decemviris ſacrorum binos ad eum miſerunt.

Appius Claudius etſi probè ſciebat haudquaquam ſe victoriâ potitum eſſe, eâ tamen inſolentiâ vſus eſt,

καὶ τὸ ποτὸν τὸ προστυχὸν ἥδιστα ἐλάμβανεν· ὑπαίθριός τε τὸν πλείω τοῦ βίου χρόνον διῃτᾶτο, καὶ ταῖς αὐτοφυέσι στρωμναῖς ἠρκεῖτο. καὶ διὰ ταῦτα παντὸς μὲν καύματος, παντὸς δὲ ψύχους κρείττων ἦν· καὶ οὔθ' ὑπὸ λιμοῦ ποτε ἐπόνησεν, οὔθ' ὑπ' ἄλλης τινὸς ἀηδίας ἐταλαιπώρησεν, ἅτε καὶ πάντων τῶν ἀναγκαίων ἐκ τῶν ἀεὶ παρόντων ὡς καὶ ἀρίστων ἀπολαύων ἱκανώτατα. τοιούτου δ' αὐτῷ τοῦ σώματος καὶ ἐκ τῆς φύσεως, καὶ ἐκ τῆς ἀσκήσεως ὄντος, πολὺ ταῖς τῆς ψυχῆς ἀρεταῖς ὑπερέφερε. ταχὺς μὲν γὰρ πᾶν τὸ δέον ἐκνοῆσαι καὶ ποιῆσαι ἦν. τό τε γὰρ πρακτέον ἅμα ἐγίγνωσκε, καὶ τὸν καιρὸν αὐτοῦ ἠπίστατο. δεινὸς γὰρ τά τε ἐμφανέστατα ἀγνοεῖν, καὶ τὰ ἀφανέστατα εἰδέναι προσποιήσασθαι. πρὸς δ' ἔτι καὶ στρατηγὸς, καὶ ὑπηρέτης αὐτὸς ἑαυτοῦ ἐς πάντα ὁμοίως γιγνόμενος, οὔτε ταπεινὸς, οὔτε ἐπαχθὴς ἑωρᾶτο. ἀλλ' οὕτω πρός τε τὴν τοῦ γένους ἀσθένειαν, καὶ πρὸς τὴν τῆς ἰσχύος ἀξίωσιν ἐκέκρατο, ὥστε μήτε χείρων τινὸς, μήτε κρείττων δοκεῖν εἶναι. τό τε σύμπαν εἰπεῖν οὔτε πλεονεξίας, οὔτε δυναστείας ἢ καὶ ὀργῆς ἕνεκα τὸν πόλεμον, ἀλλὰ δι' αὐτὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ ἐποιεῖτο. κἀκ τούτου τὰ μάλιστα καὶ φιλοπόλεμος, καὶ εὐπόλεμος ἐλογίσθη.

Ὅτι ὁ Κλαύδιος ὁ συνάρχων Μετέλλου πρός τε τὸ γένος ὠγκωμένος καὶ τῷ Μετέλλῳ φθονῶν ἔτυχεν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ λαχὼν ἀρχὴν, καὶ πολέμιον οὐδὲν ἀποδεδειγμένον εἶχε. καὶ ἐπεθύμησε πάντως τινὰ ἐπινικίων πρόφασιν λαβεῖν· καὶ Συλάσσους Γαλάτας, μὴ ἐγκαλουμένους τι ἐξεπολέμωσε τοῖς Ῥωμαίοις· ἐπέμφθη γὰρ ὡς συμβιβάσων αὐτοὺς τοῖς ὁμοχώροις περὶ τοῦ ὕδατος τοῦ ἐς τὰ χρυσεῖα ἀναγκαίου διαφερομένους· καὶ τήν τε χώραν αὐτῶν πᾶσαν κατέδραμεν. ἔπεμψαν δὲ αὐτῷ οἱ Ῥωμαῖοι ἐκ τῶν δέκα ἱερέων δύο.

Ὅτι Κλαύδιος εἰ καὶ τὰ μάλιστα ἀκριβῶς ἠπίστατο, ὅτι οὐκ ἐνενικήκει, ἀλλ' ὅμως καὶ τότε τοσαύτῃ ὑπερηφανίᾳ ἐχρήσατο,

ἀλλ' ὑπὸ μὲν τῶν ἐπινικίων μηδένα λόγον, μήτε ἐν τῇ βουλῇ, μήτε ἐν τῷ δήμῳ ποιήσασθαι· καθάπερ δ' ὑπαρχόντων οἱ πάντως αὐτῶν κἂν μηδεὶς ψηφίσηται, τὰ ἐς αὐτὰ ἀναλώματα αἰτῆσαι.

Ὅτι Μόμμιος καὶ ὁ Ἀφρικανὸς παμπληθὲς ἀλλήλων τοῖς τρόποις ἐς πάντα διέφερον. ὁ μὲν γὰρ ἐπί τε τὸ σωφρονέστατον καὶ μετ' ἀκριβείας μηδενὸς μηδὲν παρατιμῶν ἦρξε· καὶ πολλοὺς μὲν ἐκ τῆς βουλῆς, πολλοὺς δὲ καὶ ἐκ τῶν ἱππέων, τῶν τε ἄλλων ὡς ἑκάστους εὔθυνεν. ὁ δὲ δὴ Μόμμιος πρός τε τὸ δημοτικώτερον καὶ πρὸς τὸ φιλανθρωπότερον, οὔτ' αὐτός τινι κηλῖδα προσέθηκε, καὶ συχνὰ τῶν ὑπ' ἐκείνου παραχθέντων ὅσα γε καὶ ἐνεδέχετο κατέλυσεν. ἐς τοσοῦτον γὰρ ἐπιεικείας φύσει προήκων αὐτοῦ, ὥστε καὶ τῷ Λουκούλλῳ χρῆσαί τε ἀγάλματα πρὸς τὴν τοῦ Τυχαίου, ὃ ἐκ τοῦ Ἰβηρικοῦ πολέμου κατεσκεύασε, καθιέρωσιν, καὶ μὴ βουληθέντος αὐτὰ ὡς καὶ ἱερὰ ἐκ τῆς ἀναθέσεως γεγονότα ἀποδοῦναι, μηδεμίαν ὀργὴν ποιήσασθαι· ἀλλ' ἐπὶ τῷ ἐκείνου ὀνόματι τὰ ἑαυτοῦ λάφυρα περιϊδεῖν ἀνακείμενα.

Ὅτι Πομπήϊος πολλὰ καὶ ἐσφάλη, καὶ αἰσχύνην δεινὴν ὦφλεν· ποταμὸν γάρ τινα διὰ τῆς τῶν Νουμαντίνων χώρας ῥέοντα βουληθεὶς ἐκ τῆς ἀρχαίας διεξόδου παρατρέψαι, ἐπὶ δὲ τοὺς ἀγροὺς αὐτῶν ἐφεῖναι, τοῦτο μὲν ἰσχυρῶς πονηθεὶς ἐξειργάσατο· πολλοὺς δὲ στρατιώτας ἀποβαλὼν, οὔτε τοῖς Ῥωμαίοις ὄφελος ἐκ τῆς παρεκτροπῆς γενέσθαι, οὔτε ἐκείνοις βλάβος.

Ὅτι Καπίων τοὺς μὲν πολεμίους οὐδὲν ὅ τι καὶ ἄξιον εἰπεῖν, τοὺς δὲ οἰκείους πολλὰ καὶ δεινὰ ἔδρασεν, ὥστε καὶ κινδυνεῦσαι ὑπ' αὐτῶν ἀπολέσθαι. χαλεπῶς τε γὰρ αὐτοῦ καὶ τραχέως τοῖς τε ἄλλοις, καὶ μάλιστα τοῖς ἱππεῦσι χρωμένου, πολλοὶ πολλὰ καὶ ἄτοπα ταῖς νυξὶν ὅτι μάλιστα διέσκωπτον, καὶ διεθρόουν, καὶ ἐφ' ὅσον γε ἐκεῖνος διὰ τοῦτ' ἠγανάκτει

vt nulla triumphi mentione, neque in Senatu, neque ad populum facta, prorſus ac ſi iure ſuo ei triumphare abſque vllius decreto liceret, pecuniam ex ærario in triumphi ſumptus petere non dubitarit.

L. Mummius & Scipio Africanus Cenſores prorſus diuerſis inter ſe moribus fuêre. Hic enim nihil gratiæ aut fauori indulgens, omni ſeueritate ac diligentia Cenſuram egit. ac multos è Senatu & equeſtri ordine, plurimos etiam de plebe in diſquiſitionem morum vocauit. At Mummius humaniùs magiſque ad popularem auram ſe geſſit. neque enim ipſe quemquam ignominiâ notauit, & quæ erant à collega acta, quoad potuit, reſcidit: fuit enim ea moderatione, vt cùm Lucullus ad ornandum templum Fœlicitatis (quod ex bello Hiſpanienſi dedicabat) ſtatuas commodato ab eo accepiſſet, nec reddere eas poſtmodum vellet, quaſi quæ dedicatione ſacræ eſſent factæ, nullo modo ſuccenſuerit, ſed ſpolia ſua ſub alterius dedicata titulo conſpici ſit paſſus.

Multa à Q. Pompeio ſecùs geſta ſunt, propter quæ maximum dedecus incurrit. Nam cùm amnem qui per Numantinorum regionem fluebat, ex aluco deriuare, & in agros eorum effundere vellet, id quidem ingenti labore tandem perfecit. cæterùm multis in eo opere militibus amiſſis, neque operæprecium vllum Romanis ea deriuatione, neque hoſtibus damnum attulit.

Q. Cæpio hoſtem quidem nullo memorabili damno affecit: ſuos verò multis & maximis iniuriis vexauit, adeò vt minimum abfuerit quin ab iis ſit interfectus. Nam cùm vniuerſos milites, ac præcipuè equites acerbiùs tractaret, multa multi in eum dicteria noctu præſertim iactabant. & quò magis ille indignabatur,

cò pluribus illum dicteriis ad iracundiam prouocabant. Igitur cùm facinus quidem haudquaquam lateret, reus verò deprehenderetur nemo, ſuſpicatus Cæpio id ab equitibus fieri, cùm in neminem vnum conferre culpam poſſet, iram in omnes conuertit, eiſq. ſexcentis numero imperauit vt fluuium iuxta quem caſtra habebat, cum ſolis equiſonibus tranſgreſſi, è monte in quo Viriathus conſederat, lignarentur. Ex quo cùm vltimũ periculum omnibus imminere palàm eſſet, Tribuni & Legati Cæpionem rogare inſtiterunt, ne eos in apertam perniciem conijceret. At Equites cùm paululùm expectaſſent ſi fortè Cępio precib. eorum flecteretur, poſtquam aſpernari illum preces viderunt, ipſi quidem ſupplicare ei noluerunt quod vnũ maximè optabat Cæpio: verùm mortem pati quàm Cæpionem leniori oratione mulcere præoptantes, ad condictum locum contenderunt, eiſque equitatus ſociorum ac nominis Latini cum quibuſdá voluntariis ſeſe adiunxit. Igitur traiecto amne cùm ligna cecidiſſent, reuerſi facto impetu prætorium eius circundedêre, eo conſilio viuum vt illum incenderent. crematuſque haud dubiè eſſet, niſi ſe fugâ proripuiſſet.

App. Claudius Cenſor, præ nimia aſperitate multa perperam egiſſet, niſi collega eius Q. Fuluius Nobilior obſtitiſſet. hic enim eximia æquitate ac diuerſiſſimo ingenio præditus, cedendo nonnunquam & placidè agendo cum collega, ita eum demulſit, vt pauca admodum acerbiùs geſſerit.

L. Furius Philus Q. Pompeïum & Q. Metellum, qui inimicitias ſecum atque inter ſe exercebant, legatos ſecum in prouinciam duxit, eo conſilio vt quoniam res præclaras gerere conſtituerat, cuncta ſua dicta & facta diligenti examine libraret, & teſtimonium virtutis etiam ab inuitis exprimeret.

Tib. Gracchus Rẽp. perturbauit, quãuis & sũmo genere eſſet, vt qui ad Africanũ auũ maternã originẽ referret, & magnitudinem generis indole ac celſitudine animi æquaret. ac poſtremò humaniorib. artibus apprimè eſſet

ἐπὶ πλεῖον ἐτώθαζον, ὅπως ἐξοργίζοιτο· ὡς οὖν δὲ τὸ πραττόμενον ἔνδηλον ἦν, ὑπεύθυνος δὲ οὐδεὶς εὑρίσκετο, ὑποτοπήσας ὑπὸ τῶν ἱππέων αὐτὸ γεγενῆσθαι, καὶ ἐς οὐδένα τρέψαι δυνηθεὶς τὴν αἰτίαν, πᾶσιν αὐτοῖς τὴν ὀργὴν ἔφερεν· καὶ ἐκέλευσεν αὐτοὺς ἑξακοσίους ὄντας τὸν ποταμὸν παρ' ᾧ ἐστρατοπεδεύοντο, μετὰ μόνων ἱπποκόμων διαβῆναι, καὶ ἐκ τοῦ ὄρους, ἐφ' ᾧ ὁ Οὐιρίαθος ηὐλίζετο ξυλίσασθαι. περιφανοῦς δὲ δὴ τοῦ κινδύνου πᾶσιν ὄντος, οἱ χιλίαρχοι καὶ οἱ ὑποστρατηγοὶ ἐδέοντο αὐτοῦ μὴ ἀπολέσαι σφᾶς. οἱ δὲ ἱππεῖς ὀλίγον ἐπισχόντες ὡς καὶ ἐκείνων αὐτοῦ ἀκουσόντος, ἐπεὶ μηδὲν ἐνεδίδου, ἱκετεῦσαι μὲν αὐτὸν ἀπηξίωσαν, οὗπερ που καὶ τὰ μάλιστα ἐγλίχετο· διολέσθαι δὲ μᾶλλον ἤ τι ἐπιεικὲς φθέγξασθαι πρὸς αὐτὸν ἑλόμενοι ὥρμησαν ἐπὶ τὸ τεταγμένον. καὶ αὐτοῖς τό τε τῶν συμμάχων ἱππικὸν καὶ ἄλλοι ἐθελονταὶ συνεξῆλθον. καὶ τόν τε ποταμὸν διέβησαν, καὶ τὴν ὕλην τεμόντες περὶ τὸ στρατήγιον αὐτοῦ περιενέβαλον, ὡς καὶ καταπρήσοντες αὐτόν· κἂν κατεκαύθη, εἰ μὴ προεξέφυγεν.

Ὅτι ὁ Κλαύδιος πολλὰ ἂν καὶ ἄτοπα ὑπὸ τραχύτητος εἰργάσατο, εἰ μήπερ ὁ συνάρχων αὐτοῦ Κύιντος ἐκώλυσεν. ἐπιεικὴς γὰρ ὢν καὶ ἐναντιωτάτην αὐτῷ φύσιν ἔχων, ὀργῇ μὲν οὐδέν οἱ ἀντέπραξεν· ἐνδιδοὺς δέ πῃ καὶ πρᾳέως πως αὐτῷ χρώμενος οὕτως αὐτὸν μετεχειρίσατο, ὥστε ἐλάχιστα πικραίνεσθαι.

Ὅτι ὁ Φούριος ἐξήγαγεν ἐν τοῖς ὑποστρατήγοις τὸν Πομπήιον καὶ τὸν Μέτελλον, καίπερ καὶ ἑαυτῷ καὶ ἀλλήλοις ἐχθροὺς ὄντας, ὅπως ὡς καὶ μέγα τι πράξων τόν τε ἔλεγχον τῶν ἔργων ἀκριβῆ ποιήσηται, καὶ τὴν μαρτυρίαν τῆς ἀρετῆς, καὶ παρὰ ἀκόντων σφῶν λάβῃ.

Ὅτι ὁ Γράκχος ὁ Τιβέριος ἐτάραξε τὰ τῶν Ῥωμαίων, καίπερ καὶ γένους ἐς τὰ πρῶτα πρὸς τὸν πάππον τὸν Ἀφρικανὸν ἀνήκων, καὶ φύσει ἀξίᾳ αὐτοῦ χρώμενος, τά τε τῆς παιδείας ἔργα ἐν τοῖς μάλιστα ἀσκήσας καὶ φρόνημα μέγα ἔχων.

ὅσῳ γὰρ πλείω καὶ ἰσχυρότερα ταῦτα ἐκέκτητο, μᾶλλον ἐς φι-
λοτιμίαν ἀπ᾽ αὐτῶν προήχθη. καὶ ἐπειδὴ ἅπαξ ἔξω τοῦ βελτίστου
παρετράπη, καὶ ἄκων ἐς τὸ κάκιστον ἐξώκειλεν. ἐπειδὴ γὰρ
αὐτῷ τὰ τῶν Νουμαντίνων ἐπινίκια ἀπεψηφίσθη, καὶ αὐτὸς
τιμηθήσεσθαι πρότερον ἅτε καὶ πρυτανεύσας αὐτὰ ἐλπίσας,
οὐχ ὅπως τοιούτου τινὸς ἔτυχεν, ἀλλὰ καὶ προσεκινδύνευσεν
ἐκδοθῆναι, ἔγνω καὶ τὰ πράγματα οὐχ ἀπ᾽ ἀρετῆς οὐδὲ
mſ. ἐπ. * ἀπ᾽ ἀληθείας ἀλλ᾽ ὥς που καὶ ἔτυχεν ἐξεταζόμενα. ταύ-
την μὲν τὴν ὁδὸν τῆς δόξης ὡς οὐκ ἀσφαλῆ ἀφῆκε· τρό-
πον δέ τινα πρωτεῦσαι πάντως ἐπιθυμήσας, καὶ τοῦτο διὰ
τοῦ ὁμίλου μᾶλλον ἢ τῆς βουλῆς ἐξεργάσασθαι προσδοκήσας,
ἐκείνῳ προσέθετο.

Ὅτι Μάρκος Ὀκτάουιος τῷ Γράκχῳ διὰ φιλονεικίαν
συγγενικὴν ἑκὼν ἀντηγωνίζετο. καὶ ἐκ τούτου οὐδὲν μέτριον
ἐπράττετο· ἀλλ᾽ ἀντιφιλονεικοῦντες περιγενέσθαι μᾶλλον
ἀλλήλων ἢ τὸ κοινὸν ὠφελῆσαι, πολλὰ μὲν καὶ βίαια ὥσπερ
ἐν δυναστείᾳ τινὶ, ἀλλ᾽ οὐ δημοκρατίᾳ ἔπραξαν, πολλὰ δὲ
καὶ ἄτοπα ὥσπερ ἐν πολέμῳ τινὶ, ἀλλ᾽ οὐκ εἰρήνῃ ἔπαθον.
τοῦτο μὲν γὰρ εἷς πρὸς ἕνα, τοῦτο δὲ πολλοὶ κατὰ στάσεις, λοιδο-
ρίας τε ἐπαχθεῖς καὶ μάχας, οὐχ ὅτι κατὰ τὴν ἄλλην πόλιν,
ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῷ τῷ βουλευτηρίῳ τῇ τε ἐκκλησίᾳ ἐποι-
οῦντο· τῇ μὲν γὰρ προφάσει τῇ τοῦ νόμου χρώμενοι, τῷ δ᾽
ἔργῳ καὶ ἐς τὰ ἄλλα πάντα διασπευδόμενοι ὥστε ἐν μηδενὶ
ἀλλήλων ἐλαττοῦσθαι. κἀκ τούτου οὔτ᾽ ἄλλο τι τῶν εἰθισμένων
ἐν κόσμῳ συνέβαινεν, οὔθ᾽ αἱ ἀρχαὶ τὰ νενομισμένα ἔπραττον·
τὰ δὲ δικαστήρια ἐπέπαυτο, καὶ συμβόλαιον οὐδὲν ἐγίγνετο. ἀλλ᾽
ἥ τε ταραχὴ καὶ ἡ ἀκρισία πανταχοῦ πολλὴ ἦν· καὶ ὄνομα πό-
mſ. εἶχ. λεως ἔφερον, στρατοπέδου δ᾽ οὐδὲν * ἀπεῖχον.

Ὅτι ὁ Γράκχος τοῖς στρατευομένοις ἐκ τοῦ ὁμίλου νόμους τινὰς
ἐπικουφιοῦντας ἔγραφε, καὶ τὰ δικαστήρια ἀπὸ τῆς βουλῆς ἐπὶ τοὺς

excultus. Sed quò magis hæc in illo eminebant, eò acrius ad contentiones prouectus eſt. cæterùm vbi ſemel à recto tramite deflexit, exinde ad peſſima quæque ſemetipſe præcipitem dedit. Poſtquam enim triumphus de Numantinis Mancino eſt denegatus, & ipſemet qui eius fœderis auctor fuerat, non modò honorem quem ſperauerat, non retulit, ſed parum abfuit quin hoſtibus dederetur, cùm non ex virtute ac veritate, ſed temerè res dijudicari cerneret, hanc quidem viam virtutis & gloriæ tanquam parum tutam reliquit: cæterùm cùm principem locum quocunque demum pacto aſſequi concupiſceret, idque per plebem facilius quàm per Senatum conſecuturum ſe ſperaret, à patribus ad plebem deſciuit.

M. Octauius ob æmulationem ex propinquitate generis conflatam, Tib. Graccho ſeſe oppoſuit. Exinde verò nihil moderatè ac bono more agi cœptum eſt. Nam cùm vterque praua contentione magis vt æmulum ſuperaret quàm vt prodeſſet Reipublicæ, eniteretur, multa tanquam in regia dominatione non in populari ſtatu per vim geſsêre ſinguli; multa item quaſi in bello ac non altiſſima in pace, ſæua & grauia pertulêre. Nunc enim ſinguli, nunc plures in factiones diuiſi, iurgia & rixas ac prælia cùm in cæteris vrbis locis, tum in Curia ac comitio conſerebant; prætendentes quidem in ſpeciem rogationes Tribunicias, reipſa verò alia omnia molientes, eò vt ſibi inuicem nulla in re cederent. proinde nihil iam in vrbe ſolenni more agi: magiſtratus officia omittere: iudicia ceſſare: contractus nulli fieri. prorſus ingens perturbatio ac iuſtitium vbique obtinere: ac nomen quidem ciuitatis manebat, cæterùm nihilo à caſtris ciuitas diſtabat.

Tib. Gracchus leges quaſdã in gratiam plebis, quæ in militia erat, ad populum tulit, & iudicia à Senatorib. ad

equites tranſtulit; miſcens omnia atque perturbans, quo ſecuritatem aliquam rebus ſuis compararet. Poſtquam verò neque hæc ſatis procedebant, ſed exitus anni inſtabat, ac magiſtratu depoſito ſtatim inimicis obnoxius erat futurus, operam dedit vt in inſequentem annum cum fratre Caïo Tribunus ipſe fieret, & Appium ſocerum ad Conſulatum proueheret, nihil non dicere ac polliceri cuiquam recuſans. ac ſæpenumerò ſordidatus in atra veſte matrem. ac paruulos filios lacrymabundos ad populum producebat.

Fuit in P. Scipione Africano maior gloriæ cupido quàm par eſſet, aut quàm tantæ virtutis virum deceret. proinde nemo ex iis qui illi in Republica aduerſabantur, eius morte lætatus eſt. ſed tametſi grauiſſimum in eo aduerſarium haberent, mortuum tamen deſiderarunt. quippe ſimul eum Reipublicæ vtilem videbant, ſimul ab eo nihil ſibi mali imminere intelligebant. Eo autem viro de viuis ſublato rurſus optimatum partes imminutæ ſunt, adeò vt auctoribus legum Agrariarum omnem pænè Italiam peruaſtare poſthac pronum fuerit. Atque id maximè mihi videtur ſignificaſſe lapidum imber, qui paulò antè in quaſdam ædes ſacras de cœlo deciderant, ac nonnullos homines occiderant. Idem ſignificabant etiam illæ Apollinis lacrymæ. Fleuit enim, fleuit, inquam, ille per tres continuos dies. ideóque eius ſimulacrum concidi ac confringi, atque in mare abijci ex reſponſo haruſpicum Senatus decreuit.

C. Gracchus eandem quam Tiberius frater ſectam ac ſententiam in Republica ſequebatur, niſi quod hic quidem à virtute ad ambitioſas contentiones, atque inde ad nequitiam abreptus quaſi quodam æſtu fuerat. Caïus verò naturâ factioſus, ſpontè peſſima quæque agebat. cæterùm longè paratior fratre ad dicendum erat. Ideóque & malitia in excogitando,

ἱππέας μετῆγε, φύρων καὶ ταράσσων πάντα τὰ καθεστηκότα, ὅπως ἔκ γε τούτου ἀσφαλείας τινὸς ἐπιλάβηται. καὶ ὡς οὐδὲν οὐδὲ ἐντεῦθεν αὐτῷ προεχώρει, ἀλλὰ καὶ ἐπ' ἐξόδῳ τῆς ἀρχῆς ἦν, καὶ ἔμελλεν ἀπαλλαγεὶς αὐτῆς αὐτίκα τοῖς ἐχθροῖς ὑποβληθήσεσθαι, ἐπεχείρησε καὶ ἐς τὸ ἐπιὸν ἔτος μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ δημαρχῆσαι, καὶ τὸν πενθερὸν ὕπατον ἀποδεῖξαι, μηδὲν μήτ' εἰπεῖν, μήθ' ὑποσχέσθαί τισιν ὀκνῶν· καὶ πενθίμην ἐσθῆτα πολλάκις ἐνεδύετο, τήν τε μητέρα καὶ τὰ παιδία ἐς τὸ πλῆθος παρῆγε συνδεόμενα.

Ὅτι Σκιπίων Ἀφρικανὸς φιλοτιμίᾳ πλείονι παρὰ τὸ προσῆκον τό τε ἁρμόζον τῇ ἄλλῃ αὐτοῦ ἀρετῇ ἐχρῆτο. οὔκουν οὐδὲ τῶν ἀντιστασιαστῶν τις αὐτῷ θανόντι ἐφήσθη. ἀλλὰ καὶ ἐκεῖνοι καίπερ βαρύτατον αὐτὸν σφίσι νομίζοντες εἶναι ἐπόθησαν. χρήσιμόν τε γὰρ πρὸς τὰ κοινὰ ἑώρων, καὶ δεινὸν οὐδὲν οὐδ' ἂν σφᾶς παθεῖν ἀπ' αὐτοῦ προσεδόκων. ὑπεξαιρεθέντος δὲ τούτου πάντα αὖθις τὰ τῶν δυνατῶν ἠλαττώθη, ὥστε ἐπ' ἀδείας τοὺς γεωνόμους πᾶσαν, ὡς εἰπεῖν, τὴν Ἰταλίαν πορθῆσαι. καί μοι ἐς τοῦτο ὅτι μάλιστα ἀποσκῆψαι δοκεῖ τό τε πλῆθος τῶν λίθων, τῶν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατενεχθέντων καὶ ἐς ναούς γέ τινας ἐμπεσόντων, καὶ ἀνθρώπους ἀποκτεινάντων, καὶ τὰ δάκρυα τοῦ Ἀπόλλωνος. ἔκλαυσεν γάρ, ἔκλαυσεν ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας, ὥστε τοὺς Ῥωμαίους κατακόψαί τε τὸ βρέτας, καὶ καταποντῶσαι ἐκ συμβουλῆς μάντεων ψηφισθεῖσαι.

Ὅτι ὁ Γράκχος τὴν μὲν γνώμην ὁμοίαν τῷ ἀδελφῷ εἶχεν, πλὴν καθόσον ἐκεῖνος μὲν ἀπ' ἀρετῆς ἐς φιλοτιμίαν, καὶ ἐξ αὐτῆς ἐς κακίαν ἐξώκειλεν, οὗτος δὲ ταραχώδης τε φύσει ἦν καὶ ἑκὼν ἐπονηρεύετο. τῇ δὲ δὴ παρασκευῇ τῶν λόγων πολὺ αὐτοῦ προέφερε. καὶ διὰ ταῦτα ταῖς τε ἐπινοίαις κακοτροπωτέραις, καὶ ταῖς τόλμαις προχειροτέραις,

τῇ τε αὐθαδείᾳ πλείονι πρὸς πάντα ὁμοίως ἐχρῆτο. πρῶτός τε ἐν τοῖς συλλόγοις μεταξὺ δημηγορῶν ἐβάδιζε, καὶ τὸν βραχίονα πρῶτος ἀπεγύμνωσεν, ὥστε μηδέτερον κακὸν αὐτῶν ἐξ ἐκείνου νομισθῆναι. καὶ ἐπειδή γε πολλῇ μὲν πυκνότητι ἐνθυμημάτων, πολλῇ δὲ καὶ σφοδρότητι ὀνομάτων ἐπίπαν ἐδημηγόρει, καὶ ἐκ τούτου οὔτε κατέχειν ῥᾳδίως ἑαυτὸν ἐδύνατο, καὶ ἐπὶ πολλάκις ἐς ἃ οὐκ ἤθελεν εἰπεῖν ἐξεφέρετο, αὐλητὴν ἐπήγετο. καὶ παρ' ἐκείνου ὑπαυλοῦντός οἱ ἐρυθμίζετο καὶ ἐμετρίαζεν, ἢ καὶ εἴ πῃ καὶ ὡς ἐξέπιπτεν καθίστατο. Τοιοῦτος οὖν δή τις ὢν τῇ τε πολιτείᾳ ἐπέθετο. καὶ οὐδὲν ἀπόμοτον οὔτ' εἰπεῖν, οὔτε πρᾶξαι προσποιούμενος, μέγιστος δι' ἐλαχίστου παρά τε τῷ ὁμίλῳ καὶ τοῖς ἱππεῦσιν ἐγένετο. τό τε γενναῖον καὶ τὸ βουλευτικὸν πολὺ καὶ ἐπὶ πλεῖον ἐβεβαιώκει. νῦν δ' ὑπὸ τῆς πολλῆς δυναστείας ἐπίφθονος καὶ τοῖς στασιώταις γενόμενος, ταῖς ἑαυτοῦ τέχναις ἐσφάλη.

Ὅτι αἱ ἱέρειαι τὸ πλεῖστον αὐταὶ τοῦ τε ὀλέθρου καὶ τῆς αἰσχύνης ὦφλον, συχνοῖς δὲ δὴ καὶ ἄλλοις μεγάλων κακῶν αἴτιαι ἐγένοντο· ἥ τε πόλις ἅπασα ἀπ' αὐτῶν ἐταράχθη. ἐκλογιζόμενοι γὰρ ὅτι τὰ ὑπὸ τοῦ νόμου ἄχραντα, καὶ τὰ ὑπὸ τῆς θρησκείας ἅγια, ἔκ τε τοῦ * φόβου τῆς τιμωρίας κόσμια ἐλυμάνθη, οὐδὲν ὅτι οὐχ ὑπετόπουν τῶν αἰσχίστων καὶ ἀνοσιωτάτων δύνασθαι γενέσθαι. καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὰς κολάσεις οὐ μόνων τῶν ἐλεγχθέντων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων πάντων τῶν αἰτιαθέντων μίσει τοῦ συμβεβηκότος ἐποιήσαντο. ὅθεν οὐκ ἐκ γυναικείας αἰτίας ἀλγεῖν, ἀλλ' ἐκ δαιμονίας τινὸς ὀργῆς σύμπαντα κατ' αὐτὰς συμβῆναι ἔδοξεν.

mſ. φθίνου.

Ὅτι τρεῖς ἅμα ἠνδρώθησαν· καὶ αὐτῶν Μαρκία μὲν τῇ τε καθ' αὑτὴν καὶ πρὸς ἕνα τινὰ ἱππέα ἠσχύνθη. κἂν διέλαθεν εἰ μήπερ ἡ ζήτησις ἐπὶ τῶν ἄλλων ἐπὶ πλεῖον ἀρθεῖσα καὶ ἐκείνην προσκατέλαβεν. Αἰμιλία δὲ καὶ Λικιννία πλῆ-

& audacia atque inſolentia vbique maiore vtebatur, primuſque inter concionandum ambulare, & brachium nudare inſtituit, adeò vt neutrum exinde pudori fuerit. Cumque & crebritate argumentorum, & verborum vehementia maxima vteretur, atque idcirco vix ſe ipſe continere poſſet, quin ſæpiſſimè ad ea quæ minimè dicta vellet, abriperetur inuitus, tibicinem deducere ſecum ſolebat, eoque modos dante componebat ſeſe, atque impetum remittebat, ſi fortè longiùs erat abreptus. Huiuſmodi præditus ingenio Caïus, ad perturbandam Rempublicam acceſſit. Cumque ſibi id conſtitutum eſſe ſimularet, nihil vt præter fas aut ageret, aut diceret, breui apud plebem & equeſtrem ordinem maximam auctoritatem obtinuit: ac ſi diutius manſiſſet in viuis, vniuerſam nobilitatem & curiam penitùs oppreſſiſſet. verùm enimverò cùm præ nimia dominandi libidine etiam factionis ſuæ hominibus inuiſus eſſe cœpiſſet, ſuis ipſe artibus periit.

Virgines Veſtales ipſæ quidem maximam mali ac dedecoris partem tulêre: ſed tamen alios quoque plurimos in grauiſſima mala coniecêre, & vniuerſam ciuitatem ſuo ſcelere perturbauêre. Nam cùm reputarent Romani ea ſacra eſſe violata, quæ & intemerata legibus, & religione ſacra, & pœnarum metu ſancta eſſent, nullum porrò facinus tam turpe tamque impurum eſſe cenſebant, quod non licenter admitteretur. Itaque odio admiſſi tanti ſceleris, non modò de conuictis, ſed de omnibus qui delati erant, ſupplicium ſumptum; adeò vt non muliebri flagitio commoueri, ſed Deorum irâ cuncta hæc accidiſſe viderentur.

Tres autem virgines Veſtales ſimul probrum fecerant, quarum Marcia quidem ſeorſim cum vno equite Rom. rem habuerat, ac fortaſſis latere potuiſſet, niſi latius porrecta quæſtio eam quoq. inuoluiſſet. Æmilia verò ac Li-

cinia riualium multitudine celebrabantur, ſibique inuicem obtrectabant. Nam principio quidem cum paucis aliquot priuatim & clanculò quaſi cum ſolis coïbant. deinde verò & ipſæ quoſcunque gnaros atque indices ſceleris eſſe poſſe ſenſerant, ad ſilentij neceſſitatem commercio ſtupri tanquam auctoramento obligabant, & ij ipſi qui antea cum virginibus rem habuerant, id patienter ferebant, ne indignatione detegerentur. adeò vt & cum ſingulis & cum pluribus non priuatim modò, ſed & in propatulo concumberent, & Licinia quidem cum fratre Æmiliæ, Æmilia verò cum Liciniæ fratre conſuetudinem ſtupri haberent. Atque id flagitium tametſi iam diuturno temporis ſpatio perageretur, conſciis plurimis viris ac mulieribus, ingenuis ac ſeruis, nihilo minus diutiſſimè latuit: donec à Manio quodam, qui primus eius flagitij interpres atque adminiſter fuerat, indicatum eſt. Namque hic præcùm nec libertate, nec cæteris quæ ſperauerat præmiis, donatus fuiſſet, (& alioqui non modò ad conciliandum, ſed etiam ad calumnias rixaſque conſerendas aptiſſimus erat.)

Et hæc quidem ipſa per ſe maximam gloriam M. Druſo afferebant: cæterùm collatione facta cum C. Catonis clade, & quia moderato imperio exercitum rexerat, res illius geſtæ etiam ſupra veritatem efferebantur, maioremque ei laudem & gloriam peperêre.

Erat Marius vano & ſeditioſo ingenio ac turbulento, ac plebis quidē infimæ, (quippe qui plebeius eſſet,) perquā ſtudioſus, nobilitati verò infeſtiſſimus. dicere enim ac polliceri quidlibet, mentiri atque etiam pejerare vbi vtilitatem aliquam ſperaret, nunquā dubitabat. Iam calumniari optimū quemq. aut peſſimū laudare iuxta ludo habebat. Nullus verò mirari debet virum eiuſmodi ingenio, támque prauis artibus deditum, diutiſſimè latuiſſe.

θος ἐραστῶν ἔσχον, καὶ δι' ἀλλήλων ὑβρίζοντο. τὸ μὲν γὰρ πρῶτον ὀλίγοις τισὶν ἰδίᾳ καὶ δι' ἀπορρήτων ὡς καὶ μόνῳ ἑκάστῳ συνεγίγνοντο· ἔπειτα αὐταί τε πάντα τὸν καὶ ὑποπτεῦσαι μηνῦσαί τέ τι δυνάμενον ἐς σιωπὴν ἀναγκαίαν μισθῷ τῆς ὁμιλίας προκατελάμβανον. καὶ οἱ προδιειλεγμένοι σφίσι ταῦθ' ὁρῶντες ἔφερον, ἵνα μὴ καταφωρᾶσι τῇ ἀγανακτήσει γένωνται. ὥστε καὶ καθ' ἕνα καὶ κατὰ πολλοὺς τοῦτο μὲν ἰδίᾳ, τοῦτο δὲ καὶ κοινῇ τοῖς τε ἄλλοις ὁμιλεῖν, καὶ τῷ μὲν τῆς Αἰμιλίας ἀδελφῷ τὴν Λικιννίαν, τῷ δὲ ταύτης τὴν Αἰμιλίαν συνεῖναι. καὶ ταῦτα μὲν οὕτω γιγνόμενα ἐπὶ πλεῖστον ἔλαθεν. καὶ πολλῶν μὲν ἀνδρῶν, πολλῶν δὲ καὶ γυναικῶν, καὶ ἐλευθέρων, καὶ δούλων συγγιγνωσκόντων, ὅμως ὅπως ἐπὶ μακρότατον ἔλαθε· πρὶν δὴ Μάνιός τις ὅσπερ που καὶ τοῦ παντὸς κακοῦ πρῶτος καὶ ὑπηρέτης καὶ συνεργὸς ἐγεγόνει, κατεμήνυσεν αὐτό, ὅτι μήτε ἐλευθερίας, μήτ' ἄλλου μηδενὸς ὧν ἤλπισεν ἔτυχε. καὶ ἦν γὰρ οὐ * προσαγορεῦσαι μόνον, ἀλλὰ καὶ διαβάλλειν συγκροῦσαί τέ τινας δεινότατος.

f. προαγωγεῦ-

Ὅτι τῷ Μάρκῳ Δρούσῳ ἦν μέν που καθ' αὐτὰ ταῦτα δόξαν αὐτῷ φέροντα. πρὸς δὲ δὴ τὴν τοῦ Κάτωνος συμφορὰν, καὶ ὅτι καὶ ἐπιεικείᾳ πολλῇ πρὸς τοὺς στρατιώτας ἐχρήσατο, τήν τε κατόρθωσιν ἐπὶ πλεῖον τῆς ἀληθείας πεποιῆσθαι ἔδοξε, καὶ εὔκλειαν μείζω τῶν ἔργων ἐκτήσατο.

Ὅτι ὁ Μάριος, ἦν μὲν γὰρ καὶ τἄλλως, καὶ στασιώδης, καὶ ταραχώδης, καὶ παντὸς μὲν τοῦ συρφετώδους, ἀφ' οὗπερ καὶ ἐπεφύκει φίλος, παντὸς δὲ τοῦ γενναίου καθαιρέτης. καὶ γὰρ εἰπεῖν τι καὶ ὑποσχέσθαι καὶ ψεύσασθαι, καὶ ἐπιορκῆσαι, ἐν ᾧ πλεονεκτήσειν ἤλπιζεν, ἑτοιμότατα ἐτόλμα. τό τε συκοφαντῆσαί τινα τῶν ἀρίστων, καὶ τὸ ἐπαινέσαι αὖ τῶν κακίστων, ἐν παιδιᾷ ἐτίθετο. καί μοι μηδεὶς θαυμάσῃ εἰ τοιοῦτός τις ὢν ἐπὶ πλεῖστον ἔλαθεν ἐφ' οἷς ἐκακούργει

ἔκ τε γὰρ τῆς περιτεχνήσεως καὶ ἐκ τῆς τύχης, ᾗ παρ᾽ ἅπαν τὰ πρῶτα ἀγαθῇ ἐχρήσατο, καὶ ἀρετῆς δόξαν ἐκτήσατο.

Ὅτι τὸν Μέτελλον καὶ δι᾽ ἐκεῖνο ῥᾷον διαβάλλειν ὁ Μάριος ἠδυνήθη, ὅτι ὁ μὲν ἔν τε τοῖς εὐπατρίδαις ἐξητάζετο, καὶ τὰ τοῦ πολέμου ἄριστα διεχείριζεν, αὐτὸς δὲ ἐξ ἀφανεστάτου καὶ ἀδηλοτάτου ἐς τὸ μέσον παριέναι ἤρχετο. (οἱ γὰρ πολλοὶ ἑτοίμως τὸν μὲν ὑπὸ τοῦ φθόνου καθῄρουν, τὸν δὲ πρὸς τὰς ἐπαγγελίας ηὖξον.) καὶ μάλισθ᾽ ὅτι ἐλογοποιήθη τὸν Μέτελλον παραμυθίᾳ τότε πρὸς τὰς ἀρχαιρεσίας τῷ Μαρίῳ εἰπεῖν, ὅτι ἀγαπᾷν ὀφείλεις ἂν μετὰ τοῦ υἱέος μου (μειράκιον δ᾽ ἐκεῖνο ἦν) ὑπατεύσῃς.

Ὅτι τῷ Μετέλλῳ ἤχθετο ὁ Μάριος, ὅτι μήτε τοὺς αὐτομόλους, μήτε φρουρὰν στρατιωτῶν Ῥωμαίων αἰτήσας παρ᾽ αὐτοῦ ἔλαβεν, ἢ καὶ ὅτι ἐγγὺς αὐτοῦ οὐκ ἐκαθέζετο· ὅπερ ὡς πλήθει τοῖς τε βασιλεῦσι, καὶ τοῖς δυνάσταις παρὰ τὸν ὑπάτων ἐδίδοτο.

Ὅτι Τόλωσαν πρότερον μὲν ἔνσπονδον οὖσαν τοῖς Ῥωμαίοις, στασιάσασαν δὲ πρὸς τὰς τῶν Κίμβρων ἐλπίδας, ὡς καὶ τοὺς φρουροὺς δεθῆναι, προκατέσχον νυκτὸς ἐξαπίνης ὑπὸ τῶν ἐπιτηδείων ἐσαχθέντες, καὶ τὰ ἱερὰ διήρπασαν, καὶ ἄλλα χωρὶς χρήματα πολλὰ ἔλαβον· τὸ γὰρ χωρίον ἄλλως τε παλαιόπλουτον ἦν, καὶ τὰ ἀναθήματα ἅ ποτε οἱ Γαλάται οἱ μετὰ Βρέννου στρατεύσαντες ἐκ τῶν Δελφῶν ἐσύλησαν εἶχεν. οὐ μέν τοι ἀξιόλογόν τι ἀπ᾽ αὐτῶν τοῖς οἴκοι Ῥωμαίοις περιεγένετο, ἀλλ᾽ αὐτοὶ ἐκεῖνοι τὰ πλείω ἐσφετερίσαντο. καὶ ἐπὶ τούτῳ συχνοὶ εὐθύνθησαν.

Ὅτι ὁ Σερουίλιος ὑπὸ τοῦ πρὸς τὸν συνάρχοντα φθόνου τὰ μὲν ἄλλα ἐξ ἴσου οἱ ἐπετέτραπτο, τῷ δὲ δὴ ἀξιώματι οἷα ὑπατεύοντος αὐτοῦ ἠλαττοῦτο. πολλῶν δὲ κακῶν αἴτιος τῷ στρατεύματι ἐγένετο. καὶ μετὰ θάνατον Σκαύρου

Etenim arte quadam & induſtria, ac præterea fortuna qua ab initio ſecundiſſima eſt vſus, virtutis etiam famam ſibi comparauit.

Cæterùm Mario vberior facultas calumniandi Metelli inde ſuppetebat, quod Metellus ſtirpe patricia genitus, belli gerendi artibus præſtabat. ipſe verò genere obſcuro atque ignobili recens emergere in lucem cœperat. Plerique enim præ inuidia Metellum quidem deprimebant, Marium verò ob ea quæ magnificè pollicitabatur, ornabant. maximè cùm fama eſſet Mario Romam ad comitia proficiſcenti Metellum dixiſſe, ſatis illum maturè cum filio ſuo (is tum admodum adoleſcens erat) Conſulatum adepturum.

Erat Gauda infenſus Metello, tum quod neque Numidas transfugas, nec pręſidium militum Rom. quos cuſtodiæ cauſa à Metello petierat, impetrauerat: tum etiam quod ſellam iuxta ſe ponere Metellus eum vetuerat. qui honos Regibus ferè ac Dynaſtis haberi à Conſulibus ſolebat.

Cùm Toloſates ſocij ac fœderati populi Romani ſpe ac pollicitationibus Cimbrorum concitati milites Romani qui præſidio erant, in vincula conjeciſſent, noctu repentè introducti ab amicis Romani, vrbem occuparunt, & fana diripuerunt, aliáque innumerabili pecunia ſunt potiti. quippe ea ciuitas iam inde ab antiquis temporibus opulentiſſima, ac præterea donariis quæ olim Galli duce Brenno in Græciam profecti, è Delphico templo abſtulerant, ornata erat. Neque tamen grande aliquod emolumentũm publico ærario populi Romani inde acceſſit. Sed pleraque ab iis ipſis qui oppidum ceperant, interuerſa ſunt. quare poſtmodum grauiſſimæ quæſtiones de peculatu in vrbe ſunt habitæ.

Q. Seruilius Cæpio cùm imperio quidẽ par, dignitate verò inferior eſſet Cn. Mallio, vtpote Conſule, prę inuidia atq. æmulatione, ingentiũ malorũ auctor fuit exercitui Romano. Nam cùm Mallius poſt cędẽ Æmilij Scauri

cum ad ſe euocaſſet, principio quidem reſpondit ſuam quemq. prouinciã tueri debere: veritus deinde ne Mallius rem per ſe ipſe proſperè gereret, hanc ei gloriam inuidit; proinde caſtra quidem ad Conſulem mouit. ſed neque exercitum ſuum iiſdem cum eo caſtris coniungere, nec cõſilium de rerum ſumma ſimul capere ſuſtinuit. verùm vt prior ipſe decertaret cum Cimbris, & gloriã confecti belli integram referret, media inter Mallium ac Cimbros caſtra poſuit. Ac primò quidem nondum comperta diſſenſione ducum formido Cimbros inceſſerat, adeò vt pacem vltrò poſtularent. Sed cùm caduceatorẽ ad Mallium Coſ. miſiſſent, Seruilius indignari cœpit quòd non ad ſe potiùs legatio miſſa eſſet. Itaque nec benignum vllum de pace reſponſum dedit, minimumque abfuit quin legatos interficeret.

Tandem verò milites Seruilium coëgerunt vt cum Mallio caſtra coniungeret, & in commune conſuleret. verùm enimverò tantum abeſt vt inter ſe conſenſerint, quin potius acrioribus quàm antè odiis ex eo congreſſu exarſere, & ad contentiones & conuicia effuſi, turpiter è concilio diſceſsêre.

Cn. Domitius cùm M. Scaurum ad iudicium populi vocaſſet, Scaurique ſeruus ad eum veniens, multa in dominum crimina delaturum ſe eſſe promitteret, non tamen ei aurem commodauit, ſed comprehenſum protinus Scauro tradidit.

P. Licinius Nerua, qui Prætor Siciliam adminiſtrabat, cùm nimia atrocitate ſeruos à dominis tractari cerneret, aut certè lucrandi occaſionem inquireret, (erat enim ille haudquaquam ſumma integritate) propoſitis edictis cunctos qui de dominis ſuis quererentur, adeundi ſui copiam fecit, auxilium iis pollicitus. Itaque plurimi ex tota inſula adfuêre ſerui, quorum alij ſeſe à dominis iniuriâ affici aiebant: alij alia heris obijciebant, opportunitatem ſibi oblatam rati, id quod iamdudum moliebantur in dominos citra periculum exequendi. Contrà domini iunctis ſimul viribus obſiſtebant ſeruis,

τὸν

τὸν Σερουΐλιον μετεπέμψατο. ὁ δὲ ἀπεκρίνατο τὴν ἑαυτοῦ ἑκάτερον δεῖν φυλάττειν. εἶτα ἐλπίσας τὸν Μάλλιον καθ' ἑαυτόν τι κατορθώσειν ἐφθόνησεν αὐτῷ μὴ μόνος εὐδοκιμήσῃ. καὶ ἦλθε μὲν πρὸς αὐτόν, οὔτε δὲ ἐν τῷ αὐτῷ χωρίῳ ηὐλίσατο, οὔτε τι βούλευμα κοινὸν ἐποιήσατο. ἀλλ' ὡς καὶ πρότερος αὐτοῦ τοῖς Κίμβροις συμμίξων, τήν τε δόξαν τοῦ πολέμου πᾶσαν ἀποισόμενος ἐν μέσῳ ἱδρύθη. καὶ τὸ μὲν πρῶτον * φοβεροὶ καὶ ὡς τοῖς πολεμίοις, μέχρι οὗ ἡ διαφορὰ αὐτῶν ἐλάνθανεν, ἐγίγνοντο, ὥς καὶ ἐς ἐπιθυμίαν σπονδῶν αὐτοὺς προαγαγεῖν. ὡς δὲ πρὸς Μάλλιον ὑπατεύοντα διεκηρυκεύσαντο, ὁ Σερουΐλιος ἠγανάκτησεν, ὅτι μὴ πρὸς ἑαυτὸν ἐπρεσβεύσαντο· καὶ οὔτε τι συμβατικὸν ἀπεκρίνατο, ὀλίγου τε καὶ τοὺς πρεσβευτὰς διέφθειρεν. mſ. φου- σφοί.

Ὅτι οἱ στρατιῶται τὸν Σερουΐλιον ἠνάγκασαν πρὸς Μάλλιον ἐλθεῖν, καὶ μετ' αὐτοῦ βουλεύσασθαι περὶ τῶν παρόντων. τοσοῦτον δὲ ὁμοφρονῆσαι ἐδέησαν, ὥστε καὶ ἐχθίους ἢ πρόσθεν ἦσαν ἐκ τῆς συνουσίας ἐγένοντο. ἔς τε γὰρ φιλονεικίαν καὶ λοιδορίας προσαχθέντες, αἰσχρῶς διελύθησαν.

Ὅτι Γναῖος Δομίτιος δίκην τῷ Σκαύρῳ λαχών, ἔπειτα ἐπεὶ τῶν οἰκετῶν τις προσελθὼν αὐτῷ πολλὰ καὶ χαλεπὰ κατὰ τοῦ δεσπότου μηνύσειν ὑπέσχετο, οὐκ ἐπολυπραγμόνησε, καὶ προσέτι συλλαβὼν αὐτὸν παρέδωκε τῷ Σκαύρῳ.

Ὅτι Πούπλιος Λικίννιος Νερούας στρατηγῶν ἐν τῇ νήσῳ, καὶ μαθὼν ὅτι οὐκ ἐν δίκῃ τινὰ περὶ τοὺς δούλους γίγνοιτο, ἢ καὶ λημμάτων ἀφορμὰς ζητῶν (καὶ γὰρ ἦν οὐκ ἄδωρος) περιήγγελλεν ἀφικνεῖσθαι πρὸς ἑαυτὸν πάντας τοὺς αἰτιωμένους τι τοὺς δεσπότας σφῶν, ὡς καὶ βοηθήσων αὐτοῖς. ἐξ οὗ τούτου καὶ ἐκείνων τε πολλοὶ συνιστάμενοι, οἱ μὲν ἀδικεῖσθαί τι ἔλεγον, οἱ δὲ καὶ ἄλλο τι τοῖς δεσπόταις ἐνεκάλουν, νομίζοντες * καιρὸν εἰληφέναι τοῦ πάντα ὅσα ἐβούλοντο αὐτοὺς ἀναιμωτεὶ διαπράξασθαι· καὶ οἱ ἐλεύθεροι συμφρονήσαντες αὐ- deeſt in mſ.

ἥπτοντο σφίσι, καὶ οὐδαμοῦ ἠφίεντο. φοβηθεὶς οὖν ὁ Λικίννιος τὴν σύστασιν αὐτῶν ἑκατέρων, μὴ καὶ μέγα τι δεινὸν ὑπὸ τῶν ἐλευθερωθέντων γένηται, οὐδένα τῶν δούλων προσεδέξατο. ἀλλ' ἀπέπεμψεν αὖθις ὡς μηδὲν κακὸν πεισομένους, ἢ μηδέν γ' ἐπιταράξαι τοῖς διασκεδασθεῖσαι δυνησομένους. οἱ δὲ δείσαντες τοὺς δεσπότας, ὅτι καὶ τὴν ἀρχὴν ἐπικαλέσαι τι αὐτοῖς ἐτόλμησαν, συνεστράφησαν καὶ κοινολογησάμενοι πρὸς λῃστείας ἐτράποντο.

Ὅτι τῶν βαρβάρων ἡττημένων, καὶ συχνῶν ἐν τῇ μάχῃ πεσόντων, ὀλίγοι διεσώθησαν. ἐφ' ᾧπερ ὁ Μάριος τούτους παραμυθούμενός τε ἅμα καὶ ἀμειβόμενος πᾶσαν αὖθις τὴν λείαν ἐπευωνίσας ἀπέδοτο, ὅπως μηδὲν δόξῃ προῖκα κεχαρίσθαι. καὶ ἀπ' αὐτῶν ὁ Μάριος καίπερ ἐν τῷ πλήθει μόνῳ πρότερον, ὅτι ἐξ αὐτοῦ γεγονὼς ἦν, καὶ ὅτι ὑπ' αὐτοῦ ηὔξητο, εὖ φερόμενος, τότε καὶ τοὺς εὐπατρίδας ὑφ' ὧν ἐμισεῖτο ἐξενίκησεν, ὥστε πρὸς πάντων ὁμοίως καὶ ἐπαινεῖσθαι. τήν τε ἀρχὴν καὶ ἐς τὸ ἐπιὸν ἔτος, ὅπως καὶ τὰ λοιπὰ προσκατεργάσηται, παρ' ἑκόντων καὶ ὁμογνωμονούντων αὐτῶν ἔλαβεν.

Ὅτι ὡς ἅπαξ ἐπέσχον πολὺ τοῦ θυμοῦ οἱ Κίμβροι παρελύθησαν, κἀκ τούτου καὶ ἀμβλύτεροι καὶ ἀσθενέστεροι, καὶ ταῖς ψυχαῖς καὶ τοῖς σώμασιν ἐγένοντο. αἴτιον δὲ ὅτι ἔν τε οἰκίαις ἐκ τῆς πρόσθεν ὑπαιθρίου διαίτης κατέλυον, καὶ λουτροῖς θερμοῖς ἀντὶ τῆς πρόσθεν ψυχρολουσίας ἐχρῶντο, καρυκείας τε καὶ ἡδυσμάτων ἐπιχωρείων διεπίμπλαντο, κρέα πρότερον ὠμὰ σιτούμενοι, καὶ τῷ οἴνῳ τῇ τε μέθῃ καταχορεῖς παρὰ τὸ ἔθος ἐγίγνοντο. ταῦτα γὰρ τό τε θυμοειδὲς αὐτῶν πᾶν ἐξέκοψε, καὶ τὰ σώματα ἐθήλυνεν, ὥστε μήτε τοὺς πόνους ἔτι, μήτε τὰς ταλαιπωρίας, μὴ καῦμα, μὴ ψῦχος, μὴ ἀγρυπνίαν φέρειν.

Ὅτι οἱ Μεσσήνιοι νομίσαντες μηδὲν δεινὸν πείσεσθαι . .

neque vllatenus iis cedebant. Quamobrem Licinius vtramque factionem veritus, ne fortè ab iis qui cauſa cecidiſſent, graue aliquid patraretur, nullius ſerui poſtulationem admiſit, ſed omnes tanquam nulla iniuria in poſterum afficiendos dimiſit, eo conſilio vt diſiuncti ac diſſipati nullum excitare tumultum poſſent. Verùm illi metu dominorum quos apud Prætorem accuſare auſi fuiſſent, coniuratione inter ſe facta, ad latrocinia conuerſi ſunt.

Victis Barbaris, cùm plurimi illorum in prælio deſiderati, pauci admodum fuga ſeruati eſſent, Marius vt milites ſimul ſolatio, ſimul præmio aliquo proſequeretur, omnem eis prædam viliſſimo pretio addixit, ne quid gratuitò donare videretur. Quibus geſtis C. Marius cùm antea à plebeiis duntaxat hominibus, à quibus ortus auctuſque ampliſſimis honoribus fuerat, celebraretur, tunc temporis ab ipſis etiam nobilibus, quibus odio erat, teſtimonium virtutis extorſit: adeò vt omnium conſenſu ſummis laudibus efferretur, & ab omnibus vnum idemque ſpirantib. quo reliquias belli conficeret, conſulatus ei in ſequentem annum mandaretur.

Cimbri poſtquam impetus eos deſtituit, ſenſim reſedêre, atque inde tardiores infirmioreſque animo & corpore euasêre. Cauſa erat; quod qui antea ſub dio agere conſueuiſſent, tunc in tecta diuerſabantur; & aquis calidis vtebantur, cùm anteà frigida lauari ſoliti eſſent. adhæc condimentis ac ſcitamentis peregrinis ſeſe ingurgitabant, antehac crudas carnes eſitare ſoliti. Denique vino & crapula præter conſuetudinem madebant. His enim rebus & impetus omnis animorum eneruatus, & corpora illorum effæminata ſunt, adeò vt nullum laborem, nullam moleſtiam, non æſtum, non frigus, non vigiliam perferre poſſent.

Mamertini opes ſuas ac precioſiſſima quęque in vrbem

Meſſanam contulêre, rati ſe à fugitiuorum incurſionibus tutiſſimos fore. quod poſtquam Athenioni compertum eſt, (hic Cilicia ortus, maximam auctoritatem inter latrones obtinebat) obſeruato die quo ſolenne ſacrum publicè in ſuburbiis agebant, in eos irruit, plurimóſque eorum hac illac diſperſos interfecit, minimúmque abfuit quin vrbem ipſam impetu caperet. cæterùm occupato quodam loco, qui Macella dicitur, eóque munito, agrum Mamertinum latè vaſtabat.

P. Furium in iudicium populi vocatum ob ea quæ in Tribunatu geſſerat, populus Romanus in ipſo Comitio diſcerpſit, extremo ſupplicio digniſſimum illum quidem. (Erat enim ſeditioſus, & cùm à Saturnini & Glauciæ partibus primùm ſteriſſet, poſtea ad contrariam factionem transfugerat, illóſque oppugnauerat,) ſed tamen quem eiuſmodi nece perire haudquaquam deceret. Atque id quidem ei viro meritò vtique contigiſſe videbatur.

P. Rutilius, vir integerrimus, iniquiſſimè damnatus eſt. In iudicium autem vocatus erat factione atque inſidiis equitum, quaſi legatus Q. Mucij munera accepiſſet. damnato lis pecunia æſtimata eſt. quod quidem idcircò ab equitibus infenſis eſt paſſus, quod eos in exigendis vectigalibus multa præter fas actitantes, ipſe cum Mucio Procoſ. coërcuerat.

Cęterùm Rutilius conſtantiſſimè cauſam dixit, eámque orationem habuit, quam virum bonum calumnia appetitum, ac longè plus Reip. quàm ſuam ipſius vicem miſerantem decebat. damnatus nihilominus, bonis protinus ceſſit. quo maximè declaratum eſt eum alienum ab eiuſmodi crimine fuiſſe. Multò enim minus ex vniuerſis eius bonis redactum eſt, quàm ex Aſia rapuiſſe ab accuſatoribus dicebatur, eáque omnia iuſtis ac legitimis titulis ad ſe perueniſſe demonſtrabat. Ita Rutilius iniuſto iudicio per calumniam ſuccubuit, eiúſq. damnationis inuidiam inter cæteros tulit C. Marius. quippe cui

πάντα τὰ πλείστου ἄξια καὶ τιμιώτατα ἐκεῖσε ὑπεξέθεντο. μαθὼν δὲ τοῦτο Ἀθηνίων (ὅσπερ που τὸ μέγιστον κράτος τῶν ληστευόντων Κίλιξ ὢν εἶχεν) ἐπέθετο αὐτοῖς δημοτελῆ τινα ἑορτὴν ἐν τῷ προαστείῳ ἄγουσι· καὶ ἐκείνων τε πολλοὺς σκεδασθέντας ἀπέκτεινε, καὶ τὴν πόλιν ὀλίγου κατὰ κράτος εἷλεν. χωρίον δέ τι Μάκελλαν ἐνερκὲς τειχισάμενος ἰσχυρῶς τὴν γῆν ἐκακούργει.

Ὅτι Πούπλιον Φούριον γραφέντα ἐφ' οἷς δημαρχήσας ἐπεποιήκει, ἀπέκτειναν ἐν αὐτῇ τῇ ἐκκλησίᾳ οἱ Ῥωμαῖοι, ἀξιώτατον μὲν που ἀπολέσθαι ὄντα (καὶ γὰρ ταραχώδης ἦν, καὶ τῷ Σατουρνίνῳ καὶ τῷ Γλαυκίᾳ πρώτοις συστὰς μετεβάλετο, καὶ πρὸς τοὺς ἀντιστασιώτας αὐτῶν αὐτομολήσας σφίσι συνεπέθετο) οὐ μέντοι καὶ προσήκοντα τούτῳ τῷ τρόπῳ φθαρῆναι. καὶ τοῦτο μὲν ἐν δίκῃ δή τινι γεγονέναι ἔδοξεν.

Ὅτι τοῦ Ῥουτιλίου ἀγαθοῦ ὄντος ἀνδρὸς ἀδικώτατα κατεψηφίσαντο. ἐσήχθη γὰρ ἐς δικαστήριον ἐκ κατασκευασμοῦ τῶν ἱππέων ὡς δωροδοκήσας Κυίντῳ Μουκίῳ, καὶ ἐζημιώθη ὑπ' αὐτῶν χρήμασι. ταῦτα δὲ ἐποίησαν θυμῷ φέροντες, ὅτι πολλὰ περὶ τὰς τελωνείας πλημμελοῦντας ἐπέσχεν.

Ὅτι ὁ Ῥουτίλιος ἀπελογήσατο μὲν γενναιότατα, καὶ οὐδὲν ὅτι οὐκ εἶπεν, ὧν ἀνὴρ ἀγαθὸς συκοφαντούμενος, καὶ πολὺ πλεῖον τὰ τῶν κοινῶν ἢ τὰ ἑαυτοῦ ὀδυρόμενος φθέγξαιτο. ἑάλω δέ, καὶ τῆς γε οὐσίας εὐθὺς ἐξέστη. ἐξ οὗπερ οὐχ ἥκιστα ἐφωράθη μηδέν οἱ προσήκουσαν καταδίκην ὀφλήσας. πολλῷ τε γὰρ σμικρότερα κεκτημένος εὑρέθη, ἢ οἱ κατήγοροι ἐκ τῆς Ἀσίας αὐτὸν ἐσφετερίσθαι ἐπεκάλουν· καὶ πάντα ἐκεῖνα ἐς δικαίας καὶ νομίμους ἀρχὰς τῆς κτήσεως ἀνήγαγεν. οὕτω μὲν ἐπηρεάσθη· καί τινα ὁ Μάριος αἰτίαν τῆς ἁλώσεως αὐτοῦ ἔσχεν. ἀρίστῳ γὰρ καὶ εὐδοκιμωτάτῳ

αὐτῷ ὄντι ἐβαρύνετο. διόπερ καὶ ἐκεῖνος τῶν τε πραττομένων ἐν τῇ πόλει καταγνοὺς, καὶ ἀπαξιώσας τοιούτῳ ἔτι ἀνθρώπῳ συζῆσαι ἐξεχώρησε μηδενὸς ἀναγκάζοντος, καὶ ἐς αὐτήν γε τὴν Ἀσίαν ἐλθὼν τέως μὲν ἐν Μιτυλήνῃ διῆγεν· ἔπειτα ἐκείνης ἐν τῷ Μιθριδατικῷ πολέμῳ κακωθείσης ἐς Σμύρναν μετῳκίσθη. κἀνταῦθα κατεβίω, οὐδὲ ἠθέλησεν ἐπανελθεῖν οἴκαδε. καὶ οὐδέν γε παρὰ τοῦτο ἧττον, οὔτε ἐν εὐκλείᾳ, οὔτε ἐν περιουσίᾳ ἐγένετο· πολλὰ μὲν γὰρ αὐτῷ καὶ ὁ Μούκιος, πλεῖστα δὲ καὶ δῆμοι καὶ βασιλεῖς ὅσοι ποτε ἐπεπείραντο αὐτοῦ ἐχαρίσαντο, ὥστε πολὺ πλείω αὐτὸν τῆς ἀρχαίας οὐσίας ἔχειν.

Οτι ὁ υἱὸς ὁ τοῦ Μετέλλου οὕτω καὶ ἰδίᾳ, καὶ δημοσίᾳ πάντας παρὰ τοῦ τὸν πατέρα κατελθεῖν ἱκέτευεν, ὥστε καὶ Πῖος, τοῦτ' ἔστιν, εὐσεβὴς ἐπονομασθῆναι.

Οτι ὁ Φούριος ἔχθραν τῷ Μετέλλῳ οὕτως ἔσχεν, ὅτι τὸν ἵππον αὐτοῦ τιμητεύων ἀφείλετο. ἦσαν γὰρ καὶ ἄλλοί τινες στασίαρχοι· ὃ δὲ δὴ πλεῖστον κράτος τῶν μὲν Μάρκος, τῶν δὲ Κόϊντος εἶχον, δυναστείας τε ἐπιθυμηταὶ, καὶ φιλοτιμίας ἄπληστοι, καὶ ἀπ' αὐτῶν, καὶ ἐς τὸ φιλόνεικον προπετέστατοι ὄντες. καὶ ταῦτα μὲν ἐκ τοῦ ὁμοίου ἐκέκτηντο· προέφερεν δὲ Δροῦσος μὲν τῷ γένει καὶ τῷ πλούτῳ, τῇ τε ἐς τοὺς ἀεὶ δεομένους αὐτοῦ ἀφθόνως ἀναλώσει. ὁ δὲ τῷ τε θράσει πολλῷ καὶ τῇ τόλμῃ, ταῖς τε παρεπιβουλαῖς, καὶ ταῖς ὑπ' αὐτὰ τὰ πράγματα κακοηθείαις· ὅθεν οὐκ ἀπεικότως τὰ μὲν ἐκ τῶν ὁμοίων, τὰ δὲ ἐκ τῶν διαφόρων ἀντίρροποι τρόπον τινα ἀλλήλοις ὄντες, τὴν στάσιν ἐπιπλεῖστον ἤγειραν, ὥστε αὐτὴν καὶ ἀποθανόντων αὐτῶν μεῖναι.

Οτι ὁ Δροῦσος καὶ ὁ Καιπίων ἰδίαν ἀλλήλοις ἔχθραν ἐκ φιλίας πολλῆς καὶ γάμων ἐπαλλαγῆς ποιησάμενοι, καὶ ἐς τὰ πολιτικὰ αὐτὴν προήγαγον.

eius viri virtus & exiſtimatio grauis moleſtáque eſſet. Quamobrem Rutilius cùm ea quæ in vrbe gerebantur, improbaret, nec cum eiuſmodi homine verſari ac degere ampliùs vellet, ſponte in exilium abiit, & profectus in Aſiam, principio quidem Mitylenis vixit. Ea verò poſtmodum vrbe bello Mithridatico vaſtata, Smyrnam conceſſit. ibique reliquum egit vitæ, neque in patriam redire vnquam voluit. Cæterùm nihilo inde plus priſtina illius gloria opéſque imminutæ fuêre. Neque enim ſolùm Q. Mucius, ſed ciuitates etiam ac Reges, quotquot eius beneficiis antehac erant vſi, plurima illi donauerunt. adeò vt longè plura poſſideret, quàm ante exilium in bonis habuerat.

Q. Metellus, Quinti filius, tanta ſollicitudine & cura cùm priuatim, tum publicè de reditu patris omnes interpellauit, vt ea ex cauſa Pius ſit cognominatus.

Furius infenſus erat Metello, quod is cenſor equum publicum ipſi ademerat. Erant verò & alij complures ſeditionis auctores, ſed principē obtinebant locum, inter hos quidem M. Druſus, inter illos verò Q. Cæpio, ambo cupidiſſimi dominationis, & immenſæ cuiuſdam ambitionis. ideóque ad contentiones promptiſſimi. Et hęc quidem in vtroque paria fuêre. Cæterùm Drúſus quidem ſplendore generis & opibus & prolixa in omnes à quibus eſſet rogatus, liberalitate, multùm præſtabat. At Cæpio confidentia & audacia, & cùm in comparandis multò antè inſidiis, tum in ipſo rei agendæ diſcrimine maiore malitia erat. Igitur illi partim ex ſimilibus, partim ex diuerſis virtutibus ac vitiis quodammodo pares cùm eſſent, minimè mirum eſt ſi tantam ſeditionem excitauerunt, vt etiam poſt obitum illorum permanſerit.

M. Liuius Druſus, & Q. Seruilius Cæpio, cùm ex maxima amicitia ac coniugiorum permutatione priuatas inimicitias ſuſcepiſſent, eas ad Rempublicam vſque protulerunt.

P. Rutilius Lupus Conſul, cùm viros nobiles quos ſecum in exercitu habebat, conſilia ſua hoſtibus prodere ſuſpicaretur, literas de iis ad Senatum dedit priuſquam de ea re quidquam certius inquiſiiſſet. quo facto illos, qui alioqui ob ſeditiones vrbanas ægris mentibus erant, concitauit; ac tumultus fortè grauior fuiſſet, niſi deprehenſum eſſet Marſos Romanis coniunctos pabulatoribus, in caſtra pro ſociis ingredi ſolere, ibique cuncta quæ agerentur dicerentúrve, explorata ſuis renunciare. Ita demùm ſuccenſere nobilibus ac patriciis milites deſiêre.

C. Marius cùm Rutilium Lupum, quamuis propinquum, ſuſpectum haberet, eiuſque inuideret gloriæ, ſimul ſperans ſe vtpote ſolum idoneum huic conficiendo bello, ſeptimum Conſulem creatum iri, conſilium ei dedit vt bellum traheret: ſibi enim annonam minimè defuturam. hoſtes verò, quippe in quorum agro bellum gereretur, diutiùs obſiſtere haudquaquam valituros.

Picentes, eos qui ſocietatem defectionis coïre recuſauerant, ſubegerunt, eiſque in amicorum conſpectu omni contumeliæ genere illuſerunt. mulieribus etiam capillos cum ipſa ſimul pelle auulſerunt.

L. Porcius Cato cùm maximam partem vrbanum, ac præ ætate inualidum haberet militem, cæteris quoque rebus parum valebat. Cúmque aliquando milites obiurgare auſus fuiſſet, quod nec laborem militarem ferrent, nec alacriter imperata facerent, pænè eorum lapidatione eſt obrutus, periiſſétque haud dubiè, ſi lapidum copia ſuppetiiſſet. Sed quoniam locus, fortè in quo conuenerant, exaratus erat atque vliginoſus, nihil glebarum iactus ei nocuit. Cæterùm C. Titius ſeditionis auctor, vir in foro verſari, cauſiſque actitandis vitam tolerare ſolitus, nimiámque in dicendo libertatem impudentiſſimè vſurpans, comprehenſus & Romam ad Tribunos perductus eſt, non tamen flagitij pœnas dedit.

Ὅτι

Ὅτι ὁ Λούπος τοὺς εὐπατρίδας τοὺς συστρατευομένους οἱ, ὡς καὶ τὰ βουλεύματα αὐτοῦ τοῖς ἐναντίοις ἐξαγγέλλοντας ὑποτοπήσας ἐπέστειλε περὶ αὐτῶν τῇ βουλῇ, πρίν τι α.... κἀκ τούτου οὐδ' ἄλλως σφᾶς ὑπὸ τῆς στάσεως ἔχοντας ἔτι καὶ μᾶλλον συνέβαλε. κἂν ἐπὶ πλεῖον ἐταράχθησαν, εἰ μή τινες τῶν Μαρσῶν ἐφωράθησαν ἀναμιγνύμενοί τε τοῖς προνομεύουσι τῶν Ῥωμαίων, καὶ ἐς τὸ τάφρευμα ὡς καὶ σύμμαχοι σφῶν συνεσιόντες, καὶ πολυπραγμονοῦντες τὰ ἐν αὐτῷ καὶ λεγόμενα καὶ δρώμενα, καὶ τοῖς σφετέροις ἐξαγγέλλοντες. καὶ οὕτως ὀργιζόμενοι τοῖς εὐπατρίδαις ἐπαύσαντο.

Ὅτι ὁ Μάριος ὑποτοπήσας τὸν Λούπον καίπερ συγγενῆ ὄντα, φθόνῳ τε καὶ ἐλπίδι τοῦ καὶ ὕπατον ἕβδομον, ὡς καὶ μόνον αὖ τὰ παρόντα κατορθώσαντα ἀποδειχθῆναι, τρίβειν ἐκέλευε. σφᾶς μὲν γὰρ καὶ τὰ ἐπιτήδεια ἕξειν ἔλεγεν, ἐκείνους δ' οὐ δυνήσεσθαι ἐπιπλεῖον ἅτε τοῦ πολέμου ἐν τῇ χώρᾳ αὐτῶν ὄντος αὐταρκέσαι.

Ὅτι οἱ Πικέντες τοὺς μὴ συναποστάντας σφίσιν ἐχρώσαντο, καὶ τούτοις ἐν ἐπόψει τῶν φίλων ἐνύβριζον, καὶ τῶν γυναικῶν τὰς κόμας σὺν τῷ δέρματι ἐκ τῶν κεφαλῶν ἀπέσπασαν.

Ὅτι ὁ Κάτων τὸ ἀστικὸν καὶ ἀφηλικέστερον τὸ πλεῖον τοῦ στρατοῦ ἔχων, ἐς τὰ ἄλλα ἧττον ἔῤῥωτο· καί ποτε ἐπιτιμῆσαί σφισιν, ὅτι μήτε τὰ παραγγελλόμενα προθύμως ἤθελον, ἐπιτολμήσας ὀλίγου κατεχώσθη βληθεὶς ὑπ' αὐτῶν, καὶ ἐτεθνήκει γ' αὖ εἰ λίθων εὐπορήκεσαν. ἐπεὶ δὲ τὸ χωρίον, ἐν ᾧ συνελέχατο, ἐγεώργητο, καὶ δίυγρον κατὰ τύχην ἦν, οὐδὲν ὑπὸ * βολῶν ἔπαθεν. συνελήφθη δὲ ὁ τῆς στάσεως ἄρξας Γάϊος Τίτιος ἀνὴρ ἀγοραῖος καὶ ἐκ δικαστηρίων τὸν βίον ποιούμενος, τῇ τε παρρησίᾳ μετὰ ἀναισχυντίας καταχορῆ χρώμενος. καὶ ἐς τὸ ἄστυ ἐς τοὺς δημάρχους ἐπέμφθη, οὐκ ἐκολάσθη δέ.

* ms. βόλ.

Ὅτι πάντες τοὺς Ῥωμαίους ἐφόνευον κελεύσαντος Μιθριδάτου οἱ Ἀσιανοί· πλὴν καθόσον Τραλλιανοὶ οὐδένα ἀπέκτειναν, Θεόφιλον δέ τινα Παφλαγόνα ἐμισθώσαντο, ὥσπερ που ἧττον σφῶν ἀπόλλυσθαι μελλόντων, ἢ καὶ διαφέρειν αὐτοῖς ὑφ' ὅτου σφαγήσοιντο.

Ὅτι οἱ Θρᾷκες ἀναπεισθέντες ὑπὸ τοῦ Μιθριδάτου τήν τε Ἤπειρον καὶ τἄλλα τὰ μέχρι τῆς Δωδώνης κατέδραμον, ὥστε καὶ τὸ τοῦ Διὸς ἱερὸν συλῆσαι.

Ὅτι ὁ Κίννας ἐπειδὴ τάχιστα τὴν ἀρχὴν παρέλαβεν, οὐδὲν οὕτω τῶν πάντων ἐσπούδασεν, ὡς καὶ τὸν Σύλλαν ἐκ τῆς Ἰταλίας ἐκβαλεῖν, πρόφασιν μὲν τὸν Μιθριδάτην ποιησάμενος, ἔργῳ δὲ ἐπιθυμήσας αὐτὸν ἀπαρτῆσαί οἱ, ὅπως μὴ ἐγγύθεν ἐφεδρεύων ἐμποδὼν πρὸς ἃ ἔπραττε γίγνηται. καίτοι τοῦ Σύλλου σπουδὴ ἀποδέδεικτο, καὶ οὐδὲν ὅ τι οὐ κατὰ γνώμην αὐτοῦ πράξειν ὑπέσχετο. ὁ γὰρ Σύλλας τήν τε ἀνάγκην τοῦ πολέμου ὁρῶν καὶ τῆς δόξης αὐτοῦ γλιχόμενος, τά τε ἄλλα τὰ οἴκοι πρὸς τὸ ἐπιτηδειότατον ἑαυτῷ πρὶν ἐξορμηθῆναι κατεστήσατο, καὶ τὸν Κίνναν Γναῖόν τέ τινα Ὀκταούιον διαδόχους ἀπέφηνεν, ἐλπίσας μάλιστα ἂν οὕτω καὶ ἀπὼν ἰσχύσαι. τοῦτον μὲν γὰρ ἐπί τε ἐπιεικείᾳ ἐπαινούμενον ἠπίστατο, καὶ οὐδὲν παρακινήσειν ἐνόμιζεν. ἐκεῖνον δὲ εὖ μὲν ἤδει κακὸν ἄνδρα ὄντα, οὐκ ἠθέλησε δὲ ἐκπολεμῶσαι, δυνάμενόν τέ τι καὶ αὐτὸν ἤδη, καὶ ἑτοίμως ὥστε καὶ ἔλεγε, καὶ ὤμνυεν ἔχοντα πᾶν ὁτιοῦν ὑπουργῆσαι. αὐτός τε οὖν καίτοι δεινότατος ὢν τάς τε γνώμας τῶν ἀνθρώπων συνιδεῖν, καὶ τὰς φύσεις τῶν πραγμάτων συλλογίσασθαι, πάνυ ἐν τούτῳ διεσφάλη, καὶ πόλεμον τῇ πόλει μέγαν κατέλιπεν.

Ὅτι Ὀκταούιος φύσει βραδὺς ἦν πρὸς τὰ πολιτικά.

Ὅτι ἐπειδὴ ὁ Κίννας τὸν νόμον τὸν περὶ τῆς καθόδου τῶν φυγάδων ἀνενεώσατο, ὁ Μάριος οἵ τε ἄλλοι οἱ σὺν αὐτῷ ἐκπεσόντες ἐσεπήδησαν ἐς τὴν πόλιν μετὰ τοῦ λοιποῦ στρατοῦ κατὰ πάσας ἅμα τὰς πύλας· καὶ ἐκείνας τε ἔκλεισαν, ὥστε μηδένα

Omnes ciues Romani Mithridatis iuſſu ab Aſianis interfecti ſunt, niſi quod Tralliani ipſi quidem neminem occiderunt, ſed Theophilum quendam Paphlagonem ad patrandam cædem conduxerunt, quaſi ea res minus ſibi fraudi futura eſſet: aut quaſi multùm intereſſet ciuium Rom. cuius manu occiderentur.

Thraces Mithridatis impulſu Epirum ac vicina loca Dodonam vſque peruaſtarunt, ipſúmque Iouis templum ſpoliarunt.

L. Cornelius Cinna ſimul ac Conſulatum iniuit, nihil antiquius habuit quàm vt L. Syllam ex Italia ſubmoueret; ſpecie quidem belli Mithridatici, reuera autem vt procul amandatus, conſiliis ſuis nullatenus poſſet obſiſtere, quamuis ipſe gratia ac ſuffragatione Sullæ Conſulatum adeptus eſſet, cunctáque ex eius ſententia ſe in magiſtratu geſturum eſſe ſpopondiſſet. Namque L. Sulla cùm eius belli neceſſitatem videret, eámque prouinciam ac gloriam maximè ambiret, domi cuncta, provt ſuis rationibus quamoptimè conducere viſum erat, priuſquam proficiſceretur, conſtituerat, & L. Cinnam ac Cn. Octauium ſucceſſores ſibi in Conſulatu renuntiauerat, cùm ita maximè ſperaret ſe etiam abſentem auctoritate & gratia eſſe valiturum. Etenim hunc quidem quippe compertæ moderationis virum nihil in Repub. nouaturum putabat: illius verò perſpectam quidem habebat nequitiam; ſed eum aduerſus ſe concitare nolebat, quippe qui iam nonnihil in Repub. poſſet, & Sullæ in omnibus obſequi paratum ſe eſſe iureiurando affirmaret. At Sulla qui in diſpiciendis hominum conſiliis, ac negociorum conijciendo ſtatu erat ſagaciſſimus, multùm hic aberrauit, ac bellum grauiſſimum patriæ reliquit.

Erat Cn. Octaui⁹ naturâ tardior in Rep. adminiſtrãda.

Poſtquam L. Cinna de recipiendis exulibus legem ad populum tulit, C. Marius quique cum eo pulſi erant, cum reliquo exercitu omnibus ſimul portis in vrbem irruperunt, ſtatimque eaſdem occluſêre portas

ne quis effugeret. Inde obuium quemque nullo diſcrimine obtruncare cœpêre, cùm omnes pro hoſtibus haberent, ſed præcipuè viros opulentos auaritia ac cupiditate ducti mactabant: liberos eorum & matresfamilias violabant, prorſus ac ſi vrbem alienam atque extraneam ſuam in poteſtatem redegiſſent. quinetiam capita clariſſimorum virorum pro roſtris fixêre. eratque eiuſmodi ſpectaculum propemodum cæde ipſa triſtius; cùm ſpectatores præter cætera id ſecum animo reputarent, qui locus hoſtilium nauium roſtris à maioribus olim ſuis ornatus eſſet, eum locum præciſis ciuium capitibus fœdari: tanta enim tamque inexplebili cædis cupiditate Marius flagrabat, vt necatis pænè iam omnibus inimicis, poſtquam vt in tanta rerum perturbatione nemo amplius in mentem ſubibat, quem interfici vellet, ſignum militibus ſuis dederit, vt cuicumque adeuntium dexteram non porrexiſſet, eum interficerent. Eò ſcilicet res Romana erat adducta, vt non modò indicta cauſa, neque ex inimicitiis atque odio, ſed ſigno non porrectæ manus ciues iugularentur. Porrò vt veriſimile eſt in tanto tumultu, ne ipſi quidem Mario curæ erat, nec ſi maximè voluiſſet, curæ eſſe poterat, vt ex animi ſui ſententia manum regeret. proinde multi homines gratuitò ac temerè occidebantur, quos nullatenus occidi oportuerat. ac numerus quidem interemptorum iniri nullo prorſus modo poteſt: per quinque enim continuos dies noctéſque cædes ſunt in vrbe factæ.

Calendis Ianuariis cùm Romani ſacra facerent, & magiſtratus more maiorum auſpicarentur, C. Marius filius Tribunum plebis ſuamet manu interfecit: capútque eius reciſum Conſulibus miſit. Alium etiam de ſaxo Tarpeio dejecit, quod nemini antea contigerat: duobúſque Prætoribus aqua & igni interdixit.

διαδράναι, καὶ πάντας τοὺς ἐντυγχάνοντάς σφισιν ἐξειργάσαντο, μηδένα αὐτῶν ἀποκρίνοντες, ἀλλὰ πᾶσιν αὐτοῖς ὁμοίως ὡς πολεμίοις χρώμενοι· μάλιστα δὲ τούς τι ἔχοντας ἐπιθυμίᾳ χρημάτων ἔφθειρον, καὶ τούς τε παῖδας καὶ τὰς γυναῖκας σφῶν ὕβριζον, ὥσπερ τινὰ ἀλλοτρίαν πόλιν ἠνδραποδισμένοι· καὶ τὰς κεφαλὰς τῶν ἐλλογιμωτάτων ἐπὶ τὸ βῆμα ἀνετίθεσαν. καὶ ἦν τότε θέαμα οὐδέν τι τοῦ ὀλέθρου αὐτῶν πραότερον. τά τε γὰρ ἄλλα καὶ τοῖς ὁρῶσι προσπαρείη νομίζειν, ὅτι ὅσα πολεμίων ἀκροστολίοις οἱ προπάτορες σφῶν ἐκεκοσμήκεσαν, ταῦτα τότε ταῖς τῶν πολιτῶν κεφαλαῖς ἀπεκοσμεῖτο. τοσαύτη γὰρ ἑνὶ λόγῳ ἥ τε ἐπιθυμία, καὶ ἡ ἀπληστία τῶν φόνων τὸν Μάριον κατέχεν, ὥστε ἐπειδὴ τὸ πλεῖστον τῶν ἐχθρῶν ἀπεκτόνει, καὶ οὐκέτ' οὐδεὶς ὧν ἐξολέσαι ἐγλίχετο, ἐπὶ τὸν νοῦν ἅτε ἐν τοσαύτῃ ταραχῇ ἐπῄει, σύνθημα τοῖς στρατιώταις δοῦναι σφάττειν πάντας ἑξῆς οἷς ἂν τῶν προσιόντων μὴ ὀρέξῃ τὴν χεῖρα. πρὸς γὰρ τοῦτο τὰ τῶν Ῥωμαίων πράγματα ἀφίκετο, ὥστε μὴ μόνον ἀκρίτως μηδ' ἀπ' ἔχθρας, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν οὐκ ἔκτασιν τῆς ἐκείνου χειρὸς ἀπόλλυσθαι. καὶ (ἦν γὰρ ὥσπερ εἰκὸς ἔν τε ὄχλῳ καὶ ἐν θορύβῳ τοσούτῳ οὐδ' αὐτῷ τῷ Μαρίῳ ἐπιμελὲς, ἀλλ' οὐδὲ δυνατὸν οὐδ' εἰ πάνυ ἐβούλετο, κατὰ γνώμην τῇ χειρὶ χρῆσθαι) πολλοὶ κἀκ τούτου μάτην ἀπέθανον, οὓς οὐδαμῇ οὐδαμῶς ἀποκτεῖναι ἐδεῖτο. τὸ μὲν οὖν σύμπαν τῶν τε γὰρ ἀποθανόντων ἀνεξαίρετόν ἐστιν. πέντε γὰρ ὅλαις ἡμέραις καὶ νυξὶν ἴσαις αἱ σφαγαὶ ἐγίνοντο.

Ὅτι θυόντων τῶν Ῥωμαίων ἱσταμένου τοῦ ἔτους τὰ εἰσιτήρια, καὶ τῇ ἡγεμονίᾳ τὰς ἀρχὰς κατὰ τὰ πάτρια ποιουμένων, ὁ υἱὸς Μαρίου δήμαρχόν τινα αὐθεντείᾳ ἀποκτείνας, τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ τοῖς ὑπάτοις ἔπεμψε, καὶ ἄλλον ἀπὸ τοῦ Καπιτωλίου κατεκρήμνισεν (ὅπερ οὐδεὶς ἄλλος ἐπεπόνθει) καὶ δύο στρατηγοὺς καὶ πυρὸς καὶ ὕδατος εἶρξεν.

Ὅτι τοῦ Σύλλου τὸν Πειραιᾶ πολιορκοῦντος, ἐπιλείποντος δὲ τῆς ὕλης διὰ τὸ κόπτεσθαι τὰ πολλὰ τῶν ἔργων περικλώμενα τοῖς αὐτῶν βρίθεσι, καὶ πυρπολεῖσθαι βαλλόμενα συνεχῶς ὑπὸ τῶν πολεμίων, ἐπεχείρησε τοῖς ἱεροῖς ἄλσεσι. καὶ τὴν Ἀκαδημίαν ἔκειρε δενδροφορωτάτην τῶν προαστείων οὖσαν, καὶ τὸ Λύκειον.

Ὅτι ἐπεὶ καὶ χρημάτων ἐδεῖτο πολλῶν, ἐκίνει τὰ τῆς Ἑλλάδος ἄσυλα, τοῦτο μὲν ἐξ Ἐπιδαύρου, τοῦτο δὲ ἐκ τῆς Ὀλυμπίας τὰ κάλλιστα καὶ πολυτελέστατα τῶν ἀναθημάτων μεταπεμπόμενος. ὅτε καὶ τοῖς Ἀμφικτύοσιν ἔγραψεν ἐς Δελφοὺς, ὅτι τὰ χρήματα τοῦ θεοῦ βέλτιον εἴη κομισθῆναι πρὸς αὐτόν· ἢ γὰρ φυλάξειν ἀσφαλέστερον, ἢ χρησάμενος ἀποδώσειν οὐκ ἐλάττω.

Ὅτι τὸν ἀργυροῦν πίθον, ὃς ἦν ὑπόλοιπος, διὰ βάρος καὶ μέγεθος οὐ δυναμένων ἀναλαβεῖν τῶν ὑποζυγίων, ἀναγκαζόμενοι κατακόπτειν τοῦτον οἱ Ἀμφικτυόνες ἐς μνήμην ἐβάλοντο, τοῦτο μὲν Τίτον Φλαμίνιον καὶ Μάνιον Ἀκύλιον, τοῦτο δὲ Αἰμίλιον Παῦλον· ὧν ὁ μὲν Ἀντίοχον ἐξελάσας τῆς Ἑλλάδος, οἱ δὲ τοὺς Μακεδόνων βασιλεῖς καταπολεμήσαντες οὐ μόνον ἀπέσχοντο τῶν ἱερῶν τῶν Ἑλληνικῶν, ἀλλὰ καὶ δῶρα καὶ τιμὴν αὐτοῖς καὶ σεμνότητα πολλὴν προσέθεσαν. ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν ἀνδρῶν σωφρόνων καὶ μεμαθηκότων σιωπῇ τοῖς ἄρχουσι παρέχειν τὰς χεῖρας ἡγούμενοι κατὰ νόμον, αὐτοί τε ταῖς ψυχαῖς βασιλικοὶ, καὶ ταῖς διαίταις εὐσταλεῖς [ὄντες,] μετρίοις ἐχρῶντο [καὶ τεταγμένοις ἀναλώμασι, τὸ] κολακεύειν τοὺς στρατιώτας αἴσχιον ἡγούμενοι τοῦ δεδιέναι τοὺς πολεμίους. οἱ δὲ τότε στρατηγοὶ βίᾳ τὸ πρωτεῖον οὐκ ἀρετῇ κτώμενοι, καὶ μᾶλλον ἐπ' ἀλλήλοις δεόμενοι τῶν ὅπλων ἢ ἐπὶ τοὺς πολεμίους, ἠναγκάζοντο δημαγωγεῖν. καὶ ἐν τῷ στρατηγεῖν τοῖς στρατευομένοις ἐς τὰς ἡδυπαθείας ἀνήλισκον, ὠνούμενοι τοὺς πόνους αὐτῶν. καὶ ἔλαθον ὤνιον τὴν πατρίδα ποιήσαντες ὅλην,

Cùm L. Sulla Piræum oppugnaret, iámque materiæ copia deficeret, (quippe complures machinæ ſuomet labefactatæ pondere conciderant, & aſſiduè coniecto ab hoſtibus igne conflagrauerant) ſacris lucis manum admouere cœpit, & Academiam inter ſuburbia lætiſſimam arborum copiâ, ſimúlque Lyceum arboribus nudauit.

Iam cùm ingenti pecunia opus haberet, ſacros atque intactos Græciæ theſauros ſpoliauit, & cum ab Epidauro tum ab Olympiâ pulcherrima ac precioſiſſima donaria deferri ad ſe iuſſit. Delphos quoque ſcripſit ad Amphictyonas, rectè atque ordine ipſos facturos, ſi theſauros Apollinis ad ſe mitterent. aut enim hos in tutiore cuſtodia apud ſe fore, aut ſi fortè iis eſſet vſus, tantundem redditurum.

Dolium verò argenteum (quod vnum ex donariis Regum ſupererat) cùm euehi ob pondus & molem à iumentis non poſſet, coacti concidere Amphictyones memoria repetebant hinc T. Quintium Flamininum & Manium Acilium, hinc Æmilium Paullum; quorum Acilius quidem ſuperato fugatóque ex Græcia Antiocho, reliqui verò profligatis Macedonum Regibus, non ſolùm à templis Græciæ manus abſtinuerant, ſed honorem etiam ac donaria & religionem maximam addiderant. verùm illi cum hominibus modeſtis aſſuetiſque ſilentio imperata facere, legitimo imperio præeſſent, animis quidem regiis præditi, cultu autem ac victu parco & ſobrio: modicis & definitis contenti ſumptibus agebant, aſſentari militibus ſuis fœdius ducentes, quàm hoſtem formidare. Eius verò temporis Imperatores, qui vi, non virtute principem locum ambirent, & qui magis in ſe mutuò quàm in hoſtes arma quærerent, cogebantur in imperio morigerari, atque obſequi militibus. Ita largitionibus quas in delitias militum effundebant, dum operam eorum mercarentur, patriam ſuam imprudentes venalem, ac ſe-

ipſos deterrimis hominibus obnoxios, quo imperare poſſent melioribus, reddidêre. Hæc res Marium patriâ expulit, eadem Syllam reduxit. Hæc res impulit Cinnam vt Octauio, Fimbriam vt Flacco manus adferrent. Quorum malorum Sulla præcipuè fons fuit. qui vt corrumperet, & ad ſuas partes alliceret aliorum milites, prolixus ac profuſus fuit in ſuos. Itaque cùm & alienos ad proditionem, & ſuos ad luxuriam inſtrueret, grandi pecunia maximè ad illam Piræi oppugnationem opus habuit.

Ariſtio, qui Athenas præſidio tenebat, vir erat ex impudentia ſimul ac ſæuitia conflatus. qui ex Mithridatis vitiis teterrima quęque quaſi quandam in ſe colluuiem traxerat. is eam vrbem quæ ex ſexcentis bellis, infinitis ſeditionibus, ac tyrannorum dominationibus incolumis euaſerat, vltimis temporibus velut morbus quidam lethalis afflixit. qui cùm frumenti medimnus mille drachmis væniret, dum ciues obſeſſi parthenio quod circa arcem naſcitur, & calciamentis ampulliſque elixis veſcerentur, ipſe vino & diurnis comeſſationibus perpetuò confectus, pyrrichas ſaltans & ſcurriliter illudens hoſtibus, ignem Mineruæ ſacrum penuria olei extingui inſuper habuit. adhæc hierophantidi tritici heminam ab ipſo poſtulanti, piperis heminam miſit. Senatum & Sacerdotes, vt miſereretur ciuitatis, pacémque cum Sylla faceret orantes, ſagittis diſiecit.

Erat Hortenſius rei bellicæ inprimis peritus.

Cùm Romæ Cinna & Carbo in clariſſimos viros impotenti dominatione ſæuirent, permulti tyrannidem eorum declinantes, ad Sullæ caſtra tanquam in portum confugerunt, ac breui ſpecies apud eum Senatus fuit.

ἑαυτοῖς

ἑαυτοὺς δὲ δούλους τῶν κακίστων ἐπὶ τῇ τῶν βελτιόνων ἀρχῇ. ταῦτα ἐξήλασε Μάριον, εἶτ' αὖθις τοὺς περὶ Σύλλαν κατήγαγε· ταῦτα Ὀκταουΐου τοὺς περὶ Κίνναν, ταῦτα Φλάκκου τοὺς περὶ Φιμβρίαν αὐτόχειρας ἐποίησεν. ὧν οὐχ ἥκιστα Σύλλας ἔδωκεν ἀρχάς, ἐπὶ τῷ διαφθείρειν καὶ μετακαλεῖν τοὺς ὑπ' ἄλλοις στρατευομένους, αὐτὸς καταχορηγῶν ἐς τοὺς ὑφ' αὑτῷ καὶ δαπανώμενος· [ὥστε] ἅμα τοὺς ἄλλους μὲν ἐς προδοσίαν, τοὺς δὲ ὑφ' αὑτῷ [ἐς ἀσωτίαν] διαφθείρων χρημάτων δεῖσθαι πολλῶν, καὶ μάλιστα καὶ ἐς τὴν πολιορκίαν τοῦ Πειραιέως.

Ὅτι ὁ Ἀριστίων ὁ τὰς Ἀθήνας φρουρῶν, ἄνθρωπος ὢν ἐξ ἀσελγείας ὁμοῦ καὶ ὠμότητος ἔχων συγκειμένην τὴν ψυχήν, καὶ χείριστα τῶν Μιθριδατικῶν συνερρυηκότα νοσημάτων καὶ παθῶν ἐς ἑαυτὸν ἀνειληφώς, καὶ πολλοὺς μυρίους μὲν πολέμους, πολλὰς δὲ τυραννίδας καὶ στάσεις διαπεφευγυίῃ πρότερον, ὥσπερ νόσημα θανατηφόρον ἐν τοῖς ἐσχάτοις καιροῖς ἐπιγενόμενος. ὃς χιλίων δραχμῶν ὠνίου τοῦ μεδίμνου τῶν πυρῶν ὄντος ἐν ἄστει τότε, τῶν δὲ ἀνθρώπων σιτουμένων τὸ περὶ τὴν ἀκρόπολιν [φυόμενον] παρθένιον, ὑποδήματά τε καὶ ληκύθους ἑφθὰς ἐσθιόντων, αὐτὸς ἐνδελεχῶς πότοις μεθημερινοῖς καὶ κώμοις χρώμενος, καὶ πυρριχίζων καὶ γελωτοποιῶν πρὸς τοὺς πολεμίους, τὸν μὲν ἱερὸν τῆς θεοῦ λύχνον ἀπεσβηκότα διὰ σπάνιν ἐλαίου περιεῖδε, τῇ δὲ ἱεροφαντίδι πυρῶν ἡμίεκτον προσαιτούσῃ πεπέρεως ἔπεμψε· τοὺς δὲ βουλευτὰς καὶ ἱερέας ἱκετεύοντας οἰκτεῖραι τὴν πόλιν, καὶ διαλύσασθαι πρὸς τὸν Σύλλαν, τοξεύμασι βάλλων διεσκέδασεν.

Ὅτι Ὁρτήσιος στρατηγικὸς ἀνὴρ καὶ πολεμικὰ ἠσκημένος.

Ὅτι Κίννα καὶ Κάρβωνος ἐν Ῥώμῃ τοῖς ἐπιφανεστάτοις ἀνδράσι χρωμένων παρανόμως καὶ βιαίως, πολλοὶ τὴν τυραννίδα φεύγοντες ὥσπερ ἐπὶ λιμένα τὸ τοῦ Σύλλου στρατόπεδον κατεφέροντο. καὶ περὶ αὐτὸν ὀλίγου χρόνου σχῆμα βουλῆς ἐγένετο.

Ὅτι ὁ ὑποστρατηγὸς Φλάκκου Φιβείας ἐς Βυζάντιον ἐλθόντι αὐτῷ ἐστασίασεν. ἦν γὰρ ἐς πάντα δὴ τολμηρότατος καὶ προπετέστατος, δόξης τε ὁποιασοῦν ἐραστὴς, καὶ παντὸς τοῦ ἀμείνονος ὀλίγωρος. ἐξ ὧν που καὶ τότε, ἀφ' οὗπερ ἀπῆρεν ἀπὸ τῆς Ῥώμης, ἀρετήν τε ἐς χρήματα καὶ σπουδὴν περὶ τοὺς στρατιώτας προσποιησάμενος, ἀνηρτήσατό τε αὐτοὺς, καὶ τῷ Φλάκκῳ συνέκρουσεν. ἠδυνήθη δὲ τοῦτο ποιῆσαι, ὅτι ἐκεῖνος χρημάτων τε ἄπληστος ἦν, καὶ οὐκ ἠγάπα τὰ περιγιγνόμενα σφετεριζόμενος· ἀλλὰ καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς τῶν στρατιωτῶν τροφῆς, ἔκ τε τῆς λείας, ἣν ἰδίαν ἑκάστοτε ἐνόμιζεν εἶναι, ἐχρηματίζετο.

Ὅτι ἐπεὶ πρὸς τὸ Βυζάντιον ἀφίκοντο Φλάκκος καὶ Φιβείας, καὶ ὁ Φλάκκος ἔξω τοῦ τείχους αὐτοὺς αὐλίσασθαι κελεύσας, ἐς τὴν πόλιν ἐσῆλθε. παραλαβὼν δὲ τοῦτο ὁ Φιβείας χρήματά τε αὐτὸν εἰληφέναι κατητιᾶτο, καὶ διεβόησε λέγων, ὡς ἐκεῖνος μὲν ἔνδον τρυφῴη, σφεῖς δὲ ὑπὸ σκηναῖς ἐν χειμῶνι ταλαιπωροῖντο. οἱ δὲ στρατιῶται ἔς τε τὸ ἄστυ θυμῷ ἔπεσον, καί τινας τῶν ἐμπεσόντων σφίσιν ἀποκτείναντες ἐς τὰς οἰκίας ἐσκεδάσθησαν.

Ὅτι διαφορᾶς τινὸς τῷ Φιβείᾳ πρὸς τὸν ταμίαν γενομένης, ἠπείλησεν αὐτῷ ὁ Φλάκκος ἄκοντα ἐς Ῥώμην ἀποπέμψειν, λοιδορησάμενόν τέ τι διὰ τοῦτο αὐτῷ τὴν ἡγεμονίαν ἀφείλετο. ὁ δὲ Φιβείας ἐς τὴν ἀποπορείαν δῆθεν ἐπαχθέστατα στελλόμενος, πρὸς τοὺς στρατιώτας τοὺς ἐν Βυζαντίῳ ἀφίκετο, καὶ ὡς ἐπὶ τῇ ἀφόδῳ αὐτοὺς ἠσπάζετο, γράμματά τε ᾔτει, καὶ ἑαυτὸν ὡς καὶ ἀνάξια πεπονθὼς ὠδύρετο· μεμνῆσθαί τέ σφισιν ὧν ὑπουργήκει, καὶ φυλακὴν σφῶν ποιεῖσθαι, αἰτιώμενος ἐς τὸν Φλάκκον ὡς καὶ ἐπιβουλεύσοντα αὐτοῖς, παρῄνει. καὶ μαθὼν τὰ λεγόμενα δεχομένους, καὶ ἑαυτῷ εὔνοιαν ἔχοντας καὶ ἐς ἐκεῖνον ὑποπτεύοντας, ἀνέβη ἐπὶ μετέωρον, καὶ προσπαρώξυνε σφᾶς, ἄλλα τέ τινα τοῦ Φλάκκου κατηγορήσας, καὶ ὅτι προδώσ-

C. Flauius Fimbria, legatus Valerij Flacci, cùm is Byzantium veniſſet, ſeditionem aduerſus eum concitauit. quippe ille vir erat ſingulari audacia ac temeritate præditus, cupidus qualiſcunque gloriæ, virtutis autem ac recti minimè ſtudioſus. proinde ex quo Roma erat profectus, cùm ſpeciem quandam virtutis in contemnenda pecunia, & beneuolentiam erga milites prætuliſſet, eos mirificè ſibi deuinxit, & aduerſus Flaccum incitauit. quod quidem eò faciliùs aſſecutus eſt, quod L. Flaccus inexplebili auaritia flagrabat, nec contentus aduenticia quæque in ſinum ſuum condere, etiam ex ipſa militum annona, & ex præda quam ſemper propriam eſſe ducebat ſibi, lucrum captabat.

Igitur cùm Flaccus militib. extra muros tendere iuſſis ipſe Byzantium eſſet ingreſſus, hac Fimbria occaſione arrepta cauſari cœpit Flaccum pecuniam à Byzantinis accepiſſe: hæc calumniando iactans, illum in oppido genium interim curare, dum ipſi ſub pellibus aſperitatem hiemis tolerarent. Quibus ſermonibus incenſi milites, in vrbem irruperunt, cæſiſque nonnullis quos fortè obuiam repererant, per ſingulas domos diſperſi ſunt.

Cùm C. Fimbria aduerſus Quæſtorem L. Flacci iurgium mouiſſet, minatus eſt Flaccus ſe illum Romam inuitum eſſe remiſſurum. qua ex cauſa cùm Fimbria conuiciis Flaccum oneraſſet, Flaccus poteſtatem ei ademit. At Fimbria cùm admodum inuitus in patriam reuerteretur, ad milites qui Byzantij agebant, delatus, eos vtpotè abiens ſalutauit, literáſque ab iis ad familiares popoſcit. iniuriam ſibi illatam identidẽ gemens, monénſq. vt beneficiorum ſuorum meminiſſent, ac ſibimet ipſi diligenter cauerent: Flaccum ſcilicet ipſis inſidiari obſcurè ſignificans. Quos cùm dictis ſuis auſcultare, ac ſua cauſa benè velle, Flaccum verò ſuſpectum habere perſpiceret, conſcenſo ſuggeſtu eos apertè aduerſus Flaccum concitauit: atque inter cætera criminatus eſt

cum accepta pecunia illos proditurum. adeò vt milites Thermum, qui legatus à Flacco conſtitutus fuerat, confeſtim eijcerent.

Multos C. Fimbria non ex bono & æquo, nec pro vtilitate Reipublicæ, ſed iracundia & crudelitate adductus neci dedit. argumento ſit, quod cùm palos aliquot quibus religatos homines virgis ad mortem cædere erat ſolitus, defigi in terram iuſſiſſet, poſtquam multò plures eſſe palos quàm damnatos animaduertit, quoſdam ex circunſtantib. comprehendi, & ad vacuos deligari iuſſit, vt ne fruſtrà ſtatuti eſſe viderentur.

Idem cùm Ilium cepiſſet, obuium quemque nullo diſcrimine obtruncauit, vrbem prope vniuerſam incendit. Fraude porrò, non vi ac virtute Ilienſes capti ſunt. Nam cùm legationem eam quam ad Sullam miſerant, multùm laudaſſet Fimbria, eiſque affirmaſſet nihil intereſſe vtri deditionem facerent, ſe enim ambo iuxta ciues Romanos eſſe, mox in vrbem acceptus tanquam amicus ac ſocius, ea quæ diximus, perpetrauit.

Q. Metellus à Cinna ſuperatus, ad Sullam ſe contulit, multúmque eius partibus profuit. Etenim ob egregiam æquitatis illius viri pietatiſque famam, plurimi eorum qui à contrariis Sullæ partibus ſtabant, cùm ita exiſtimarent eum virum haudquaquam temerè ſeſe adiunxiſſe Sullæ, ſed quod æquiſſimum ac Reipub. vtiliſſimum eſſet, elegiſſe, ad Sullam quoque tranſierunt.

Cn. Pompeius, Strabonis filius, quem Plutarchus cum Ageſilao Spartano comparauit, cùm eos qui in vrbe rerum potiebantur, haudquaquam ferre poſſet, ſuamet auctoritate vixdum virilem ingreſſus ætatem in Picenum profectus eſt. vbi ob recẽtem patris gloriam cùm validas copias contraxiſſet, priuatã ac propriam dominationem conſtituit. cúmque magnas res ſuis per ſe opibus perfecturum ſe ſperaret, Sullæ ſe adiungere ſtatuit.

αὐτοὺς ὑπὸ χρημάτων, ὥστε τοὺς στρατιώτας Θέρμον τὸν ἐπιτεταγμένον σφίσιν ἀπελάσαι.

Ὅτι ὁ Φιμβρίας ἄνδρας πολλοὺς οὐ πρὸς τὸ δικαιότατον οὐδὲ πρὸς τὸ τῇ Ῥώμῃ συμφορώτατον, ἀλλ' ὀργῇ καὶ ἐπιθυμίᾳ φόνων ἀπώλλυεν. τεκμήριον δὲ, σταυρούς ποτε πολλοὺς, οἷς προσδέων αὐτοὺς καὶ αἰκιζόμενος διεχρῆτο, γενέσθαι προστάξας, ἔπειτ' ἐπειδὴ πολὺ πλείους τῶν θανατωθησομένων εὑρέθησαν ὄντες, ἐκέλευσεν ἐκ τῶν παρεστηκότων τινὰς συλληφθῆναι, καὶ πρὸς τοὺς λοιποὺς προσδεθῆναι, ἵνα μὴ μάτην δόξωσι γεγονέναι.

Ὅτι ὁ αὐτὸς τὸ Ἴλιον λαβὼν, τοὺς ἀνθρώπους ὅσους ἠδυνήθη μηδενὸς φεισάμενος κατεχρήσατο, καὶ τὴν πόλιν πᾶσαν ὀλίγου κατέπρησεν. εἷλε δὲ αὐτοὺς οὐ κατὰ τὸ ἰσχυρὸν, ἀλλ' ἀπατήσας· ἔπαινον γάρ τινα αὐτῶν ἐπὶ τῇ πρεσβείᾳ τῇ πρὸς τὸν Σύλλαν πεμφθείσῃ ποιησάμενος, καὶ διαφέρειν μηδὲν εἰ ὁποτέρῳ σπείσωνται, ἀμφοτέρους γάρ σφᾶς Ῥωμαίους εἶναι εἰπὼν, ἔπειτα ὡς παρὰ φίλους αὐτοὺς ἐσῆλθε, καὶ ἐξειργάσατο ταῦτα.

Ὅτι ὁ Μέτελλος ὑπὸ Κίννου ἡττηθεὶς ἐς τὸν Σύλλαν ἧκε, καὶ πλεῖστα αὐτῷ συνήρατο. πρὸς γάρ τοι τὴν δόξαν τῆς τε δικαιοσύνης αὐτοῦ καὶ τῆς εὐσεβείας, οὐκ ὀλίγοι καὶ τῶν τἀναντία τῷ Σύλλᾳ πραττόντων, νομίσαντες αὐτὸν οὐκ ἀκρίτως οἱ συνεῖναι, ἀλλὰ τά τε δικαιότερα καὶ τὰ τῇ πατρίδι συμφορώτερα ὄντως αἱρεῖσθαι, προσεχώρησάν σφισιν.

Ὅτι ὁ Πομπήιος υἱὸς ὢν τοῦ Στράβωνος, συνεκρίθη δὲ ὑπὸ Πλουτάρχου Ἀγησιλάῳ τῷ Λακεδαιμονίῳ. ἀχθόμενος δὲ τοῖς τὴν πόλιν ἔχουσι ἐξωρμήθη ἐς τὸ Πικηνὸν αὐτὸς ἐφ' ἑαυτοῦ, οὐδὲ ἐς ἄνδρας πω πάνυ τελῶν. καὶ παρ' ἐκείνων χεῖρά τινα * παρὰ τῆς τοῦ πατρὸς ἡγεμονίας ἀθροίσας, δυναστείαν ἰδίαν συνίστη, καὶ ᾠήθη ἐλλόγιμόν τι πρᾶξαι καθ' ἑαυτόν· καὶ τῷ Σύλλᾳ προσεχώρησε, forte διὰ.

καὶ ὁ μὲν τούτων ἀρξάμενος οὐδὲν μείων ἐκείνου ἐγένετο, ἀλλ' ὥσπερ που καὶ ἡ ἐπίκλησις αὐτῷ προσετέθη μέγας ηὐξήθη.

Ὅτι ὁ Σύλλας τὸ στράτευμα παρέδωκεν ἀνδρὶ μήτ' ἄλλως ἐπαινουμένῳ, καίτοι πολλοὺς ἐκ τῶν ἀπ' ἀρχῆς συγγιγνομένων οἱ ἔχων, καὶ ἐμπειρίᾳ καὶ πράξει προφέροντας, οἷς που καὶ ἐς ἐκεῖνο τοῦ χρόνου πρὸς πάντα τὰ ἀναγκαῖα ὡς καὶ πιστοτάτοις ἐκέχρητο. καὶ πρὶν μὲν νικῆσαι ἐδεῖτό τε αὐτῶν, καὶ ταῖς ἀπ' αὐτῶν ὠφελίαις ἀπεχρῆτο. ἐπεὶ δὲ ἐγγυτέρω τῆς ἐλπίδος τοῦ παντελῶς κρατήσειν ἐγένετο, οὐδένα αὐτῶν ἐπὶ λόγον ἐποιεῖτο· τοῖς δὲ κακίστοις καὶ μήτε ἐν περιφανείᾳ γένους, μήτε ἐν δόξῃ ἀρετῆς οὖσι μᾶλλον ἐπίστευσεν. αἴτιον δὲ ὅτι τοὺς μὲν τοιούτους πρὸς πάντα αὐτῷ καὶ τὰ χείριστα ἑτοίμους ὄντας ὑπουργεῖν ἑώρα, καὶ χάριν τε ἑαυτῷ πλείστην κἂν ἐλαχίστου τινὸς τύχωσιν ὀφειλήσειν, καὶ μήθ' ὑπερφρονήσειν ποτὲ, μήτε τῶν ἔργων ἢ τῶν βουλευμάτων ἀντιποιήσεσθαι ἐνόμιζεν· τὸ δὲ ἀρετὴν ἔχον οὔτε συγκακουργεῖν οἱ ἐθελήσειν, ἀλλὰ καὶ ἑαυτῷ ἐπιτιμήσειν, καὶ τὰ γέρα τῶν εὐεργετημάτων κατ' ἀξίαν ἀπαιτήσειν, καὶ μηδεμίαν χάριν ἐπ' αὐτοῖς ἅτε καὶ ὀφειλόμενα σφίσι ἀπολαμβάνοντας ἕξειν, τάς τε πράξεις καὶ τὰς συμβουλίας ὡς καὶ ἑαυτῶν οὔσας προσποιήσεσθαι.

Ὅτι ὁ Σύλλας νικήσας τοὺς Σαυνίτας, μέχρι μὲν δὴ τούτου τῆς ἡμέρας ἐκείνης διαπρεπὴς ἦν, καὶ ὄνομα ἀπό τε τῶν στρατηγημάτων καὶ ἀπὸ τῶν βουλευμάτων μέγιστον εἶχε, φιλανθρωπίᾳ τε καὶ εὐσεβείᾳ πολὺ προέχειν ἐνομίζετο, ὥστε καὶ τὴν τύχην σύμμαχον ἀπὸ τῆς ἀρετῆς πάντας ἔχειν αὐτὸν ἡγεῖσθαι. μετὰ δὲ δὴ τοῦτο τοσαύτην μεταβολὴν ἐποιήσατο, ὥστε μηδὲ τοῦ αὐτοῦ τινὰ φάναι ταῦτά τε καὶ τὰ ἔπειτα εἶναι. οὕτως ὡς ἔοικεν οὐκ ἤνεγκεν εὐτυχήσας. καὶ γὰρ ἐκεῖνα ἃ ἕως ἀσθενὴς ἦν ἄλλοις ἐπεκάλει, καὶ ἕτερα πλείω, καὶ ἀτοπώτερα ἔπραξε

Cæterùm his ab initiis orſus Pompeïus, nihilo inferior Sulla euaſit, ſed (quod cognomine ei addito declaratur) in magnum dignitatis faſtigium proceſſit.

Sulla homini obſcuro & ignobili exercitum tradidit, tametſi plurimos ſecum haberet & vſu & induſtria præſtantes viros, qui eum ab initio erant ſecuti: quorum ille tanquam fideliſſimorum hominum opera in ſummis diſcriminibus vſus hactenus fuerat. & priùs quidem quàm vinceret, ambibat homines, eorúmque vtebatur miniſterio: ſed poſtquam integram victoriam pænè in manu habere ſibi viſus eſt, nullam deinceps eorum rationem habuit, ſed nequiſſimis hominibus, quibus nec ſplendor generis, nec virtutis fama ſuppeteret, magis credidit. Nempe huiuſmodi homines ad quoduis ſcelus patrandum promptiſſimos ſibi adminiſtros fore intelligebat, eoſdémque quamuis minimo affectos præmio, maximam ſibi gratiam habituros. nunquam porrò ſuperbiùs acturos quàm pro loco ſuo, nec conſiliorum rerúmque geſtarum gloriam ſibi arrogaturos cenſebat. Contrà viros virtute præſtantes nullum vnquam flagitium ſecum ſuſcepturos, ſed ſeipſum objurgaturos potius: & præmia meritorum ſuorum pro magnitudine beneficij poſtulaturos, neque vllam habituros gratiam acceptis præmiis quæ deberi ſibi arbitrentur: poſtremò res geſtas & conſilia tanquam abs ſe profecta ſibi vindicaturos.

Victis Samnitibus Sulla hactenus quidem perceleberis, & cùm rerum geſtarum, tum conſiliorum gloria illuſtris fuerat, & ſimul humanitate, ſimul pietate in Deos cæteris longè præſtare credebatur: vt ſinguli exiſtimarent virtutis eius cauſa fortunam ei fauere. verùm exinde in tantum mutatus eſt, iure vt quis ambigat ſintne illa quæ ſuperiùs commemoraui, & quæ poſtea ſubſecuta ſunt, ab vno eodémque viro facta. Adeò ille felicitatem ſuam ferre non potuit. Nam & illa, quæ quamdiu minus potuit, aliis objiciebat, & alia multò plura ac tetriora facinora admiſit. quæ qui-

dem cùm antea ſemper, vt credibile eſt, concupiuiſſet, parta dominatione tum demùm indicio ſuo eſt proditus. vnde etiam nonnullis hæc potius infelicitas eius eſſe viſa eſt. Etenim ſimulac Samnites ſuperauit, iamque ſibi ipſe viſus eſt finem impoſuiſſe bello, (nam reliqua parui ducebat) repentè mutauit mores, ac ſeipſum quidem extra portas in pugna quodammodo depoſuit, Marium verò ac Cinnam, & cæteros qui partium duces fuerant, ſimul omnes crudelitate ſuperauit. Quæ enim crudelitatis exempla ne in ciuitates quidem exteras arma inferentes ediderat, ea in patriam perinde ac bello victam edidit. Iam primùm eo ipſo die L. Damaſippi ac reliquorum eius ſociorum capita Præneſte miſſa patibulo ſuffixit, & multos qui ſeſe ei dediderant, tanquam vi captos necauit. Poſtridie cùm Senatum in ædem Bellonæ conuocaſſet quaſi rationem aliquam redditurus, ſimulque eos qui in bello capti erant, in villam publicam conuenire iuſſiſſet, tanquam eos milites ſcripturus, hos quidem aliorum militum operâ trucidauit. multique adeò ciues Romani qui cum iis mixtim fortè aderant, periêre. Senatores verò acerbiſſima oratione allocutus eſt: Cùm interim cædes captorum nihilo minus ab eo fieret. quibus quippe proximè ædem Bellonæ occumbentibus, ingens clamor ac gemitus lamentáque ex Curia exaudiebantur: adeò vt vtrinque perturbarentur patres conſcripti. Etenim eadem quoque ſuis capitibus imminere propemodum ſuſpicabantur, quippe cum tam nefaria ageret ac diceret Sulla. proinde multi duplici moleſtia oppreſſi, conditionem eorum qui in villa publica ceciderant, ſibi optabant, vt tandem metu leuarentur. Verùm ipſos quidem in aliud tẽpus Sulla diſtulerat; alij interim cæſi, & cadauera in profluentẽ abjecta ſunt: vt iam Mithridatis ſæuum illud facinus qui omnes ciues

βουλόμενος μὲν που καὶ ἀεὶ αὐτά, ἐλεγχθεὶς δὲ ἐν τῇ ἐξουσίᾳ. ἀφ' οὗπερ καὶ τὰ μάλιστα ἔδοξέ τισιν ἡ κακοπραγία μέρος οὐκ ἐλάχιστον ἔχειν. ὁ γὰρ Σύλλας τάχιστα ὡς τῶν Σαυνιτῶν ἐκράτησε, καὶ τέλος τῷ πολέμῳ ἐπιτεθεικέναι ἐνόμισε (τὰ γὰρ δὴ λοιπὰ ἐν οὐδενὶ λόγῳ ἐποιεῖτο) μετεβάλετο· καὶ ἑαυτὸν μὲν ἔξω τε τῶν τειχῶν τρόπον τινα, καὶ ἐν τῇ μάχῃ κατέλιπεν, τὸν δὲ δὴ Κίνναν καὶ τὸν Μάριον, ἄλλους τε τοὺς μετ' αὐτὸν γενομένους πάντας ἅμα ὑπερέβαλεν. ὅσα γὰρ μηδένα τῶν δήμων τῶν ὀθνείων ἀντιπολεμησάντων οἱ ἔδρασε, ταῦτα τότε τὴν πατρίδα καθάπερ καὶ ἐκείνην νικήσας ἐξειργάσατο. τοῦτο μὲν γὰρ αὐθημερὸν τὰς κεφαλὰς τοῦ τε Δαμασίππου καὶ τῶν συνεξετασθέντων αὐτῷ πρὸς τὸ Πρενέστε πέμψας ἀνεσκολόπισε, καὶ τῶν παραδόντων σφᾶς ἐθελοντὰς συχνοὺς ὡς καὶ ἄκοντας ἑλὼν ἀπέκτεινεν. καὶ τῇ ὑστεραίᾳ τοῖς τε βουλευταῖς εἰς τὸ ἔνυφον, ὡς καὶ ἀπολογούμενός τι αὐτοῖς, καὶ τοῖς ζωγρηθεῖσιν ἐς τὸν ἀγρὸν τὸν δημόσιον καλούμενον ὡς καὶ ἐς τὸν κατάλογον αὐτοὺς ἐσγράψων συνελθεῖν κελεύσας, τούτους ἅμα δι' ἑτέρων ἐφόνευσε· καὶ πολλοὶ τῶν ἐκ τῆς πόλεως ἀνθρώπων ἀναμιχθέντες σφίσι προσαπώλοντο· καὶ ἐκείνοις αὐτοῖς πικρότατα διελέξατο.

Ὅτι ὁ φόνος τῶν ἑαλωκότων καὶ τότε οὐδὲν ἧττον ὑπὸ τοῦ Σύλλου ἐγίγνετο. καὶ αὐτῶν ἅτε ἐγγὺς τοῦ ναοῦ θνησκόντων πολὺς μὲν θόρυβος, πολὺς δὲ καὶ θρῆνος, οἰμωγαί τε καὶ ὀδυρμοὶ ἐς τὸ συνέδριον συνέπιπτον, ὥστε τὴν γερουσίαν ἀμφοτέρωθεν ἐκταράττεσθαι. καὶ γὰρ οὐδὲ πόρρω ἔτι τοῦ τι καὶ αὐτοὶ δεινὸν πείσεσθαι προσδοκᾶν ἦσαν, οὕτως ἀνόσια αὐτοῦ καὶ λέγοντος ἅμα καὶ πράττοντος· καὶ διὰ τοῦτο πολλοὶ ἅτε ἐπ' ἀμφοτέροις ἐν ταὐτῷ περιαλγοῦντες ἐπεθύμουν τῶν ἔξω καὶ αὐτοὶ τῶν ἤδη ἀπολλυμένων εἶναι, ἵνα παύσωνταί ποτε φοβούμενοι· ἀλλ' αὐτοὶ μὲν ἀνεβέβληντο, οἱ δ' ἄλλοι κατεσφάγησαν, καὶ ἐς τὸν ποταμὸν ἐρρίφησαν. ὥστε τὸ τοῦ Μιθριδάτου πολὺ δεινὸν νομισθέν, ὅτι ποτὲ πάντας τοὺς ἐν τῇ

Ἀσίᾳ Ῥωμαίους ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἀπέκτεινεν, ἐν βραχεῖ πρός τε πλῆθος καὶ τὸν τρόπον τῶν τότε φονευθέντων νομισθῆναι· οὐδὲ ἐνταῦθα τὸ δεινὸν ἔστη, ἀλλ' ὥσπερ ἀπὸ φρυκτωρίας τινὸς ἐκεῖθεν αἱ σφαγαὶ ἀρξάμεναι καὶ ἐν τῷ ἄστει, καὶ ἐν τῇ χώρᾳ ταῖς τε πόλεσι ταῖς ἐν τῇ Ἰταλίᾳ πάσαις ἐγένοντο. πολλοὺς μὲν γὰρ αὐτὸς ὁ Σύλλας, πολλοὺς δὲ καὶ οἱ ἑταῖροι αὐτοῦ, οἱ μὲν ἐπ' ἀληθείας, οἱ δὲ καὶ προσποιούμενοι ἐμίσουν· ὅπως ἐκ τῆς τῶν ἔργων ὁμοιότητος τό τε ὁμοηθὲς οἱ ἐνδεικνύοντες, καὶ τὴν φιλίαν
ὦντ mſ. * βεβαιοῦντες, μὴ ἐκ τοῦ διαφόρου αὐτῶν ὑποπτευθῶσί τε καὶ καταγινώσκειν τι αὐτοῦ, καὶ διὰ τοῦτο κινδυνεύσωσιν. ἔσφαζον δὲ καὶ ὅσους πλουτοῦντας ἢ καὶ ἄλλως πως ὑπερέχοντας σφῶν ἑώρων, τοὺς μὲν φθόνῳ, τοὺς δὲ διὰ τὰ χρήματα· πλεῖστοι γὰρ ἐν
ἑτέρας ει συν. mſ. τῷ τοιούτῳ καὶ τῶν μέσων, κἂν μηδὲ * ἑτέροις ὦσι συναιροῦντες, ἴδιόν τι ἔγκλημα τὸ καὶ ἀρετὴν ἢ καὶ γένους πλούτῳ τέ τινος προέχειν λαμβάνοντες· καὶ ἀσφάλεια οὐδεμία οὐδενὶ πρὸς τοὺς ἐν κράτει τινὶ ἀδικεῖν βουλομένους εὑρίσκετο.

Ὅτι τοιαῦται συμφοραὶ τὴν Ῥώμην περιέσχον. τί γὰρ ἄν τις τὰς τῶν ζώντων ὕβρεις λέγοι; αἱ πολλαὶ μὲν περὶ τὰς γυναῖκας, πολλαὶ δὲ περὶ τοὺς παῖδας τοὺς εὐγενεστάτους, καθάπερ αἰχμαλώτους, ἐγίγνοντο· οὐ μὴν ἀλλὰ ἐκεῖνα καίπερ χαλεπώτατα ὄντα, τῷ γοῦν ὁμοιοτρόπῳ τῶν ἤδη σφίσι συμβεβηκότων οἰστὰ τοῖς γε ἐκτὸς τούτων οὖσιν ἐδόκει εἶναι. ὡς δὲ οὐκ ἐξήρκει τῷ Σύλλᾳ, οὐδ' ἠγάπα τὰ αὐτὰ ἑτέροις δρῶν, ἀλλά τις αὐτῷ πόθος εἰσῄει καὶ ἐν τῇ πολυτροπίᾳ τῶν φόνων πολὺ πάντων περιεῖναι, ὥσπερ τινὰ ἀρετὴν οὖσαν, τὸ μηδὲ ἐν ταῖς μιαιφονίαις τινὸς ἡττᾶσθαι, τινὰ καινότητα προσέθηκε λελευκωμένον πίνακα, ἐς ὃν ἐνέγραφε τὰ ὀνόματα. οὐ μέντοι γε ἧττον πάντα ὅσα καὶ πρὶν ἐγίγνετο, οὐδ' ἐν τῷ ἀσφαλεῖ οἱ μὴ ἐς τὰ λευκώματα ἐγγεγραμμένοι ἦσαν. πολλοὶ μὲν γὰρ οἱ μὲν ζῶντες οἱ δὲ καὶ τεθνηκότες ἐπ' ἀδείᾳ τῶν ἀποκτεινάντων σφᾶς προσενεγράφοντο, ὥστε ἐν τούτῳ μηδὲν διενεγκεῖν τὸ πρᾶγμα,

Romanos per Aſiam vno eodémque occiderat die, præ numero ac cædis genere eorum qui tum à Sulla necati ſunt, leue haberetur. neque verò malum hic ſtetit, ſed tanquam dato hinc cædis ſigno, mox in vrbe & per agros, & in omnibus prope Italiæ municipiis cædes patratæ ſunt. Multos enim Sulla, multos Sullæ amici ac comites partim reuera oderant, partim odiſſe ſimulabant, quò facinorum morúmque ſimilitudine ei approbata amicitiam confirmarent, néve ex diſſimilitudine ſuſpicionem præberent Syllam à ſe improbari, ac proinde in diſcrimen ſalutis inciderent. Cædebant porrò maximè eos, quos aut diuitiis, aut alia quapiam laude ſibi prȩſtare animaduerterant: hos quidem præ inuidia, illos verò pecuniæ cauſa. quo in numero erant complures neutram in eo bello cauſam ſecuti. quibus vnicum crimen erat, quòd virtute, aut ſplendore generis, aut opibus antiſtarent. nullus porrò perfugij aut ſecuritatis erat locus aduerſus eos qui potentia aliqua præditi, vim inferre cupiebant.

Huiuſmodi calamitatibus vrbs Romana premebatur. quid enim attinet commemorare iniurias ac contumelias illatas viuis hominibus, quibus cum multæ matronæ, tum nobiliſſimi pueri non ſecùs ac captiui violati ſunt. Sed hæc tametſi grauiſſima, tamen ob ſimilitudinem eorum quæ iam antea acciderant, iis qui extra hanc aleam erant, tolerabilia eſſe videbantur. Verùm poſtquam minimè his contentus Sulla, haud ſatis ſibi eſſe duxit alios imitari, ſed mala cupido eum inceſſit multiplici cædium varietate cunctos mortales longè ſuperandi, prorſus ac ſi virtutis eſſet, ſæuitiâ nemini concedere: nouo atq. inuſitato more album propoſuit, in quo nominatim proſcripſit quos ſublatos vellet. ſed nihilo ſecius eadem quæ priùs actitabãtur, nec ſecuritas iis parta erat, qui in tabula proſcripti non fuiſſent: multi enim non modò adhuc ſuperſtites, ſed etiam mortui pro arbitrio ac libidine eorum qui illos occiderant, adſcribebantur. adeò vt nullum prioribus malis remedium ea pro-

ſcriptio afferret, ſed cuncti acerbitate eius rei ac nouitate percellerentur. Namque tabulæ ipſæ tanquam album quoddam Senatorium, aut matricula militum palàm propoſitæ erant. multique ingenti ſtudio eò concurrebant, ac ſi boni aliquid iis tabulis promitteretur. ſed cùm illi propinquos, hi ſemetipſos proſcriptos ad necem cernerent, vt improuiſo malo fieri ſolet, terrore quatiebantur. eóque indicio proditi complures interiêre. neque verò quidquam vlli præterquam Syllanæ factioni ſatis tutum erat. ſiue enim quis ad tabulam proſcriptionis accederet, vt nimis curioſus arceſſebatur, ſiue non accederet, videbatur ægrè rem ferre. paritérque is qui legeret, quiue interrogaret de iis quæ perſcripta eſſent, ſuſpectus erat, vtpote de ſemetipſo ſuiſve ſodalibus ſollicitus. is verò qui nec legeret, neque ab aliis inquireret, infenſus eſſe partibus credebatur, ob idque odio erat. illacrymaſſe porrò aut riſiſſe capital illicò erat; ac permulti necabantur, non quod vetitum quidpiam dixiſſent fecifſentve, ſed quia vultum contraxerant, aut ſubriſerant. adeò etiam vultus illorum oriſque habitus curioſè obſeruabatur. nec licebat cuiquam neque amicos lugere, neque inimicorum cæde lætari. Verùm & ij quaſi cuipiam inſultarent, cædebantur. Adhæc multis cognomina negocium ac periculum creabant. quidam enim cùm proſcriptos minimè agnoſcerent, cuicumque libitum eſſet, eorum cognomina affingebant: ita multi pro aliis letho dati. ex quo non mediocris tumultus oriebatur, cùm hi quidem obuios, provt libido eſſet, nominarent; illi verò ſibi id nomen eſſe pernegarent. Porrò alij gnari proſcriptionis ſuę, alij penitùs ignari, vbicumq. demùm deprehenſi eſſent, opprimebãtur, nullúſque erat, ſeu ſacer, ſeu religioſus locus, qui ſecuritatem aut perfugium præberet. Enimverò qui improuiſo antequam impendentem ſibi calamitatem præſciiſſent, aut qui in ipſo calamitatis ſuæ nuncio repentè

τῇ τε δεινότητι τῇ τε ἀτοπίᾳ αὐτοῦ πάνυ πάντας χαλεπηνθῆναι· τά τε γὰρ πινάκια ὥσπερ τις ἀναγραφὴ βουλευτῶν ἢ κατάλογος στρατιωτῶν νομιζομένων ἐξετίθετο. καὶ συνέθεον ἐπ' αὐτὸ πάντες οἱ ἀεὶ παρόντες σπουδῇ, καθάπερ τινὰ χρηστὴν ἐπαγγελίαν ἔχοντα· καὶ πολλοὶ μὲν συγγενεῖς, ἤδη δέ τινες καὶ ἑαυτοὺς εὕρισκον ἐγγεγραμμένους κτείνεσθαι· κἀκ τούτου τὸ πάθος οἷα ἐξαπιναίῳ κακῷ φοβερὸν σφᾶς κατελάμβανεν· καὶ συχνοὶ καὶ ἀπ' αὐτοῦ τούτου γνωριζόμενοι διώλλυντο. καὶ ἦν οὐδενὶ ἔξω τῶν ἐκ τῆς ἑταιρείας ἀσφαλὲς οὐδέν. εἴτε γὰρ προσῄει τις λευκώμασιν, αἰτίαν ὡς καὶ πολυπραγμονῶν τι εἶχεν, εἴτε μὴ προσῄει δυσχεραίνειν ἐδόκει. καὶ ὅ τε ἀναλεγόμενος ἢ καὶ ἐπερωτῶν τινὰ τὰ ἐγγεγραμμένα ὕποπτος, ὡς καὶ περὶ ἑαυτοῦ τι τῶν τε ἑταίρων ζητῶν, ἐγίγνετο· καὶ ὁ μὴ ἀναγινώσκων, μηδὲ πυνθανόμενος ἄχθεσθαί τε αὖθις ὑπωπτεύετο, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἐμισεῖτο. τό τε δακρῦσαι ἢ καὶ γελάσαι θανάσιμον παραχρῆμα ἐγίγνετο. καὶ διὰ τοῦτο καὶ πολλοὶ οὐχ ὅτι καὶ εἶπόν τι ἢ καὶ ἔπραξαν ὧν ἀπείρητο, ἀλλ' ὅτι καὶ ἐσκυθρώπασαν ἢ καὶ ἐμειδίασαν, ἐφθείροντο. οὕτω καὶ τὰ σχήματα αὐτῶν ἀκριβῶς ἐτηρεῖτο· καὶ οὐκ ἐξῆν οὐδενὶ οὔτε ἐπὶ φίλων ὀδύρεσθαι, οὔτε ἐπ' ἐχθρῷ ἐφησθῆναι. ἀλλὰ καὶ ἐκεῖνοι ὡς καὶ χλευάζοντές τινα ἐσφάζοντο: καὶ προσέτι καὶ ἐπικλήσεις συχνοῖς πράγματα παρέσχον. ἀγνοοῦντες γάρ τινες τοὺς ἐπικεκηρυγμένους, ἐπὶ πάντας οὓς ἐβούλοντο τὰς ἐπωνυμίας αὐτῶν ἦγον. καὶ πολλοὶ διὰ τοῦτ' ἀνθ' ἑτέρων ἀπέθανον. ὥστε καὶ ἐν τούτῳ ταραχὴν τῶν μὲν ὅπως ποτὲ ἐβούλοντο τῶν προστυχόντων ὀνομαζόντων, τῶν δὲ ἀρνουμένων μὴ οὕτω καλεῖσθαι γίγνεσθαι. ἐφονεύοντο δὲ οἱ μὲν ἀγνοοῦντες ὅτι τελευτήσοιεν, οἱ δὲ καὶ προειδότες, πανταχοῦ ὅπου περ ἐτύγχανον ὄντες· καὶ οὐδὲν ἦν αὐτοῖς χωρίον οὐχ ἱερόν, οὔτ' ἀσφαλὲς οὔτ' ἄσυλον. οὐ μὴν ἀλλ' οἱ μὲν ἐξαίφνης πρὶν μαθεῖν τὴν ἐπικρεμαμένην συμφοράν, ἢ καὶ ἅμα τῇ πύστει αὐτῆς διαφθειρόμενοι, τῇ γοῦν εὐτυχίᾳ

τῆς μὴ προεκφοβήσεως ἐπεκουφίζοντο· οἱ δὲ δὴ προαισθόμενοι τοῦ δεινοῦ καὶ κατακρυπτόμενοι, χαλεπώτατα ἀπηλλάσσοντο· οὔτε γὰρ
leg. αὖ. ἀποχωρῆσαι μὴ φωραθεῖεν ἐτόλμων, οὔτ' *αἰ κατὰ χώραν μένειν καὶ μὴ προδοθεῖεν ὑπέμενον. πλεῖστοι δὲ καὶ ὑπὸ τῶν συνόντων καὶ φιλτάτων σφίσι προεδόθησαν, καὶ ἀπώλοντο. κἀκ τούτου τῇ προσδοκίᾳ τὸ ἀεὶ τὸν θάνατον προσδέχεσθαι.

Ὅτι οὐχ οἱ ἐς τὰ πινάκια ἐγγεγραμμένοι μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ λοιποὶ ὁμοίως ἔπασχον.

Ὅτι πάντων τῶν σφαζομένων ὁπουδήν, αἱ κεφαλαὶ ἐς τὴν τῶν Ῥωμαίων ἀγορὰν ἐκομίζοντο, καὶ ἐπὶ τοῦ βήματος ἐξετίθεντο, ὥσθ' ὅσα περὶ τὰς προγραφὰς συνέβαινε, ταῦτα καὶ περὶ ἐκείνας γίγνεσθαι.

Deeſſe videtur integer quaternio.

Ὅτι ὁ Καῖσαρ τὴν Πομπηΐου κεφαλὴν ἰδών, *&c. quæ extant in lib. 42. pag. 189. ſequebantur in Exemplari multa, quæ quia in libris editis extabant, conſulto prætermiſi.*

Ὅτι ὁ Τιβέριος ἐς Ῥόδον ἐστάλη [ὡς καὶ] παιδεύσεως τινὸς δεόμενος, μήτ' ἄλλους τινὰς μήτε τὴν θεραπείαν πᾶσαν ἐπαγόμενος, ἵν' ἐκποδὼν σφίσι καὶ τῇ ὄψει καὶ τοῖς ἔργοις γένηται· καὶ τήν τε ὁδὸν ἰδιωτικῶς ἐποιήσατο. πλὴν καθόσον τοὺς Παρίους τὸ τῆς ἑστίας ἄγαλμα πωλῆσαί οἱ ἠνάγκασεν ὅπως ἐν τῷ ὁμονοείῳ ἱδρυθῇ. καὶ ἐς τὴν νῆσον ἐλθὼν οὐδὲν ὀγκηρὸν οὔτε ἔπραττεν οὔτε ἔλεγεν. ἡ μὲν οὖν ἀληθεστάτη αἰτία τῆς ἐκδημίας αὐτοῦ τοιάδε ἐστί. [λόγον δέ τινα ἔχει καὶ διὰ τὴν γυναῖκα τὴν Ἰουλίαν, ὅτι μηκέτ' αὐτὴν φέρειν ἐδύνατο, τοῦτο ποιῆσαι. κατέλιπε γοῦν αὐτὴν ἐν τῇ Ῥώμῃ.] οἱ δὲ ἔφασαν χαλεπῆναι αὐτὸν ὅτι μὴ καὶ Καῖσαρ ἀπεδείχθη. οἱ δὲ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Αὐγούστου ὡς καὶ τοῖς παισὶν αὐτοῦ ἐπιβουλεύοντα ἐκβληθῆναι. ὅτι μὲν γὰρ οὔτε παιδείας ἕνεκα, οὔτ' ἀβουλήσας τὰ δεδογμένα ἀπεδήμησε, δῆλον ἔκ τε τῶν ἄλλων τῶν μετὰ ταῦτα ἔπραξε, καὶ ἐκ τοῦ τὰς διαθήκας αὐτοῦ εὐθὺς τότε καὶ λῦσαι,

opprimebãtur, hac ſaltem parte felices erant, quod nullum antè ſenſum calamitatis habuiſſent. at qui præuiſo periculo ſemet occultauerant, maximis moleſtiis conflictabantur. nam neque procul à patria abſcedere, ne detegerentur, audebant: neq. in patria manere ſuſtinebãt, ne fortè proderentur. (multi verò à ſodalibus & amiciſſimis proditi interiêre.) proinde perpeti mortis expectatione cruciati, vltimum ſpiritum edebant.

Neque ij ſolùm qui proſcripti fuerant, ſed & cæteri eadem patiebantur.

Omnium porrò qui vbicunq. erant occiſi, capita in forum vrbis Romæ delata pro roſtris proponebantur, adeò vt quæcunque ad tabulam proſcriptionis fieri diximus, eadem in præciſorum capitum ſpectaculo contingerent.

Deeſt integer quaternio.

Cæſar Põpeij capite viſo, *&c. quæ extãt in lib. 42. pag. 189.*

Ex Libro LV. *pag. 554.*

Tiberius modicò comitatu Rhodum profectus eſt, ſpecie quidem vt ingenium quibuſdam adhuc diſciplinis excoleret; reuera autem ne præſentia ſua ac rerum geſtarum gloria Lucio & Caïo grauis eſſet. & cùm iter ipſum priuati inſtar peregit, niſi quod Parios ſtatuam Veſtæ ſibi vendere coëgit, quam in Concordiæ templo dedicaret: tum in inſulam appulſus, nihil pro imperio ac dignitate aut fecit, aut dixit. Et ſeceſſus quidem ipſius veriſſima cauſa hæc eſt. Non deſunt tamen qui id ab eo factum putent propter Iuliam vxorem, quam ferre diutius nequiuerit: Eam certè reliquit Romæ. Alij dicunt ægrè tuliſſe Tiberium, quod non eſſet adoptatus Cæſar. Nonnulli affirmant amandatum eſſe ab Auguſto, cuius liberis inſidiaretur. Etenim neque eruditionis cauſa, neque eò quòd adoptionem Caij & Lucij moleſtè ferret, ſeceſſiſſe illum tum ex his quæ poſtmodum geſſit, apparet; tum ex eo quod diſcedens teſtamentum reſignauit,

& corã matre Liuia atq. Auguſto recitauit. Sed cũcti pro arbitrio ſuo varias huius ſeceſſionis cauſas ſuſpicabãtur.

Auguſtus filiam ſuam Iuliam eò laſciuiæ progreſſam, vt in ipſo etiã foro ac roſtris nocturnas comeſſationes & compotationes ageret, ſerò tãdem cùm deprehendiſſet: (etſi enim antea cõiectabat eam ſequius viuere, nondum tamen planè perſuaſum habebat.) tantâ ſubitò irâ correptus eſt, vt dolorem ſuum intra domus clauſtra cohibere nequaquam potuerit, ſed cum patribus etiam communicauerit. Itaque Iulia in Pandatariam Campaniæ inſulam relegata eſt, vltrò eam matre Scribonia comitata. Ex iis verò qui cum ea rem habuerant, Iulius quidem Antonius quaſi qui ſpe occupandi imperij id feciſſet, cum aliis nonnullis morte mulctatus eſt, reliqui in inſulas relegati. Cæterùm cùm inter cæteros quidam Tribunus plebis eo crimine teneretur, non antè in iudicium vocatus eſt, quàm magiſtratu abiiſſet.

C. Cæſar legiones quæ ad Iſtrum caſtra habebant, pacis more obiens ſpectauit. bellum enim nullum ab eo geſtum, non quod nullum bellum ingrueret, ſed quia ipſe quidem in ſumma pace ac ſecuritate principatus artes diſcebat, belli autem diſcrimina aliis mandabantur.

Ex Libro LVI. *pag. 587.*

Germanicus Cæſar tum multis ex cauſis cariſſimus erat plebi, tum eò maximè quòd cauſas actitaret non modò coràm aliis iudicibus, ſed & Auguſto ipſo iudice. vnde cùm aliquando dicturus eſſet pro Quæſtore neſcio quo, qui cædis reus agebatur, veritus accuſator ne apud eos iudices qui quæſtionem de ſicariis exercere conſueuerãt, auctoritate Germanici premeretur, ad Auguſti iudicium prouocauit. fruſtrà tamen. neq. enim cauſam obtinuit.

Ex Libro LVII. *pag. 615.*

Fuit Germanicus & corporis forma, & animi dotibus egregiè à natura inſtructus, ſimúlque eruditione ac robore inſignis. idem aduerſus hoſtem fortiſſimus, in ſubditos clemẽtiſſimus erat. cúmq. vtpote Cæſar maximam licẽtiam nactus eſſet, priuati hominis modeſtia viuebat.

καὶ τῇ μητρὶ τῷ τε Αὐγούστῳ ἀναγνῶναι, ἐγένετο. καὶ ἐδικάζετο πλεῖσθ' ὅσα ἐνεδέχετο. *vide lib. 55. pag. 554.*

Ὅτι ὁ Αὔγουστος Ἰουλίαν τὴν θυγατέρα ἀσελγαίνουσαν οὕτως, ὥστε καὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ καὶ ἐπ' αὐτοῦ γε τοῦ βήματος καὶ κωμάζειν νύκτωρ καὶ συμπίνειν, ὀψὲ δή ποτε φωράσας ὑπερωργίσθη. κατείκαζε μὲν γὰρ καὶ πρότερον οὐκ ὀρθῶς αὐτὴν βιοῦν, οὐ μέντοι καὶ ἐπίστευε. τότε δ' οὖν μαθὼν τὰ πραττόμενα τοσούτῳ θυμῷ ἐχρήσατο, ὥστε μηδ' οἴκοι αὐτὸν κατασχεῖν, ἀλλὰ καὶ τῇ γερουσίᾳ κοινώσασθαι. κἀκ τούτου ἐς νῆσον Καμπανίας ὑπερωρίσθη, καὶ αὐτῇ καὶ ἡ Σκριβωνία ἡ μήτηρ ἑκοῦσα συνεξέπλευσε. τῶν δὲ δὴ χρησαμένων αὐτῇ, ὁ μὲν δὴ Ἰούλιος Ἀντώνιος, ὡς καὶ ἐπὶ τῇ μοναρχίᾳ τοῦτο πράξας ἀπέθανεν μετ' ἄλλων τινῶν, οἱ δὲ λοιποὶ ἐς νήσους ὑπερωρίσθησαν. καὶ ἐπειδὴ καὶ δήμαρχός τις ἐν αὐτοῖς ἦν, οὐ πρότερον πλὴν διαρπάσαι ἐκρίθη. *vide lib. 55. pag. 555.*

Ὅτι Γάϊος τὰ στρατόπεδα τὰ πρὸς τῷ Ἴστρῳ εἰρηνικῶς ἐπῄει· πόλεμον γὰρ οὐδένα ἐπολέμησεν, οὐχ ὅτι οὐκ ἐγένετο, ἀλλ' ὅτι ἐκεῖνος μὲν ἔν τε ἡσυχίᾳ καὶ ἀσφαλείᾳ ἄρχειν ἐμάνθανεν, οἱ δὲ δὴ κίνδυνοι ἄλλοις προσετάσσοντο.

Ὅτι ὁ Γερμανικὸς ἐκ πολλῶν ᾠκειοῦτο τὰ πλήθη, καὶ ὅτι ὑπερεδίκει τινῶν, οὐχ ὅπως ἐπὶ τῶν ἄλλων δικαστῶν, ἀλλὰ καὶ ἐπ' αὐτοῦ τοῦ Αὐγούστου. διὸ καὶ ταμίᾳ τινὶ φόνου αἰτίαν ἔχοντι ἐδίκασε, τοῦ Γερμανικοῦ συναγορεύειν οἱ μέλλοντος ἔδεισεν ὁ κατήγορος αὐτοῦ μὴ κρατηθῇ διὰ τοῦτο παρὰ τοῖς δικασταῖς, ἐφ' οἷσπερ εἰώθει τὰ τοιαῦτα κρίνεσθαι. καὶ παρὰ τῷ Αὐγούστῳ δικασθῆναι μάτην ἠθέλησεν. οὐ γὰρ ἐκράτησε. *hac inſerenda ſunt lib. 56. pag. 587.*

Ὅτι ὁ Γερμανικὸς κάλλιστος μὲν τὸ σῶμα, ἄριστος δὲ καὶ τὴν ψυχὴν ἔφυ, παιδείᾳ τε ἅμα καὶ ῥώμῃ διέπρεπε. καὶ ἔς τε τὸ πολέμιον ἀνδρειότατος ὤν, ἡμερώτατα τῷ οἰκείῳ προσεφέρετο· καὶ πλεῖστον ἰσχύων ἅτε Καῖσαρ ὤν, ἐξ ἴσου τοῖς ἀσθενεστέροις ἐσωφρόνει.

καὶ οὐδὲν οὐδὲ πρὸς τοὺς ἀρχομένους ἐπαχθές, οὔτε πρὸς τὸν Δροῦσον ἐπίφθονον, οὔτε πρὸς τὸν Τιβέριον ἐπαίτιον ἔπραξεν· ἀλλὰ συνελόντι εἰπεῖν ἐν ὀλίγοις τῶν πώποτε, οὔτε ἐξήμαρτέ τι ἐς τὴν ὑπάρξασαν αὐτῷ τύχην, οὔτ᾽ αὐτὸς ὑπ᾽ ἐκείνης διεφθάρη. δυνηθεὶς οὖν πολλάκις καὶ παρ᾽ ἑκόντων, οὐχ ὅτι τῶν στρατιωτῶν, ἀλλὰ καὶ τοῦ δήμου τῆς τε βουλῆς τὴν αὐτοκράτορα ἀρχὴν λαβεῖν οὐκ ἠθέλησεν. *hæc inſerenda lib. 57. pag. 615.*

Ὅτι καὶ ἀφορμάς τινας φόνων ὁ Τιβέριος ἔσχε. διὰ γὰρ τὸν τοῦ Γερμανικοῦ θάνατον πολλοὶ ὡς καὶ ἐφησθέντες αὐτῷ ἀπώλοντο. συνήρετο δὲ καὶ συγκατειργάσατο αὐτῷ πάντα προθυμότατα Λούκιος Αἴλιος Σηιανός, &c. *quæ leguntur lib. 57. pag. 616.* τοῦτον οὖν ὁ Τιβέριος ἐκ τῆς τῶν τρόπων ὁμοιότητος προσλαβών, ταῖς τε στρατηγικαῖς τιμαῖς ἐκόσμησεν, (ὃ μήπω πρότερον μηδενὶ τῶν ὁμοίων οἱ ἐγεγόνει) καὶ σύμβουλον καὶ ὑπηρέτην πρὸς πάντα ἐποιεῖτο. ὁ μὲν οὖν σύμπαν οὕτω μετὰ τὸν τοῦ Γερμανικοῦ θάνατον μετεβάλετο, ὥστε αὐτὸν μεγάλως καὶ πρότερον ἐπαινούμενον πολλῷ δὴ τότε μᾶλλον θαυμασθῆναι.

Ὅτι ὁ Τιβέριος τῷ Γάλλῳ καιρὸν λαβὼν ἐπέθετο. ἐπειδὴ γὰρ τόν τε Σηιανὸν ἤτοι καὶ ἀληθῶς ὡς αὐταρχήσοντα, ἢ καὶ τῷ τοῦ Τιβερίου δέει θεραπεύων, ἢ καὶ ἐξ ἐπιβουλῆς ἵνα καὶ αὐτῷ ἐκείνῳ διὰ κόρου γενόμενος φθαρῇ, τά τε πλείω οἱ καὶ τὰ μείζω ἐσηγήσατο, καὶ ἐν τοῖς πρεσβευταῖς γενέσθαι ἐσπούδασεν, ἐπέστειλε περὶ αὐτοῦ τῇ βουλῇ τά τε ἄλλα, καὶ ὅτι τῷ Σηιανῷ τῆς πρὸς ἑαυτὸν φιλίας φθονοίη, καίπερ αὐτὸς Συριακῷ φίλῳ χρώμενος. καὶ ταῦτα οὐκ ἐξέφηνε τῷ Γάλλῳ, ἀλλὰ καὶ πάνυ αὐτὸν ἐδεξιώσατο, ὥστε συμβῆναί οἱ πρᾶγμα παραδοξότατον· ἐν γὰρ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ παρά τε τῷ Τιβερίῳ εἱστιάθη καὶ φιλοτησίας ἔπιε, καὶ ἐν τῷ βουλευτηρίῳ κατεψηφίσθη· ὥστε τὸν στρατηγὸν τὸν δήσοντα αὐτόν, καὶ πρὸς τιμωρίαν ἀπάξοντα πεμφθῆναι. *hæc inſerenda ſunt lib. 58. pag. 622.*

neque vnquam graue aliquid in ſubditos, neque in Druſum inuidioſè, aut in Tiberium quidquam culpandum geſſit. ſed quod admodum paucis ex omni memoria contigit, neque contra fortunam ac poteſtatem ſuam quidquam peccauit, neque ab ea eſt ipſa corruptus. Imperium certè non modò à militibus, ſed etiam à Senatu populóque Romano frequenter oblatum accipere noluit.

Germanici obitus occaſionem ſæuiendi Tiberio ſuppeditauit: multi enim tanquam illius funere lætati, periêre. Ad hæc autem omnia adiutore vſus eſt & miniſtro promptiſſimo, L. Ælio Sejano. Hunc Tiberius propter morum ſimilitudinem aſſumptum prætoriis inſignibus, quod nemini antea Præfecto prætorianarum cohortium contigerat, ornauit, eiúſque conſilio & opera in omnibus rebus eſt vſus. Ad ſummam, poſt interitum Germanici adeò immutatus eſt Tiberius, vt qui antea omnium laudibus celebris extitiſſet, tunc multò magis admiratione hominum efferretur.

Ex libro LVIII. *pag. 622.*

Tiberius occaſionem nactus, Aſinium Gallum perculit. Namque Gallus cùm aſſentaretur Seiano, ſiue ſincerè, tanquam olim imperaturo; ſiue Tiberij metu, ſeu dolo, quò is Tiberio grauis ac moleſtus tandem perueterctur; multa & magnifica in honorem Seiani cenſuerat, vtque ipſe inter legatos qui ad Tiberium mittebantur, eſſet, ambierat. At Tiberius literas ad Senatum dedit, quibus cùm alia obiiciebat Gallo, tum quòd amicitiam ſuam Seiano inuideret, tametſi Syriaci amicitia ipſe vteretur Gallus. Interim verò eam rem tegens, Gallum lætiſſimo vultu excepit: adeò vt res maximè inexpectata Gallo contigerit, vt eadem die ſimul Tiberij conuiua eſſet, cúmque eo amicè perpotaret, ſimul in Senatu condemnaretur, miſſo etiam Prætore qui eum vinctum ad ſupplicium abduceret.

Seianus Druſum, operâ ipſius vxoris, apud Tiberium calumniatus eſt. Omnes enim ille propemodum matronas vrbis Romæ ſtupro cognitas habebat, quarum ope cuncta quæ à primaribus viris agerentur dicerentúrve, pernoſcebat. quin etiam ad ſocietatem ac miniſterium conſiliorum ſuorum quaſi nupturas ſibi pellexerat. Sed poſtquam Tiberius Druſum tantúmodò Romam miſit, veritus Seianus ne ſententiam mutaret, Caſſio Longino Coſ. perſuaſit, vt de Druſo ad Senatum referret.

Tiberio imperante, cunctis delatoribus non modò ingens pecunia tum ex bonis damnatorum, túm ex ærario, ſed etiam honores decernebantur. ſed & ij qui alios calumniis promptè vexarent, aut iniquam ferre ſententiam non recuſarent, imagines & ſtatuas atque ornamenta triumphalia accipiebant; adeò vt multi ſpectabiles viri quibus ob res geſtas ea ornaměta delata erăt, vſurpare ea noluerint, ne illorũ ſimiles ipſi olim extitiſſe viderentur.

Tandem verò viſus eſt Tiberius ſancire velle obliuionem eorum, *&c. quæ leguntur in libro 58. pag. 631.*

Ex Libro LIX. *pag. 660.*

Cùm Senatus ludos in honorem Caij decreuiſſet, vtque ei in editiſſimo tribunali, quo nullus poſſet pertingere, ſedere in curia, ac militari ſatellitio ibi quoque cingi liceret, ac præterea vt eius ſtatuæ excubiis militum ſeruarentur, ea cauſa Caius cum patribus in gratiam rediit, & liberalitatem quadam vanitate impulſus adjecit. Nam Pomponium qui inſidias ipſi comparaſſe delatus fuerat, abſoluit, eò quòd ab amico proditus fuiſſet, eiuſdémque amicam quæ tormentis vexata nihil enunciaſſet, non modò nullo affecit ſupplicio, ſed etiam pecuniâ honorauit. Proinde cùm partim metu, partim ſincerè atque ex animo ob id laudaretur, aliis eum Heroëm, aliis Deum appellantib. inſanire vehementer cœpit. Etenim iam antea ſupra mortale faſtigium poſitus volebat videri: ſéque cum Luna rem habere, & à Victoria coronari iactabat.

Ὅτι ὁ Σηιανὸς καὶ τὸν Δροῦσον διέβαλε διὰ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ. πάσας γὰρ, ὡς εἰπεῖν, τὰς τῶν ἐπιφανῶν ἀνδρῶν γαμετὰς μοιχεύων, τά τε λεγόμενα ἢ καὶ πραττόμενα ὑπ' ἐκείνων ἐμάνθανε, καὶ προσέτι καὶ συνεργοὺς σφᾶς ὡς καὶ γαμηθησομένας οἱ ἐποιεῖτο. ἐπεὶ δὲ ὁ Τιβέριος ἁπλῶς τὸν Δροῦσον ἐς τὴν Ῥώμην ἔπεμψεν, ὁ Σηιανὸς δείσας μὴ μεταβάληται, ἔπεισε τὸν Κάσιον χρηματίσαι τι κατ' αὐτοῦ.

Ὅτι ἐπὶ Τιβερίου πάντες οἱ κατηγοροῦντές τινων, χρήματα καὶ πολλά γε ἔκ τε τῶν οὐσιῶν αὐτῶν καὶ ἐκ τοῦ δημοσίου, καὶ προσέτι καὶ τιμάς τινας ἐλάμβανον. ἤδη δὲ καὶ ἕτεροι προχείρως τινὰς θορυβοῦντες, ἢ καὶ ἑτοίμως τινῶν καταψηφιζόμενοι οἱ μὲν εἰκόνας, οἱ δὲ καὶ τιμὰς ἐπινικίους ἐκτῶντο. ὥστε τινὰς τῶν ἄλλων ἐλλογίμων ἀξιωθέντας τοιούτου τινὸς μὴ θελῆσαι αὐτὸ προσθέσθαι, ἵνα μὴ καὶ αὐτοὶ δόξωσί ποτε ὅμοιοι ἐκείνοις γεγονέναι.

Ὅτι ὁ Τιβέριος ἔδοξεν ὀψέ ποτε ἀμνηστίαν τῶν ἀνακρινομένων ἐσηγήσασθαι, &c. *quæ leguntur lib. 58. pag 631.*

Ὅτι οἱ βουλευταὶ καὶ πανηγύρεις τινὰς τῷ Γαΐῳ ἐψηφίσαντο, καὶ ὅπως βήματί τε ὑψηλῷ ἐν τῷ βουλευτηρίῳ ὥστε μηδένα ἐξικνεῖσθαι, καὶ φρουρᾷ στρατιωτικῇ καὶ ἐκεῖ χρῷτο. καὶ τοὺς ἀνδριάντας αὐτοῦ φρουρεῖσθαι ἔγνωσαν. ἐπ' οὖν τούτοις ὁ Γάϊος τὴν ὀργὴν σφίσιν ἀφῆκε, καὶ χρήματά τινα προσενεανιεύσατο. Πομπώνιον γὰρ ἐπιβουλεῦσαι λεχθέντα οἱ ἀπέλυσεν, ἐπειδὴ ὑπὸ φίλου προεδόθη· καὶ τὴν ἑταίραν αὐτοῦ ὅτι βασανισθεῖσα οὐδὲν ἐξεῖπεν, οὔτε τι κακὸν ἔδρασε, καὶ προσέτι καὶ χρήμασιν ἐτίμησεν. ἐπαινούμενος οὖν διὰ ταῦτα τὰ μὲν φόβῳ, τὰ δὲ καὶ ἐπ' ἀληθείας, καὶ τῶν μὲν Ἥρωα, τῶν δὲ θεὸν αὐτὸν ἀνακαλούντων ἐξεφρόνησεν. ἠξίου μὲν γὰρ καὶ πρότερον ὑπὲρ ἄνθρωπον νομίζεσθαι, καὶ τῇ σελήνῃ συγγίνεσθαι, καὶ ὑπὸ τῆς νίκης στεφανοῦσθαι ἔλεγε.

Ζεύς τε εἶναι ἐπλάττετο· καὶ κατὰ τοῦτο καὶ γυναιξὶν ἄλλαις τε πολλαῖς καὶ ταῖς ἀδελφαῖς μάλιστα συνεῖναι προεφασίσατο· καὶ Ποσειδῶν αὖθις, ὅτι τοσοῦτον θαλάσσης μέτρον ἔζευξε. τόν τε Ἡρακλέα, τόν τε Διόνυσον, τόν τε Ἀπόλλω, τούς τε ἄλλους οὐχ ὅτι τοὺς ἄῤῥενας, ἀλλὰ καὶ τὰς θηλείας ὑπεκρίνετο. πρός γὰρ δὴ τὴν τῶν ὀνομάτων μετάθεσιν, καὶ τὸ ἄλλο σχῆμα πᾶν τὸ προσῆκον σφίσι ἐλάμβανεν, ὥστε ἐοικέναι δὴ δοκεῖν. τότε μὲν γὰρ θηλυδριώδης ἑωρᾶτο, καὶ κρατῆρα καὶ θύρσον εἶχε· τότε δὲ ἀῤῥενωπὸς, καὶ ῥόπαλον καὶ λεοντῆν, ἢ καὶ κράνος ἀσπίδα τε ἐφόρει. λειογένειος αὖ, καὶ μετὰ τοῦτο πωγωνίας ἐφαντάζετο. τρίαιναν τε ἔστιν ὅτε ἐκράτει· καὶ κεραυνὸν αὖθις ἀνέτεινε. παρθένῳ τε κυνηγετικῇ ἢ καὶ πολεμικῇ ὡμοιοῦτο· καὶ μετ' οὐ πολὺ ἐγυναίκιζεν. οὕτω που καὶ τῷ ῥυθμῷ τῆς στολῆς, καὶ τοῖς προσθέτοις τοῖς τε περιθέτοις ἀκριβῶς ἐποικίλλετο, καὶ πάντα μᾶλλον ἢ ἄνθρωπος αὐτοκράτωρ τε δοκεῖν εἶναι ἤθελε. ταῦτα μετ' οἷον τὰ σχήματα, *&c. quæ leguntur lib. 59. pag. 661. uſque ad* πάντων ὁρώντων. *Sequitur deinde in Exemplari noſtro.* καὶ ταῦτα μέντοι ὅσα ὡς θεῷ αὐτῷ ἐγίγνετο· ἃ οὐχ ὅτι οἱ πολλοὶ καὶ ἀεί τινα κολακεύειν εἰωθότες ἐποίουν, ἀλλὰ καὶ οἱ πάνυ δοκοῦντές τι εἶναι.

Ὅτι ὁ Βιτέλλιος ὁ Λούκιος οὔτ' ἀγεννὴς, οὔτ' ἄφρων ὢν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῆς ἐν τῇ Συρίᾳ ἀρχῆς ὀνομαστὸς γενόμενος, μετεπέμφθη ὑπὸ τοῦ Γαΐου ὡς καὶ ἀπολούμενος. ἐφ' οἷς γὰρ οἱ Πάρθοι τὸν βασιλέα σφῶν ἐξήλασαν, ἐπὶ τούτοις ἐκεῖνος αἰτίαν ἔσχε, μισηθείς τε ὑπὸ τοῦ φθόνου καὶ ἐπιβουλευθεὶς ὑπὸ τοῦ φόβου. τῷ τε γὰρ κρείττονι ἑαυτοῦ ὁ Γάϊος ἤχθετο, καὶ τὸν εὖ φερόμενον ὡς καὶ ἐπιθησόμενόν οἱ ὑπωπτεύετο. ἐσώθη δὲ σχηματίσας πως ἑαυτὸν, *&c. quæ habes pag. 661.*

Ὅτι ὁ αὐτὸς Γάϊος ἐν τῇ Ἀσίᾳ τῷ ἔθνει τέμενός τι ἑαυτῷ ἐν Μιλήτῳ τεμενίσαι ἐκέλευσε. ταύτην γὰρ τὴν πόλιν ἐπελέξατο, λόγῳ μὲν

Iouem etiam ſeſe fingebat, ideóque cùm multarum aliarum mulierum, tum maximè ſororum conſuetudine vti profitebatur. Idem rurſus Neptunum, quippe qui tantum maris ſpatium ponte iunxiſſet, & Herculem, & Bacchum, & Apollinem, ac cæteros Deos Deáſque agebat. Etenim pro nominum mutatione habitum quoque mutabat, quo numinis eius quod agendum ſuſceperat, ſpeciem referret. Itaque interdum effæminatus cernebatur craterem thyrſúmque geſtans. aliàs viriliter compoſitus cum claua ac leonis exuuiis, aut cum galea & clypeo. Interdum etiam imberbis, mox barbatus videbatur. nunc tridentem ferebat, nunc fulmen vibrabat, nunc venatrici Dianæ, aut Palladi bellatrici ſimilis, mox in Venerem frangebatur; adeò & veſte & cætero cultu atque ornatu mirificè fingebatur, ac quiduis potius quàm homo & imperator populi Romani malebat videri. Hoc igitur habitu ſe induebat, *& cætera quæ leguntur pag. 661. vſque ad illa verba*, OSCVLA DARE OMNES VIDERENT. Et hæc quidem ei non ſecus ac Deo cuipiam factitabantur non modò ab infimis nulliúſque pretij hominibus ſemper alicui aſſentari ſolitis, ſed etiam à præſtantiſſimo quoque.

L. Vitellius, vir minimè ignauus, & ſatis prudens, quique ex adminiſtratione Syriæ non mediocrem gloriam retulerat, accerſitus eſt à Caio vt interficeretur. crimini enim ipſi dabatur, quòd Parthi Regem ſuum Teridatem expuliſſent. quippe inuidia odium, metus inſidias ei creauerat. Nam & Caius virtutem ac præſtantiam viri ægrè ferebat, & laudem ac gloriam tanquam materiam rerum nouarum ſuſpectam habebat. ſed Vitellius arte quadam euaſit. Compoſuerat ſe, *&c. quæ leguntur pag. 661.*

Caius Mileti in Aſia templum ſibi exſtrui iuſſit: quippe hanc vrbem præ cæteris elegerat, ſpecie quidem quod

Epheſum ab Diana, Pergamum ac Smyrnam ab Auguſto Tiberióque occupatas eſſe diceret, ſed reuera quia ampliſſimum ac pulcherrimum fanum quod Mileſij Apollini ædificabant, ſuo nomini vindicare cupiebat. Tum verò eò inſolentiæ proceſſit, vt in ipſa etiam vrbe duo templa, alterum decretum à Senatu, alterum ſua auctoritate ſibi ipſe in palatio conderet. Sed & in Capitolio diuerſorium ſibi ædificauerat, *&c. quæ leguntur pag. 661.* Cúmque Cæſonia tricesimo ferè poſt nuptias die filiolam ei peperiſſet, eam cupidiſſimè ſibi aſſeruit, præ ſe id ferens quòd intra tam paucos dies maritus ſimul & pater extitiſſet. Infantem deinde Druſillam appellatam in Capitolium tulit, Iouiſque genibus quaſi ipſius quoque Iouis filiam impoſuit, ac Mineruæ nutriendam commendauit. Hic porrò Deus ac Iupiter, (ſic enim ad extremum cognominatus eſt, ita vt etiam in edictis ſic ſcriberetur) Hæc cùm faceret, nihilo minus colligendæ vndecunque pecuniæ ſordidiſſimè atque auidiſſimè incumbebat. vt enim de foro rerum venalium & de cauponis nihil dicam, vt lites ac iudicia, opifices etiam ac mancipia quæ quæſtum facerent, aliáque eiuſmodi prætermittam, ex quibus ille nullum non lucrum captabat; illud verò quis eſt qui poſſit reticere? conſtituta in palatio lupanaria, in quibus matronæ primariæ ac pueri nobiles ſtarent. quibus ille omnibus partim volentibus, partim inuitis, ſed diſſimulantibus fœdè illudebat. Verùm iſthæc quidem haud grauiter plebs ferebat, ſed delectabatur potius cùm hac hominis laſciuia, tum quod ſuper diffuſos auri argentique aceruos quod ab ipſis exactum erat, ſeſe identidem volutaret. At cùm legem quandam de vectigalibus aſperam & moleſtam tuliſſet, eámq. in albo minutiſſimis ſcriptam literis ex editiſſimo loco propoſuiſſet, vti ne cui legere liceret, ac proinde vt ex ignoratione eius quod imperatum vetitúmve eſſet,

Eἰπών

εἰπὼν ὅτι τὴν μὲν Ἔφεσον ἡ Ἄρτεμις, τὴν δὲ Πέργαμον ὁ Αὔγουστος, τὴν δὲ Σμύρναν ὁ Τιβέριος προκατειλήφασι· τὸ δὲ ἀληθὲς ὅτι τὸν νεών, ὃν οἱ Μιλήσιοι τῷ Ἀπόλλωνι καὶ μέγαν καὶ ὑπερκαλλῆ ἐποίουν, ἰδιώσασθαι ἐπεθύμησε. τότε δὲ ἐπὶ πλέον ἐξήχθη, ὥστε καὶ ἐν αὐτῇ τῇ Ῥώμῃ ναὸν ἑαυτοῦ τὸν μὲν ὑπὸ τῆς βουλῆς ψηφισθέντα, τὸν δὲ ἰδίᾳ ἐν τῷ παλατίῳ ποιήσασθαι· ἐτεκτήνατο δὲ καὶ ἐν τῷ καπιτωλίῳ κατάλυσιν, &c. *quæ leguntur pag. 661. uſque ad illa.* ἢ μ' ἀνάειρ' ἢ ἐγὼ σέ. *poſt quæ ſic legitur in mſ.* ἐπειδή τε ἡ Καισωνία θυγάτριον μετὰ τριάκοντα ἡμέρας τῶν γάμων ἔτεκε, τοῦτό τε αὐτὸ δαιμονίως προσεποιεῖτο, σεμνυνόμενος ὅτι ἐν τοσαύταις ἡμέραις καὶ πατὴρ καὶ ἀνὴρ ἐγεγόνει· καὶ Δρουσίλλαν αὐτὴν ὀνομάσας ἔς τε τὸ καπιτώλιον ἀνήγαγε, καὶ ἐς τὰ τοῦ Διὸς γόνατα ὡς καὶ παῖδα αὐτοῦ οὖσαν ἐνέθηκε, καὶ τῇ Ἀθηνᾷ τιθηνεῖσθαι παρηγγύησεν. οὗτος οὖν ὁ θεὸς καὶ οὗτος ὁ Ζεὺς (καὶ γὰρ ἐκαλεῖτο τὰ τελευταῖα οὕτως, ὥστε καὶ ἐς γράμματα φέρεσθαι) ταῦτά τε ἅμα ἔπραττε, καὶ χρήματα αἴσχιστα καὶ δεινότατα συνελέγετο. ἵνα γὰρ τις τά τε ὤνια καὶ τὰ καπηλεῖα, τάς τε ὤρνας καὶ τὰ δικαστήρια, τούς τε χειροτέχνας καὶ τὰ ἀνδράποδα τὰ μισθοφοροῦντα, τά τε ἄλλα τὰ τοιαῦτα, ἐξ ὧν οὐδὲν ὅ τι οὐκ ἠργυρίζετο παραλείπῃ, ἀλλὰ τά γε οἰκήματα ἐν αὐτῷ τῷ παλατίῳ ἀποδειχθέντα, καὶ τὰς γυναῖκας τὰς τῶν πρώτων, τούς τε παῖδας τοὺς τῶν σεμνοτάτων οὓς ἐς αὐτὰ καθίζων ὕβριζεν, πάντας ἁπλῶς τοὺς μὲν ἐθέλοντας, τοὺς δὲ καὶ ἄκοντας, ὅπως καὶ μὴ δυσχεραίνειν τι νομισθῶσι, πῶς ἄν τις σιωπήσειεν; οὐ μὴν ἀλλὰ τούτοις μὲν οὐ σφόδρα τὸ πλῆθος ἤχθετο, ἀλλὰ καὶ ἔχαιρεν ὁμοῦ οἱ τῇ τε ἀσελγείᾳ αὐτοῦ, καὶ ὅτι ἔς τε τὸ χρυσίον καὶ τὸ ἀργύριον τὸ συλλεγόμενον ἀπ' αὐτῶν ἐμβόλων ἑκάστοτε ἑαυτὸν ἐκαλινδεῖτο. ὡς μέν τοι καὶ περὶ τῶν τελῶν πικρῶς τινὰ διανομοθετήσας, ἐς λεύκωμα αὐτὰ βραχυτάτοις γράμμασιν ἐσέγραψε, καὶ ἀφ' ὑψηλοῦ τινὸς ἀπεκρέμασεν,

ὅπως ὡς ἥκιστα ἀναγιγνώσκοιτο, κἀκ τούτου πολλοὶ τοῖς ἐπιτιμίοις ἀγνοοῦντες τὸ κεκωλυμένον ἢ κεκελευσμένον περιπίπτωσιν, ἔς τε τὸν ἱππόδρομον εὐθὺς σπουδῇ συνέδραμον, καὶ δεινὰ συνεβόησαν.

Ὅτι κατὰ τὴν ὁπλομαχίαν πολλοὶ καὶ τῶν ξένων ἀπελευθέρων καὶ οἱ αἰχμάλωτοι οἱ Βρεττανοὶ ἐμαχέσαντο· καὶ πολλοὺς ὅσους καὶ ἐν τούτῳ εἶδε τῆς θέας ἀνήλισκε, καὶ ἐν τούτῳ ἐσεμνύνετο. *hæc locum habent in lib. 60. pag. 685. poſt illa verba,* καὶ ἐθριάμβευσε. *vt ex mſ. noſtro apparet.*

Ὅτι ἡ Μεσσαλῖνα ὥσπερ οὐκ ἐξαρκοῦν οἱ ὅτι καὶ ἐμοιχεύε-
Pag.686. το καὶ ἐπορνεύετο, (τά τε γὰρ ἄλλα ἰσχυρῶς ἔπραττε, καὶ ἐπ' οἰκήματός ἐστιν ὅτε ἐν τῷ παλατίῳ αὐτή τε ἐκαθέζετο, καὶ τὰς ἄλλας τὰς πρώτας ἐκάθιζε) καὶ ἐπεθύμησε καὶ ἄνδρας τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου πολλοὺς ἔχειν. καὶ σύμπασιν ἂν τοῖς χρωμένοις αὐτῇ κατὰ συμβόλαια συνῴκησεν, εἰ μήπερ εὐθὺς ἐν τῷ πρώτῳ φωραθεῖσα ἀπώλετο. τέως μὲν γὰρ οἱ Καισάρειοι πάντες ὡμολόγουν αὐτῇ, καὶ οὐδὲν ὅ τι οὐκ ἀπὸ κοινῆς γνώμης ἐποίουν. ἐπεὶ δὲ τὸν Πολύβιον καίτοι καὶ ἐκείνῳ πλησιάζουσα καὶ διέβαλε καὶ ἀπέκτεινεν, οὐκέτι αὐτῇ ἐπίστευον. κἀκ τούτου ἐρημωθεῖσα τῆς παρ' αὐτῶν εὐνοίας ἐφθάρη· τόν τε γὰρ Σίλιον τὸν Γαΐου τοῦ Τιβερίου τοῦ σφαγέντος υἱὸν ἄνδρα ἐπεγράψατο, καὶ τοὺς γάμους πολυτελῶς ἑστίασε, καὶ οἰκίαν αὐτῷ βασιλικὴν ἐχαρίσατο, πάντα τὰ τιμιώτατα τῶν Κλαυδίου κειμηλίων συμφορήσασα ἐς αὐτήν, καὶ τέλος ὕπατον αὐτὸν ἀπέφηνε. ταῦτ' οὖν πρότερον μὲν καὶ ὑπὸ πάντων ἄλλων ἀκουόμενα καὶ ὁρώμενα τὸν γοῦν Κλαύδιον ἐλάνθανεν. ὡς δ' οὗτός τε ἐς τὰ Ὤστια πρὸς ἐπίσκεψιν σίτου κατέβη, καὶ ἐκείνη ἐν τῇ Ῥώμῃ πρόφασιν ὡς καὶ νοσοῦσα ὑπελείφθη, συμπόσιόν τέ τι περιβόητον συνεκρότησεν, ἐνταῦθ' ὁ Νάρκισσος μονωθέντι τῷ Κλαυδίῳ μηνύει διὰ τῶν παλλακῶν αὐτοῦ πάντα τὰ γιγνόμενα· καὶ ἐκφοβήσας αὐτόν, ὡς καὶ τῆς Μεσσαλίνης

multi in pœnam lege ſancitam inciderent, ſtatim plebs maxima contentione in Circum conuenit, grauéſque vndique acclamationes fieri cœpêre.

Ex Libro LX.

In Amphitheatrali munere cùm multi peregrini ac libertini generis, tum Britanni captiui depugnarunt: pluximiſque eo ſpectaculi genere ſublatis, Claudius magnoperè gloriabatur.

At Meſſalina adulteriis & ſtupris non contenta, (námque inter cętera inſignis audaciæ facinora, interdum in cella meretricia intra palatium ſtabat, aliáſq. primarias fæminas proſtituebat) plures quoque ſimul maritos habere concupiuit. ac fortaſſe omnibus adulteris ſuis ſolenni ritu ſignatis tabulis nupſiſſet, niſi in primo ſtatim deprehenſa pœnas dediſſet. Nam hactenus quidem omnes Cæſaris liberti cum ea conſenſerant, nihilque non ex communi ſententia agebant. ſed poſtquam Polybium quocum tamen commercium ſtupri habebat, apud Claudium calumniata neci dedit, eam in poſterum ſuſpectam habuerunt. proinde Meſſalina eorum gratiâ ac beneuolentiâ deſtituta, facilè oppreſſa eſt. quippe C. Silium, Silij qui à Tiberio occiſus erat, filium maritum adſciuit, & nuptias ingenti ſumptu celebrauit; ædéſque ei regias donauit, pretioſiſſimis quibuſque Claudij rebus in eam congeſtis: poſtremò eum Conſulem deſignauit. Atque hæc cùm omnibus audita iam viſáve eſſent, Claudium tamen adhuc latebant. Verùm enimverò cùm rei frumentariæ cauſa ipſe quidem Oſtiam petiiſſet, Meſſalina verò ſimulata valetudine manſiſſet Romæ, ac celeberrimum conuiuium celebrauiſſet, tum Narciſſus disiuncto ab vxore Claudio, pellicum operâ rem omnem aperuit: incuſſóque ei metu quaſi Meſſalina

iamiam ipſum interfectura, atque imperium traditura Silio eſſet, perſuaſit vt quibuſdam correptis veritatem tormentis exquireret. ſimul Claudius properè in vrbem contendit, ſtatimque vt eſt ingreſſus, cùm alios plures, tum Mneſterem vltimo ſupplicio affecit, ipſámque Meſſalinam, quæ in Aſiatici hortos conceſſerat, quorum maximè cauſâ occiſus erat Aſiaticus, necauit.

L. Iunius Silanus magnam virtutis opinionem erat adeptus, tantique eum Claudius fecerat, vt & triumphalia ornamenta nondum puberi daret, & filiam Octauiam deſponderet. cúmque multò ante legitimum tempus Prætor eſſet creatus, Claudius munus gladiatorium quod ab ipſo prębendum erat, ſuis ſumptibus edidit eius nomine: atque in eo munere tanquam aliquis factionis princeps, quædam ab ipſo flagitauit, & contenta voce edidit quæcunque alios velle intelligebat.

Claudius adeò addictus ac mancipatus erat vxoribus, vt in earum gratiam vtrumque generum occiderit.

Sed Agrippina vbi primùm in regiam venit, mulier callidi ac ſolertis ingenij Claudium ſtatim penitùs ſibi obnoxium præſtitit, cunctóſque eius amicos partim metu, partim beneficiis ſibi deuinxit. Denique Britannicum priuignum, tanquam plebeij alicuius filium, educari fecit. (alter enim cui & Seiani filia deſponſa fuerat, in viuis eſſe deſierat.) Domitium verò tum quidem generum, mox & filium Claudio adſciuit. Quæ quidem partim ſuffragantibus apud Claudium libertis præſtitit Agrippina, partim Senatu populóque Rom. ac militibus ſubornatis, qui quædam eò ſpectantia aſſiduè acclamarent.

Interim filium ad imperium formabat, præceptore addito Seneca, opéſque incredibiles ei cogebat, nihil quantumvis vile ac ſordidum lucri ſtudio prætermittens, ſed quemvis vel mediocriter locupletem omnibus officiis colens, nonnullis etiam pecuniæ cauſa necatis.

ἐκεῖνόν τε ἀποκτενεῖν, καὶ τὸν Σίλιον ἐς τὴν ἀρχὴν αὐτίκα καθιστάναι μελλούσης, ἀνέπεισε συλλαβεῖν τινὰς καὶ βασανίσαι· ἅμα τε τοῦτ' ἐγίγνετο καὶ αὐτὸς ἠπείγετο· καὶ ὥσπερ εἶχεν ἐσελθὼν ἄλλους τε πολλοὺς καὶ τὸν Μνηστῆρα ἐθανάτωσεν, αὐτήν τε τὴν Μεσαλίναν ἐς τοὺς τοῦ Ἀσιατικοῦ κήπους, δι' οὕσπερ οὐχ ἥκιστα ἀπολώλει, ἀναχωρήσασαν ἀπέσφαξεν.

Ὅτι ὁ Σιλανὸς ἀνὴρ ἀγαθὸς ἐνομίζετο, καὶ ὑπὸ τοῦ Κλαυδίου οὕτως ἐτιμᾶτο, ὥστε καὶ ἐπινικίους τιμὰς ἐν παισὶ λαβεῖν, τήν τε θυγατέρα αὐτοῦ Ὀκταυΐαν ἐγγυήσασθαι, καὶ πολὺ πρὸ τοῦ καθήκοντος χρόνου στρατηγῆσαι, τήν τε πανήγυριν τὴν προσήκουσαν αὐτῷ τοῖς ἐκείνου τέλεσι ποιῆσαι, καὶ ἐν αὐτῇ τὸν Κλαύδιον καὶ αἰτῆσαι ἵνα παρ' αὐτοῦ ὥσπερ τινὰ στασιαρχίαν, καὶ ἐκβοῆσαι πάνθ' ὅσα τοὺς ἄλλους βουλομένους ἑώρα.

Ὅτι οὕτω ταῖς γυναιξὶν ὁ Κλαύδιος ἐδεδούλωτο, ὥστ' ἀμφοτέρους τοὺς γαμβροὺς δι' αὐτὰς ἀποκτεῖναι.

Ὅτι ὡς ἅπαξ ἡ Ἀγριππῖνα ἐν τῷ βασιλείῳ ἐγένετο, τόν τε Κλαύδιον ἐσφετερίσατο, δεινοτάτη οὖσα πράγμασι χρῆσθαι, καὶ τοὺς τινὰ αὐτῷ εὔνοιαν ἔχοντας τὰ μὲν φόβῳ, τὰ δὲ εὐεργεσίαις ᾠκειοῦτο, καὶ τὸν Βρεττανικὸν τὸν παῖδα αὐτοῦ ὡς καὶ τῶν τυχόντων τινὰ τρέφεσθαι ἐποίει. ὁ γὰρ ἕτερος ὁ καὶ τὴν τοῦ Ἀσιανοῦ θυγατέρα ἐγγυησάμενος ἐτεθνήκει. τόν τε Δομίτιον τότε μὲν γαμβρὸν τῷ Κλαυδίῳ ἀπέδειξεν, ὕστερον δὲ καὶ ἐσεποίησεν. ἔπραξε δὲ ταῦτα, τὸ μὲν τι διὰ τῶν ἀπελευθέρων ἀναπείσασα τὸν Κλαύδιον, τὸ δὲ καὶ τὴν γερουσίαν καὶ τὸν δῆμον, τούς τε στρατιώτας ἐπιτήδειόν τι ἀεί ποτε ἐς αὐτὰ συμβοᾷν παρασκευάσασα. Pag.686.

Ὅτι ἡ Ἀγριππῖνα τὸν υἱὸν ἐς τὸ κράτος ἐξήσκει, καὶ παρὰ τῷ Σενέκᾳ ἐξεπαίδευε· πλοῦτόν τε ἀμύθητον αὐτῷ συνῆγεν, οὐδὲν οὐδὲ τῶν σμικροτάτων ἐπ' ἀργυρισμῷ παραλείπουσα, ἀλλὰ πάντα καὶ τὸν ὁπωσοῦν εὐποροῦντα θεραπεύουσα, πολλοὺς δὲ καὶ διὰ τοῦτο φο- Pag.686.

νοῦσα. ἤδη δέ τινας καὶ ζηλοτυπήσασα ἔφθειρε. καὶ τήν γε Παυλῖναν τὴν Λολλίαν ἐπεὶ τῷ Γαΐῳ συνῳκήκει ἀπέκτεινεν.

Ὅτι ὁ μὲν Νέρων ηὔξετο· Βρεττανικὸς δὲ οὔτε τινὰ τιμὴν, οὔτε ἐπιμέλειαν εἶχεν. ἀλλ' ἡ Ἀγριππῖνα τούς τε ἄλλους τοὺς περιέποντας αὐτὸν, τοὺς μὲν ἐξέβαλε, τοὺς δὲ καὶ ἀπέκτεινε· καὶ τὸν Σωσίβιον, ᾧ ἥ τε τροφὴ καὶ ἡ παιδεία αὐτοῦ προσετέτακτο, κατέσφαξεν ὡς καὶ τῷ Νέρωνι ἐπιβουλεύοντα. κἀκ τούτου παραδοῦσα αὐτὸν οἷς ἤθελεν ἐκάκου ὅσον ἐδύνατο· καὶ οὔτε τῷ πατρὶ συνεῖναι, οὔτε ἐς τὸ δημόσιον προϊέναι εἴα, ἀλλ' ἐν ἀδέσμῳ τρόπον τινὰ φυλακῇ εἶχεν.

Pag.686. Ὅτι Ἀγριππίνης οὐδεὶς τὸ παράπαν ἥττητο. ἀλλά τά τε ἄλλα καὶ ὑπὲρ αὐτὸν τὸν Κλαύδιον ἐδύνατο, καὶ ἐν κοινῷ τοὺς βουλομένους ἠσπάζετο. καὶ τοῦτο καὶ ἐς τὰ ὑπομνήματα ἐσεγράφετο.

Pag.687. Ὅτι ὁ Νάρκισσος τῆς λίμνης τῆς Φουκινῆς συμπεσούσης, αἰτίαν ἐπ' αὐτῇ μεγάλην ἔλαβεν ἐπεστάτει γὰρ τοῦ ἔργου, καὶ ἔδοξε πολὺ ἐλάττω ὧν ἤλπιζε δαπανήσας, εἶτα ἐξεπίτηδες τὸ σύμπτωμα, ὅπως ἀνεξέλεγκτον τὸ κακούργημα αὐτοῦ γένηται, μηχανήσασθαι.

Pag.690 & 691. Ὅτι ὁ Σενέκας καὶ ὁ Βοῦῤῥος φρονιμώτατοί τε ἅμα καὶ δυνατώτατοι τῶν κατὰ τὸν Νέρωνα ἀνδρῶν ὄντες, τὴν ἀρχὴν πᾶσαν παρέλαβον καὶ διῴκησαν ἐφ' ὅσον ἠδυνήθησαν ἄριστα καὶ δικαιότατα, ὥσθ' ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων ὁμοίως ἐπαινεθῆναι. ὅ τε γὰρ Νέρων οὔτ' ἄλλως φιλοπράγματος ἦν, καὶ ἔχαιρεν ἐν ῥᾳστώνῃ διάγων. καὶ διὰ ταῦτα τῇ τε μητρὶ πρότερον ὑπεπτώκει, καὶ τότε ἠγάπα ὅτι αὐτός τε ἐν ἡδοναῖς ἦν, καὶ ἡ ἡγεμονία οὐδὲν ἧττον διήγετο. καὶ ἐκεῖνοι συμφρονήσαντες, αὐτοὶ μὲν πολλὰ τὰ μὲν μετερύθμισαν τῶν καθεστηκότων, τὰ δὲ καὶ παντελῶς κατέλυσαν, ἄλλα τε καινὰ προσενομοθέτησαν· τὸν δὲ δὴ Νέρωνα τρυφᾶν εἴων,

Quin & illuſtres aliquot fæminas æmulatione ſtimulata ſuſtulit, inter quas & Lolliam Paulinam, eò quòd olim nupta Caio Cæſari, Claudij etiam coniugium appetiiſſet.

Creſcentibus Neronis opibus, Britannicus ſine vllo honore aut cura tranſmittebatur, fideliſſimis pueri cuſtodibus ac miniſtris ab Agrippina partim expulſis, partim necatis. Nam & Soſibium, cui educatio eius atque inſtitutio mandata erat, quaſi Neroni inſidias ſtruentem interfecit, & Britannicum iis quos ipſa probauerat traditum, omnibus modis vexauit, nec cum patre verſari, nec prodire in publicum paſſa eſt, ſed quaſi in libera cuſtodia clauſum tenuit.

Cęterùm Agrippinam offendere nemo audebat, quippe quæ ipſo Claudio eſſet potentior, & Senatores palàm ad ſalutationem admitteret: quod quidem in acta etiam referebatur.

Cùm opus quod in Fucino lacu exſtructum fuerat, corruiſſet, ea res Narciſſo crimini vertit. Namque ille curator operis cùm longè minùs quàm ſperauerat, impendiſſet, eam ruinam de induſtria machinatus eſſe credebatur, ne fraus ipſius detegi poſſet.

Ex Libro LXI.

Burrus & Seneca, viri omnium qui in Neronis aula verſabantur prudẽtiſſimi ſimul ac potentiſſimi, ſuſcepta omnium rerum adminiſtratione, quoad eius fieri potuit, optimè ac iuſtiſſimè imperium rexêre, adeò vt ſummis laudibus cõmuni omnium conſenſu celebrarentur. Etenim ipſe alioqui Nero, otij quàm negotij cupidior erat, (eámq. ob cauſam & antehac matri obnoxius vixerat, & tum gaudebat impensè, quòd ſe voluptatibus fruente, imperium nihilo deterius haberetur.) At illi conſenſu inter ſe facto, cùm multa legib. recepta partim emendarunt, partim penitùs ſuſtulerunt, nouis etiam conſtitutis legibus: tum Neronem genio ſuo indulgere paſſi ſunt,

vt cùm animi & corporis cupiditates minimo detrimento publico expleuiſſet, tandem conſilium moréſque mutaret. Atque ille initio quidem ſimpliciter conuiuia ac comeſſationes agitabat, vinóque & amorib. oblectabat ſeſe. Sed poſtquam nemo erat qui eum increparet, nec Reſpublica inde deterior fiebat, arbitratus ea abs ſe rectè agi, ſibiq. magis ac magis iiſdem vti licere, ſingula maiore cum impudentia ac licentia actitare inſtitit. Quòd ſi fortè quid aut ab illis præcipientibus, aut à matre obiurgante audierat, præſentes quidem reuerentiâ proſequebatur, & emendationem promittebàt. Simulac verò terga verterant, morem gerebat cupiditati, iiſque qui ad contraria eum inſtituta auocabant, tanquam in lubricum ac præceps trahentibus auſcultabat. Exinde partim contemptu, (quippe cui crebrò huiuſmodi voces à ſodalibus inculcabantur: Tune hæc pateris? tu hos times? Non meminiſti te Cæſarem eſſe, tibi ius in illos, non illis in teipſum competere?) partim ambitioſa contentione, ne matri tanquam inferior cedere, néve à Burro & Seneca prudentiâ ſuperari videretur, tandem frontem perfricuit, cunctiſque eorum præceptis reiectis atque calcatis, Caij veſtigia ſecutus eſt. quem vt primùm imitari ſtatuit, facilè ſuperauit, imperatoriæ poteſtatis id eſſe ratus, ne vitiis quidem alteri cedere. Quas ob res cùm plebis infimæ laudibus, & compoſitis ad aſſentationem acclamationibus exciperetur, ad extremum nec ſibi, nec dignitati pepercit ſuæ. Nam primò quidem intra palatium coram ſolis familiaribus ea actitabat: poſtmodum verò palàm omnibus publicauit, maximo pudore ſimul ac damno populi Rom. vis enim ac ſtupra, cædes ac rapinæ cùm ab ipſo, tum ab iis qui gratiâ apud eum valebant, innumerabiles perpetrabantur. Interim verò, quod in huiuſmodi luxu fieri neceſſe eſt, pecuniæ multæ malis artibus conquirebantur,

ὅπως διακορὴς αὐτῶν μεγάλου τινος τῶν κοινῶν πάντων κακῶν
ὧν ἐπεθύμει γενόμενος μεταβάληται· ἀμέλει ὁ Νέρων τὰ μὲν
πρῶτα ἁπλῶς πως δεῖπνά τε ἐποίει καὶ κώμους ἐκώμαζεν,
καὶ ἐμέθυε καὶ ἤρα. ἔπειτα ὡς οὔτε ἐκείνῳ τις ἐπέπληττεν, οὔτε
τὰ κοινὰ χεῖρον παρὰ τοῦτο διεχειρίζετο, ἐπίστευεν ὅτι καὶ καλῶς
αὐτὰ ποιεῖ καὶ δύναται καὶ ἐπὶ πλεῖον σφίσι χρῆσθαι. κἀκ τού-
του ταῦτά τε * ὡς ἕκαστα ἐκφανέστερον καὶ προπετέστερον πράτ- αἷς mſ.
τειν ἤρξατο. καὶ εἰ δή τι ἢ ἐκεῖνοι παραινοῦντες ἢ ἡ μήτηρ νου-
θετοῦσα αὐτὸν ἔλεγε, παρόντας μὲν σφᾶς ᾐδεῖτο καὶ ὑπισχνεῖτο με-
ταθήσεσθαι· ἀπελθόντων δὲ, τῆς τε ἐπιθυμίας ἐγίγνετο, καὶ τοῖς
πρὸς τἀναντία αὐτὸν ἄγουσιν ἅτε καὶ ἐπὶ πρανὲς ἕλκουσιν ἐπεί-
θετο. καὶ μετὰ τοῦτο τὰ μὲν καταφρονήσας, (οἷά που συνεχῶς παρὰ
τῶν συνόντων ἀκούων, σὺ δὲ τούτων ἀνέχῃ, σὺ δὲ τούτους φοβῇ,
οὐκ οἶσθα ὅτι Καῖσαρ εἶ, καὶ σὺ ἐκείνων ἐξουσίαν, ἀλλ' οὐκ ἐκεῖ-
νοι σοῦ ἔχουσι) τὰ δὲ καὶ φιλονεικῶν μήτε τῆς μητρὸς ὡς καὶ
κρείττονος ἐλαττοῦσθαι, μήτε τοῦ Σενέκου τοῦ τε Βούρρου ὡς καὶ
φρονιμωτέρων ἡττᾶσθαι, τέλος ἀπηρυθρίασε· καὶ πάντα τὰ
παραγγέλματα αὐτῶν συγχέας καὶ καταπατήσας, πρὸς τὸν Γάϊον
ἔτεινεν. ὡς δ' ἅπαξ ζηλῶσαι αὐτὸν ἐπεθύμησε, καὶ ὑπερεβά-
λετο, νομίζων τῆς αὐτοκράτορος καὶ τοῦτ' ἰσχύος ἔργον εἶναι, τὸ μη-
δὲ ἐν τοῖς κακίστοις μηδενὸς ὑστερίζειν. ἐπαινούμενος δὲ ἐπὶ τού-
τοις ὑπὸ τοῦ ὁμίλου, καὶ πολλὰ ὑπ' αὐτοῦ καὶ ἡδέα ἀ-
κούων, οὐδ' ἑαυτοῦ ἐφείσατο. ἀλλὰ τὸ μὲν πρῶτον οἴκοι καὶ
παρὰ τοῖς συνοῦσίν οἱ ἐχειρούργησεν αὐτὰ, ἔπειτα καὶ ἐδημο-
σίευσεν· ὥστε πολλὴν μὲν αἰσχύνην παντὶ τῷ Ῥωμαίων γέ-
νει προσθεῖναι, πολλὰ δὲ καὶ δεινὰ αὐτοὺς ἐργάσασθαι.
καὶ γὰρ βίαι καὶ ὕβρεις, ἁρπαγαί τε καὶ φόνοι καὶ ὑπ'
αὐτοῦ ἐκείνου, καὶ ὑπὸ τῶν ἀεί τι παρ' αὐτῷ δυναμένων
ἀμύθητοι ἐγίγνοντο. καὶ, ὃ δὴ πάντως ἐξ ἀνάγκης πᾶσι τοῖς
τοιούτοις ἕπεται, χρήματα πολλὰ μὲν ἀδίκως ἐπορίζετο,

πολλὰ δὲ βιαίως ἠρπάζετο. ὢν μὲν γὰρ οὐδ᾽ ἄλλως μικρόφρων, *&c. quæ habes in lib. 61. pag. 691.*

Pag. 692. Ὅτι ὁ αὐτὸς ἐκ τοῦ πλήθους τῶν δαπανωμένων ταχὺ μὲν τοὺς ἐν τῷ βασιλικῷ θησαυροὺς ἐξήντλησε, ταχὺ δὲ πόρων καινῶν ἐδεήθη. καὶ τέλη τε οὐκ εἰθισμένα ἐξήγετο, καὶ αἱ οὐσίαι τῶν ἐχόντων τι ἐπολυπραγμονοῦντο. καὶ οἱ μὲν ἐκείνας ἐξ ἐπηρείας ἀπέβαλλον, οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ προσαπώλλυντο. καὶ οὕτω καὶ ἄλλους εἰ καὶ μηδὲν μέγα ἐκέκτηντο, ἀλλ᾽ ἀρετήν γέ τινα ἢ καὶ γένος εἶχον ὑποπτεύων ἄχθεσθαί οἱ, καὶ ἐμίσει καὶ διέφθειρε.

Ὅτι ἡ Ἀγριππῖνα οὕτω καὶ τὰ μέγιστα πράττειν ἐπεχείρει, ὥστε Μάρκον Ἰούνιον Σιλανὸν ἀπέκτεινε, πέμψασα αὐτῷ τοῦ φαρμάκου ᾧ τὸν ἄνδρα ἐδεδολοφονήκει.

Ὅτι ἦρχε τῆς Ἀσίας Σιλανὸς, καὶ ὢν οὐδὲ ἐν τοῖς ἤθεσι τοῦ γένους ἐνδεέστερος. ἀφ᾽ οὗπερ καὶ τὰ μάλιστα ἔλεγεν αὐτὸν * ἐπικτεῖναι, ἵνα μὴ καὶ τοῦ Νέρωνος οὕτω ζῶντος προκριθείη. καὶ μέντοι καὶ ἐκαπήλευσε πάντα, καὶ ἐκ τῶν βραχυτάτων τῶν τε αἰσχίστων ἠργυρολόγει.

ἀπεχθεῖν ms.

Ὅτι Λαιλιανὸς ὁ ἀποσταλεὶς ἐς τὴν Ἀρμενίαν ἀντὶ τοῦ Πωλίωνος, τῇ τῶν νυκτοφυλάκων ἀρχῇ προσετέτακτο. καὶ ἦν οὐδὲν τοῦ Πωλίωνος βελτίων· ἀλλὰ καὶ ὅσῳ τῇ ἀξιώσει αὐτοῦ προεῖχε, τόσῳ καὶ ἀπληστότερος ἐπὶ τοῖς κέρδεσιν ἐπεφύκει.

Ὅτι τοῦ Βρεττανικοῦ τελευτήσαντος, οὔθ᾽ ὁ Σενέκας καὶ ὁ Βοῦρρος ἐπιμέλειάν τινα ἀκριβῆ τῶν κοινῶν ἐποιοῦντο, ἀλλ᾽ ἠγάπων εἰ καὶ μετρίως πως διάγοντες αὐτὰ περισωθεῖεν. καὶ ἐκ τούτου ὁ Νέρων λαμπρῶς ἤδη πάντων ὧν ἤθελεν ἐπ᾽ ἀδείας ἐνεπίμπλατο. καὶ οὕτω
Pag. 693. γὰρ ἐκφρονεῖν αὐτίκρυς ἤρξατο, ὥστε καὶ Ἀντώνιόν τινα ἱππέα αὐτίκα ὡς καὶ φαρμακέα κολάσαι, καὶ προσέτι καὶ τὰ φάρμακα δημοσίᾳ καταφλέξαι. αὐτὸς μὲν γὰρ καὶ ἐπὶ τούτῳ, καὶ ἐπὶ τῷ διαθήκας τινὰς κακουργήσασί τισιν ἐπεξελθεῖν ἐσεμνύνετο,

multæ per vim eripiebantur. Erat enim Nero haudquaquam anguſti animi, *&c. quæ leguntur pag. 691.*

Idem ob magnitudinem ſumptuum cùm breui theſauros regios exhauſiſſet, nouis reditibus opus habuit. Itaque non ſolùm noua & inſolita vectigalia exigere, ſed etiam locupletis cuiuſque bona curioſius perſcrutari cœpit; & quidam facultatibus, quidam etiam vitâ per ſcelus ac calumniam priuabantur. Nonnullos quoque tametſi modicis facultatibus, virtute tamen aut ſplendore generis prędiros ſuſpicatus ſibi infenſos eſſe, oderat, & è medio tollebat.

Agrippina adeo ſummam omnium rerum ad ſe trahebat, ac maxima quæque agere ſtudebat, vt M. Iunium Silanum occiderit, miſſo ei veneno quo ipſa Claudium ſuſtulerat.

Erat Silanus Proconſul Aſiæ, à maioribus ſuis nulla vitæ parte degenerans; quam maximè ob cauſam Agrippina illum à ſe peremptum eſſe dicebat, ne Neroni tam fœdè imperium exercenti anteponeretur. Cęterùm Agrippina nihil non venale habebat, & ex minimis ac ſordidiſſimis rebus lucra captabat.

Lælianus, qui in Pollionis locum in Armeniam miſſus eſt, Præfectus quidem vigilum fuerat; cæterùm nulla re melior quàm Pollio: quanto enim illum dignitate ſuperabat, tanto maiore auaritia & cupiditate flagrabat.

Mortuo Britannico & Burrus & Seneca curam poſthæc Reipublicæ abiecêre, ſatis ſuperque factum rati, ſi mediocri cura in adminiſtrandis rebus defuncti, ſuas ipſi res in tuto collocarent. proinde Nero iam apertè, & cum ſumma licentia in omne libidinis genus ſeſe effudit. Ea autem erat amentia, vt Antonium Equitem Rom. ob vęneficia ſupplicio iiſdem diebus afficere, & venena publicè igni tradere non erubeſceret. Atque ille tum eò maximè gloriabatur, tum quod in quoſdam homines fraudis in teſtamēto admiſſę reos animaduerterat;

cæteris verò amplam ridendi materiam præbebat, quippe qui ſua ipſius ſcelera in aliis puniret. Interim Nero crebrò domi, crebrò in vrbe noctu atque interdiu obtecto vultu graſſari: popinas introire: ac priuati habitu per fora ac vicos vagari. qua ex re multis vulnera atq. iniuriæ frequentes inferebantur. Eiúſque mali labes etiam ad theatra peruenit: Namque hiſtrionum aut agitatorum fautoribus nec militum iam, nec Conſulum cura metúſve erat. ſed cùm ipſi in ſtudia diſciſſi tumultus ciebant, tum verò alios ad partes ſuas pertrahebant, non modò non coërcente id Nerone vel voce ſaltem, ſed eò magis incitante. delectabatur enim inprimis eiuſmodi ſpectaculis, geſtatoriâ ſellâ clàm in theatrum illatus, & ex eo loco vbi conſpici non poſſet, cuncta deſpiciens. Quin & ſtationem militum omnibus populi conuentibus aſſidere ſolitam, poſthæc vetuit eò accedere: ſpecie quidem quod milites militaria duntaxat agere debere diceret, reipſa autem quò maior tumultuandi licentia plebi pateret. Eadem ſimulatione aduerſus matrem vſus, excubias & cuſtodiam militarem ei ademit, cauſatus neminem à militibus præter Imperatorem cuſtodiri debere. quo facto offenſionem ac ſimultatem quam cum matre exercebat, omnibus patefecit.

Sed & Seneca in iudicium vocatus eſt, cùm ob alia quædam, tum quod cum Agrippina conſueuiſſet. Namque hic minimè contentus adulterio Iuliæ, nec exilio prudentior factus, etiam cum Agrippina talis ac tantæ dignitatis fæmina Imperatoris matre rem habebat. neque verò in eo ſolùm, ſed in pleriſque aliis à philoſophia ſua, vita ac moribus longiſſimè diſſentiebat. Nam quum tyrannidem verbis accuſaret, nihilo minus præceptor erat tyranni. quumque acriter inueheretur in eos qui cum principibus in aula verſabantur, ipſe à palatio non recedebat: Et qui aſſentatores probris inceſſeret, idem Meſſalinam ac libertos Claudij adeò omni adulatione ambierat, vt librum refertum eorum laudib. ex in-

τοῖς δὲ ἄλλοις γέλωτα ἰσχυρὸν παρέχειν, ὅτι τὰ ἑαυτοῦ ἔργα δι'
ἑτέρων ἐκόλασεν. καὶ πολλὰ μὲν οἴκοι, πολλὰ δὲ καὶ ἐν τῇ πόλει
νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν ἐπικρυπτόμενος πῃ ἠσέλγαινε. καὶ ἔς
τε καπηλεῖα ἐσῄει, καὶ πανταχόσε ὡς καὶ ἰδιώτης ἐπλανᾶτο.
πληγαί τε ἐκ τούτων καὶ ὕβρεις συχναὶ ἐγίνοντο, ὥστε καὶ
μέχρι τῶν θεάτρων τὸ δεινὸν προχωρῆσαι· οἱ γάρ τοι περὶ τὴν
ὀρχήστραν καὶ περὶ τοὺς ἵππους ἔχοντες, οὔτε τῶν στρατιωτῶν οὔτε τῶν
ὑπάτων ἐφρόντιζον· ἀλλ' αὐτοί τε ἐστασίαζον καὶ τοὺς ἄλλους προ-
σεπεσπῶντο, οὐχ ὅτι κωλύοντος σφᾶς τοῦ Νέρωνος ὅσα ἀπὸ βοῆς,
ἀλλὰ καὶ προσεκταράσσοντος. καὶ γὰρ ἔχαιρε τοῖς δρωμένοις,
ἔν τε φορείῳ τινὶ λάθρα ἐς τὰ θέατρα ἐσκομιζόμενος, κἀκ τοῦ
ἀφανοῦς τοῖς ἄλλοις ἐφορῶν τὰ γιγνόμενα. ἀμέλει καὶ τοὺς στρα-
τιώτας τοὺς ἀεί ποτε ταῖς τοῦ δήμου συνόδοις παρεῖναι εἰωθότας
ἀπηγόρευσε μὴ φοιτᾶν ἐς αὐτάς· πρόφασιν μὲν ὡς καὶ τὰ στρα-
τιωτικὰ αὐτοὺς μόνα διὰ χρεὼς ποιεῖσθαι δέον, τὸ δ' ἀληθὲς ἵν'
ὅτι πλείστη τοῖς τι βουλομένοις ταράττειν ἐξουσία εἴη. τῇ δὲ αὐτῇ
σκήψει καὶ πρὸς τὴν μητέρα ἐχρήσατο. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ ἐκείνῃ
συνεῖναι στρατιώτην τινὰ ἐπέτρεπε, λέγων μηδένα ἄλλον ὑπ'
αὐτῶν πλὴν τοῦ αὐτοκράτορος φρουρεῖσθαι χρῆναι. καὶ τοῦτό γε καὶ ἐς
τοὺς πολλοὺς τὴν ἔχθραν αὐτὸς ἐξέφηνεν.

Ὅτι ὁ Σενέκας αἰτίαν ἔσχε καὶ ἐνεκλήθη ἄλλα τε, καὶ ὅτι τῇ Α- Pag.694.
γριππίνῃ συνεγίγνετο. οὐ γὰρ ἀπέχρησεν αὐτῷ τὴν Ἰουλίαν μοι-
χεῦσαι, οὐδὲ βελτίων ἐκ τῆς φυγῆς ἐγένετο· ἀλλὰ καὶ τῇ Α-
γριππίνῃ τοιαύτῃ τε οὔσῃ καὶ τοιοῦτον υἱὸν ἐχούσῃ ἐπλησίαζεν.
οὐ μόνον δὲ ἐν τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν ἄλλοις καὶ πάντα τὰ ἐναν-
τιώτατα οἷς ἐφιλοσόφει ποιῶν ἠλέγχθη. καὶ γὰρ τυραννίδος κα-
τηγορῶν, τυραννοδιδάσκαλος ἐγένετο: καὶ τῶν συνόντων τοῖς
δυνάσταις κατατρέχων, οὐκ ἀφίστατο τοῦ παλατίου. τούς τε κο-
λακεύοντάς τινα διαβάλλων, αὐτὸς οὕτω τὴν Μεσσαλῖναν καὶ τοὺς τοῦ
Κλαυδίου ἐξελευθέρους ἐθώπευσεν, ὥστε καὶ βιβλίον σφίσι ἐκ τῆς νήσου

πέμψαι ἐπαίνοις αὐτὴν ἔχον, εἰ μὴ ταῦτα ὑπ' αἰσχύνης ἀπήλειψε. τοῖς τε πλουσίοις ἐγκαλῶν, οὐσίαν ἑπτακισχιλίων καὶ πεντακοσίων μυριάδων ἐκτήσατο. καὶ τὰς πολυτελείας τῶν ἄλλων αἰτιώμενος πεντακοσίους τρίποδας κεδρίνου ξύλου ἐλεφαντόποδας ἴσους καὶ ὁμοίους εἶχε, καὶ ἐπ' αὐτῶν εἱστία. ταῦτα δηλοῖ τάς τε ἀσελγείας ἃς πράττων, γάμον τε ἐπιφανέστατον ἔγημε, καὶ μειρακίοις ἐξώροις ἔχαιρε, καὶ τοῦτο καὶ τὸν Νέρωνα ποιεῖν ἐδίδαξε. καίτοι τοσαύτῃ πρόσθεν αὐστηρότητι τῶν τρόπων χρώμενος, ὥστε καὶ αἰτήσασθαι παρ' αὐτοῦ μήτε φιλεῖν αὐτὸν, μήτε συσσιτεῖν αὐτῷ. καὶ τούτου μὲν καὶ πρόφασίν τινα εἶχεν, ἵνα ἤδη καὶ φιλοσοφεῖν ἐπὶ σχολῆς δύνηται, μηδὲν ὑπὸ τῶν δείπνων αὐτοῦ ἐμποδιζόμενος. τὸ δὲ δὴ τοῦ φιλήματος, οὐκ ἔχω συννοῆσαι διότι ἐξέστη. ὃ γάρ τοι καὶ μόνον ἄν τις ὑποπτεύσειεν, ὅτι οὐκ ἤθελε τοιοῦτο στόμα φιλεῖν, ἐλέγχεται ἐκ τῶν παιδικῶν αὐτοῦ ψεῦδος ὄν. ἔκ τε οὖν τούτων καὶ ἐκ τῆς μοιχείας ἐγκληθείς τινα, τότε μὲν αὐτὸς μηδὲ κατηγορηθεὶς ἀφείθη, καὶ τὸν Πάλλαντα τόν τε Βοῦρρον ἐξῃτήσατο· ὕστερον δὲ

f. οὐ καλῶς. * οὐκ ἄλλως ἀπήλλαξεν.

Ὅτι ὁ Νέρων οἷα ἀληθὲς μὲν μηδὲν παρὰ μηδενὸς ἀκούων, πάντας δὲ ἐπαινοῦντας τὰ πεπραγμένα ὁρῶν, λανθάνειν τε ἐφ' οἷς ἐδεδράκει, ἢ καὶ ὀρθῶς αὐτὰ πεποιηκέναι ἐνόμισε· κἀκ τούτου πολὺ χείρων καὶ ἐς τὰ ἄλλα ἐγένετο. πάντα τε γὰρ ὅσα ἐξῆν αὐτῷ ποιεῖν, καὶ καλὰ ἡγεῖτο εἶναι· καὶ τοῖς φόβῳ τι ἢ κολακείᾳ * αὐτῷ λέγουσιν ὡς καὶ πάνυ ἀληθεύουσι προσεῖχε. τέως μὲν γὰρ φόβοις τε καὶ θορύβοις συνείχετο· ἐπεὶ δὲ οἱ πρέσβεις πολλὰ κεχαρισμένα αὐτῷ εἶπον ἀνεθάρσησε.

αὐτῷ mſ.

Pag. 697. Ὅτι καὶ τὴν Δομιτίαν τὴν τηθίδα, ἣν καὶ αὐτὴν ὡς μητέρα τιμᾶν ἔλεγεν, ἐπαπέκτεινε φαρμάκῳ, οὐδὲ ἀνέμεινεν ὀλίγας ἡμέρας ἵν' ἄλλως ὑπὸ τοῦ γήρως ἀποθάνῃ, ἀλλ' ἐπεθύμησε καὶ ἐκείνην ἀπολέσαι· καὶ ἔσπευσέ γε τοῦτο ποιῆσαι διὰ τὰ κτήματα αὐτῆς τὰ ἐν Βαΐαις καὶ ἐν τῇ

ſula in qua exulabat, iis mitteret; quem tamen pudore poſtea ductus, ſtylo verſo deleuit. Reprehendebat etiam diuites, cùm tamen ipſe ter millies ſeſtertium poſſideret. quique aliorum luxum damnabat, ipſe citrinas menſas quingentas habebat, pedibus eburneis fultas, omnes ſimiles inter ſe ac pares, quibus & ipſe cœnabat. Ex quibus ſatis, vt opinor, luxuria ac libido hominis intelligitur, qui & ſplendidiſſimum matrimonium ſortitus eſt, & exoletos adamabat, idque Neronem facere docuit. etſi antea quidem tanta fuerat morum ſeueritate, vt ab eo contenderet ſibi vt facultatem daret, ab oſculo eius ac menſa abſtinendi. Et hoc quidem non abſq. aliqua fortaſſe cauſa petere videbatur, quo philoſophiæ liberius vacaret nullo ex regalibus conuiuiis impedimento. oſculum verò cur tantoperè refugeret, non video. Nam quod vnum quis ſuſpicari fortaſſe poſſet, noluiſſe illum ori impuro oſculum figere; id verò falſi reuincitur ex pueris meritoriis quos in deliciis habebat. His igitur & adulterij criminibus pulſatus Seneca, tum quidem etiam ante inſtitutam accuſationem abſolutus eſt, cùm Pallantis & Burri ſuffragium imploraſſet: poſtea verò pœnas dedit.

At Nero cùm veritatem à nemine acciperet, ſed omnia dicta ac facta ſua cunctorum laude ac prædicatione excipi videret, latere facinora ſua, aut rectè ea ab ſe perpetrata eſſe exiſtimabat; proinde longè maiori furore ad noua etiam ſcelera exarſit: quæcunque enim ſibi licebant, ea recta eſſe cenſebat, iiſque demùm qui ſeu ex metu, ſeu aſſentatione ei loquerentur, tanquam veriſſima dicentibus auſcultabat. Et hactenus quidem variis terrorib. pauoribúſque conſtrictus fuerat. ſed poſtquam à legatis exterarum gentium multa ad gratiam & aſſentationē ſuam cōpoſita audiuit, factus eſt audacior.

Porrò Domitiam amitam, quam non ſecùs ac matrem coli abs ſe dicebat, veneno etiam ſuſtulit, non expectato pauxillo tēpore dum præ ſenectute deficeret: ſed ei quoque necem maturare concupiuit, prædiorum cauſa quæ

Baiis & in Rauennate agro poſſidebat. Quibus in prædiis ipſe ſeceſſus ac diuerſoria magnifici operis exſtruxit.

Citharœdicam coronam Nero abſque certamine accepit, extruſis cæteris omnibus tanquam victoriâ indignis; ſtatimque in citharœdica ſtola gymnaſiium ingreſſus, in album citharœdorum relatus eſt. Inde ex reliquis citharœdicis certaminibus tanquam ad vnum ea victoria digniſſimum omnes coronæ ſunt miſſæ. Atque hæc Romæ tum ludebantur.

Ex Libro LXII.

Burro ſucceſſit Tigellinus, vir omnium ætatis ſuæ impudentiſſimus ſimul ac ſæuiſſimus, quibus artibus Neronem ſibi deuinxerat, & collegam Fenium Rufum nihili faciebat.

Sed Nero cognatorum mala riſu ac dicteriis excipiebat.

Cùm plurimi mortales qui Antium conuenerant, periiſſent, id pro feſto ducebat Nero.

Erat Domitius Corbulo non modò generis ſplendore & corporis viribus, ſed etiam prudentiâ Romanorum nulli ſecundus, nec fortitudine magis quàm iuſtitia ac fide in omnes homines populares iuxta ac hoſtes præditus. quibus ex cauſis cum Nero legatum ad id bellum miſerat, copiáſque ei quantas nemini alteri tradiderat, certus ſimul victoriam de barbaris, ſimul integram fidem illum præſtiturum ſibi. ac Neronem certè neutrubi fefellit opinio. At Corbulo hanc vnam ob cauſam reliquos omnes offendit, quòd Neroni fidem ſeruaret. Etenim illum principem vice Neronis ſibi habere tantoperè omnes optabant, vt hac duntaxat in parte cum non probarent. Huiuſmodi vir cùm eſſet Corbulo, hac ipſa de cauſa poſtmodum periit.

Corbulo tametſi ſumma auctoritate & gloria præditus, quique imperium nullo negotiò aſſequi poſſet (vtpote

Paber-

Ῥαβεννίδι ὄντα, ἐν οἷς καὶ ἡβητήρια μεγαλοπρεπῆ κατεσκεύακεν [τουτέστιν, ἑστιατήρια καὶ καταλύσεις.

Ὅτι ὁ Νέρων τὸν στέφανον τὸν κιθαρῳδῶν ἀνικεὶ ἔλαβε, Pag.699.
πάντων ὡς καὶ ἀναξίων τῆς νίκης ἐκβληθέντων. καὶ εὐθὺς ἐς αὐτὸ τὸ γυμνάσιον ἐν τῇ στολῇ σφῶν ἐσεγράφη. κἀκ τούτου καὶ οἱ ἄλλοι στέφανοι οἱ τῆς κιθαρῳδίας ἐξ ἁπάντων τῶν ἀγώνων ὡς καὶ μόνῳ ἀξιονίκῳ ἐπέμποντο. ταῦτα ἔπαιζεν ἐν Ῥώμῃ.

Ὅτι ὁ Τιγελλῖνος διεδέξατο τὸν Βοῦῤῥον, ἀσελγείᾳ καὶ μιαιφονίᾳ Lib. 62.
πάντας τοὺς καθ' αὐτὸν ἀνθρώπους ὑπεράρας. τόν τε Pag.707.
Νέρωνα ἀπ' αὐτῶν προσεποιήσατο. καὶ τὸν συνάρχοντα Ῥοῦφον παρ' οὐδὲν ἐτίθει.

Ὅτι ὁ Νέρων γέλωτα καὶ σκώμματα τὰ τῶν συγγενῶν κακὰ Ibid.
ἐποιεῖτο.

Ὅτι ἐκ τῶν συναχθέντων ἐς τὸ Ἄντιον πολλῶν ἀπολομένων, Pag.708.
ὁ Νέρων ἐν ἑορτῆς μέρει τοῦτο ἐποιεῖτο.

Ὅτι ὁ Κουρβούλων ὅμοια τοῖς πρώτοις Ῥωμαίων, οὐχ ὅτι τῷ γένει Pag.710.
λαμπρὸς ἢ τῷ σώματι ἰσχυρὸς, ἀλλὰ καὶ τῇ ψυχῇ ἀρτίφρων ἦν. καὶ πολὺ μὲν τὸ ἀνδρεῖον, πολὺ δὲ καὶ τὸ δίκαιον τό τε πιστὸν ἐς πάντας καὶ τοὺς οἰκείους καὶ τοὺς πολεμίους εἶχεν. ὑφ' οὗπερ καὶ ὁ Νέρων ἐπὶ τὸν πόλεμον αὐτὸν ἀνθ' ἑαυτοῦ ἀπέστειλε, καὶ δύναμιν αὐτῷ ὅσην οὐδενὶ ἄλλῳ ἐπέτρεψε, πιστεύσας ὁμοίως καὶ τοὺς βαρβάρους αὐτὸν κατεργάσεσθαι, καὶ αὐτῷ μὴ ἐπαναστήσεσθαι. καὶ ὁ μὲν οὐδέτερον αὐτῶν ἐψεύσθη. τοὺς μέντοι ἄλλους ἀνθρώπους καθ' ἓν τοῦτο μόνον Pag.712.
ὁ Κουρβούλων ἐλύπησεν, ὅτι τὴν πρὸς τὸν Νέρωνα πίστιν ἐτήρησεν. οὕτω γὰρ αὐτὸν αὐτοκράτορα ἀντ' ἐκείνου λαβεῖν ἤθελον, ὥστε καὶ κακὸν τὸ μέρος τοῦτο γενέσθαι μόνον ἠξίουν. τοιοῦτος ὁ Κουρβούλων ἦν· καὶ δι' αὐτὰ ταῦτα ἀπώλετο.

Ὅτι ὁ Κουρβούλων καίτοι καὶ ἰσχὺν μεγάλην καὶ δόξαν οὐκ ἐλαχίστην ἔχων, καὶ δυνηθεὶς ἂν ῥᾷστα καὶ αὐτοκράτωρ (ἅτε

καὶ τῶν ἀνθρώπων τῷ Νέρωνι δεινῶς ἀχθομένων, καὶ ἐκεῖνον ἐς πάντα δὴ πάντως θαυμαζόντων) ἀποδειχθῆναι, οὔτε ἐνεωτέρισέ τι οὔτε ᾐτιάθη. τά τε γὰρ ἄλλα ἔτι καὶ μᾶλλον ἐμετρίαζε, καὶ τὸν γαμβρὸν Ἄννιον ὑποστρατηγοῦντά οἱ, ἐς τὴν Ῥώμην πρόφασιν μὲν ὡς τὸν Τιριδάτην ἀνάξοντα, τὸ δ᾽ ἀληθὲς ἐφ᾽ ὁμηρείᾳ τῷ Νέρωνι ἑκὼν ἔπεμψεν. οὕτω γάρ που ἐπεπίστευτο μηδὲν νεοχμώσειν, ὥστε καὶ τὸν γαμβρὸν καὶ πρὶν στρατηγῆσαι τὴν ὕπατον λαβεῖν.

Ὅτι Ἰούνιος Τορκουάτος ἀπόγονος τοῦ Αὐγούστου ὤν, θαυμαστῷ δή τινι ἐγκλήματι παρεδόθη. ἐπειδὴ γὰρ ἀσωτότερον τῇ οὐσίᾳ εἴτε ἐκ φύσεως, εἴτε καὶ ἐξ ἐπιτηδεύσεως ὅπως μὴ πάνυ πλουτοίη κατεχρήσατο, τῶν τε ἀλλοτρίων αὐτὸν ἐπιθυμεῖν ἅτε καὶ πολλῶν δεόμενον ὁ Νέρων ἔφη, κἀκ τούτου καὶ τῆς αὐτοκράτορος ἀρχῆς ἐφιέμενον συκοφαντηθῆναι ἐποίησεν.

Ὅτι τοσοῦτον ἐπόθησε τὴν Σαβῖναν, ὥστε μετὰ θάνατον αὐτῆς τὰ μὲν πρῶτα γυναῖκά τινα προσφερῆ οἱ μαθὼν οὖσαν μετεπέμψατο καὶ ἔσχεν· ἔπειτα καὶ παῖδα ἀπελεύθερον ὃν Σπόρον ὠνόμαζεν ἐκτεμών, ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς τῇ Σαβίνῃ προσεῴκει, τά τε ἄλλα ὡς γυναικὶ αὐτῷ ἔχρητο, *&c. quæ leguntur in lib. 62. pag. 715.*

Ὅτι ὁ Νέρων ἐπὶ τοὺς Αἰθίοπας καὶ τὰς Κασπίας πύλας ἐνόει πλεῦσαι· ἀλλὰ ταῦτα μὲν καὶ χρόνου καὶ πόνου ὁρῶν δεόμενα, ἤλπιζεν αὐτόματα οἱ προσχωρήσειν. ἐς δὲ δὴ τὴν Ἑλλάδα ἐπεραιώθη, οὔτι γε ὡς Φλαμίνιος οὐδ᾽ ὡς Μόμμιος, *&c. quæ leguntur in lib. 63. pag. 719. uſque ad ea verba* ἡττήθη τῶν τοῦ Καίσαρος. *poſt quæ ſic legitur in mſ.* τίς γὰρ ἂν* προ-
ἀποχ. mſ. γραφὴ ταύτης χαλεπωτέρα γένοιτο, ἐν ᾗ Σύλλας μὲν ἄλλους, Νέρων δὲ ἑαυτὸν προέγραψεν; τίς δὲ νίκη ἀτοπωτέρα, ἐν ᾗ τὸν κότινον ἢ τὴν δάφνην, ἢ τὸ σέλινον ἢ τὴν πίτυν λαβών, ἀπώλεσε τὸν πολιτικόν· καὶ τί ἄν τις ταῦτα αὐτοῦ μόνα ὀδύραιτο,

omnibus grauiter infenſis Neroni, ipſi verò mirificè fauentibus) tamen nec nouauit quidquam, nec rerum nouarum ſuſpicionem præbuit. Nam & in cæteris geſſit ſe modeſtiſſimè, & Annium Viuianum generum ac legatum ſuum Romam miſit, ſpecie quidem vt Tiridatem in vrbem perduceret: re autem ipſa, vt apud Neronem obſidis eſſet loco. Cæterùm adeò Nero nihil de eo ſiniſtrum ſuſpicabatur, vt eius generum etiam ante præturam Conſulem fecerit.

Iunius Torquatus, nepos Auguſti, nouo & inaudito crimine arceſſitus eſt. Nam cùm opibus ſuis luxurioſius abuteretur, ſiue ita natura factus, ſeu de induſtria id agebat, ne nimias opes poſſidere videretur, Nero eum neceſſariò aliena concupiſcere dixit, quippe cui multis ſumptibus opus eſſet; & delatores ſubornauit, qui illum affectati imperij accuſarent.

Cæterùm Nero Sabinam tantoperè poſt obitum deſiderauit, vt primò quidem mulierem quandam, quam formâ haud abſimilem Sabinæ eſſe compererat, accerſitam illius loco penes ſe haberet: deinde verò puerum libertum, nomine Sporum, eò quòd Sabinæ vultum referre videbatur, exectis virilibus pro vxore iniret, *&c.* *quæ leguntur pag. 715.*

Ex Libro LXIII.

Nero aduerſus Æthiopas & ad vſque Caſpias portas nauigare cogitabat: ſed cùm magni laboris ac diuturni temporis id opus eſſe animaduerteret, eas olim gentes ſponte in ſuam ditionem eſſe venturas ſperabat. Cæterùm traiecit in Græciam, non vt maiores eius fecerant, Flamminius, Mummius, *&c.* *quæ leguntur pag. 719.*

Quæ enim proſcriptio grauior poteſt eſſe, in qua Sulla quidem alios, ſeipſum verò proſcribebat Nero? quæ importunior victoria, in qua oleaginam ac lauream, & apij pinuſque coronam adeptus Nero, ciuicam amittebat. Sed quis hæc in eo ſola deploret,

quando inſcenſis cothurnis de maieſtate imperatoria decidebat? ac perſonam hiſtrionicam induens, dignitatem principis exuebat. vinculis vt fugitiuus conſtringebatur, deducebatur vt cæcus: prægnans erat, pariebat, inſaniebat, errabat hac illac vagus, cùm OEdipum, Thyeſtem, Herculem, Alcmæonem & Oreſtem vt plurimùm ageret. ac perſonas quidem modò illorum, modò ſui ipſius ſimiles gerebat. Si quando autem mulierem agebat, omnes perſonæ vultum Sabinæ referebant, quo eius tametſi mortuæ ſeſe ornatu traduceret. Porrò eadem omnia quæ viliſſimi quique actores dicebat, faciebátque & ferebat. niſi quod vinciebatur catenis aureis, *&c. pag. 720.*

Nero innumerabiles vtriuſq. ſexus ac promiſcuæ ætatis mortales in Græcia occidit. ac principio quidem liberos libertóſque eorum quos neci dederat, dimidium bonorum teſtamento ſibi relinquere iuſſit, ipſiſque damnatis liberam teſtandi facultatem dedit, ne quæſtus cauſa eos interfeciſſe videretur. ſed nihilo minus cuncta vel pleraque illorum bona inuadebat. Quòd ſi fortè quis aut ipſi, aut Tigellino minus quàm ſperabant, reliquerat, nihil teſtamenti tabulæ cum iuuabant. Tandem verò vniuerſa damnatorum patrimonia ſibi vindicauit, liberóſque eorum ſimul omnes vno edicto in exilium miſit. plurimos etiam exules neci dedit. Iam verò quot etiamtum ſuperſtitum bona publicauerit, quot fana donariis ſpoliauerit, ne percenſere quidem numerando facilè poſſis. Diſcurrebant enim tabellarij nihil aliud nunciantes niſi hunc cæſum eſſe, illum fato obiiſſe. nam præter principis literas, nulli priuati nuncij commeabant. Multos quippe primariæ nobilitatis viros ſecum in Achaïam duxerat, ſpecie quidem quaſi illorum operâ egeret, re autem ipſa vt illic perirent. Cæterùm curam omnem rerum vrbanarum Helio Liberto mandauerat, publicandi, relegandi, occidendi quoſcunque vellet, poteſtate ei conceſſa.

ὁπότε καὶ ἐπὶ τοὺς ἐμβάτας ἀναβαίνων κατέπιπτεν ἀπὸ τοῦ κράτους, καὶ τὸ προσωπεῖον ὑποδυόμενος ἀπέβαλε τὸ τῆς ἡγεμονίας ἀξίωμα. ἐδεῖτο ὡς δραπέτης· ἐποδηγεῖτο ὡς τυφλός, ἐκύει, ἔτικτεν, ἐμαίνετο, ἠλᾶτο, τόν τε Οἰδίποδα καὶ τὸν Θυέστην, τόν τε Ηρακλέα καὶ Ἀλκμαίωνα καὶ Ὀρέστην ὡς πλήθη ὑποκρινόμενος. καὶ τά γε προσωπεῖα τότε μὲν αὐτοῖς ἐκείνοις, τότε δὲ καὶ ἑαυτῷ εἰκασμένα ἔφερεν· τὰ γὰρ τῶν γυναικῶν πάντα πρὸς τὴν Σαβίναν ἐσκεύαστο, ὅπως κἀκείνη καὶ τεθνηκυῖα πομπεύῃ. καὶ πάντα ὅσα οἱ τυχόντες ὑποκρίνονται, κἀκεῖνος καὶ ἔλεγε καὶ ἔπραττε καὶ ἔπασχε, πλὴν καθόσον χρυσαῖς ἀλύσεσιν ἐδεσμεύετο, &c. *ut pag. 720. ſunt edita.*

Ὅτι ὁ Νέρων ἐς τὴν Ἑλλάδα παμπληθεῖς ἐφόνευσεν ἄνδρας, γυναῖκας, παῖδας. καὶ πρότερον μὲν τὴν ἡμίσειαν τῆς οὐσίας ἐκέλευσε, καὶ τὰ τέκνα καὶ τοὺς ἀπελευθέρους τῶν θανατουμένων ἀποθνήσκοντας καταλείπειν· αὖθις τε ἐκείνοις διαθήκας γράφειν ἐπέτρεπεν, ὅπως μὴ τῶν χρημάτων ἕνεκα αὐτοὺς ἀποκτείνειν δοκῇ. πάντως δὲ πάντα ἢ τά γε πλείω αὐτῶν ἐλάμβανεν. εἴτ' οὖν τις ἔλαττόν τι αὐτῷ ἢ καὶ Τιγελλίνῳ ὧν ἤλπιζον κατέλειπεν, οὐδὲ τῶν διαθηκῶν ὠνίνετο. ὕστερον δὲ καὶ ὅλας τὰς οὐσίας ἀφῃρεῖτο· τούς τε παῖδας σφῶν πάντας ἅμα δι' ἑνὸς δόγματος ἐξήλασεν. οὐδὲ τοῦτο αὐτῷ ἐξήρκεσεν, ἀλλὰ καὶ συχνοὺς τῶν φευγόντων ἔφθειρεν. *ἐπεὶ τάς γε οὐσίας ὅσας καὶ ζώντων τινῶν ἐδήμευσε, καὶ τὰ ἀναθήματα ὅσα ἐκ τῶν ἱερῶν ἐσύλησεν οὐδὲ ἐξαριθμήσειεν ἄν τις. Ὅτι mſ. Pag. 720. διέτρεχον γὰρ γραμματοφόροι μηδὲν ἄλλο διαγγέλλοντες, ἢ ὅτι τονδὲ *ἀπέκτεινεν, ὁ δὲ τέθνηκεν. ἔξω γὰρ δὴ τῶν βασιλικῶν γραμμάτων οὐδὲν ἰδιωτικὸν διέπεμπεν. τινας f. συχνοὺς γὰρ ἐς τὴν Ἑλλάδα τῶν πρώτων ἐξήγαγεν ὥς τι αὐτῶν δεόμενος, ἵν' ἐκεῖ ἀποθάνωσι. πάντα δὲ τῷ Ἡλίῳ ἐπετέτραπτο καὶ δημεύειν, καὶ φυγαδεύειν, καὶ ἀποκτιννύναι πάντας ὁμοίως ἐξεῖναι.

Ὅτι ὁ αὐτὸς τῇ Πυθίᾳ δέκα μυριάδας ἔδωκεν, ὅτι ἵνα κατὰ γνώμην αὐτῷ ἐθέσπισεν, ἃς ὁ Γάλβας ἐκομίσατο. τοῦ δὲ δὴ Ἀπόλλωνος, &c. *quæ pag. 521. ſunt edita.*

Ὅτι Ἰούλιος Βίνδιξ ἦν ἀνὴρ ἐκ μὲν προγόνων Ἀκυτανὸς τοῦ βασιλικοῦ φύλου, κατὰ δὲ τὸν πατέρα βουλευτὴς τῶν Ῥωμαίων. τὸ σῶμα ἰσχυρὸς καὶ τὴν ψυχὴν συνετὸς, τῶν τε πολεμικῶν ἔμπειρος, καὶ πρὸς πᾶν ἔργον μέγα εὔτολμος· τό τε φιλελεύθερον καὶ τὸ φιλότιμον πλεῖστον εἶχεν. ὃς προέστη τῶν Γαλατῶν.

Pag. 724. Ὅτι ὁ Νέρων μαθὼν τὰ κατὰ τὸν Βίνδικα ἐν Νεαπόλει τὸν γυμνικὸν ἀγῶνα ἀπ' ἀρίστου θεωρῶν οὐκ ἐλυπήθη, ἀλλὰ καταπηδήσας ἐκ τῆς ἕδρας ἀθλητῇ τινι συνεσπούδασεν· οὔτε ἐς τὴν Ῥώμην ἠπείχθη, ἀλλὰ καὶ γράμματα ἁπλῶς τῇ βουλῇ πέμψας παρῃτήσατο ὅτι οὐκ ἀφίκετο, λέγων βραγχᾶν, καθάπερ τι ᾆσαι καὶ τότε αὖθις δεόμενος. καὶ τήν γε αὐτὴν φροντίδα καὶ ἐπιμέλειαν τῆς τε φωνῆς καὶ τῶν ᾀσμάτων, τῶν τε κιθαρισμάτων οὐχ ὅτι ἐν τῷ τότε παρόντι, ἀλλὰ καὶ μετὰ ταῦτα ἐποιεῖτο. καὶ οὔτε τι ἐξ ἐκείνων ἐξέκραξεν, εἴτε καὶ ἠναγκάσθη τι οἷα ἐν τοιούτοις ὢν ἐκβοῆσαι· εὐθύς τε αὐτὸν ὡς καὶ κιθαρῳδήσειν μέλλοντα ἀνεχαίτιζε καὶ ἀνελάμβανεν· τά τε ἄλλα ὅσα εἰώθει ὁμοίως ἐποίει, χαίρων τοῖς ἠγγελμένοις, ὅτι ἄλλως τε κατακρατήσειν τοῦ Βίνδικος ἤλπιζε, καὶ ὑπόθεσιν ἀργυρισμοῦ καὶ φόνων εἰληφέναι ἐδόκει. καὶ ἔτρυφα, καὶ τὸ τῆς Σαβίνης ἡρῷον ἐκποιηθὲν καὶ κοσμηθὲν λαμπρῶς ὡσίωσεν, ἐπιγράψας αὐτῷ, ὅτι Σαβίνῃ αἰδὲ θεᾷ Ἀφροδίτῃ αἱ γυναῖκες ἐποίησαν. καὶ τοῦτο μὲν ἠλήθευσεν· ἐκ γὰρ τῶν χρημάτων, ἃ πολλὰ καὶ παρὰ τῶν γυναικῶν ἐσεσύλητο, ἐξειργάσθη. συχνὰ δὲ δὴ καὶ ἤθυρεν,
Pag. 726. ὧν ἐγὼ τὰ μὲν ἄλλα παραλείψω, ἓν δὲ εἴπω. νύκτωρ ποτὲ τοὺς πρώτους τῶν βουλευτῶν καὶ τῶν ἱππέων ἐξαπίνης σπουδῇ, ὡς καὶ περὶ τῶν παρόντων τι κοινώσων σφίσι μεταπέμψας,

Idem Pythiæ vati; quod quædam oracula in eius gratiam ediderat, centum millia drachmarum largitus eſt: quam pecuniam poſtmodum Galba repetiuit. Apollini verò, *&c. quæ habes pag. 721.*

C. Iulius Vindex, ortus maioribus Aquitanis è ſtirpe regia, patre Senatore populi Romani, vir fuit & corporis viribus, & animi ſagacitate non vulgari præditus. adhæc peritus rei militaris, & ad omne præclarum facinus audaciſſimus. Libertatis etiam ac gloriæ ingens cupido inerat. Is tum Gallis ſe ducem præbuit.

Nero certamen gymnicum Neapoli poſt prandium ſpectans, cùm de Vindicis motu certior eſſet factus, nequaquam id moleſtè tulit: ſed exiliens è ſella athletæ neſcio cui ſummo ſtudio fauit; neque Romam properè contendit, ſed literis ſimpliciter ad Senatum datis excuſauit languorem faucium, propter quem non adeſſet; quaſi verò tum tempus eſſet canendi. Eandem certè curam & tum & poſtea vocis habuit, & canticorum & pulſandæ citharæ. neque in ea quæ acciderant ne per iram quidem clamore inuectus eſt, ſtatimque ſe quaſi mox cithara cantaturus compoſuit, coma etiam in occipitium reiecta. Similiter & cætera more ſolito actitauit, lætatus inſuper eo nuncio, quippe qui Vindicem facilè ſuperatum iri ſperaret, & occaſionem rapinis ac cædibus graſſandi ſibi nactus eſſe videretur. Itaque luxui ac deliciis nihilo minus vacabat, & templum Sabinæ, quod tunc fortè abſolutum erat, magnificis ornatum donariis dedicauit hocce titulo faſtigio templi inſcripto: SABINÆ DEÆ VENERI MATRONÆ FECERVNT. erátq. id ſanè veriſſimum. Ex pecunia enim qua cùm alios, tum matronas maximè ſpoliauerat, id templum erat exſtructũ. Iocis quinetiam ac luſibus ſeſe oblectabat, cuius rei hoc vnũ exemplũ, omiſſis cæteris ponam. Noctu repentè accitis in palatium primoribus ſenatorij & equeſtris ordinis, tanquam de præſenti rerum ſtatu cum iis acturus.

Inueni, inquit, (eadem enim eius verba referam) quomodo hydraulica organa maiorem & modulatiorem ſonum edant. Hæc tum etiam ludebat ille.

Cùm alij alia cenſerent, Nero ſtatuit vniuerſum Senatum interficere, *&c. quæ leguntur pag. 726.*

Ex libro LXIV.

Verginius Rufus cùm ad Galbam veniſſet, nihil admodum dignum meritis ſuis ab eo conſecutus eſt, niſi fortè quis beneficij loco id computet, quod eum qui ſæpenumerò Imperator erat ſalutatus, ſupereſſe tolerabat Galba. cæterùm à reliquis omnibus ſummam gloriam, multóque maiorem repudiato imperio laudem retulit, quam accepto relaturus fuiſſet.

Namque Otho reſtitutis damnatorum imaginibus, luxúque & mollicie vitæ ſuæ, quodque concubino Sporo ac reliqua Neronis familia vtebatur, cunctos metu oppreſſerat. Illud verò eius facinus maximè oderant, quod imperium quidem venale, vrbem verò nequiſſimorum hominum audaciæ obnoxiam reddidiſſet, ac Senatum quidem populúmque Romanum nihili faceret, militibus verò illud etiam perſuaſiſſet, creandorum ac tollendorum Cæſarum penes illos ius eſſe.

Fabius Valens ea auaritia ac pecuniæ vndique cogendæ cupidine flagrabat, vt Tribunum quendam, à quo occultatus & ſeruatus fuerat, occiderit mille drachmarum cauſa, quas ex ipſius ſarcinis ſubripuiſſe ferebatur.

Otho, militum parte Proculo data, Brixellum ſeceſſit, negans ſe poſſe ſpectaculum prælij ciuilis ſuſtinere: quaſi verò bonis artibus ipſe imperium adeptus eſſet, ac non Conſulos & Cæſarem cum Imperatore in ipſa vrbe trucidaſſet.

Audita Othonis oratione milites qui eius amore flagrabant, ſimul obſtupeſcere, ſimul vicẽ eius dolere. tũ effuſis lacrymis lamentari, eum patrẽ appellare, ſibiq. liberis ac parentib. ſuis cariorẽ eſſe dicere. ſępè etiã acclamabant:

ζῆθι-

ἐξεύρηκα, ἔφη, πῶς ἡ ὕδραυλις (αὐτὸ γὰρ τὸ ῥηθὲν γραφήσεται) καὶ μεῖζον καὶ ἐμμελέστερον φθέγξεται. τοιαῦτα μὲν τότε ἔπαιζεν.

Ὅτι ἄλλων ἄλλα λεγόντων ὁ Νέρων ἔγνω τούς τε βουλευτὰς ἀποκτεῖναι, &c. *quæ pag. 726. ſunt edita.*

Ὅτι ὁ Ῥοῦφος πρὸς Γάλβαν ἦλθε· καὶ παρὰ μὲν ἐκείνου οὐδὲν ὅ τι ἄξιον εἰπεῖν εὕρατο, εἰ μή τις αὐτὸ τοῦτ' ἐκλογίσαιτο, ὅτι πολλάκις αὐτοκράτωρ ὀνομασθεὶς ἔζησε. παρὰ δὲ δὴ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ὄνομα μέγα καὶ μεῖζον ἢ εἴπερ ὑπεδέδεκτο τὴν ἡγεμονίαν ἐκτήσατο, ὅτι οὐκ ἠθέλησεν αὐτὴν λαβεῖν.

Ὅτι δὲ τὰς τῶν ἐπαιτίων εἰκόνας τὸν Ὄθωνα ἀποκαταστῆσαι, Pag.731.
καὶ ἡ δίαιτα, τό τε τῷ Σπόρῳ συνεῖναι καὶ τοῖς λοιποῖς τοῖς νερωνείοις χρῆσθαι πάνυ πάντας ἐξεφόβει. μάλιστα δὲ αὐτοῦ ἐμίσουν, ὅτι τήν τε ἀρχὴν ὤνιόν τε ἀποδεδείχει, καὶ τὴν πόλιν ἐπὶ τοῖς θρασυτάτοις ἐπεποιήκει· καὶ τὴν μὲν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον παρ' οὐδὲν ἦγε, τοὺς δὲ στρατιώτας ἐπεπείκει καὶ τοῦθ', ὅτι ἀποκτεῖναι Καίσαρα καὶ ποιῆσαι δύνανται.

Ὅτι ὁ Οὐάλης οὕτω περὶ τὰ χρήματα ἐσπούδαζε, καὶ οὕτως ἐξ ἀπλήστου τρόπου ἤθροιζεν, ὥστε καὶ τὸν* χιλίαρχον τὸν κατακρύψαντά τε αὐτὸν καὶ * διασώσαντα ἀποσφάξαι διὰ χιλίας δραχμάς, ἃς ἐκ τῶν σκευῶν αὐτοῦ ὑφῃρῆσθαι ἔδοξεν.

* χ mſ. — * διεμώσ mſ.

Ὅτι ὁ Ὄθων ἀνεχώρησεν ἐκ τῆς μάχης, λέγων μὴ δύνασθαι μάχην ἀνδρῶν ὁμοφύλων ἰδεῖν, ὥσπερ ἐκ δικαίας τινὸς πράξεως αὐταρχήσας, ἀλλ' οὐ τούς τε ὑπάτους καὶ τὸν Καίσαρα, τόν τε αὐτοκράτορα ἐν αὐτῇ τῇ Ῥώμῃ φονεύσας.

Ὅτι ἐφίλουν τὸν Ὄθωνα οἱ στρατιῶται· καὶ δημηγορήσαντος ἐξ ὧν ἤκουσαν καὶ ἐθαύμαζον ἅμα καὶ ἠλέουν Pag.733.
εἴ τι πείσοιτο· καὶ δάκρυσί τε ἔκλαιον καὶ ἐθρήνουν, πατέρα τε ἀνεκάλουν, καὶ παίδων καὶ γονέων φίλτερον ὠνόμαζον.

ἐν σοί τε καὶ ἡμεῖς σωζόμεθα ἔλεγον, καὶ ὑπὲρ σοῦ πάντες ἀποθανούμεθα.

Ὅτι ὁ Βιτέλλιος εἶδεν ἐν Λουγδούνῳ μονομάχων ἀγῶνας, καὶ ἐν Κρεμώνῃ, ὥσπερ οὐκ ἀρκούντως τοῦ πλήθους τῶν ἐν ταῖς μάχαις ἀπολωλότων, καὶ τότε δὲ ἔτι ἀτάφων ἐρριμμένων, ὡς καὶ αὐτὸς ἐθεάσατο. διεξῆλθε γὰρ διὰ παντὸς τοῦ χωρίου ἐν ᾧ ἔκειντο, ἐμπιμπλάμενος τῆς θέας, ὥσπερ τότε νικῶν. καὶ οὐκ ἐκέλευσε σφᾶς οὐδ' ὡς ταφῆναι. τῇ τε γὰρ τρυφῇ καὶ τῇ ἀσελγείᾳ προσκείμενος, *&c. quæ lib. 65. pag. 734. ſunt edita, uſque ad illa verba* κακῶς ἀπήλλασσον, *poſt quæ in mſ. ſic legitur.* πολλοὺς γὰρ ἀεὶ τοὺς πρώτους ὁμοσίτους ἐποιεῖτο, καὶ πολλάκις δὲ παρ' αὐτοῖς εἱστιᾶτο· ὅθεν διεφθείρετο[?] ... *&c. quæ ibidem edita extant.*

Pag. 735. Ὅτι ὁ αὐτὸς οὐδὲ τῇ οἰκίᾳ τοῦ Νέρωνος τῇ χρυσῇ ἠρκεῖτο· ἀλλὰ καίτοι σφόδρα καὶ τὸ ὄνομα καὶ τὸν βίον τά τε ἐπιτηδεύματα αὐτοῦ πάντα καὶ ἀγαπῶν καὶ ἐπαινῶν, ὅμως ᾐτιᾶτο αὐτὸν κακῶς τε ᾠκηκέναι, καὶ κατασκευῇ καὶ ὀλίγῃ καὶ ταπεινῇ χρῆσθαι λέγων. νοσήσας γοῦν ποτε ἐζήτησεν οἴκημα ἐν

Ὅτι εἰ γ. mſ. à capite. ᾧ κατοικήσοι. οὕτως αὐτὸν οὐδὲ τῶν ἐκείνου τι ἤρεσεν. * ἡ δὲ γυνὴ αὐτοῦ Γαλερία ὡς ὀλίγου ἐν τῷ βασιλικῷ κόσμου εὑρεθέντος κατεγέλα. ἀλλ' οὗτοι μὲν ἐκ τῶν ἀλλοτρίων ἀναλίσκοντες, οὐδ' ἠσθάνοντο[?] τι ἐκ τῶν δαπανωμένων. οἱ δὲ δὴ δειπνίζοντες σφᾶς ἐν μεγάλῳ κακῷ ἐγίνοντο, πλὴν ὀλίγων οἷς τι ἀνταπεδίδου. καίπερ οὐδ' ὅλης τῆς ἡμέρας οἱ αὐτοὶ εἱστίαζον αὐτόν· ἀλλ' ἄλλοι μὲν ἀκρατίσασθαι παρεῖχον, οἱ δὲ ἀριστῆσαι, οἱ δὲ δεῖπνον, ἕτεροι μεταδόρπιά τινα πλησμονῆς παραμύθια. πάντες γὰρ οἱ δυνάμενοι ἑστιᾶν αὐτὸν ἐσπούδαζον. καὶ ἑκατόν γε αὐτὸν φασὶ μυριάδας ἐς δεῖπνον ἀναλῶσαι. καὶ τὰ γενέθλια αὐτοῦ ἐπὶ δύο ἡμέρας ἑορτάζετο, καὶ θηρία καὶ ἄνδρες πολλοὶ ἀπεκτάνθησαν.

Tua ſalus, noſtra ſalus. Pro te libenter omnes moriemur.

Ex Libro LXV.

Vitellius munus gladiatorium ſpectauit Lugduni & Cremonæ, quaſi non contentus cæde tot millium in acie peremptorum, quorum cadauera etiamtum inſepulta iacebant, vt & ipſe viderat. Etenim campum omnem in quo ſtrata erant cadauera, perambulauit, eiuſmodi ſpectaculo paſcens oculos, ac ſi tum demùm victoriam referret. Neque tamen inſepultos humari iuſſit. Quippe luxui ac libidini mancipatus, nihil diuinarum humanarúmq. rerum penſi habebat. maximam diei noctiſq. partem comeſſationibus traducens, ac facilè ipſe omnibus ſufficiens vomitandi conſuetudine, quamuis cæteri qui cum eo cœnabant, miſerè omnes interirent. plurimos enim, eóſque primarios viros ſemper ad conuiuium vocabat, ac ſæpenumerò apud eos cœnabat, *&c. quæ leguntur pag. 734.*

Eidem aurea illa Neronis domus minimè ſatisfaciebat. ſed tametſi nomen & vitam, moréſque eius ac ſtudia admodum laudaret, amarétque; hac in re tamen reprehendebat, quod diceret malè eum habitaſſe, breuiq. ac vili ſupellectile vſum fuiſſe. Cúmque aliquando in morbum incidiſſet, aliam ſibi domum in qua degeret, requiſiuit. adeò nihil ex Neronianis eius animo placebat. vxor verò eius Galeria ridere ſolebat, quod modicum ornatum ac muliebrem mundũ in regia reperiſſet. Cæterùm ipſi quidem quippe qui ſumptus de alieno facerent, nullã eorum rationem inibant. ij verò apud quos cœnabant, maximo damno afficiebantur, (pręter admodum paucos quos ille beneficiis remunerabat) tametſi non vnus & idem per totum diem ei conuiuium præberet. Alij enim ientacula, alij prandium dabant, alij cœnas, alij comiſſationes quaſi quædam ſatietatis delinimenta. quippe omnes opib. inſtructi, eũ cõuiuio excipere certatim feſtinabant. aiuntq. impendiſſe eum in cœnã quadragies ſeſtertiûm. Natalis quoque eius biduò celebratus eſt magnificẽtiâ ludorum, in quibus multæ feræ ac multi homines occiſi.

Huiuſmodi cùm eſſet Vitellius, ne milites quidem modeſtius agebant, ſed multa libidinis atque inſolentiæ facinora paſſim edebant.

At ij qui pecunias ei crediderant, *& cætera quæ extant* *pag. 735.*

Vitellius cùm ei in Senatu Heluidius Priſcus contradixiſſet, atque in milites pluribus eſſet inuectus, Tribunos plebis in auxilium vocauit, quaſi eorum adminiculo egeret. Cæterùm neque ipſe Priſcum vlla in re læſit, neque ab Tribunis lædi paſſus eſt. Conuerſa etiam ad patres oratione: Nolite, inquit, mirari, P. C. quod duo Senatores alter ab altero diſſenſerimus. atque ob id quidem modeſtiæ laudem tulit: ſed quod Neronem ſtudebat imitari, quodque ei inferias feciſſet, ac prætere a quod tam profuſis in epulas ſumptibus vtebatur, erant quidem quibus id multùm placeret. at prudentiores grauiter ferebant, quippe qui intelligerent, ne quidem ex omni orbe collectas opes eiuſmodi luxuriæ ſuffecturas eſſe.

Erat Veſpaſianus haudquaquam leui ac præcipiti ingenio, atque in tam turbida negocia conijcere ſe multùm cunctabatur.

Ex Libro LXVI. *pag. 749.*

Alexandrini dicteriis Veſpaſianum & conuiciis inceſſebant. Cùm enim ſe maximis ab eo beneficiis auctum iri ſperauiſſent, quippe qui omnium primi eum Imperatorem appellauerant, non modò nihil conſecuti ſunt: ſed pecuniæ inſuper ab iis exigebantur. Nam cùm multas eis collationes indixit, nullum omninò inopiæ cauſa ac ne mendicum quidem immunem ſinens, ſed ex omnibus priuatis ac publicis, ſacris & prophanis lucrum captans: tum quamplurima vectigalia partim abolita reſtituit, partim vſitata auxit in maius, partim etiam noua excogitauit. Idémque in cæteris prouinciis fecit. Quas ob cauſas, & quod maximam regiæ partem vendiderat,

Ὅτι τοιούτου τοῦ Βιτελλίου ὄντος, οὐδ᾽ οἱ στρατιῶται ἐσωφρόνουν· ἀλλὰ καὶ ὕβρεις καὶ ἀσέλγειαι ὑπ᾽ αὐτῶν πολλαὶ πανταχοῦ ὁμοίως ἐγίγνοντο.

Ὅτι οἱ δεδιωχότες τι, &c. *quæ pag. 735. ſunt edita.*

Ὅτι ὁ Βιτέλλιος Πείσκου ἀντειπόντος τι αὐτῷ ἐν τῷ συνεδρίῳ, καί τινα καὶ τῶν στρατιωτῶν καταδραμόντος, ἐπεκαλέσατο μὲν τοὺς δημάρχους ὡς καὶ τῆς παρ᾽ αὐτῶν ἐπικουρίας δεόμενος· οὔτε δὲ αὐτός τι κακὸν τὸν Πείσκον εἰργάσατο, οὔθ᾽ ὑπ᾽ ἐκείνων παθεῖν εἴασεν· ἀλλὰ καὶ ἔφη ὅτι μὴ *ταράττεσθε πατέρες ωτα mſ. μηδ᾽ ἀγανακτεῖτε, εἰ δύο ἄνδρες ἐξ ὑμῶν διηνέχθημέν τι πρὸς ἀλλήλους. καὶ τοῦτο ἐξ ἐπιεικείας πεποιηκέναι ἔδοξεν· ὅτι μόνοι τὸν Νέρωνα μιμεῖσθαι ἤθελε, καὶ ἐνήγισέ τε αὐτῷ, καὶ ὅτι τοσαῦτα ἐς τὰ δεῖπνα ἀνήλισκεν, οἱ μὲν ἄλλοι καὶ κατὰ τοῦτ᾽ ἔχαιρον· οἱ δὲ δὴ νοῦν ἔχοντες ἤχθοντο, εὖ ἐπιστάμενοι ὅτι οὐδὲ τὰ ἐξ ἁπάσης τῆς οἰκουμένης χρήματα οἱ ἀρκέσοι.

Ὅτι ὁ Βεσπασιανὸς οὔτ᾽ ἄλλως προπετὴς ἦν, καὶ ἐς ταραχώδη οὕτω πράγματα καὶ πάνυ ὀκνεῖ ἑαυτὸν καθεῖναι. *hæc locum habent pag. 736.*

Ὅτι ἔσκωπτον οἱ Ἀλεξανδρεῖς καὶ ἐλοιδόρουν τὸν Βεσπασιανόν. προσδοκήσαντες γὰρ μέγα τι παρ᾽ αὐτοῦ λήψεσθαι, ὅτι πρῶτοι αὐτὸν αὐτοκράτορα ἐπεποιήκεσαν, οὐ μόνον οὐδὲν εὕροντο, ἀλλὰ καὶ προσεπράσσοντο χρήματα. πολλὰ μὲν γὰρ καὶ ἄλλως παρ᾽ αὐτῶν ἐξέλεξε, μηδὲ ἄπορον μηδὲ τὸν τυχόντα μηδ᾽ *εἰ ἐπαίτης τις ἦν παραλείπων, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν ὁσίων πάντων καὶ ἐκ τῶν ἱερῶν ὁμοίως χρηματιζόμενος· πολλὰ δὲ καὶ τέλη τὰ μέν τινα ἐκλελειμμένα ἀνενεώσατο, τὰ δὲ καὶ νομιζόμενα προσεπηύξησε, καινά τε ἕτερα προσκατεστήσατο. τὸ δ᾽ αὐτὸ τοῦτο καὶ ἐν τῇ ἄλλῃ ὑπηκόῳ ἐποίησε. διά τε οὖν ἐκεῖνα, καὶ ὅτι καὶ τῶν βασιλείων τὸ πλεῖστον ἀπέδοτο,

Lib. 66. initio.

ἀπαίτης mſ.

χαλεπῶς φέροντες ἄλλα τε ἐς αὐτὸν ἀπέρριπτον, καὶ ὅτι ἓξ ὀβολοὺς προσαιτεῖς· ὥστε τὸν Βεσπασιανὸν καίπερ ἐπιεικέστατον ὄντα χαλεπῆναι, καὶ κελεῦσαι καὶ τοὺς ἓξ ὀβολοὺς κατ' ἄνδρα πραχθῆναι, βουλεύσασθαι δὲ καὶ τιμωρίαν αὐτῶν ποιήσασθαι· αὐτά τε γὰρ τὰ λεγόμενα προπηλακισμὸν εἶχε, καὶ ἐκ τοῦ κατακεκλασμένου τοῦ τε ἀναπαίστου σφῶν οὐκ ἔστιν ὅτι οὐκ ὀργὴν οἱ ἐνεποίει. τοῦ δ' οὖν Τίτου ἐξαιτησαμένου αὐτούς, τούτων ὁ Βεσπασιανὸς ἐφείσατο. οἱ δὲ Ἀλεξανδρεῖς τοῦ Βεσπασιανοῦ οὐκ ἀπέχοντο· ἀλλὰ μέγα πάνυ ἀθρόοι ἐν συνόδῳ τινὶ κοινῇ πρὸς τὸν Τίτον ἐξεβόησαν εἰπόντες αὐτῷ τοῦτο· συγγινώσκομεν αὐτῷ, οὐ γὰρ οἶδε καισαρεύειν. καὶ οἱ μὲν οὕτω τότ' ἐρριψοκινδύνουν, καὶ τῆς ἀσελγείας, ὑφ' ἧς ἀείποτε κακῶς ἀπαλλάσσουσιν, ἄδην ἐνεφοροῦντο, τῇ τοῦ αὐτοκράτορος ἐπιεικείᾳ ἀποχρώμενοι. ὁ δὲ ἐκείνους μὲν εἴα, ἐς δὲ τὴν Ῥώμην ἐπέστελλε, τήν τε ἀτιμίαν τῶν καταψηφισθέντων ἐπὶ ταῖς λεγομέναις ἀσεβείαις ὑπὸ Νέρωνος καὶ τῶν μετ' αὐτὸν ἀρξάντων, τῶν τε ζώντων καὶ τῶν τεθνεώτων ὁμοίως ἀπαλείφων, καὶ τὰς γραφὰς τὰς ἐπὶ τοιούτοις ἐγκλήμασι καταλύων· τούς τε ἀστρολόγους ἐκ τῆς Ῥώμης ἐξώρισε, καίτοι πᾶσι τοῖς ἀρίστοις αὐτῶν χρώμενος· ὥστε καὶ διὰ Βάρβιλλόν τινα ἄνδρα τοιουτότροπον, ἀγῶνα τοῖς Ἐφεσίοις ἱερὸν ἄγειν συγχωρῆσαι· ὅπερ οὐδεμιᾷ ἄλλῃ πόλει ἔνειμεν.

Ὅτι ὁ Μουκιανὸς τιμᾶσθαι ὑφ' ἁπάντων ὑπὲρ πάντας ἤθελεν, καὶ ἥδετο εἰ καὶ ὅστις οὖν οὐχ ὅτι ὕβρισεν αὐτόν, ἀλλ' οὐ μὴ οὐ μεγάλως * ἀγήλαζεν. καὶ διὰ τοῦτο ὥσπερ ἄπληστος ἐν ταῖς τιμαῖς πρὸς τοὺς ὑπουργοῦντάς τι αὐτῷ καὶ τὸ βραχύτατον ἦν, οὕτω καὶ μίσει ἀγριωτάτῳ πρὸς τοὺς μὴ τοιούτους ἐχρῆτο.

Suidas in Ἀγήλ.

Pag. 750. Ὅτι οὐχ ἥκιστα ἔνδηλον ἐγένετο, ὅτι Πρίσκον τὸν Ἑλβίδιον οὐ μᾶλλόν τι δι' ἑαυτὸν ἢ διὰ τοὺς φίλους αὐτοῦ οὓς ὕβρισεν ἐμίσησεν ὁ Βεσπασιανός· ἀλλ' ὅτι ταραχώδης τε ἦν καὶ τῷ ὄχλῳ προσέκειτο,

exacerbati Alexandrini tum alia in eum ridicula iactabant, tum illud inculcabant, Sexne obolos præterea flagitas? adeò vt Veſpaſianus tametſi ſumma moderatione vir præditus offenderetur, ac ſex obolos viritim exigi iuberet, ac denique de caſtiganda eorum inſolentia conſilium caperet. Namque & in ipſis dicteriis contumelia inerat, & fracti in anapæſtos modi quibus ea pronunciabantur, iram accendebant. Verùm intercedente pro Alexandrinis Tito Veſpaſianus iis pepercit. Enimverò illi nequaquam ideò Veſpaſianum inceſſere deſtiterunt: ſed in conuentu quodam publico frequentiſſimi in vnum congregati acclamauerunt Tito: *Veniam ei damus. neque enim nouit Cæſarem agere.* Et illi quidem eiuſmodi furore ſeſe in periculum conijciebant; ac petulantiæ ſuæ, quæ ſemper eis malè ceſſit, indulgebant, abutentes principis clementia. At Veſpaſianus ſpretis iis Romam literas miſit, quibus omnium qui ſub Nerone ac ſecutis principibus maieſtatis crimine erant damnati, ſiue ſuperſtites, ſiue mortui eſſent, famam reſtituebat, cunctáſque eiuſmodi accuſationes tollebat: Aſtrologos quoque iubebat vrbe excedere, tametſi ipſe peritiſſimo quoque eius artis magiſtro vteretur; adeò vt in gratiam Barbilli cuiuſdam Aſtrologi Epheſiis ſacrum certamen celebrare conceſſerit. quod nulli alteri ciuitati indulſit.

Mucianus is erat, qui vnus ſupra cæteros ab omnibus coli & obſeruari vellet, quique ægrè ferret, non dico ſi quis eum iniuriâ affeciſſet, ſed niſi vnuſquiſque maximum ei honorem habuiſſet. atque idcircò quemadmodum in ornandis iis quorum vel leuiſſimum officium eſſet expertus, nimius atque immodicus erat, ita aduerſus cæteros implacabile odium exercebat.

Satiſq. conſtat Veſpaſianum offenſum fuiſſe Heluidio Priſco, non tam ob iniurias ac contumelias quibus ille & Veſpaſianum & amicos eius laceſſebat, quàm quod is factioſus ac popularis auræ nimium appetens eſſet, quodq.

principatum aſſiduè vituperans, popularem ſtatum laudibus extolleret: cœtus etiam cógeret, aliáque his conſentanea faceret, prorſus ac ſi propriũ eſſet philoſophię, principes conuiciis inſectari, concitare plebem, & ſtudio rerum nouarũ quietem publicã turbare. Erat ille quidem Thraſeæ gener, quem ſibi vt iactabat, imitãdum propoſuerat. ſed longè profectò à ſcopo aberrabat. Namque Thraſea Neronis principis ſtudia quidem ac mores minimè probabat, nihil tamen in principẽ neq. dicebat, neq. agebat contumelioſè: niſi quod intereſſe iis quæ agebantur, nolebat. Hic verò offendebatur Veſpaſiano, cúmq. & priuatim carpebat & publicè: eáque agebat, ex quib. illum appareret ſponte in exitium ruere. Neque enim fieri poterat tot ac talibus eius factis, quin aliquando tandem pœnas temeritatis daret.

EX LIBRO LXVII.

Domitianus adeò infidus erat iis, quorum miniſterio in grauiſſimis reb. vſus fuerat, vt eos qui maximam ei pecuniam parauiſſent, aut qui multos homines calumniati eſſent, interficeret, ac pręſertim ſeruos qui dominos ſuos detuliſſent. Adeò iſti tametſi præmia atque honores & magiſtratus acciperent, nihilo maiore quàm cæteri dignitate aut ſecuritate agebant. ſed ob hæc ipſa quæ rogati ab Domitiano præſtiterant, necabantur, quo ab iis ſolis profecta eſſe viderentur ſcelera. Eóque conſilio quondam in edicto ſcripſiſſe dicitur, Principem qui delatores non caſtigat, inſtigare.

Quumque aduerſus omnes talem ſe per omne imperij tempus præſtiterit, tum verò in parentis ac fratris amicis omni ignominia atq. acerbitate tractandis ſeipſum longè ſuperauit: quamuis cuncta ab iis & ſuperiorib. principibus conceſſa beneficia ipſe edicto confirmaſſet. verùm id ad ſpeciem & oſtentationem ſimulauerat. reuera enim eos oderat, tum quod multa quæ præter ius faſque olim petierat ab iis non impetraſſet, tum quod in aliquo honore fuiſſent. quicunq. enim aut parẽti aut fratri acceptiſſimus extitiſſet, & apud illos auctoritate & gratia plu-

βασ-

βασιλείας τε ἀεὶ κατηγόρει, καὶ δημοκρατίαν ἐπήνει, καὶ ἔπραττεν ἀκόλουθα τούτοις, καὶ συνίστη τινάς· ὥσπερ που φιλοσοφίας ἔργον ὄν, τό τε τοὺς κρατοῦντας προπηλακίζειν, καὶ τὸ τὰ πλήθη ταράττειν, τό τε τὰ καθεστηκότα συγχεῖν, καὶ τὸ νεώτερα αὐτοῖς πράγματα ἐπεισάγειν. ἦν γὰρ τοῦ Θρασέου γαμβρός, καὶ ζηλοῦν αὐτὸν ἐπλάττετο. πολὺ δ' αὐτοῦ ἡμάρτανε. Θρασέας μὲν γὰρ ἐπὶ Νέρωνος ὢν οὐκ ἠρέσκετο αὐτῷ· καὶ οὐδὲν μέντοι οὐδ' ὡς ὑβριστικὸν ἔλεγεν ἐς αὐτόν, οὐδὲ ἔπραττεν, πλὴν καθόσον προσκοινωνεῖν οἱ τῶν δρωμένων οὐκ ἠξίου. οὗτος δ' Βεσπασιανῷ ἤχθετο, καὶ οὔτ' ἰδίᾳ, οὔτε ἐν τῷ κοινῷ αὐτοῦ ἀπείχετο. ἀλλ' ἐξ ὧν ἐποίει ἐθανάτα, καὶ πολλὰ πράττων ἔμελλέ ποτε δίκην αὐτῶν δώσειν.

Ην μὲν γὰρ καὶ θρασὺς καὶ ὀργίλος, *&c. quæ in lib. 67. initio edita ſunt uſque ad illa verba.* ἔφθειρε, καὶ μάλιστα τοὺς δούλους τοὺς κατὰ δεσποτῶν τι μηνύσαντας. καὶ οὕτω καὶ ἐκεῖνοι καίπερ ἀργύριον, καὶ τιμάς, καὶ ἀρχὰς ὁμοῦ οἱ λαμβάνοντες, οὔτ' ἐντιμότεροι τῶν ἑτέρων, οὔτ' ἀσφαλέστεροι διῆγον. ἀλλ' ἐπ' αὐτοῖς οἷς ὑπὸ τοῦ Δομιτιανοῦ παρακαλούμενοι ἔπραττον, ἀπώλλυντο, ἵνα δὴ καὶ τὰ ἀδικήματα ὑπ' αὐτῶν μόνων γεγονέναι δοκῇ. τῇ δ' αὐτῇ ταύτῃ διανοίᾳ καὶ προέγραψε ποτέ, ὅτι αὐτοκράτωρ ὅταν μὴ κολάζῃ τοὺς συκοφάντας αὐτὸς σφᾶς ποιεῖ τοιούτους.

Οτι πολὺ καὶ ἑαυτὸν ὑπερεβάλετο ἐν τῇ τῶν τοῦ πατρὸς τοῦ τε ἀδελφοῦ φίλων ἀτίμῳ καὶ ὀλεθρίῳ μεταχειρίσει. καίτοι καὶ αὐτὸς γράμμα ἐξέθηκε τηρῶν πάντα τὰ πρός τε ἐκείνων καὶ πρὸς τῶν ἄλλων αὐτοκρατόρων δοθέντα τισίν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν καλλώπισμα ἄλλως ἦν. ἐμίσει γὰρ αὐτοὺς ὅτι τε μὴ πάνθ' ὅσα ᾔτει πολλά τε καὶ οὐ προσήκοντα ὄντα παρέχοιεν αὐτῷ, καὶ ὅτι ἐν τιμῇ τινὶ ἐγεγόνεσαν. πᾶν γὰρ τὸ παρὰ τοὺς πολλοὺς ἀγαπηθέν τε ὑπ' αὐτῶν καὶ δυνηθέν,

ἐν ἐχθροῦ μοίρᾳ ἐτίθετο. καὶ διὰ τοῦτο καίπερ καὶ αὐτός, *&c. quæ pag. 759. ſunt edita.*

Ὅτι ὁ αὐτὸς οὐκ ἐφρόντιζεν οὐδὲ τῶν τὸν Τίτον ἐπαινούντων, ὅτι μηδένα βουλευτὴν ἀπέκτεινεν, οὐδ' ὅτι ἡ γερουσία πολλάκις ἠξίου ψηφισθῆναι μὴ ἐξεῖναι τῷ αὐτοκράτορι τῶν ὁμοτίμων τινὰ ἀπολέσαι. πάνυ γὰρ οὖν σφίσι πολὺ διέφερεν, εἴτε ἰδίᾳ τινὰ αὐτῶν, εἴτε καὶ δι' ἐκείνων καταχρήσαιτο, ὥσπερ τι ἀντειπεῖν ἢ καὶ μὴ καταψηφίσασθαί τινος δυναμένοις. ἐπῄνουν δὲ τὸν Τίτον τινὲς οὐχ ὅτι καὶ ἀκούοντος τοῦ Δομιτιανοῦ· ἴσον γὰρ αὐτῷ ἡμάρτανον, ὥσπερ ἂν εἰ αὐτὸν ἐκεῖνον παρόντα καὶ ἀκούοντα ἐλοιδόρουν. ἀλλ' ὅτι ἠπίστατο αὐτοὺς λάθρα τοῦτο ποιοῦντας. ἐπεί τοι καὶ ἕτερόν τι σκηνοποιίᾳ τινὶ ἐοικὸς ἐγίγνετο. αὐτός τε γὰρ
Pag.759. καὶ φιλεῖν τὸν ἀδελφὸν καὶ πενθεῖν προσεποιεῖτο· καὶ τούς τε ἐπαίνους τοὺς ἐπ' αὐτῷ μετὰ δακρύων ἔλεξε, καὶ ἐς τοὺς ἥρωας αὐτὸν σπουδῇ ἐσέγραψε, πάντα τὰ ἐναντιώτατα ὧν ἐβούλετο σκηπτόμενος. καὶ οἱ ἄλλοι οὔθ' ὅπως συνάχθοιντο, οὔθ' ὅπως συνήδοιντο ἀσφαλῶς εἶχον· τὸ μὲν ὅτι τὴν γνώμην αὐτοῦ λυπεῖν, τὸ δὲ ὅτι τὴν προσποίησιν ἐλέγχειν ἔμελλον.

Ὅτι καὶ συχνοὺς μεθύσας που κατεχρήσατο. καὶ οὐκ ὀλίγους γὰρ αὐτοὺς ὑφ' ἑαυτῶν παρεσκεύαζε τρόπον τινὰ ἀποθνήσκειν, ἵνα ἐθελοντηδὸν, ἀλλ' οὐχ ὑπ' ἀνάγκης δοκῶσι τοῦτο πάσχειν.

Pag.760. Ὅτι καὶ ἐπὶ τούτῳ ἠγάλλετο, ὅτι τὰς ἀειπαρθένους ὡς ἠνδρωμένας οὐ κατώρυξεν, ἀλλὰ ἄλλως ἀποθνήσκειν ἐκέλευσε.

Ibid. Ὅτι καὶ τοῦτο δεινότατον εἶχεν ὅτι καὶ κολακεύεσθαι ἤθελε, καὶ ἀμφοτέροις ὁμοίως ἤχθετο, καὶ τοῖς θεραπεύουσι καὶ τοῖς μή· τοῖς μὲν ὅτι θωπεύειν, τοῖς δὲ ὅτι καταφρονεῖν ἐδόκουν. οὐ μὴν ἀλλὰ τῇ μὲν βουλῇ χαίρειν ἐφ' οἷς ἐψηφίζοντο προσεποιεῖτο. τὸν δὲ δὴ Οὖρσον ὀλίγου ἀπέκτεινεν, ὅτι μὴ τοῖς πρασσομένοις ὑπ' αὐτοῦ ἤρεσκετο, καὶ τῆς Ἰουλίας αἰτησαμένης ὕπατον ἀπέδειξεν.

rimùm valuiſſet, ipſe hoſtis loco habebat. Proinde etſi Earinum, *&c. quæ extant pag. 759.*

Idem ſpernebat eos qui Titũ laudabãt, eo quod neminem Senatorem occidiſſet, nec patrũ precibus vllo modo commotus eſt, qui identidem poſcebant Senatuſconſultum vt fieret, quo necandi Senatoris licentia principi adimeretur. Multùm ſcilicet intererat illorum, ſuóne priuato arbitrio an cognitione Senatus in quemquam ordinis Senatorij princeps animaduerteret: quaſi verò ipſis liberum eſſet contradicere imperatori, aut reum abſoluere. Porrò nonnulli Titum laudabant, non quidẽ Domitiano coram. id enim pænè grauius crimen fuiſſet, quàm ſi ipſi Domitiano præſenti atque audienti probra in os ingeſſiſſent. Sed tamen cùm clàm ac remotis arbitris id ab nonnullis fieri certò ſciret, ipſe aliam rationem iniit mimo ac ſcenæ cuipiam haud abſimilem. Fratrem enim ab ſe amari ac lugeri ſimulauit, laudéſque eius non ſine lacrymis proſecutus eſt, eundémque inter Diuos retulit ſumma ambitione ac ſtudio: prorſus contraria iis quæ vellet, palàm præ ſe ferens. proinde cæteri quemadmodum aut condolerent ei, aut congratularentur, neſciebant, ne aut ei moleſtiam afferrent aut diſſimulationem ipſius detegere viderentur.

Idem multos in diuerſa ablegatos loca interfecit. quoſdam etiam ad necẽ ſibi conſciſcendã variis artib. adegit, vt ſponte periiſſe, non neceſſitate aliqua crederentur.

Clementiam quoque ſuam in eo iactabat, quod virgines Veſtales probri conuictas non defodiſſet, ſed liberum mortis arbitrium eis indulſiſſet.

Illud verò fuit in eo grauiſſimum, quod cùm ſe adulationibus palpari vellet, vtriſque tamen, & qui eum colerent, & qui non colerent, ſuccenſebat: illis, quod aſſentari, his, quod contemnere viderentur. Cæterùm decretis quidem ſibi à Senatu honoribus ſe inprimis gaudere ſimulabat. Vrſum verò eò quod facta ſua non probabat, parum abfuit quin occideret. tamen deprecante Iulia, eum Conſulem creauit.

Ducibus enim imputabat ſi quam acceperat cladem. Nam proſperos quidem prœliorum caſus, etiamſi ipſe nihil gereret, ſibi adſcribebat. ſin verò aliquid aduerſi acciderat, tametſi conſilio iuſſúque eius geſta res eſſet, culpam in alios conferebat. & eos quidem qui rem feliciter geſſiſſent, oderat; iis verò qui cladem aliquam accepiſſent, ſuccenſebat.

L. Antonium, qui à Domitiano defecerat, Maximus quidã deuicit ac peremit. qui quidẽ etſi ob eam victoriã non eſt magna admodũ laude dignus: (multis enim aliis victoria pręter ſpem potiri contigit, & militum operâ id conſecutus eſt) tamen quod literas omnes in Antonij capſis repertas cremauit, neglecto proprio periculo, quo cæteri calumniam effugerent, ſatis laudari non poteſt.

Eorum qui ab Domitiano necati ſunt, numerus iniri nullo modo poteſt. Adeò enim ſeipſum hac in re damnabat, vt, ne vlla necatorũ memoria ſupereſſet, vetuerit in acta eos referri. ſed neque de illis quidquam ad Senatum ſcripſit, quamuis interfectorum capita ſicut & L. Antonij Romam miſſa pro roſtris exponeret.

Duras, penes quem imperium erat, ſponte eo ceſſit Decebalo Dacorum Regi. Namque hic conſilio ac manu promptiſſimus habebatur, *&c. quæ extant pag. 761.*

At Domitianus cùm in oppido neſcio quo Myſiæ ſubſtitiſſet, more ſolito cuncta libidine ſua fœdabat. non enim ſolùm corpore atque animo ſegnis atque ignauus, *&c. vt pag. 761.*

Ex Libro LXVIII.

Traianus iuſtitia, ac fortitudine, ac naturali quadam bonitate multùm cæteros anteibat. corpore enim validus (quippe qui anno ætatis ſecundo ac quadrageſimo ad imperium euectus eſt) quemuis militarem laborem iuxta ac gregarius quiſque facilè tolerabat. neque verò minus vigebat animo, adeò vt nec temeritate iuuenili raperetur, nec ſenio hebeſceret.

Delectabatur enim inprimis gladiatoribus ac pantomimis, ex quibus vnum adamauit, nomine Pyladem.

Ὅτι ὁ αὐτὸς πταίσας τοῖς στρατιάρχαις ἐπεκάλει· τὰ μὲν γὰρ ἀμείνω πάντα καίτοι μηδὲν αὐτῶν πράττων προσεποιεῖτο. τῶν δὲ δὴ χειρόνων ἑτέρους εἰ καὶ ἐκ τῆς ἐκείνου τι κελεύσεως συνεβεβήκει ᾐτιᾶτο. καὶ ἐμίσει μὲν τοὺς κατορθώσαντάς τι, ἐμέμφετο δὲ τοὺς πταίσαντας.

Ὅτι τὸν Ἀντώνιον τὸν ἀποστάτην Μάξιμός τις ἀνεῖλε. καὶ ἐπὶ Pag. 764.
μὲν τῇ νίκῃ οὐδὲν μέγα ἄξιός ἐστιν ἐπαινεῖσθαι. πολλοὶ γάρ που καὶ ἄλλοι παρὰ δόξαν ἐνίκησαν, οἵ τε στρατιῶται αὐτῷ συνηγωνίσαντο· ὅτι δὲ τὰ γράμματα ὅσα ἐν τοῖς τοῦ Ἀντωνίου κιβωτίοις εὗρε, &c. *quæ extant pag. 764.*

Ὅτι τὸ σύμπαν πλῆθος τῶν ὑπὸ Δομιτιανοῦ κολασθέν- Ibid.
των οὐδ᾽ ἂν εὕροι τις δυνηθείη· οὕτω γὰρ δὴ καὶ αὐτὸς ἑαυτοῦ ἐπὶ τούτῳ κατέγνω, ὥσθ᾽ ἵνα μηδεμία μνήμη τῶν θανατουμένων ὑπολειφθῇ, ἐκώλυσε σφᾶς ἐς τὰ ὑπομνήματα ἐσγραφῆναι. οὐ μὴν οὐδὲ περὶ τῶν ἀναιρεθέντων τῇ βουλῇ τι ἐπέστειλε, καίπερ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν ὥσπερ τὴν τοῦ Ἀντωνίου πέμψας ἐς τὴν Ῥώμην, καὶ ἐς τὴν ἀγορὰν ἐκθείς.

Ὅτι Δούρας, οὗ ἡ ἡγεμονία ἐγίγνετο, ἑκὼν αὐτῆς παρεχώρησε τῷ Δεκεβάλῳ τῷ Δακῶν βασιλεῖ, ὅτι δεινὸς μὲν συνεῖναι τὰ πολέμια ἦν, δεινὸς δὲ καὶ πρᾶξαι, &c. *quæ extant pag. 761.*

Ὅτι ὁ Δομιτιανὸς ἐν πόλει τινὶ Μυσίας ὑπομείνας ὕβριζεν ὥσπερ εἰώθει. οὐ γὰρ ὅτι τό τε σῶμα ἄπονος, &c. *quæ extant pag. 761.*

Ὅτι ὁ Τραϊανὸς πλεῖστον ἐπί τε δικαιότητι καὶ ἐπ᾽ ἀνδρείᾳ τῇ τε ἁπλότητι τῶν ἠθῶν διέπρεπε. τῷ τε γὰρ σώματι ἔρρωτο (δεύτερον γὰρ καὶ τεσσαρακοστὸν ἄγων ἔτος ἦρξεν) ὥστ᾽ ἐξ ἴσου πάντα τοῖς ἄλλοις τρόπον τινὰ πονεῖσθαι· καὶ τῇ ψυχῇ ἤκμαζεν, ὥστε μήθ᾽ ὑπὸ νεότητος, &c. *quæ extant in lib. 68. pag. 772.*

Ὅτι ὁ Τραϊανὸς τοῖς μονομάχοις ἔχαιρε καὶ τοῖς ὀρχησταῖς, καὶ Pag. 774.
ἑνὸς τούτων ἤρα τοῦ Πυλάδου.

Ὅτι οὗτος ὤμοσεν ὡς οὐ μιαιφονήσει· καὶ τοῦτο ἔργῳ ἐνεπέδωσε καίπερ ἐπιβουλευθείς. τῇ τε γὰρ φύσει οὐδὲν οὔτε διπλοῦν, οὔτε δόλιον, οὔτε τραχὺ εἶχεν. ἀλλὰ τοὺς μὲν ἀγαθοὺς ἐφίλει καὶ ἐδεξιοῦτο καὶ ἐτίμα, τῶν δὲ ἄλλων ἠμέλει. ὁ δὲ καὶ ὑπὸ τῆς ἡλικίας πεπαίτερος ἐγεγόνει.

Pag. 777. Ὅτι ὁ Σούρας τοσαύτῃ φιλίᾳ καὶ πίστει πρὸς τὸν Τραϊανὸν ἐχρήσατο, καὶ Τραϊανὸς πρὸς ἐκεῖνον, ὥστε πολλάκις αὐτὸν (οἷά που περὶ πάντας τοὺς τι παρὰ τοῖς αὐτοκράτορσι δυναμένους γίνεσθαι πέφυκεν) διαβληθέντα οὔτε ὑπώπτευσέ ποτε, οὔτε ἐμίσησεν. ἀλλὰ καὶ ἐγκειμένων οἱ τῶν φθονούντων αὐτῷ, οἴκαδέ τε ἄκλητος πρὸς αὐτὸν ἐπὶ δεῖπνον ἦλθε. καὶ πᾶσαν τὴν φρουρὰν ἀποπέμψας ἐκάλεσε, πρῶτον μὲν τὸν ἰατρὸν αὐτοῦ, καὶ δι' ἐκείνου τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑπηλείψατο· ἔπειτα τὸν κουρέα, καὶ δι' ἐκείνου τὸ γένειον ἐξύρατο· καὶ μετὰ τοῦτο καὶ λουσάμενος καὶ δειπνήσας, ἔπειτα τοῖς εἰωθόσι ἀεί τι περὶ αὐτοῦ φαῦλον λέγειν ἔφη τῇ ὑστεραίᾳ, ὅτι εἰ ἤθελέν με Σούρας ἀποκτεῖναι, χθὲς ἂν ἀπεκτόνει. μέγα μὲν οὖν ἐποίησεν καὶ τὸ ἀποκινδυνεῦσαι πρὸς διαβεβλημένον ἄνθρωπον· πολὺ δὲ δὴ μεῖζον ὅτι ἐπίστευσε μηδὲν ἄν ποτε ὑπ' αὐτοῦ παθεῖν.

Pag. 781. & 786. Ὅτι Κυῆτος Λούσιος Μαῦρος μὲν ἦν, καὶ αὐτὸς τῶν Μαύρων ἄρχων, καὶ ἐν ἱππεῦσιν ἴλης ἐξήταστο. καταγνωσθεὶς δὲ ἐπὶ πονηρίᾳ, τότε μὲν τῆς στρατείας ἀπηλλάγη καὶ ἠτιμώθη. ὕστερον δὲ τοῦ Δακικοῦ πολέμου ἐνστάντος, καὶ τοῦ στρατοῦ τῆς τῶν Μαύρων συμμαχίας δεηθέντος, ἦλθέ τε πρὸς αὐτὸν αὐτεπάγγελτος καὶ μεγάλα ἔργα ἀπεδείξατο. τιμηθεὶς δὲ ἐπὶ τούτῳ, πολὺ πλείω καὶ μείζω ἐν τῷ δευτέρῳ πολέμῳ ἐξειργάσατο· καὶ τέλος ἐς τοσοῦτον τῆς τε ἀνδραγαθίας ἅμα καὶ τῆς τύχης ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ προεχώρησεν, ὥστε ἐς τοὺς ἐστρατηγηκότας ἐσγραφῆναι, καὶ ὑπατεῦσαι, τῆς τε Παλαιστίνης ἄρξαι· ἐξ ὧν που καὶ τὰ μάλιστα ἐφθονήθη, καὶ ἐμισήθη, καὶ ἀπώλετο.

Pag. 780. Ὅτι ὁ παῖς ὁ τοῦ Ἀρβάρου τοῦ τῆς Αἰδέσσης ἄρχοντος

Idem iurauit palàm ſe neminem occiſurũ, idq. poſtea conſtanter ſeruauit, tametſi quorundam inſidiis appetitus. quippe ab omni ſimulatione ac dolo & aſperitate naturâ erat alienus. ac bonos quidem amabat, amplectebatur, colebat: cæteros verò negligebat. Sed & ætas ipſa maturitatem ei quandam addiderat.

Licinius Sura, & Traianus Auguſtus tanta inter ſe amicitia ac fide mutua erant coniuncti, vt multis Suram frequenter criminantibus, (quemadmodum iis vſuuenire ſolet, qui apud principes plurimùm auctoritate & gratia valent) nunquam Traianus eum ſuſpectum aut inuiſum habuerit. Sed cùm obtrectatores Suræ eò magis inſtarent, vltrò inuocatus domum eius ad cœnam venit, cunctiſque corporis cuſtodibus dimiſſis, primùm quidem accerſito Suræ medico, liniendos oculos, deinde eiuſdem tonſori barbam radendam præbuit. poſthæc demùm lauit, ac cœnauit. Poſtridie vero amicis qui Suram aſſiduè calumniari conſueuerant, dixit: Si me Sura interficere voluiſſet, heri certè nihil obſtabat, quin me occideret. Itaque permagnum fuit quod Traianus apud hominem inſidiarum inſimulatum periculum adire voluerit: ſed multò illud maius quod non timuerit vt quidquam tale ab illo ſibi vnquam accideret.

Luſius Quietus Maurus præfecturam alæ Maurorum geſſerat, ſed damnatus inuiſúſque ob nimiam nequitiam cum ignominia dimiſſus fuerat. Poſtea verò bello Dacico, cùm exercitus auxilio Maurorum egeret, ipſe vltrò cum equitatu Maurorum aduenit, atque egregiam operam nauauit. quam ob cauſam præmiis atque honoribus adfectus, longè plura ac maiora facinora altero bello Dacico edidit. Tandem verò hocce bello quod aduerſus Parthos Traianus gerebat, eò fortitudinis ſimul ac fortunæ proceſſit, vt inter Prætorios relatus, Conſulatúmq. adeptus ſit, & prouinciam Palæſtinã rexerit. quæ res ei primò inuidiam, pòſt odium ac perniciem attulêre.

Arbandus, Agbari Ædeſſæ reguli filius, adoleſcens

eleganti forma ac venuſtate oris præditus, Traiano carus erat inprimis. quare Agbarus cùm transeunti per Ædeſſam oppidum Traiano obuiam veniſſet, facilè veniam impetrauit. Namque ei filius maximè gratioſus deprecator aderat.

Sambelus, Meſenæ, quæ inſula in Tigride eſt, regulus, fidem Traiano ſeruauit, tametſi tributum ei impoſitum fuiſſet. Dein Traianus ab incolis oppidi, quod Spaſinu Charax dicitur, amicè eſt exceptus.

Ex Libro LXIX.

Hadrianus Aug. in epiſtola quadam ad Senatum, inter cętera quæ magnificè de ſe ſcripſit, iuraméto adfirmauit ſe nihil niſi è re publica eſſe facturum, nec Senatorem quemquam neci daturum: diras execrationes capiti ſuo imprecatus, ſi quid horum migraret. in multis tamen ſiniſteriorem famam tulit. Fuit autem Hadrianus patre Senatore ac Prætorio, cognomento Afro: ipſe eruditus in vtraque lingua, aliquot orationes atque omnis generis poëmata ſcripta reliquit. Namque inexplebili quadam ambitione præditus cùm eſſet, etiam minimis quibuſq. rebus ſtudium atque operam dabat. Itaque & fingebat & pingebat egregiè: paciſque ac belli artes, & omnium quæ vel Regem, vel priuatum decerent, ſcientiam ſe callere iactabat. Atque id quidem nemini erat damno. Inuidia verò quâ aduerſus eos qui in re quapiam excellerent, vehementiſſima flagrabat, plurimos perculit, multis etiam vltimam perniciem attulit. Nam cùm ipſe vnus in omnibus vellet excellere, oderat omnes qui in aliqua facultate eminerent. proinde Fauorinum Gallum, & Dionyſium Mileſium ſophiſtas variis artibus opprimere, atque in ordinem redigere conatus eſt. eorúmque adeò æmulos partim nullius, partim leuiſſimi pretij homines fauore ſuo produxit atque extulit.

Eiuſmodi verò erat ingenio, vt non viuis ſolùm, ſed etiã mortuis inuideret. Itaq. Homerum è manib. hominum tollere, eiuſque loco Antimachum, cuius vix nomen prius quidam nouerãt introducere tentauit. Hæc in illo,

Ἄρβανδος καλός καὶ ὡραῖος ὤν, ᾧ Τραϊανὸς ᾠκείωτο. καὶ ἀπαντήσας τῷ Τραϊανῷ ὁ Σποράκης τὴν Αἴδεσαν διερχομένῳ συγγνώμης ἔτυχεν. ὁ γὰρ παῖς λαμπρὸν οἱ ἱκέτευμα ἦν.

Ὅτι ὁ Σαμβῆλος ὁ τῆς νήσου ἄρχων τῆς ἐν τῷ Τίγριδι οὔσης, πιστὸς διέμεινε τῷ Τραϊανῷ, καίπερ ὑποτελὴς προσταχθείς. καὶ οἱ τὸν χάρακα τὸν σπασίνου καλούμενον οἰκοῦντες καὶ φιλικῶς αὐτὸν ἐδέξαντο. Pag.784.

Ὅτι ὁ Ἀδριανὸς ἐν ἐπιστολῇ τινὶ ἔγραψε τά τε ἄλλα μεγαλοφρονησάμενος καὶ ἐπομόσας, μήτε τι ἔξω τῶν τῷ δημοσίῳ συμφερόντων ποιήσειν, μήτε βουλευτήν τινα ἀποσφάξειν, καὶ ἐξώλειαν ἑαυτῷ ἂν καὶ ὁτιοῦν αὐτῶν ἐκβῇ προσεπαρασάμενος. ἀλλ᾽ ὅμως διεβλήθη εἰς πολλά. ἦν δὲ γένος μὲν βουλευτοῦ πατρὸς ἐστρατηγηκότος Ἄφρου. οὕτω γὰρ ὠνομάζετο· φύσει δὲ φιλολόγος ἐν ἑκατέρᾳ τῇ γλώσσῃ, καί τινα καὶ πεζὰ καὶ ἐν ἔπεσι ποιήματα παντοδαπὰ κατέλιπεν. φιλοτιμίᾳ τε γὰρ ἀπλήστῳ ἐχρῆτο, καὶ κατὰ τοῦτο καὶ τἆλλα πάντα καὶ τὰ βραχύτατα ἐπετήδευεν. καὶ γὰρ ἔπλασσε καὶ ἔγραφε, καὶ οὐδὲν ὅτι οὐ καὶ εἰρηνικὸν καὶ πολεμικόν, καὶ βασιλικόν, καὶ ἰδιωτικὸν εἰδέναι ἔλεγεν. καὶ τοῦτο μὲν οὐδέν που τοὺς ἀνθρώπους ἔβλαπτεν. ὁ δὲ δὴ φθόνος αὐτοῦ δεινότατος ἐς πάντας τούς τινι προέχοντας ὤν, πολλοὺς μὲν καθεῖλε, συχνοὺς δὲ καὶ ἀπώλεσε. βουλόμενος γὰρ πάντων ἐν πᾶσι περιεῖναι, ἐμίσει τοὺς ἔν τινι ὑπεραίροντας. κἀκ τούτου καὶ τὸν Φαβωρῖνον τὸν Γαλάτην, τόν τε Διονύσιον τὸν Μιλήσιον τοὺς σοφιστὰς καταλύειν ἐπεχείρει, τοῖς τε ἄλλοις καὶ μάλιστα τῷ τοὺς ἀνταγωνιστὰς σφῶν ἐξαίρειν, τοὺς μὲν μηδενός, τοὺς δὲ βραχυτάτου τινὸς ἀξίους ὄντας. Pag.788.

Ὅτι τῇ φύσει τοιοῦτος ἦν Ἀδριανός, ὥστε μὴ μόνον τοῖς ζῶσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς τελευτήσασι φθονεῖν. τὸν γοῦν Ὅμηρον καταλύων, Ἀντίμαχον ἀντ᾽ αὐτοῦ ἐσῆγεν, οὗ μηδὲ τὸ ὄνομα πολλοὶ πρότερον ἠπίσταντο. ᾐτιῶντο μὲν δὴ ταῦτά τε αὐτοῦ,

καὶ τὸ πάνυ ἀκριβὲς, τό τε πολυπράγμον, καὶ τὸ περίεργον. ἐθεράπευε δὲ αὐτὰ καὶ ἀπελάμβανε, &c. *ut pag. 790. edita leguntur.*

Pag. 793. Ὅτι ὁ Ἀδριανὸς περιεργότατος ἦν, καὶ μαντείαις καὶ μαγγανείαις παντοδαπαῖς ἐχρῆτο. παιδικά τε αὐτοῦ ἐγεγόνει Ἀντίνοός τις· καὶ οὕτω γε τοῦτον ἤτοι διὰ τὸν ἔρωτα αὐτοῦ, ἢ ὅτι ἐθελοντὴς ἐθανατώθη (ἑκουσίου γὰρ ψυχῆς πρὸς ἃ ἔπραττεν ἐδεῖτο) ἐφίλησεν, ὥστε καὶ πόλιν ἐν τῷ χωρίῳ ἐν ᾧ τοῦτ᾽ ἔπαθε καὶ συνοικίσαι καὶ ὀνομάσαι ἀπ᾽ αὐτοῦ. καὶ ἀγάλματα δὲ αὐτοῦ ἀνέθηκεν ἐν πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ. καὶ τέλος ἀστέρα τέ τινα αὐτὸς ὁρᾶν ὡς καὶ τὸν Ἀντινόου ὄντα ἔλεγε. καὶ τῶν συνόντων οἱ μυθολογούντων ἡδέως ἤκουεν, ἔκ τε τῆς ψυχῆς αὐτοῦ ὄντως αὐτὸν γεγενῆσθαι, καὶ τότε πρῶτον ἀναπεφηνέναι. ταῦτά τε οὖν ἐσκώπτετο καὶ ὅτι Παυλίνῃ τῇ ἀδελφῇ ἀποθανούσῃ παραχρῆμα μὲν οὐδεμίαν τιμὴν ἔνειμεν.

Pag. 794. Ὅτι ὁ Σεβῆρος μετὰ τὴν νίκην τῶν Ἰουδαίων ἐς Βιθυνίαν ἐπέμφθη, ὅπλων μὲν οὐδὲν, ἄρχοντος δὲ καὶ ἐπιστάτου καὶ δικαίου, καὶ φρονίμου, καὶ ἀξίωμα ἔχοντος δεομένην· ἃ πάντα ἐν ἐκείνῳ ἦν. καὶ ὁ μὲν διήγαγε καὶ διῴκησε καὶ τὰ ἴδια καὶ τὰ κοινὰ αὐτῶν οὕτως, ὥσθ᾽ ἡμᾶς καὶ δεῦρο ἀεὶ αὐτοῦ μνημονεύειν. τῇ δὲ δὴ βουλῇ καὶ τῷ κλήρῳ ἡ Παμφυλία ἀντὶ τῆς Βιθυνίας ἐδόθη.

Ὅτι ὁ Σίμιλις, &c. *ut pag. 796. ſunt edita.*

Ὅτι ὁ Φάβιος Ἰούλιος μὴ φέρων τὴν τοῦ υἱέος μαλακίαν, ῥῖψαι ἑαυτὸν εἰς τὸν ποταμὸν ἠθέλησεν.

Pag. 798. Ὅτι ὁ Ἀδριανὸς ἐμισήθη ὑπὸ τοῦ δήμου, καίτοι τἆλλα ἄριστα αὐτῶν ἄρξας, διά τε τοὺς πρώτους καὶ τοὺς τελευταίους φόνους καὶ ἀδίκως καὶ ἀνοσίως γενομένους. ἐπεὶ οὕτω γε ἥκιστα φονικὸς ἐγένετο, ὥστε καὶ προσκρουσάντων αὐτῷ τινῶν ἀρκοῦν νομίζειν τὸ ταῖς πατρίσιν αὐτῶν αὐτὸ τοῦτο γράψαι, ὅτι οἱ οὐκ ἀρέσκουσιν· εἴ τέ τινα τῶν τέκνα ἐχόντων ὀφλῆσαι πάντως τι ἔδει,

ſimul nimia ſubtilitas ac curioſitas, morúmque verſutia reprehendebantur. Sed hæc vitia occultabat, ac compenſabat ſedulitate, *&c. vt pag. 790.*

Hadrianus cùm eſſet admodum curioſus, diuinationibus & magicis artibus vtebatur. Itaque Antinoum, qui vel ob amorem ipſius, vel aliam ob cauſam voluntaria morte obierat: (Namque Hadriano ad ea quæ parabat, opus erat aliquo qui caput ſuum vicem ipſius deuoueret) tantoperè coluit, vt eo ipſo in loco in quo ille obierat, vrbem condiderit, atque eius nomine appellauerit: eiuſdémque ſimulacra per vniuerſum propè terrarum orbem conſtituerit. Sidus etiam quoddam Antinoi ab ſe videri dicebat, ac familiares ſuos libenter audiebat fingentes ex Antinoi anima illud ſidus extitiſſe, ac tum primùm apparuiſſe. Et hęc igitur vulgò irridebantur; & quod Paulinæ ſorori fato functæ, protinus quidem nullum honorem habuit.

Iulius Seuerus poſt partam de Iudæis victoriam, miſſus eſt in Bithyniam, quæ quidem etſi non armis, præſide tamen ac rectore iuſto, & prudentia ac dignitate prædito egebat: quæ omnia in illo viro affatim ſupererant. Atque is quidem & priuata & publica Bithynorum negotia ita adminiſtrauit, vt memoria illius etiamnum apud nos celebris perſtet. Cæterùm Senatui ſortique, Bithyniæ loco tradita eſt Pamphylia.

Similis verò cùm eos ætate, *&c. vt pag. 796.*

Iulius Fabius cùm mollitiem filij ferre non poſſet, ſe in fluuium abijcere conatus eſt.

Hadrianus in odium populi venit, ob iniuſtas ac nefarias cædes, quas initio & ſub finem imperij perpetrauit. aliàs minimè crudelem fuiſſe conſtat. adeò vt quum eum aliquando nonnulli offendiſſent, ſatis habuerit ſcribere ad patriam ipſorũ, ſibi illos nequaquã placere. ac ſi fortè ij quibus plures liberi ſuppeterent, condemnati erant,

pœnas eorum pro filiorum numero mitigabat. Nihilo minus Patres diutiſſimè recuſarunt diuinos ei honores decernere: cùm quererentur de quibuſdam qui eius principatu delationes exercuerant, eóque honores erant conſecuti: quos quidem ſupplicio affici poſtulabant.

Ex Libro LXXI.

Rufus Baſæus Præfectus prætorio ne verba quidem Marci Aug. ſatis capiebat. erat enim vir alioqui bonus, ſed agreſtis ac literarum prorſus expers, quippe qui in magna egeſtate puer educatus fuiſſet. Hunc fortè ramum ex arbore defringentem quidam olim offendit, *&c.* *quæ extant pag. 804.*

Marcus adeò infenſus erat Ariogæſo, vt publicè per præconem pronunciari iuſſerit, ſi quis illum viuum adduceret, mille aureos; ſin occiſi caput attuliſſet, quingentos accepturum. etſi alioqui ſumma humanitate etiam in acerbiſſimos hoſtes vteretur. Nam Tiridatem Satrapam, qui Armeniæ ſtatum turbauerat, & Heniochorum Regem occiderat, ac Martio Vero ob hæc eum obiurganti gladium intentauerat, ſatis habuit in Britanniam relegare. Eâ igitur iracundiâ Marcus tum aduerſus Ariogæſum excanduit, poſtmodum verò captum nullo affecit ſupplicio, ſed Alexandriam miſit.

Marcus Antoninus Caſſij cæde adeò indoluit, vt nec præciſum eius caput intueri ſuſtinuerit, ſed priuſquàm interfectores Caſſij ad conſpectum ſuum venirent, humari illud iuſſerit.

Idem neminem Senatorem qui à Caſſij partibus ſtetiſſet, necauit, aut in vinculis aliáve vlla cuſtodia habuit: ſed neque eos ad tribunal ſuum citauit, verùm quaſi alterius criminis reos ſimpliciter ad Senatum miſit, præſtituta die qua ſe in iudicio ſiſterent. E cæteris paucos admodum qui non modò in Caſſij partibus fuerant,

ἀλλ' ὅμως πρός γε τὸν ἀριθμὸν τῶν παίδων καὶ τὰς τιμωρίας αὐτῶν ἐπεκούφιζεν. οὐ μέντοι ἀλλ' ἡ γερουσία ἐπὶ πολὺ ἀντέσχε τὰς τιμὰς μὴ ψηφίσασθαι ἐθέλουσα, καὶ αἰτιωμένη τινὰς τῶν ἐπ' αὐτοῦ πλεονασάντων καὶ διὰ τοῦτο τιμηθέντων, οὓς καὶ κολασθῆναι ἔδει.

Ὅτι ὁ Μάρκος οὐδ' αὐτῷ ἐκείνῳ συνετὰ ἐφθέγγετο. ἦν γὰρ τὰ μὲν ἄλλα ἀγαθός, ἀπαίδευτος δὲ ὑπ' ἀγροικίας. Pag. 803.

Ὅτι οὐδὲ ἑκὼν ἐστράτευτο. ἀλλ' ἀναδενδράδα εὑρεθεὶς κλῶν. ὕστερον δὲ βασιλεύσας. Pag. 804.

Ὅτι τῷ Ἀριογαίσῳ ὁ Μάρκος οὕτω χαλεπῶς εἶχεν, ὥστε καὶ ἐπικηρύξαι, ἵνα ἂν μέν τις ζῶντα αὐτὸν ἀγάγῃ χιλίους, ἂν δὲ ἀποκτείνας τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἀποδείξῃ, πεντακοσίους χρυσοῦς λάβῃ· καίτοι τά τε ἄλλα ἀεί ποτε φιλανθρώπως καὶ τοῖς πολεμιωτάτοις χρώμενος, καὶ Τιριδάτην σατράπην τά τε ἐν τῇ Ἀρμενίᾳ ταράξαντα, καὶ τὸν τῶν Ἡνιόχων βασιλέα ἀποσφάξαντα, τῷ τε Βήρῳ ἐπιτιμῶντι οἱ περὶ τούτων τὸ ξίφος ἐπανατεινόμενον, μὴ κτείνας, ἀλλ' ἐς Βρεταννίαν πέμψας. οὕτω μὲν ὅμως τότε ἐπ' αὐτὸν παρωξύνθη. οὐ μέντοι καὶ κακόν τι ἁλόντα μετὰ ταῦτα ἔδρασεν, ἀλλ' ἐς Ἀλεξάνδρειαν ἀπέστειλεν.

Ὅτι ὁ Μάρκος Ἀντωνῖνος τοσοῦτον ἤχθετο τῷ τοῦ Κασσίου ὀλέθρῳ, ὥστε ἀποκεφαλισθέντος οὐδὲ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἰδεῖν ὑπέμεινεν, ἀλλὰ πρὶν πλησιάσαι τοὺς αὐτόχειρας ταφῆναί που ἐκέλευσεν.

Ὅτι ὁ αὐτὸς τῶν βουλευτῶν ἕνα τῶν σὺν τῷ Κασσίῳ οὔτ' ἀπέσφαξεν, οὔτε ἔδησεν, οὔτε ἐν ἄλλῃ τινὶ φρουρᾷ οὐδένα ἐποιήσατο· οὐ μὴν οὐδὲ ἐς τὸ δικαστήριον αὐτῷ ἐσήγαγεν, ἀλλ' ἁπλῶς ὡς καὶ ἄλλο τι ἐγκαλουμένους πρὸς τὴν γερουσίαν ἔπεμψεν, ἡμέραν αὐτοῖς ῥητὴν δίκης προθείς. τῶν δ' ἄλλων ὀλίγους πάνυ ὅσοι καὶ ἔργῳ τι οὐ μόνον τῷ Κασσίῳ συνεπεπράχεσαν,

ἀλλὰ καὶ καθ' ἑαυτοὺς ἐκεκακουργήκεσαν, ἐδικαίωσε. τεκμήριον δὲ, ὅτι Φλάβιον Καλβίσιον τὸν τῆς Αἰγύπτου ἄρχοντα, οὔτε ἐφόνευσεν, οὔτε τὴν οὐσίαν ἀφείλετο, ἀλλ' ἐς νῆσον ἁπλῶς ἐνέβαλε. τὰ δὲ ὑπομνήματα τὰ περὶ αὐτοῦ γενόμενα κατέκαυσεν, ἵνα μηδ' ὀνείδισμά τι ἐξ αὐτῶν σχῇ· καὶ πάντας τοὺς συγγενομένους αὐτῷ ἀφῆκεν.

Pag.813. Ὅτι ὁ αὐτὸς πάντα τὰ γράμματα τὰ ἐν τοῖς κιβωτίοις εὑρεθέντα τοῦ Πούδεντος διέφθειρε μηδὲν ἀναγνοὺς, ἵνα μηδ' ὄνομα τινῶν τῶν ἐπιβούλων μάθῃ τῶν τι κατ' αὐτοῦ γεγραφότων, κἀκ τούτου καὶ ἄκων αὐτοὺς ἀναγκασθῇ μισῆσαι· οἱ δέ φασιν ὅτι Βῆρος προπεμφθεὶς καὶ εὑρὼν αὐτὰ ἠφάνισεν, εἰπὼν ὅτι μάλιστα καὶ τῷ Μάρκῳ ἔσται κεχαρισμένον.

Ibid. Ὅτι καὶ τοὺς μονομάχους ὥσπερ ἀθλητὰς ἀκινδύνως ἑώρα μαχομένους. σιδήριον δὲ οὐδέποτε οὐδενὶ αὐτῶν ὀξὺ δέδωκεν, ἀλλὰ καὶ ἀμβλέσι ὥσπερ ἐσφαιρωμένοις πάντες ἐμάχοντο. καὶ οὕτω γε πόῤῥω παντὸς φόνου καθεστήκει, ὥστε καὶ λέοντά τινα δεδιδαγμένον ἀνθρώπους ἐσθίειν, ἐκέλευσε μὲν ἐσαχθῆναι αἰτησαμένου τοῦ δήμου, οὔτε δὲ ἐκεῖνον εἶδεν, οὔτε τὸν διδάσκαλον αὐτοῦ ἠλευθέρωσε, καίπερ ἐπὶ πολὺ τῶν ἀνθρώπων ἐγκειμένων οἱ· ἀλλὰ καὶ κηρυχθῆναι προσέταξεν, ὅτι οὐδὲν ἄξιον ἐλευθερίας πεποίηκεν.

Ibid. Ὅτι ὁ Μάρκος οὕτω καθαρὸς διὰ πάντων καὶ χρηστὸς καὶ εὐσεβὴς ἐγένετο. καὶ οὐδὲν αὐτὸν ἐξεβιάσατο ἔξω τι τῶν ἑαυτοῦ ἠθῶν πρᾶξαι, οὐχ ἡ ἀνοσιουργία τῶν τετολμημένων, οὐχ ἡ προσδοκία τῶν ὁμοίων ἐκ τῆς πρὸς ἐκείνους συγγνώμης· τοσοῦτον γὰρ ἀπέσχε συμπλάσαι τινὰ ἐπιβουλὴν ἐψευσμένην, καὶ σκευωρήσασθαι τινὰ τραγῳδίαν μὴ γεγενημένην, ὥστε καὶ τοὺς φανερώτατα ἐπαναστάντας αὐτῷ, καὶ ὅπλα κατά τε αὐτοῦ καὶ κατὰ τοῦ υἱέος αὐτοῦ λαβόντας, καὶ στρατηγοὺς καὶ δημάρχους καὶ βασιλέας ἀφεῖναι,

ſed & ipſi per ſe grauia facinora admiſerant, ſupplicio affecit. Argumento eſt quod Flauium Caluiſium, Præfectum Ægypti, nec vita, nec facultatibus ſpoliauit, ſed tantùm in inſulam relegauit. Acta verò omnia quæ de Caſſio confecta fuerant, cremauit, ne vllum ex eis probrum memoriæ illius aſpergeretur. poſtremò cunctis qui ſeſe ei adiunxerant, veniam dedit.

Quamquam Marcus epiſtolas omnes in Pudentis ſcriniis repertas, antequam aperirentur, igni tradiderat, ne inſidiatoris vllius qui aduerſus ſe ſcripſiſſet, nomen diſceret, atque ideò cogeretur vel inuitus quemquam odiſſe. Nonnulli tamen aiunt Martium Verum præmiſſum in Syriam cùm eas epiſtolas reperiſſet, combuſſiſſe, quod diceret Marco id inprimis gratum fore.

Idque ex eo licet animaduertere, quod Romæ ſpectabat gladiatores tanquam athletas citra periculum pugnantes. Ferrum enim acutum nemini eorum vnquam tradidit, ſed obtuſis & quaſi præpilatis gladiis omnes dimicabant. adeóque ab omni abhorrebat cæde, vt leonem quemdam mandendis hominibus aſſuefactum induci quidem in amphitheatrum iuſſerit multùm flagitante populo: eum tamen neque ſpectauerit, neque eius magiſtrum libertate donauerit, quamuis multùm diúque à populo exoratus. ſed per præconem edici præceperit, nihil dignum libertate ab eo geſtum eſſe.

Adeò vbiq. ſincerus ac purus ab omni cæde, piuſq. & benignus fuit Marcus, neque vlla neceſſitate adduci vnquam potuit, vt quidquam alienum ab inſtituto ac moribus ſuis admitteret, non atrocitate ſuſcepti ſceleris, non expectatione ac metu ſimilis quandoque defectionis ob veniam iſtis datam. Enimverò tantùm aberat vt falſæ conſpirationis ſeriem confingeret, ſcenámq. nunquam cogitati criminis inſtrueret, vt iis etiam qui apertiſſimè aduerſus ipſum inſurrexerant, & contra ipſum ac filium arma çeperant, Ducibus iuxta ac principibus ciuitatum & regibus indulſerit: nec quemquam illorum aut ipſe

per ſe, aut per Senatum, alióve quouis prætextu interfecerit. Quamobrem pro certo habeo Caſſium ſi viuus in poteſtatem eius veniſſet, veniam atque incolumitatem prorſus ab eo accepturum fuiſſe.

Ea aduerſus Deos religione erat Marcus, vt etiam atris diebus ſacrificaret domi.

Hunc exitũ vitæ habuit Marcus, vir omnium qui principatũ vnquã tenuerunt longè optimus. ac cæteræ quidẽ in eo virtutes omnes fuerũt, niſi quod corporis vires minus ſuppetebant. tamen illud ex infirmiſſimo tolerãtiſſimũ laborũ præſtitit. plurimùm verò delectabatur beneficentiâ, cui etiam templũ ędificauit in Capitolio, eámq. proprio quodã atq. inaudito antea nomine nuncupauit. Atque ipſe quidẽ ab omnibus vitiis abſtinuit, quum nec ſponte neq. imprudens quidquam delinqueret. aliorum verò, ac præſertim vxoris peccata leniter tolerabat, dum nec inueſtigaret ea curioſius, nec puniret. Quod ſi quid rectè ab aliquo gereretur, laudabat induſtriam, eiúſque viri operâ ea in re vtebatur: ſecùs autem geſta diſſimulatione tranſmittebat. Dicebat enim fieri non poſſe vt homines quiſquã tales efficeret, quales maximè vellet; datis autẽ atq. oblatis, provt quis ad aliquã Reip. partẽ vtilis foret, vtendũ eſſe. Fuerũt porrò qui dicerent hæc non ex vera virtute, ſed ſimulatè à Marco eſſe facta. quos quidem falli ſatis ex eo conſtat, quod quũ octo & quinquaginta annos vixerit, decémq. ac nouẽ annis imperiũ geſſerit, tamen æquabilis in omni vita vno atq. eodẽ tenore permanſit. Ac magnum quidem ei adiumentũ attulerũt optimarũ artium ſtudia, rhetoricæ dico ac philoſophiæ, quibus ille non mediocriter excultus fuit. Plurimùm tamen ei contulit natura. antequã enim ſe philoſophiæ applicuiſſet, maximo impetu ad virtutem cõtenderat. proinde propinquis ſuis ita ſatisfaciebat puer, vt ab omnibus diligeretur. eámq. maximè ob cauſam ab Hadriano adoptatus, nihilo inſolentior euaſit. Namq. Antonino Pio tametſi adoleſcens ac Cæſar diligentiſſimè toto imperij eius tẽpore obſecutus eſt. viros etiam primarios modeſtè

xù

καὶ μηδένα αὐτῶν, μήτε δι' ἑαυτοῦ, μήτε διὰ τῆς γερουσίας, μήτε δι' ἄλλης προφάσεως μηδεμιᾶς ἀποκτεῖναι. ἐξ οὗπερ καὶ πάνυ τι πιστεύω, ὅτι καὶ τὸν Κάσιον αὐτὸν εἴπερ ἐζωγρήκει πάντως ἂν ἐσεσώκει.

Ὅτι οὕτω θεοσεβὴς ἦν ὁ Μάρκος, ὥστε καὶ ἐν ταῖς ἀποφράσιν οἴκοι θύειν.

Ὅτι εἶχε μὲν καὶ τὰς ἄλλας ἀρετὰς ἁπάσας, καὶ ἄριστα δὴ ἁπάντων τῶν ἐν κράτει τινὶ γενομένων ἦρξε, πλὴν καθόσον οὐ πολλὰ τῷ σώματι ἀνδρίζεσθαι ἐδύνατο· καίτοι τοῦτο ἐξ ἀσθενεστάτου καρτερικώτατον ἀπέδειξε· πλεῖστον δὲ εὐεργεσίᾳ διῆγεν· ὅθεν που καὶ νεὼν αὐτῆς ἱδρύσατο, ὀνόματί τινι ἰδιωτάτῳ καὶ μήποτε ἀκουσθέντι προσκαλέσας αὐτήν. αὐτὸς μὲν γὰρ πάντων τῶν ἁμαρτημάτων ἀπείχετο, καὶ οὔτε ἑκὼν, οὔτ' ἄκων ἐπλημμέλει. τὰ δὲ δὴ τῶν ἄλλων ἁμαρτήματα καὶ μάλιστα τὰ τῆς γυναικὸς ἔφερε, καὶ οὔτε ἐπολυπραγμόνει, οὔτε ἐκόλαζεν. ἀλλ' εἰ μέν τις χρηστόν τι ἔπραττεν ἐπῄνει, καὶ ἐχρῆτο ἐς ἐκεῖνο αὐτῷ, τῶν δὲ ἑτέρων οὐ προσεποιεῖτο· καὶ * λέγων ὅτι ποιῆσαι μέν τινι ἀνθρώπους ὁποίους βούλεται ἔχειν, ἀδύνατόν ἐστιν, τοῖς δὲ δὴ οὖσι προσήκει ἐς ὅ τι ἄν τις αὐτῶν τῷ κοινῷ χρήσιμος ᾖ χρῆσθαι. τινὲς δὲ ἔφασαν ἐκ προσποιήσεως ταῦτα, ἀλλ' οὐκ ἐξ ἀρετῆς πράττειν, οὐκ ὀρθῶς φρονοῦντες. ἔτη γὰρ πεντήκοντα, &c. *quæ pag. 815. edita ſunt uſque ad illa* οὐχ ὑπερεφρόνησεν. ἀλλὰ καίτοι νέος ὢν καὶ Καῖσαρ τῷ Ἀντωνίνῳ παρὰ πᾶσαν τὴν ἀρχὴν ἐμμελέστατα ἐδούλευσε· καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς πρώτοις ἀνεπαχθῶς ἐτίμησεν.

Pag. 815.

f. ἔλεγε.

ἠσπάζετό τε τοὺς ἀξιωτάτους ἐν τῇ Τιβεριανῇ οἰκίᾳ, ἐν ᾗ ᾤκει, πρὶν τὸν πατέρα ἰδεῖν, οὐχ ὅπως τὴν στολὴν τὴν καθήκουσαν ἐνδεδυκώς, ἀλλὰ καὶ ἰδιωτικῶς ἐσταλμένος, καὶ ἐν αὐτῷ γε τῷ δωματίῳ ἐν ᾧ ἐκάθευδε. καὶ πολλοὺς νοσοῦντας ἐπεσκέπτετο, καὶ πρὸς τοὺς διδασκάλους οὐκ ἔστιν ὅτε οὐκ ἐφοίτα· μανδύας τε φαιὰς ὁσάκις γε καὶ αὐτὸς τοῦ πατρὸς προῄει, ἐνεδύετο, καὶ τῷ φωτὶ τῷ προηγουμένῳ οὐκ ἔστιν ὅτε καθ' ἑαυτὸν ἐχρήσατο. καὶ πρόκριτος τῆς ἱππάδος ἀποδειχθεὶς, ἐσῆλθεν ἐς τὴν ἀγορὰν μετὰ τῶν λοιπῶν, καίπερ Καῖσαρ ὤν. οὕτω μὲν οὖν ἄλλως τε καλῶς ἐπεφύκει, καὶ ἐκ τῆς παιδείας ἐπὶ πλεῖστον ὠφελήθη. ἑλληνικῶν τε καὶ λατίνων ῥητορικῶν καὶ φιλοσοφικῶν λόγων, καίπερ ἐς ἄνδρας ἤδη τελῶν καὶ ἐλπίδα αὐταρχήσειν ἔχων ἀεὶ διεπίμπλατο. ἐκ δ' οὖν τῆς πολλῆς ἀσχολίας τε καὶ ἀσκήσεως ἀσθενέστατον σῶμα ἔσχε· καίτοι τοσαύτῃ εὐεξίᾳ οἱ ἀπ' ἀρχῆς χρησάμενος, ὥστε καὶ ὁπλομαχεῖν, τάς τε ἐπιστολὰς τὰς πλείστας οὐ μόνον ἐν τῇ πρώτῃ ἡλικίᾳ, ἀλλὰ καὶ μετὰ ταῦτα αὐτοχειρίᾳ τοῖς πάνυ φίλοις γράφειν. οὐ μέντοι καὶ ἀξίως ἑαυτοῦ εὐδαιμόνησεν. οὔτε γὰρ τὸ σῶμα ἔρρωτο, καὶ κακοῖς πλείστοις παρὰ πᾶσαν, ὡς εἰπεῖν, τὴν ἡγεμονίαν περιέπεσεν. ἐξ αὐτοῦ δὲ θαυμάζεται, ὅτι ἔν τε ἀλλοκότοις καὶ ἐν ἐξαισίοις πράγμασιν καὶ αὐτὸς διεγένετο, καὶ τὴν ἀρχὴν διεσώσατο.

Pag. 817. Ὅτι ἓν καὶ τοῦτο ἐς τὴν οὐκ εὐδαιμονίαν τοῦ Μάρκου συνηνέχθη, ὅτι τὸν υἱὸν καὶ θρέψας καὶ παιδεύσας ὡς οἷόν τε ἦν ἄριστα, πλεῖστον αὐτοῦ ὅσον διήμαρτεν. πανοῦργος μὲν γὰρ οὐκ ἔφυ, ἀλλ' εἰ καί τις ἄλλος ἀνθρώπων ἄκακος· ὑπὸ δὲ δὴ τῆς πολλῆς ἁπλότητος, καὶ προσέτι καὶ δειλίας ἐδούλευσε τοῖς συνοῦσι. καὶ ὑπ' αὐτῶν ἀγνοίᾳ τὸ πρῶτον τοῦ κρείττονος ἁμαρτὼν ἐς ἔθος κἀκ τούτου ἐς φύσιν ἀσελγῆ καὶ μιαιφόνον προήχθη. καί μοι δοκεῖ καὶ τοῦτο καὶ ὁ Μάρκος σαφῶς προγνῶναι.

Ὅτι ὁ Κόμμοδος πολλὰ μὲν καὶ ἀπρεπῆ ἔπραξε, πλείστους δὲ ἐφόνευσε.

coluit. Admittebat verò ad ſalutationem viros præcipuæ dignitatis in domo Tiberiana, in qua degebat, priuſquam patrem vidiſſet: & priuati nedum ſui loci habitu veſtitus. idque in ipſo cubiculo in quo cubabat. Multos etiam ægrotantes viſere erat ſolitus, & magiſtrorum ſuorum auditoria frequentabat aſſiduè. Quoties ſine patre prodiret in publicum, pænulas fuſci coloris induebat, neque ignem principibus præferri ſolitum vſurpabat. Renunciatus princeps iuuentutis in forum cum reliquis deſcendit, tametſi Cæſar eſſet. Adeò egregia erat indole præditus, quam inſtitutione multùm excoluerat. Eloquentiæ enim ac philoſophiæ Græcæ iuxta ac Latinæ quamquam virilem ingreſſus ætatem, & in ſpem imperij adoptatus, operam dabat. Sed ex illo vehementi ſtudio atque aſſidua meditatione vires corporis labefactauit. etſi principio quidem eo robore fuerat, vt armis pugnaret, & epiſtolas complures non modò adoleſcens, ſed & poſtea amicis ſua manu ſcriberet. Virtuti tamen eius haudquaquam fortuna reſpondit. Nam & mala valetudine vſus eſt, & toto ferè imperij tempore multis calamitatibus eſt vexatus. quo magis equidem eum admirari ſoleo, quod difficillimis atque aſperrimis temporibus & ipſe ſuperfuit, & Rempublicam integram conſeruauit.

Illud verò etiam felicitati eius defuit, quòd cùm filium ſuum quoad eius poterat educaſſet atque inſtituiſſet optimè, nimiùm quantum ſpe ſua fruſtratus eſt. Erat enim minimè malitioſus ille quidem, ſed præter cæteros ſimplex. Ob nimiam verò cùm ſimplicitatem, tum timiditatem obnoxius erat familiaribus, à quibus primò quidem ignoratione meliorum ad malam conſuetudinem perductus, pòſt ad flagitioſos & impuros, cruentóſque mores deſciuit. Atque id certiſſimè præuidiſſe mihi Marcus videtur.

Ex Libro LXXII.

Commodus pleraque indecorè egit, multos etiam peremit.

Idem Saluium Iulianum, & Tarrutenium Paternum è numero conſularium, alióſque pariter multos, inter quos & matronam nobilem neci dedit. quamuis Iulianus cùm poſt obitum Marci quiduis perficere aduerſus Commodum facilè poſſet, vtpote vir clariſſimus, præpoſitus maximis copiis & acceptiſſimus militibus; tamen cùm ob ſuam moderationem, tum ob conſtantem erga Marcum, tametſi mortuum, beneuolentiam, nullum motum ciere voluiſſet. Sed & Paternus cùm nullo negocio, quippe Præfectus Prætorij, eum occidere potuiſſet, ſi aduerſus illum conſpiraſſet vt accuſabatur; nunquam tamen id in animum induxerat.

Fuit qui poſt mortem Commodi Sextum ſe eſſe diceret, ac proinde bona eius ac dignitatem recuperare conaretur. Qui etſi cùm examinaretur à multis, ſcitè reſponderat, tamen poſtquam eum Pertinax Græcè interrogauit, cuius linguæ Sextus Quintilius peritiſſimus fuerat, ſtatim corruit quum ne quidem quid diceretur, intelligere potuiſſet. Adeò natura quidem vultum Sexti ſimilem, ſed & cætera eiuſdem arte & ingenio planè expreſſa referebat, doctrina verò illius ei deerat.

Commodus in vrbe Roma diuitias ac multò magis elegantiam ſuam populo oſtentauit. quo etiam tempore res ab eo geſta eſt, publicè admodum vtilis. Nam Manilium qui Caſſio ab epiſtolis Latinis fuerat, & apud eum plurimùm potuerat, tunc fortè comprehenſum nunquam audire ſuſtinuit, quamuis multarum rerum indicium polliceretur, omnéſque eius literas, antequam legerentur, cremauit.

Vlpius Marcellus legatus, quantum à ſordibus & corruptione erat alienus, tantum ab humanitate ac benignitate aberat. Namque vt per totam noctem vigilare videretur, eóque cæteros comites ac miniſtros ſuos ſomno arceret, duodecim tabellas, quales ex philyra fieri ſolent, quotidiè perſcribebat veſperi,

Pag. 819.

Ὅτι ὁ Κόμμοδος Ἰουλιανὸν τὸν Σέλβιον, καὶ Πάτερνον Ταῤῥουτήνιον ἐς τοὺς ὑπατευκότας κατειλεγμένον, ἄλλους τε μετ' αὐτῶν, καί τινα καὶ γυναῖκα εὐπατρίδα ἀπέσφαξε. καίτοι καὶ Ἰουλιανὸς δυνηθεὶς ἂν μετὰ τὴν Μάρκου τελευτὴν πᾶν εὐθὺ κατ' αὐτοῦ ὅ τι καὶ ἐβούλετο, ἅτε καὶ ἐλλογιμώτατος ὢν καὶ στρατιᾶς μεγάλης ἐπιτετραμμένος, τούς τε στρατιώτας ἀνηρτημένος, πρᾶξαι, οὐδὲν ἠθέλησε, διά τε τὴν ἑαυτοῦ ἐπιείκειαν, καὶ διὰ τὴν ἐκείνου καὶ τεθνηκότος εὔνοιαν, νεοχμῶσαι. καὶ ὁ Πάτερνος ῥᾳδίως ἂν αὐτὸς εἴπερ ἐπιβεβουλεύκει οἱ, ὥσπερ ᾐτιάθη, φονεύσας ἕως ἔτι τῶν δορυφόρων ἦρχεν, οὐκ ἐποίησεν.

Ibid.

Ὅτι μετὰ τὸν τοῦ Κομμόδου θάνατον ἐτόλμησέ τις Σέξτος τε εἶναι φῆσαι, καὶ πρὸς ἀνάληψιν τοῦ τε πλούτου καὶ τοῦ ἀξιώματος αὐτοῦ ὁρμῆσαι· καὶ πολλά γε ὑπὸ πολλῶν ἀνακριθεὶς ἐκομψεύσατο. ὡς μέντοι καὶ ἑλληνικῶν τι αὐτὸν ὁ Περτίναξ ὧν ἐκεῖνος διεπεφύκει ἀνήρετο, πλεῖστον ἐσφάλη, μηδὲ συνεῖναι τὸ λεγόμενον δυνηθείς· οὕτω που τὸ μὲν εἶδος ἐκ φύσεως, καὶ τἄλλα δὲ ἐξ ἐπιτηδεύσεως αὐτῷ ἐῴκει· τῆς δὲ δὴ παιδείας αὐτοῦ οὐ μετεσχήκει.

Ὅτι ὁ Κόμμοδος πολλὰ πλούτου ἐπιδείγματα, πολλῷ δὲ πλείω καὶ φιλοκαλίας ἐν αὐτῇ τῇ Ῥώμῃ παρέσχετο. ἔστι δέ τι καὶ δημωφελὲς ὑπ' αὐτοῦ πραχθέν. Μανιλίου γὰρ τοῦ Κασσίῳ συγγενομένου, καὶ τὰς ἐπιστολὰς αὐτοῦ τὰς λατίνους διῳκηκότος, καὶ μέγιστον παρ' αὐτοῦ δυνηθέντος, καὶ φυγόντος εἶτα φωραθέντος, οὔτε τι ἀκοῦσαι καίτοι πολλὰ μηνύσειν ὑπισχνουμένου ἠθέλησε, καὶ τὰ γράμματα αὐτοῦ πάντα κατέκαυσε πρὶν ἀναγνωσθῆναι.

Pag. 820.

Ὅτι Μάρκελλος ὁ στρατηγὸς δωροδοκίας τοσοῦτον ἀπεῖχεν, ὅσον τῆς τε φιλανθρωπίας καὶ τῆς ἡμερότητος. ὅπως γὰρ δὴ διὰ πάσης τῆς νυκτὸς ἐγρηγορέναι δοκῇ, καὶ κατὰ τοῦτο μηδὲ τῶν ἄλλων τις τῶν συνόντων οἱ καθεύδῃ, δώδεκα γραμμάτια, οἷά γε ἐκ φιλύρας ποιεῖται, καθ' ἑκάστην ἑσπέραν, ὡς εἰπεῖν, συνέγραφεν.

καὶ προσέταττεν τινὶ ἄλλο ἄλλῃ ὥρᾳ κομίζειν τισίν, ἵν᾽ ὡς καὶ ἀεὶ ἐγρηγορὼς θαυμάζηται. ἦν μὲν γὰρ καὶ ἄλλως ὑπνομαχεῖν πεφυκώς· ἐπὶ πλεῖον δὲ αὐτὸ καὶ ἐκ τῆς τροφῆς ἠσκήκει. τά τε γὰρ ἄλλα ἥκιστα ἄδην ἐσιτεῖτο. καὶ ὅπως μηδὲ τῶν ἄρτων διαπιμπλᾶται, ἐκ τῆς Ῥώμης αὐτοὺς μετεπέμπετο, οὐχ ὡς οὐ δυνάμενος τῶν ἐπιχωρίων ἐσθίειν, ἀλλ᾽ ἵν᾽ ὑπὸ τῆς παλαιότητος αὐτῶν μὴ δύνηται μηδὲ σμικρῷ πλέον τοῦ πάνυ ἀναγκαίου φαγεῖν. τὰ γὰρ οὖλα αὐτοῦ κακῶς ἔχοντα ῥᾳδίως ὑπὸ τῆς τῶν ἄρτων ξηρότητος ἡμάσσετο. ἐπετήδευσε δ᾽ οὖν ἐπὶ μεῖζον αὐτὸ πλάττεσθαι, ἵν᾽ ὡς μάλιστα διαγρυπνεῖν δοκῇ.

Ὅτι ὁ Κόμμοδος εὐθυμίαις τε πάνυ προσέκειτο, καὶ ἁρματηλασίᾳ προσεῖχε· καὶ οὔτ᾽ ἀρχόντων τοιούτων τι αὐτῷ ἔμελεν, οὔτ᾽ εἰ καὶ σφόδρα ἐπεφροντίκει, διαθέσθαι γε αὐτὰ ὑ-
Pag.821. πὸ τῆς ἁβρότητος καὶ τῆς ἀπειρίας ἐδύνατο. καὶ οἱ Καισάρειοι συνόντες αὐτῷ, οὐδὲν ὅ τι κακὸν οὐκ ἔδρων πωλοῦντες πάντα, ὑβρίζοντες, ἀσελγαίνοντες.

Pag.822. Ὅτι τῷ Βικτωρίνῳ πολιαρχήσαντι ἀνδριὰς ἔστη. ἀπέθανε δὲ οὐκ ἐξ ἐπιβουλῆς· καὶ δή ποτε πολλῆς μὲν φήμης, πολλῶν δὲ καὶ λόγων, ὡς εἰπεῖν, περὶ τοῦ ὀλέθρου αὐτοῦ γιγνομένων ἀπεθρασύνετο· καὶ πρὸς τὸν Περέννιον προσελθὼν, ἀκούω, ἔφη, ὅτι με ἀποκτεῖναι ἐθέλετε. τί οὖν μέλλετε; τί δὲ ἀναβάλλεσθε; ἐξὸν ὑμῖν ἤδη καὶ τήμερον αὐτὸ δρᾶσαι. ἀλλ᾽ οὐδὲ ἐκ τούτου δεινὸν ὑπ᾽ ἄλλου τινὸς ἔπαθεν, ἀλλ᾽ αὐτομάτῳ θανάτῳ ἐχρήσατο, καίπερ καὶ ὑπὸ τοῦ Μάρκου ἐν τοῖς πάνυ τιμηθεὶς, καὶ τῇ τῆς ψυχῆς ἀρετῇ καὶ τῇ τῶν λόγων παρασκευῇ οὐδενὸς τῶν καθ᾽ ἑαυτὸν δεύτερος γενόμενος. ἀμέλει δύο ταῦτ᾽ εἰπὼν, πάντα τὸν τρόπον αὐτοῦ δηλώσω. τῆς τε Γερμανίας ἄρχων τὸ μὲν πρῶτον οἴκοι καθ᾽ ἑαυτὸν ἐπειράθη τὸν ὑποστράτηγον πεῖσαι μὴ δωροδοκεῖν· ἐπεὶ δ᾽ οὐκ ἐσήκουεν αὐτοῦ, ἀνέβη τε ἐπὶ τὸ βῆμα, καὶ ἑαυτὸν τῷ κήρυκι κηρύξαι προστάξας ὤμοσε μήτ᾽ εἰληφέναι δῶρά ποτε, μήτε λήψεσθαι

mandabátque alicui ex ſuis, vt alias aliis atque aliis horis perferret ad diuerſos, quò quaſi nunquam non vigilans admiratione omnes moueret. Et quamquam alioqui naturâ ad domandum ſomnum erat factus, tamen eam rem abſtinentiâ plurimùm confirmauerat. Nam & modico vtebatur cibo, & vt pane ventrem ne impleret, eum Roma in Britanniam aduehi curabat. non quod pane eius regionis veſci non poſſet, ſed ne vel paulò plus quàm eſſet neceſſe, ob vetuſtatem panis aduecti, poſſet comedere. quippe gingiuæ propter panis ſiccitatem ac duritiem malè habentes, facilè cruentabantur. Studebat autem eò magis id præ ſe ferre, vt quammaximè vigilare videretur.

Sed Commodus, luxui atque aurigationibus deditus, de tantis ac talibus negociis parum laborabat. nec ſi animum & curam maximè intendere voluiſſet, adminiſtrare ea & componere poterat præ imperitia ac mollitie. Proinde Cæſariani nullum ſceleris genus omittere, cuncta vænalia habere, iniuria ac petulantia graſſari.

Aufidio Victorino, qui Præfectus vrbis fuerat, mortuo, ſtatua poſita eſt. Deceſſit autem non ex inſidiis ille quidem. tametſi cùm crebri quotidie rumores de eius cæde vulgarentur, ipſe aliquando ſumptâ audaciâ ad Perennem vltrò veniſſet. &, Audio, inquit, vobis in animo eſſe me vt occidatis. quid igitur cunctamini? quid differtis, cùm id vobis hodierno die iam liceat? Veruntamen id quoque ei ceſſit impunè. obiit enim ſua morte; quamuis à diuo Marco vnicè cultus & virtute atque eloquentia nulli temporis ſui ſecundus fuiſſet. Ex vno autem atque altero exemplo eius viri mores cognoſcere facillimum fuerit. Cùm aliquando Germaniæ præeſſet, primò quidem domi remotis arbitris conatus eſt perſuadere legato ſuo, vt à capiendis munerib. abſtineret. cúmque is non paréret, ipſe in tribunal conſcendit, iuſſóq. præcone vt ſe citaret, iurauit ſe nũquam munus accepiſſe, neq. porrò accepturum quoad viueret.

Mox legatum ſimiliter citari iuſſit ad iuſiurandum. qui cùm peierare nollet, Victorinus eum protinus prouinciâ excedere coëgit. Idē poſtea cùm Africę Proconſul eſſet, vnū ex legatis ſimilē illius de quo mox diximus, nō eodē quidē accepit modo, ſed nauigio impoſitū Romā remiſit.

Cōmodus multos abſurdè ac præter rationem ſumptus faciebat. quocirca neq. vlli reditus, nec quamuis innumerabiles ei ab Cleandro collectæ pecuniæ ſufficere ipſi potuerunt. ſed coactus eſt etiam mulierib. crimina affingere, non capitalia illa quidem, cum minis tamen ac terrore coniuncta. Ita pleriſque calumnia appetitis ingenti precio incolumitatem vendebat, & tanquam à lubentibus multa per vim ac neceſſitatem auferebat.

Natali deniq. ſuo Senatores populi Rom. vxores, liberóſq. eorum aureos quemq. binos, aliarum autem ciuitatum Decuriones quinos denarios tanquam ſtipē quotannis conferre iuſſit. atque ex hac quidem pecunia nihil in priuatum vertebat vſum, ſed omnem in venationibus & gladiatorum ſpectaculis malè conſumebat.

Ex Libro LXXIII.

Equidem, ait Dio, Claudium Pompeïanū Pertinacis tēporib. primùm & vltimùm in curia vidi. Nam is Commodi metu ruri vt plurimùm degebat, raróq. admodum in vrbem veniebat, ſenectutem excuſationi prætendens, & oculorum ægritudinem. neque me quidem præſente antehac in Senatū venit. Cæterùm poſt obitum Pertinacis rurſus eadem ægritudine correptus eſt. Nam principatu quidem Pertinacis & videbat ſanis oculis, & Senatoris officium implebat. eiq. Pertinax cùm in aliis rebus honorem habebat maximū, tum in Senatu eum iuxta ſe in ſubſellio collocabat. qui honos etiam Acilio Glabrioni à Pertinace eſt præſtitus. Hic enim ſimiliter tunc temporis & audiebat optimè, & videbat. Atque hos quidem viros præcipuâ reuerentiâ colebat Pertinax. vtebatur verò etiam reliquis Senatoribus perquàm humaniter, *&c. vt pag. 831.*

Adeò diuerſa omnium opinio de Pertinace erat ac de

ἐπει-

ἔπειτα καὶ ἐκεῖνον κηρυχθῆναι ἐκέλευσε, καὶ ἐπεὶ οὐκ ἠθέλησεν ἐπιορκῆσαι, ἐκέλευσεν αὐτὸν πάντα ἀπαλλάξαι. καὶ μετὰ τοῦτο τῆς Ἀφρικῆς ἡγεμονεύσας, ἕνα τῶν παρέδρων ὁμοιότροπόν πως ἐκείνῳ ὄντα, τοῦτο μὲν οὐκ ἐποίησεν, ἐπὶ πλοῖον δέ τι ἐπιθεὶς ἐς τὴν Ῥώμην ἀπέπεμψεν.

Ὅτι ὁ Κόμμοδος πολλὰ παραλόγως ἐδαπάνα. καὶ διὰ τοῦτο οὔτε τἄλλα αὐτῷ, οὔτε τὰ πρὸς τοῦ Κλεάνδρου ποριεθέντα καίτοι ἀμύθητα ὄντα ἐξήρκεσεν. ἀλλ᾽ ἠναγκάσθη ἐγκλήματα καὶ γυναιξὶ θανάτου μὲν οὐκ ἄξια, φόβου δέ τινος Pag. 815.
καὶ ἀπειλῆς γέμοντα ἐπιφέρειν· κἀκ τούτου πολλοὺς τῆς σωτηρίας αὖθις ἐπίπρασκε, καὶ ὡς παρ᾽ ἑκόντων αὐτῶν τινὰ ἀνάγκῃ ἐλάμβανεν.

Ὅτι ἐν τοῖς γενεθλίοις αὐτοῦ καὶ τὰς γυναῖκας καὶ τοὺς παῖδας Ibid.
ἕκαστον δύο χρυσοῦς, καὶ τοὺς ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσι κατὰ πέντε δραχμὰς ὥσπερ τινὰ ἀπαρχὴν κατ᾽ ἔτος ἀποφέρειν ἐκέλευσεν. καὶ οὐδὲν ἐκ τούτων περιεποιεῖτο, ἀλλὰ πάντα κακῶς ἐς τὰ θηρία καὶ τοὺς μονομάχους ἀνήλισκεν.

Ὅτι ὁ Δίων φησὶν, ὅτι ἐπὶ τοῦ Περτίνακος καὶ πρῶτον καὶ Pag. 831.
ἔσχατον ἐν τῷ βουλευτηρίῳ τὸν Πομπηϊανὸν εἶδεν. ἐν γὰρ τοῖς ἀγροῖς τὰ πλεῖστα διὰ τὸν Κόμμοδον διῆγε, καὶ ἐς τὸ ἄστυ ἐλάχιστα κατέβαινε, τό τε γῆρας καὶ τὸ τῶν ὀφθαλμῶν νόσημα προβαλλόμενος. οὐδὲ ἔστιν ὅτε πρότερον ἐμοῦ παρόντος ἐς τὴν γερουσίαν ἐσῆλθε· καὶ μέντοι μετὰ τὸν Περτίνακα πάλιν ἐνόσει. ἐπὶ γὰρ ἐκείνου καὶ ἔβλεπε, καὶ ἑώρα, καὶ ἐβούλευε. καὶ αὐτὸν ὁ Περτίναξ τά τε ἄλλα ἰσχυρῶς ἐτίμα, καὶ ἐπὶ τοῦ βάθρου ἐν τῷ συνεδρίῳ παρεκάθιζε. καὶ τοῦτο καὶ τὸν Γλαβρίωνα τὸν Ἀκίλιον ἐποίει. καὶ γὰρ ἐκεῖνος τότε καὶ ἤκουε καὶ ἔβλεπε. τούτους μὲν οὖν ἐς ὑπερβολὴν ἐτίμα· ἐχρῆτο δὲ καὶ, &c. *quæ pag. 831. ſunt edita.*

Ὅτι τοσοῦτον τὸ διάφορον τῆς περὶ Περτίνακος δόξης πρὸς τὴν

Κόμμοδον πάντες εἶχον, ὥστε τοὺς ἀκούοντας τὰ γεγονότα ὑποπτεύειν ὑπὸ τοῦ Κομμόδου τὸν λόγον τοῦτον ἐπὶ πείρᾳ καθεῖσθαι, καὶ διὰ τοῦτο πολλοὺς τῶν ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἀρχόντων τοὺς ἀγγείλαντας σφίσι αὐτὰ καταδῆσαι. οὐχ ὅτι οὐκ ἤθελον ἀληθῆ εἶναι, ἀλλ' ὅτι μᾶλλον ἐφοβοῦντο δόξαι τὸν Κόμμοδον ἀπολωλέναι, ἢ τῷ Περτίνακι προσίθεσθαι· διότι τὸν μὲν καὶ ἁμαρτών τι τοιοῦτο πᾶς ἐθάρσει, τὸν δὲ οὐδεὶς οὐδ' ἀναμάρτητος ὤν.

Ὅτι ὁ Λαῖτος ὁ ὕπατος ὅσα κακῶς ἐποιήσεν ὁ Κόμμοδος ἐξήλεγχεν. βαρβάροις γοῦν τινὰς, *&c. ut pag. 832. ſunt edita.*

Pag. 834. Ὅτι κατὰ τὴν ἐπιβουλὴν τὴν κατὰ Περτίνακος μελλόντων τῶν βουλευτῶν καταψηφίζεσθαι τοῦ Φάλκωνος, καὶ ἤδη γε αὐτὸν πολέμιον ὀνομαζόντων, ἀναστὰς ὁ Περτίναξ καὶ ἀνακραγὼν, μὴ γένοιτο, ἔφη, μηδένα ἐμοῦ ἄρχοντος βουλευτὴν μηδὲ δικαίως θανατωθῆναι. καὶ ὁ μὲν οὕτως ἐσώθη.

Pag. 835. Ὅτι ὁ Ἰουλιανὸς ὁ Δίδιος ἦν τὸ μὲν γένος βουλευτικὸν, τὸν δὲ τρόπον δεινὸν ἔχων· τά τε γὰρ ἄλλα καὶ χρημάτων ἐπιθυμητὴς ἄπληστος, καὶ ἀναλώτης ἀσελγὴς ἐγένετο· ὅθεν που νεωτέρων πραγμάτων ἀεὶ ἐπεθύμει.

Pag. 837. Ὅτι ὁ Σεβῆρος δεινότατος ἦν τό τε μέλλον ἀκριβῶς προνοῆσαι, καὶ τὸ παρὸν ἀσφαλῶς διοικῆσαι· καὶ πᾶν μὲν τὸ κεχρυμμένον ὡς καὶ ἐμφανὲς ἐξευρεῖν, πᾶν δὲ τὸ δυσδιάθετον ὡς καὶ ῥᾷστον ἐξεργάσασθαι.

Ὅτι οὗτος ὁ Φούλβιος ἐπὶ πορνείᾳ καὶ ἀπληστίᾳ, ἀσελγείᾳ τε ὑπὸ τοῦ Περτίνακος, ὅτε τῆς Ἀφρικῆς ἦρχε, κατεδεδίκαστο· τότε δὲ ἐν τοῖς πρώτοις ὑπ' αὐτοῦ ἐκείνου τῇ τοῦ Σεβήρου χάριτι ἀπεδέδεκτο.

Ὅτι ὁ Ἰουλιανὸς τοῦ Σεβήρου ἐπελασάντος τάφρευμα ἐν τῷ προαστείῳ διετάφρευσε, καὶ πύλας ἐπ' αὐτῷ ἐπέστησεν, ὡς καὶ ἐνταῦθα ἐκστρατεύσων καὶ ἐκεῖθεν πολεμήσων· καὶ ἐγένετο ἡ πόλις

Cõmodo, vt plerique, audito hoc nuncio, ſuſpicarentur eum rumorem ad tentandos animos à Commodo vulgatum fuiſſe, atque idcircò multi in prouinciis pręſides huiuſci rei nuncios in vincula conijcerent; non quo ipſi ea vera eſſe nollent, ſed quia formidoloſius putabant necem Commodi credidiſſe, quàm Pertinaci non accedere. quippe ab hoc quidem vnuſquiſq. veniam eiuſmodi culpæ facilè laturum ſe eſſe confidebat. apud illum verò ne innocentia quidem fiduciam cuiquam dabat.

Æmilius Lætus Conſul, cuncta quæ à Commodo peſſimo publico erant geſta, arguebat. Nam & quoſdam barbaros, *&c. vt pag. 832.*

Prodita conſpiratione aduerſus Pertinacem, cùm Senatores Falconem damnaturi eſſent, iamque nonnulli eum hoſtem publicum vocarent, ſurgens Pertinax contenta voce: Abſit, inquit, vt quiſquam Senator me principe vel iure interfici iubeatur. & Falco quidem ſic incolumis abiit.

Didius Iulianus genere quidem fuit ſenatorio, cæterùm moribus perditiſſimis. namque inter cætera, inexplebilis cuiuſdam auaritiæ & cupiditatis, ſimúlque profuſæ luxuriæ erat. proinde rerum nouarum cupidine ſemper flagrabat.

Ex his tribus Seuerus ſagacitate animi multùm præſtabat. Nam & futura præuidebat acriter, & quod erat in manibus, tutiſſimè adminiſtrabat. adhæc obſcura quęq. tanquam manifeſta deprehendere, ambigua negocia haud minus quàm expedita diſcernere, denique difficillimum quidque nullo negocio conficere, promptiſſimus erat.

Hic Fuluius cùm à Pertinace, tum Africæ Proconſule ob malitiam & cupiditatem ac petulantiam damnatus fuiſſet, tunc in gratiam Seueri à Iuliano inter primores adſcitus fuerat.

Nuntiata Seueri defectione, Iulianus foſſas in ſuburbiis duci, portáſq. in vallo aperiri iuſſit. quaſi ipſe in ea caſtra venturus, atque inde bellum geſturus eſſet. Per eos dies

Roma caſtris quàm vrbi ſimilior fuit. nam perinde ac in hoſtili agro ingens vbique ſtrepitus erat ac tumultus ſtabulantium atq. exercentium virorum ſimul equorúmq. & belluarum. Maximus prætérea cæteris ciuibus terror ſuberat ab armatis, quippe quibus ciues odio eſſent. Nos tamen riſum interdum vix tenebamus. Nam nec milites Prætoriani, vtpote molliter ac delicatè viuere aſſueti, quidquam nomine ac pollicitatione ſua dignum agebant, & Claſſici ne quidem quo modo exerceri oporteret, ſatis norant. Iam elephanti impoſitis turribus grauati, ſeſſores ſuos excutiebant. Præcipuè verò ridebamus, *&c. vt pag. 838.*

Veſpronius Candidus Verus, dignitate quidem vir primarius, cæterùm incredibili quadam triſtitia atq. aſperitate morum, parum abfuit quin à militibus necaretur.

Ex Libro LXXIV.

Seuero Aug. vitio dabatur, quod & vrbem nimia multitudine militum, & ærarium haud neceſſariis ſumptibus grauaret. & inprimis quod in ſtipatorum vi ac robore, non in beneuolentia comitum & familiarium ſpem ſalutis ſuæ poneret. Illud verò maximè in eo reprehendebant nonnulli, quod cùm ex more inſtitutóque veteri nonniſi ex Italia ac Macedonia, & Norico atque Hiſpania Prætoriani legerentur, quorum proinde & ſpecies vultúſque modeſtior, & ſimpliciores mores eſſent: eam quidem conſuetudinem Seuerus ſuſtulit. in poſterum verò conſtituit vt ex omnibus legionibus ſupplementa prætoriis cohortibus deligerentur. quod quidem ipſe eo conſilio præſtitit, vt militum fidem ac beneuolentiam ſibi confirmaret, iiſque alacrioribus vteretur, ac fortiſſimo cuique hoc quaſi præmium virtutis proponeret. re ipſa tamen floreñtiſſimam Italiæ iuuentutem penitùs perdidit, quæ à ſolenni militia excluſa, ad latrocinia & gladiatorias pugnas ſe conuertit. Simul multitudine promiſcua militum, & adſpectu ferocium, & auditu terribilium, & agreſtiſſimis moribus vrbem repleuit.

ταῖς ἡμέραις ταύταις οὐδὲν ἄλλο ἢ στρατόπεδον ὥσπερ ἐν πολεμίᾳ· πολλὴ μὲν γὰρ ταραχὴ καὶ αὐλιζομένων, καὶ γυμναζομένων ὡς ἑκάστων, ἀνδρῶν, ἵππων, ἐλεφάντων· πολὺς δὲ φόβος ἐς τοὺς λοιποὺς ἐκ τῶν ὡπλισμένων ἅτε καὶ μισούντων σφᾶς ἐγίγνετο. ἔστι δὲ ὅτε καὶ γέλως ἡμᾶς ἐλάμβανεν. οὔτε γὰρ οἱ δορυφόροι ἄξιόν τι τοῦ τε ὀνόματος καὶ τῆς ἐπαγγελίας σφῶν, ἅτε καὶ ἁβρῶς διαιτᾶσθαι μεμαθηκότες, ἐποίουν, καὶ οἱ ἐκ τοῦ ναυτικοῦ οὐδ᾽ ὅπως γυμνάσαι ἤδεσαν· οἵ τε ἐλέφαντες ἀχθόμενοι τοῖς πύργοις οὐδ᾽ αὐτοὺς ἔτι τοὺς ἐπιστάτας ἔφερον, ἀλλὰ καὶ ἐκείνους κατέβαλλον. μάλιστα δὲ ἐγελῶμεν, &c. ut pag. 838. *vſque ad illa verba.* κατακλεισθεὶς ἐς αὐτὸ σὺν ἡττηθῇ περιειλημμένος.

Ὅτι Βεσπρώνιος Κάνδιδος ἀξιώσει μὲν ἐς τὰ πρῶτα ἀνήκων, σκυθρωπότητι δὲ καὶ ἀγροικίᾳ πολὺ πλείω προσφέρων ἐκινδύνευσεν ἀποθανεῖν ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν.

Ὅτι ὁ Σεβῆρος αἰτίαν ἔσχεν ἐπὶ τῷ πλήθει στρατιωτῶν ὀχλώδη τὴν πόλιν ποιῆσαι, καὶ δαπάνῃ χρημάτων περιττῇ τὸ κοινὸν ἐβάρυνεν· καὶ τὸ μέγιστον ὅτι μὴ ἐν τῇ τῶν συνόντων οἱ εὐνοίᾳ, ἀλλ᾽ ἐν τῇ ἐκείνων ἰσχύϊ τὴν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας ἐποιεῖτο. μάλιστα δὲ ἐπεκάλουν τινὲς αὐτῷ, ὅτι καθεστηκότος ἔκ τε τῆς Ἰταλίας καὶ ἐκ τῆς Μακεδονίας, τοῦ τε Νωρικοῦ, καὶ Ἰβηρίας μόνον, Pag.840. καὶ τοὺς σωματοφύλακας εἶναι, κἀκ τούτου καὶ τοῖς εἴδεσιν αὐτῶν ἐπιεικεστέρων, καὶ τοῖς ἤθεσιν ἁπλουστέρων ὄντων, τοῦτο μὲν κατέλυσεν· ἐκ δὲ δὴ τῶν στρατοπέδων ὁμοίως πάντων τὸ ἀεὶ ἐνδεὲς ἀντικαθίστασθαι τάξας, αὐτὸς μὲν ὡς καὶ ἐπιστησόμενος διὰ τοῦτο τὰ στρατιωτικὰ, μᾶλλον αὐτοῖς χρησάμενος, καί τι καὶ ἆθλον τοῖς ἀγαθοῖς τὰ πολέμια προθήσων ἐποίησεν αὐτό. τῷ δὲ δὴ ἔργῳ σαφέστατα τήν τε ἡλικίαν τὴν ἐκ τῆς Ἰταλίας διαπώλεσε, πρὸς λῃστείας καὶ μονομαχίας ἀντὶ τῆς πρὶν στρατείας τραπομένην· καὶ τὸ ἄστυ ὄχλου στρατιωτῶν συμμίκτου καὶ ἰδεῖν ἀγριωτάτων, καὶ ἀκοῦσαι φοβερωτάτων, ὁμιλῆσαί τε ἀγροικοτάτων ἐπλήρωσε.

Ὅτι ὁ Περτίναξ τὸ μὲν ἐς πόλεμον ἄγροικον, τὸ δὲ εἰρηναῖον δειλὸν ὡς τὸ πολὺ ἐκβαῖνον, ἀμφότερα κράτιστος ὁμοίως ἐγένετο, φοβερὸς μὲν πολεμῆσαι, σοφὸς δὲ εἰρηνεῦσαι ὤν. καὶ τὸ μὲν θρασὺ οὗ τὸ ἀνδρεῖον μετέχει πρός τε τὸ ἀλλόφυλον καὶ πρὸς τὸ στασιάζον, τὸ δὲ ἐπιεικὲς οὗ τὸ δίκαιον μεταλαμβάνει πρός τε τὸ οἰκεῖον, καὶ πρὸς τὸ σῶφρον ἐνεδείκνυτο. προαχθεὶς δὲ ἐς τὴν τῆς οἰκουμένης προστασίαν, οὐκ ἠλέγχθη ποτὲ ὑπὸ τῆς τοῦ μείζονος αὐξήσεως, ὥστε ἐν μὲν τοῖς ταπεινότερος, ἐν δὲ τοῖς ὀγκωδέστερος τοῦ καθήκοντος γενέσθαι. ἀλλ' ὁμοίως ἀπ' ἀρχῆς διὰ πάντων μέχρι τῆς τελευτῆς διετέλεσε, σεμνὸς ἔξω τοῦ σκυθρωποῦ, πρᾷος ἔξω τοῦ ταπεινοῦ, φρόνιμος ἄνευ κακουργίας, δίκαιος ἄνευ ἀκριβολογίας, οἰκονομικὸς χωρὶς ῥυπαρείας, μεγαλόνους χωρὶς αὐχήματος.

Pag. 842. Ὅτι ὁ Νίγρος Ἰταλὸς ἦν ἐξ ἱππέων, οὔτε δὲ ἐς τὸ χρηστὸν, οὔτε ἐς τὸ χεῖρον ἐπίσημος ἦν, ὥστε τινὰ ἢ πάνυ αὐτὸν ἐπαινεῖν, ἢ πάνυ ψέγειν. διὸ καὶ τῇ Συρίᾳ ὑπὸ Κομμόδου προσετάχθη.

Ibid. Ὅτι Αἰμιλιανὸς μεσεύων καὶ ἐφεδρεύων τοῖς πράγμασι, πάντων τῶν τότε βουλευόντων συνέσει, καὶ ἐμπειρίᾳ πραγμάτων προφέρειν ἐδόκει. ἐπὶ πολλῶν γὰρ ἐθνῶν ἐξήταστο, ὑφ' ὧνπερ καὶ ἐξώγκωτο, ὅτι τε τοῦ Ἀλβίνου προσήκων ἦν.

Ὅτι ὁ Νίγρος ἦν μὲν οὐδ' ἄλλως ἀρτίφρων, ἀλλὰ καὶ πάνυ πολλὰ δυνηθεὶς ἐπλημμελήσε. τότε δὲ καὶ μᾶλλον ὠγκώθη. ὥστε τοῖς μὲν τὸν Ἀλέξανδρον αὐτὸν νέον ὀνομάζουσι χαίρειν· τῷ δὲ ἐρομένῳ, τίς σοι ταῦτα ποιεῖν ἐπιτέτροφεν; τὸ ξίφος δεῖξαι, καὶ εἰπεῖν, ὅτι τοῦτο.

Pag. 844. Ὅτι ὁ Σεβῆρος τὰς πόλεις τούς τε ἰδιώτας τοὺς μὲν ἐκόλαζεν, τοὺς δὲ ἠμείβετο. τῶν δὲ δὴ βουλευτῶν τῶν Ῥωμαίων ἀπέκτεινε μὲν οὐδένα, τοὺς δὲ δὴ πλείους τὰς οὐσίας ἀφείλετο, καὶ ἐς νήσους κατέκλεισεν. ἠργυρολόγησέ τε δεινῶς. τά τε γὰρ ἄλλα καὶ ὅσα τῷ

Cùm naturâ plerumque ita comparatum ſit, vt qui in armis verſantur agreſtes, qui pacis artes colunt, puſilli ſint animi, Pertinax vtraque in arte æquè excelluit, terribilis quidem in acie, in toga verò prudentiſſimus. & audaciâ quidem quæ cum fortitudine coniuncta eſt, aduerſus exteros vtebatur ac ſeditioſos: benignitatem verò quæ adiuncta eſt æquitati, ciuibus ſuis ac modeſtiſſimo cuique oſtendebat. Porrò ad imperium orbis terrarum euectus, nunquam inferior eo loco apparuit, aut nunc demiſſior, nunc inſolentior quàm deceret, eſt viſus: ſed vno eodémque tenore ab initio vſque ad exitum vitæ permanſit, grauis abſque triſtitia, comis ſalua dignitate, ſine malitia ac dolo prudens, ſine curioſa ac ſtricta inquiſitione iuſtiſſimus, diligens paterfamilias ac frugi, citra ſordes tamen: denique abſque vana oſtentatione magnanimus.

Erat Peſcennius Niger Italus equeſtri familia, vir neq. virtutibus admodum, neque vitiis inſignis: vt vel laudari multùm ab aliquo, vel vituperari poſſet. quamobrem Commodus eum legatum Syriæ præfecerat.

Huius legatus Æmilianus ſeparatim agens, & opportunitati tẽporũ ac rerũ imminẽs, cunctis Senatorib. tẽporis ſui prudentia ac diuturno rerũ vſu præſtare exiſtimabatur, quippe qui multas prouincias rexiſſet. cujus rei cauſa, & quod Albini neceſſarius eſſet, inſolẽtiâ efferebatur.

Erat alioqui Niger parum prudens, multáque ab jllo quamdiu quidem vis ac poteſtas ſuperfuit, ſunt ſequius geſta. tum verò mirum in modum arrogantiâ inflatus eſt, adeò vt nouum ſe Alexandrum appellari libenter audiret; & interroganti, Quis tibi hæc vt faceres, permiſit? gladium oſtentans, Hic, diceret.

At Seuerus, partâ victoriâ, ciuitatibus ſimul ac priuatis partim ſupplicia, partim præmia diuiſit. ac Senatorum quidem populi Ro. neminem occidit: ſed pleroſq. bonis exuit, aut in inſulas relegauit. Cęterũ cogendę pecuniæ acriter incũbebat. vt enim cętera omittã, quęcũq. tam priuati, quàm ordines ciuitatũ ſeu ſponte, ſeu coacti

Nigro contulerant, ipſe quadruplum eorum exigebat. neque verò ipſe erat neſcius id ab omnibus improbari: ſed cùm plurimâ pecuniâ opus haberet, ſuſurros ac maledicta hominum parui pendebat.

Accuſati ſunt plurimi quod Nigri partes fouiſſent, qui tamen Nigrum nunquam viderant, neque auxilio adiuuerant.

Ex Libro LXXV.

Conatus eſt Seuerus Erucium Clarum aduerſus eos in quos animaduerſurus erat, indicem ac delatorem ſubornare, quò & viri exiſtimationem imminueret, & ex nobilitate illius ac virtutis fama maiorem auctoritatem iudicio ac quæſtioni compararet. itaque veniam & incolumitatem ei pollicitus eſt, ſi modò hanc ſibi operam præſtare vellet. Sed cùm mori millies Clarus quàm huiuſmodi delationem ſubire mallet, conuerſus ad Iulianum Seuerus, id vt faceret ei perſuaſit. cámque ob gratiam illum à morte duntaxat & infamia immunem dimiſit. cæterùm tormentis, & quidem acerbiſſimis, cuncta ex eo accuratè quæſiuit, nulla tum dignitatis ratione habita.

Lætus obſeſſam à Parthis Niſibim ſeruauit. qua ex re magnam gloriam eſt adeptus, præſertim cùm & in cæteris rebus cùm publicis, tum priuatis, ſimul in armis atque in toga præſtantiſſimus vir eſſet.

At Seuerus ex Arabia in Syriam ac Palęſtinam venit, & Pompeio parentauit. inde in ſuperiorem Ægyptum aduerſo Nilo nauigauit, totámq. præter pauca admodum loca, perluſtrauit. Nam quin ad Æthiopiæ confinia penetraret, lues quæ graſſabatur, obſtitit. Cuncta porrò, quantumuis occulta atque abdita, curioſè perſcrutatus eſt. Nihil enim fuit, *&c. vt pag. 856.*

Plautianus, occiſo Æmilio Saturnino, præfecturæ prętorianæ vires ac neruos omnes incidit: eo conſilio vt ne quis poſthac potentię eiuſmodi cupidine accenſus, ad eū

Νίγρῳ

Νίγρῳ καὶ ἰδιῶταί τινες καὶ δῆμοι οὐχ ὅτι ἑκούσιοι, ἀλλὰ καὶ ἀναγκαστοὶ ἐδεδώκεσαν, τετραπλάσια ἐπεισέπραξε. καὶ ᾐσθάνετο μὲν που καὶ αὐτὸς τοῦτο· πολλῶν δὲ δὴ χρημάτων χρήζων, ἐν οὐδενὶ λόγῳ τὰ θρυλλούμενα ἐποιεῖτο.

Ὅτι συχνοὶ ὡς καὶ τὰ τοῦ Νίγρου φρονήσαντες, καὶ τῶν οὔτ᾽ ἰδόντων ποτὲ αὐτὸν, οὔτε συναραμένων οἱ ἐπηρεάσθησαν.

Ὅτι ὁ Σεβῆρος ἐπεχείρησε τοὺς τιμωρουμένους ὑπ᾽ αὐτοῦ τῷ Κλάρῳ τῷ Ἐρυκίῳ μηνυτῇ κατ᾽ αὐτῶν χρήσασθαι, ἵνα τόν τε ἄνδρα διαβάλῃ, καὶ τὸν ἔλεγχον ἀξιοχρεώτερον πρός τε τὸ πλῆθος αὐτοῦ, καὶ πρὸς τὴν δόξαν ποιῆσαι νομισθείη. καὶ τήν γε σωτηρίαν τήν τε ἄδειαν αὐτῷ δώσειν ὑπέσχετο. ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνος ἀποθανεῖν μᾶλλον ἢ τοιοῦτόν τι ἐνδεῖξαι εἵλετο, πρὸς τὸν Ἰουλιανὸν ἐτράπετο, καὶ τοῦτον ἀνέπεισεν. καὶ διὰ τοῦτ᾽ αὐτὸν ἀφῆκεν ὅσον γε μήτ᾽ ἀποκτεῖναι, μήτ᾽ ἀτιμάσαι. ταῖς γὰρ δὴ βασάνοις ἰσχυραῖς πάντα ὑπ᾽ αὐτοῦ ἠκρίβωσεν, ἐν οὐδενὶ λόγῳ τὸ ἀξίωμα τὸ τότε * αὐτοῦ ποιησάμενος. mſ. αὐτῷ.

Ὅτι ὁ Λαῖτος τὴν Νίσιβιν πολιορκουμένην ὑπὸ Πάρθων pag. 853. ἔσωσε, καὶ ἀπ᾽ αὐτῆς ἐπὶ πλεῖον ἐδοξάσθη, ὢν καὶ ἐς τἆλλα καὶ ἐς τὰ ἴδια, καὶ ἐς τὰ δημόσια, καὶ ἐν τοῖς πολέμοις, καὶ ἐν τῇ εἰρήνῃ ἄριστος.

Ὅτι ὁ Σεβῆρος ἐς τὴν Ἀραβίαν ἐκ τῆς Συρίας καὶ ἐς τὴν Παλαιστίνην ἦλθε, καὶ τῷ Πομπηΐῳ ἐνήγισε· καὶ ἐς τὴν Αἴγυπτον τὴν ἄνω διὰ τοῦ Νείλου ἀνέπλευσε, καὶ εἶδε πᾶσαν αὐτὴν πλὴν βραχέων. οὐ γὰρ ἠδυνήθη πρὸς τὰ τῆς Αἰθιοπίας μεθόρια διὰ λοιμώδη νόσον ἐσβαλεῖν. καὶ ἐπολυπραγμόνησε πάντα καὶ τὰ πάνυ κεκρυμμένα. ἦν γὰρ οἷος, &c. *quæ lib. 75. pag. 856. ſunt edita.*

Ὅτι ὁ Πλαυτιανὸς τὸν Αἰμίλιον Σατουρνῖνον ἀποκτείνας, τῶν ἄλλων τῶν μετ᾽ αὐτὸν ἀρξάντων τοῦ δορυφορικοῦ πάντα τὰ ἰσχυρότατα περιέκοψεν, ὅπως μηδεὶς φρόνημα ἀπὸ τῆς

προστασίας αὐτῶν ἰδών, τῇ τῶν σωματοφυλάκων ἡγεμονίᾳ ἐφεδρεύσῃ. ἤδη γὰρ οὐχ ὅπως μόνος, ἀλλὰ καὶ ἀθάνατος ἔπαρχος εἶναι ἤθελεν· ἐπεθύμει τε πάντων καὶ παρὰ πάντων ᾔτει, καὶ πάντα ἐλάμβανε, καὶ οὔτε ἔθνος οὐδὲν, οὔτε πόλιν οὐδεμίαν ἀσύλητον εἴασεν· ἀλλὰ πάντα δὴ πανταχόθεν ἥρπαζε καὶ συνεφόρει. πολλὰ γὰρ καὶ πολὺ πλείονα αὐτῷ ἢ τῷ Σεβήρῳ πάντες ἔπεμπον. καὶ τέλος ἓν τοῦτο εἰπὼν πᾶσαν αὐτοῦ καὶ τὴν περιεργίαν, καὶ τὴν ἀπληστίαν δηλώσω· ἀνθρώπους ἑκατὸν εὐγενεῖς Ῥωμαίους ἐξέτεμεν οἴκοι· καὶ τοῦτο οὐδεὶς ἡμῶν πρὸ τοῦ τελευτῆσαι αὐτὸν ᾔσθετο. πᾶσαν γὰρ καὶ ἐκ τούτου τήν τε παρανομίαν αὐτοῦ, καὶ τὴν ἐξουσίαν ἄν τις καταμάθοι. ἐξέτεμε δὲ οὐ παῖδας μόνον, οὔτε μειράκια, ἀλλὰ καὶ ἄνδρας, καὶ ἔστιν οὓς αὐτῶν καὶ γυναῖκας ἔχοντας, ὅπως ἡ Πλαυτίλλα ἡ θυγάτηρ αὐτοῦ (ἣν ὁ Ἀντωνῖνος μετὰ ταῦτα ἔγημε) δι' εὐνούχων τήν τε ἄλλην θεραπείαν, καὶ τὰ περὶ τὴν μουσικὴν τήν τε λοιπὴν θεωρίαν ἔχῃ. καὶ εἴδομεν τοὺς αὐτοὺς ἀνθρώπους εὐνούχους τε καὶ ἄνδρας, καὶ πατέρας καὶ ἀόρχας, ἐκτομίας τε καὶ πωγωνίας· ἀφ' οὗ δὴ οὐκ ἀπεικότως ὑπὲρ πάντας τὸν Πλαυτιανὸν καὶ ἐς αὐτοὺς τοὺς αὐτοκράτορας ἰσχῦσαι ἄν τις εἴποι.

Pag. 858. Ὅτι οὕτως ἐς πάντα ὁ Πλαυτιανὸς τοῦ Σεβήρου κατεκράτει, ὥστε καὶ τὴν Ἰουλίαν τὴν αὔγουσταν πολλὰ καὶ δεινὰ ἐργάσασθαι. πάνυ γὰρ αὐτῇ ἤχθετο, καὶ σφόδρα αὐτὴν πρὸς τὸν Σεβῆρον διέβαλλεν, ἐξετάσεις τε κατ' αὐτῆς καὶ βασάνους κατ' εὐγενῶν γυναικῶν ποιούμενος. καὶ ἡ μὲν αὐτή τε φιλοσοφεῖν διὰ ταῦτα ἤρξατο, καὶ σοφισταῖς συνημέρευεν. * ὁ δὲ δὴ Πλαυτιανὸς ἀσωτότατός τε ἀνθρώπων γενόμενος ὥστε καὶ εὐωχεῖσθαι ἅμα καὶ ἐμεῖν, ἐπεὶ μηδὲν ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν σιτίων καὶ τοῦ οἴνου πέψαι ἐδύνατο, καὶ τοῖς μειρακίοις ταῖς τε κόραις οὐκ ἄνευ διαβολῆς χρώμενος, τῇ γυναικὶ τῇ αὐτοῦ οὔθ' ὁρᾶν

Ὅτι mſ. à capite.

locum adſpiraret. Iam enim non modò ſolus, ſed etiam perpetuus eſſe volebat Præfectus Prætorij. Accedebat inſatiabilis quædam cupiditas, qua flagitabat ab omnibus, omniáque rapiebat: nec prouinciam, ac ne vrbem quidem vllam prætermittebat quin ſpoliaret, ſed cuncta vndecunque diripiebat & cumulabat. quippe multò ei plura quàm ipſi Seuero ab omnibus conferebantur. Sed vel hoc vno hominis luxuria ac cupiditas ſatis demonſtrabitur. Centum ingenuos ac ciues Romanos clàm domi caſtrauit; quod quidem nemo noſtrûm ante eius interitum ſenſerat. Ex quo abundè percipi poteſt quanta fuerit hominis nequitia ac libido. Caſtrauit porrò non pueros aut adoleſcentes ſolùm, ſed & viros, atque in iis quoſdam maritos, ſcilicet vt Plautilla filia, quam poſtea Antoninus vxorem duxit, non miniſtros modò, ſed & muſicos, & cæterarum artium magiſtros Eunuchos haberet. Itaque eoſdem homines eunuchos ſimul ac maritos, patres abſque teſticulis, caſtratos denique ac barbatos vidimus. Ex quo non iniuria dici poteſt Plautianum omnibus hominibus, ipſiſque adeò Imperatoribus potentiorem fuiſſe.

Adeò verò etiam in cæteris rebus Seuerum ſibi obnoxium reddiderat, vt Iuliam quoque Auguſtam multis atque indignis modis vexaret. quippe illam magnoperè faſtidiebat & criminabatur aſſiduè apud Seuerum. ac mulieres ingenuas aduerſus eam interdum etiam tormentis adhibitis interrogabat. quamobrem illa quidem philoſophiæ operam dare, & cum ſophiſtis vt plurimùm verſari cœpit. At Plautianus omnium mortalium intemperantiſſimus, (adeò vt ſimul cibum caperet, ac vomitu regereret, quippe qui præ nimia copia potus ac cibi nihil poſſet concoquere,) adhæc puerorum ac puellarum amoribus non ſine probri ſuſpicione deditus, ipſe interim vxori ſuæ omnium hominum

congreſſu ac colloquio interdicebat: neque à Seuero ipſo, aut Iulia, nedum ab vllis aliis videri eam ſinebat.

Ex Libro LXXVI.

Priſcus malitiâ atque impudentiâ omnes mortales longè ſuperabat.

Dum verò Antoninus ex vulnere curatur, interim Seuerus nullam Reipublicæ partem omiſit. Nam & cauſis audiendis vacauit, & cuncta quæ ad imperium pertinent, adminiſtrauit. atque ob hæc quidem omnium laudibus celebrabatur. Quintilli verò Plautiani cædes ei crimini data eſt. Multi enim alij Senatorij ordinis ab Seuero necati ſunt, qui & cauſam dixerant, & conuicti erant. At Quintillus, vir nobiliſſimus, atque inter Senatores diutiſſimè cenſitus, in ipſo, vt aiunt, Orci veſtibulo poſitus, ac ruri degens, cùm nec moliretur quidquam, nec curioſius inquireret, iugulatus eſt. Moriturus tamen poſtulauit vt ornamenta quæ ad funus ſuum dudum ante comparauerat, ſibi oſtenderentur. quæ poſtquam vetuſtate corrupta eſſe vidit: Cur, inquit, tantoperè morati ſumus? ſimul iniecto in foculum thure, Idem, ait, precor à Diis immortalibus quod Hadriano Seruianus optauit.

Fuit Seuerus, etſi breui corpore, robuſto tamen, niſi quod podagra vires imminuerat. cæterùm acerrimo ingenio mentiſque eximia vi. Diſciplinarum ſtudioſus potius quàm peritus. ac proinde ſenſibus magis quàm verbis abundabat. gratus erga amicos, grauiſſimuſ inimicis. diligens in rebus gerendis, famæ ſuæ negligens. Itaque cùm pecuniam omnibus modis colligeret, niſi quod eius cauſa neminem occidit, eam quidem interdum in opera neceſſaria impendebat liberaliſſimè. Nam & multa vetera ædificia refecit atque inſtaurauit, eiſque

τινὰ οὔθ' ὁρᾶσθαι τὸ παράπαν, οὔθ' ὑπὸ τοῦ Σεβήρου ἢ τῆς Ἰουλίας, μή τί γε ἑτέρων τινῶν ἐπέτρεπεν.

Ὅτι ὁ Πρίσκος οὐδενὸς ἀνθρώπου, οὔτε πονηρίᾳ, οὔτε ἀσελγείᾳ δεύτερος ἦν.

Ὅτι οἱ Σεβήρου παῖδες, ὅ τε Ἀντωνῖνος καὶ ὁ Γέτας μετὰ θάνατον Πλαυτιανοῦ, ὡς παιδαγωγοῦ τινὸς ἀπηλλαγμένοι οὐδὲν ὅ τι οὐκ ἐποίουν, &c. *quæ pag. 863. ſunt edita uſque ad hæc verba.* ἐκπεσεῖν τε ἐκ τοῦ δικύκλου καὶ τὸ σκέλος κατεάξαι. παθόντος δὲ αὐτοῦ τοῦτο καὶ νοσηλευομένου, ὁ Σεβῆρος οὐδὲν τῶν ἀναγκαίων τὸ παράπαν ἐξέλιπεν, ἀλλὰ καὶ ἐδίκαζε καὶ πάντα τὰ τῇ ἀρχῇ προσήκοντα διῴκει. καὶ ἐπὶ τούτῳ, καὶ ἐπῃνεῖτο. τὸν δὲ δὴ Κυίντιλλον τὸν Πλαυτιανὸν φονεύσας αἰτίαν ἔσχεν. ἀπέκτεινε δὲ καὶ ἄλλους πολλοὺς βουλευτάς, τοὺς μὲν κατηγορηθέντας παρ' αὐτῷ καὶ ἀπολογησαμένους καὶ ἁλόντας.* ὁ δὲ δὴ Κυίντιλλος εὐγενέστατός τε ὢν, καὶ ἐπὶ πλεῖστον ἐν τοῖς πρώτοις τῆς βουλῆς ἀριθμηθεὶς, ἔν τε ταῖς τοῦ γήρως πύλαις ἑστὼς καὶ ἐν ἀγρῷ ζῶν, καὶ οὔτε πολυπραγμονῶν τι, οὔτε παραπράττων ἐσφάγη. μέλλων δ' οὖν τελευτήσειν, ᾔτησε τὰ ἐντάφια, ἃ πρὸ πολλοῦ παρεσκεύαστο. καὶ ἐπειδὴ διερρυηκότα αὐτὰ ὑπὸ τοῦ χρόνου εἶδεν, τί τοῦτο, ἔφη, ἐβραδύναμεν; καὶ μετὰ τοῦτο λιβανωτοῦ θυμιάσας, εἶπεν ὅτι τὴν αὐτὴν εὐχὴν εὔχομαι, ἣν καὶ Σερουϊανὸς ἐπ' Ἀδριανῷ εὔξατο.

mſ. ὅτι *à capite.*

Ὅτι ὁ Σεβῆρος ἦν μὲν τὸ σῶμα βραχὺς, ἰσχυρὸς δὲ, καίπερ ἀσθενέστερος ὑπὸ τῆς ποδάγρας γινόμενος· τὴν δὲ δὴ ψυχὴν καὶ δριμύτατος, καὶ ἐρρωμενέστατος. παιδείας μὲν γὰρ ἐπεθύμει μᾶλλον ἢ ἐπετύγχανε, καὶ διὰ τοῦτο καὶ πολυγνώμων μᾶλλον, ἢ πολύλογος ἦν· φίλος οὐκ ἀμνήμων, ἐχθροῖς βαρύτατος. ἐπιμελὴς μὲν πάντων ὧν πρᾶξαι ἤθελεν, ἀμελὴς δὲ τῶν περὶ αὐτοῦ λογοποιουμένων. καὶ διὰ τοῦτο καὶ χρήματα ἐξ ἅπαντος τρόπου, πλὴν καθόσον οὐδένα ἕνεκα αὐτῶν ἀπέκτεινε, πορίζων πάντα μὲν τὰ ἀναγκαῖα ἐδαπάνα ἀφθονώτατα· καὶ πλεῖστά γε Pag. 869.

καὶ τῶν ἀρχαίων οἰκοδομημάτων ἀνεκτήσατο, καὶ σφίσι τὸ ἑαυτοῦ ὄνομα ὡς καὶ ἐκ καινῆς αὐτὰ καὶ ἐξ ἰδίων χρημάτων κατεσκευακὼς ἐπέγραψε· πολλὰ δὲ καὶ μάτην ἔς τε ἐπισκευὰς καὶ κατασκευὰς ἑτέρων ἀνήλωσε.

Pag.873. Ὅτι τὸν Κίλωνα τοσοῦτον ἠγάπα ὁ Ἀντωνῖνος, ὥστε εἰπεῖν ὅτι οἱ τούτῳ ἐπιβεβουλευκότες ἐμοὶ ἐπιβεβουλεύκασιν. ἐφ' ᾧ δὴ ἐπαινούμενος ὑπὸ τῶν παρεστηκότων ἔφη, ἐμὲ μήθ' Ἡρακλέα, μήτ' ἄλλον θεόν τινα ἐπικαλεῖτε· οὐχ ὅτι οὐκ ἐβούλετο θεὸς ὀνομάζεσθαι, ἀλλ' ὅτι οὐδὲν ἄξιον θεοῦ πράττειν ἤθελεν. ἔμπληκτος γὰρ φύσει πρὸς πάντα τὰ πράγματα ὢν, καὶ ἐτίμα τινὰς μεγάλως καὶ ἠτίμαζεν ἐξαίφνης ἀλογώτατα· ἔσωζέ τε οὓς ἥκιστα ἐχρῆν, καὶ ἐκόλαζεν οὓς οὐκ ἄν τις προσεδόκησεν.

Ὅτι τὸν Ἀσπρὸν τὸν Ἰουλιανὸν, οὐδ' ἄλλως εὐκαταφρόνητον καὶ διὰ παιδείαν, καὶ διὰ φρόνημα ὄντα ἐξάρας ὁμοίως καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ, καὶ ἐν πολλαῖς τοσαύταις ῥάβδοις ὁμοῦ ἐμπομπεύσαντα προεπηλάκισε παραχρῆμα δεινῶς, καὶ ἐς τὴν πατρίδα μεθ' ὕβρεως καὶ μετὰ δέους ἰσχυροῦ ἀπέπεμψε.

Ὅτι καὶ τὸν Λαῖτον ἠτιμάκει ἂν ἢ καὶ ἀπεκτόνει, εἰ μὴ κακῶς ἐνόσει. καὶ τὴν ἀρρωστίαν αὐτοῦ ἀσεβῆ παρὰ τοῖς στρατιώταις ὠνόμασεν, ὅτι μὴ καὶ περὶ ἐκεῖνον ἀσεβῆσαι αὐτῷ ἐπέτρεψεν.

Ὅτι καὶ Θρασέαν Πρίσκον ἄνδρα οὐδενὸς, οὔτε γένει, οὔτε φρονήσει δεύτερον κατεχρήσατο. Ὅτι καὶ ἄλλους πολλοὺς, καὶ φίλους τὸ πρότερον ὄντας ἀπέκτεινεν.

Ὅτι τρισὶν ἔθνεσιν ὁ Ἀντωνῖνος προσήκων ἦν· καὶ τῶν μὲν ἀγαθῶν αὐτῶν οὐδὲν τὸ παράπαν, τὰ δὲ κακὰ πάντα συλλαβὼν ἐκτήσατο· τῆς μὲν Γαλατίας τὸ κοῦφον καὶ τὸ δειλὸν, καὶ τὸ θρασὺ, τῆς Ἀφρικῆς τὸ τραχὺ καὶ ἄγριον, τῆς Συρίας, ὅθεν πρὸς μητρὸς ἦν, τὸ πανοῦργον.

Pag.874. Ὅτι ὁ Ἀντωνῖνος ἄλλα ἅττα πᾶσιν διετέλει φιλαλέξανδρος

nomen ſuum inſcripſit, ac ſi primus à fundamentis ſuáq. pecunia ea exſtruxiſſet. Multa verò etiam ſuperfluè in ſartatecta aut ſubſtructiones aliorum operum impendit.

Ex Libro LXXVII.

Antoninus tantoperè Cilonem adamabat, vt crebrò diceret, qui huic inſidiati eſſent, ſibi ipſi inſidiatos eſſe. quam ob cauſam cùm à circunſtantibus laudaretur: Nolite, inquit, neque Herculem, neque Deum quempiam me appellare. non quod reuera Deus vocari nollet, ſed quia nihil ea appellatione dignum agere volebat. Nam cùm naturâ furioſus & ad omnia præceps eſſet, citra vllum iudicium nunc impensè colebat quoſdam, nunc ignominiâ afficiebat. adhæc incolumes ſeruabat quos minimè oportuerat; contrà ſupplicium de iis ſumebat, de quibus nemo ſperaſſet vnquam.

Idem Iulianum Aſprum, virum haudquaquam ſpernendum, cùm doctrinæ cauſa, tum ob magnitudinem animi, cùm ad maximum culmen extuliſſet ipſum ſimul ac filios tot ſimul faſcium pompa; nihilominus ſtatim contumelioſiſſimè accepit, & cum ignominia ac terrore in patriam redire iuſſit.

Lætum quoque procul dubio ignominia aut letho etiam affeciſſet, niſi is peſſimè ex morbo habuiſſet. quocirca morbum illius impium eſſe apud milites dixit, quod Lætum ab ſe violari non fineret.

Sed & Thraſeam Priſcum occidit, virum & ſplendore generis, & prudentia nulli ſecundum. alios præterea complures antea etiam amiciſſimos neci dedit.

Antoninus tres diuerſas gentes origine ſua complectebatur. quarum præcipuis quidem bonis ac virtutibus prorſus carebat, vitia verò omnia in ſe collegerat. Nam leuitas & timiditas, ſimúlque inſolentia Gallicæ gentis, & aſperitas ac feritas Afrorum in eo inerat. ac poſtremò malitia & calliditas Syrorum, ex quibus maternam originem ducebat.

Antoninus Caracalla Alexandri perquam ſtudioſus,

inter cætera ſe Orientalem Auguſtum cognominabat, *&c. vt pag. 873.*

Idem plurimos viros nobiles ſecum in expeditione retinebat, cauſas alias ſubinde atque alias, & bella ex bellis aſſiduè prætendens.

Illud verò erat in eo longè grauiſſimum, quod cùm eſſet non modò erga milites, ſed etiam in cæteris rebus profuſiſſimus, in id vnum omni ſtudio incumbebat, vt omnes mortales, ac præcipuè ampliſſimum ordinem nudaret, ſpoliaret, opprimeret. Nam præter coronas aureas, quas tanquam ſemper aliquibus ab ſe victis hoſtibus exigebat. (intelligo autem non ipſas ex auro fabricatas coronas. quantulum enim id quidem? ſed pecuniæ vim coronarum titulo ac nomine datam, qua Imperatores à ciuitatibus coronari ſolent.) præter commeatus ac cibaria, quæ partim ſine pretio, partim cum grauiſſimo etiam ſumptu noſtro à nobis exigebantur. quæ ille cuncta aut donabat militibus, aut cauponum more vendebat. præter munera quæ cùm à priuatis opulentioribus, tum à ciuitatibus flagitabat. poſtremò præter vectigalia tum alia quæ ab ipſo primùm reperta ſunt, tum vectigal decimæ, quam pro viceſima conſtituit, tam eorum qui manumitterentur, quàm hereditatum ac legatorum: cùm ſuccedendi ius & immunitates omnes, quæ proximis defunctorum ac genere coniunctiſſimis conceſſæ legibus erant, ſuſtuliſſet. cuius rei cauſa etiam omnibus qui in orbe Romano erant, ciuitatem dedit: ſpecie quidem ipſa eis honorem tribuens, ſed reuera vt fiſcum ſuum augeret: quippe cùm peregrini pleraque horum vectigalium non penderent. præter iſthæc, inquam, omnia, complures ei domos & hoſpitia ſumptuoſa in mediis itineribus, iiſque breuiſſimis, ædificare noſtris ſumptibus cogebamur, *&c. vt pag. 874.*

Seuerus quidem rebus omnibus quæ ad virtutem pertinent, & corpus & animum eius ita exercuerat, *&c. vt pag. 874.*

ὧν,

ὤν, καὶ ἑαυτὸν ἐκεῖνον ἑῷον αὔγουστον ἐπεκαλεῖτο, &c. ut pag. 873. leguntur.

Oτι πάνυ πολλοὺς ἀμφ' αὐτὸν εἶχε, προφάσεις ἐκ προφάσεων, καὶ πολέμους ἐκ πολέμων σκηπτόμενος.

Oτι δεινότατόν που καὶ τοῦτο ἔσχεν, ὅτι μὴ μόνον ἐς τοὺς στρατιώτας φιλαναλωτὴς, ἀλλὰ καὶ ἐς τἆλλα πάντα, καὶ ἥκιστα αὐτοῦ ἦν, ἐφ' ἓν τοῦτο μόνον δὲ τοὺς ἀνθρώπους πάντας περιδύειν, ἀποσυλᾶν, καὶ ἐκτρύχειν. χωρὶς γὰρ τῶν στεφάνων τῶν χρυσῶν, οὓς ὡς καὶ πολεμίους τινὰς ἀεὶ νικῶν πολλάκις ᾔτει, (λέγω δὲ οὐκ αὐτὸ τοῦτο τὸ τῶν στεφάνων ποίημα· πόσον γάρ τοῦτό γέ ἐστιν; ἀλλὰ τὸ τῶν χρημάτων πλῆθος τῶν ἐπ' ὀνόματι αὐτοῦ διδομένων, οἷς στεφανοῦν αἱ πόλεις τοὺς αὐτοκράτορας εἰώθασιν.) τῶν τε ἐπιτηδείων, ἃ πολλὰ καὶ πανταχόθεν, τὰ μὲν προῖκα, τὰ δὲ καὶ προσαναλίσκοντες εἰσεπρασσόμεθα, ἃ πάντα ἐκεῖνος τοῖς στρατιώταις ἐχαρίζετο, ἢ καὶ ἐκαπήλευε· καὶ τῶν δώρων, ἃ καὶ παρὰ τῶν ἰδιωτῶν τῶν πλουσίων καὶ παρὰ τῶν δήμων προσῄτει· τῶν τε τελῶν, τῶν τε ἄλλων ἃ καινὰ προσκατέδειξε, καὶ τοῦ τῆς δεκάτης, ἣν ἀντὶ τῆς εἰκοστῆς ὑπέρ τε τῶν ἀπελευθερουμένων καὶ ὑπὲρ τῶν καταλειπομένων τισὶ κλήρων καὶ *δωρεᾶς ἐποίησε, πάσας τάς τε διαδοχὰς, καὶ τὰς ἀτελείας τὰς ἐπὶ τούτοις, τὰς δεδομένας τοῖς πάνυ προσήκουσι τῶν τελευτώντων καταλύσας. οὗ ἕνεκα καὶ Ῥωμαίους πάντας τοὺς ἐν τῇ ἀρχῇ αὐτοῦ λόγῳ μὲν τιμῶν, ἔργῳ δὲ ὅπως πλείω αὐτῷ καὶ ἐκ τοῦ τοιούτου προσίῃ, διὰ τὸ τοὺς ξένους τὰ πολλὰ αὐτῶν μὴ συντελεῖν, ἀπέδειξεν· ἔξω δὴ τούτων ἁπάντων, καὶ οἰκίας αὐτῷ παντοδαπὰς καὶ καταλύσεις πολυτελεῖς ἐν μέσαις ὁδοῖς καὶ τῶν βραχυτάταις, οἰκείοις δαπανήμασιν, οἰκοδομῆσαι ἠναγκάζομεν· ἐν αἷς, &c. ut pag. 874.

leg. δωρεῶν.

Oτι ὁ Σεβῆρος καὶ πάνυ πᾶσι τοῖς εἰς ἀρετὴν τείνουσι καὶ κατὰ τὸ σῶμα, &c. ut pag. 875. ſunt edita.

Ὅτι ὁ αὐτὸς αὐθεγνωμονῶν πολλὰ ἐσφάλη. πάντα τε γὰρ οὐχ ὅτι εἰδέναι, ἀλλὰ καὶ μόνος εἰδέναι ἤθελε. καὶ πάντα οὐχ ὅτι δύνασθαι, ἀλλὰ καὶ μόνος δύνασθαι ἐβούλετο. καὶ διὰ τοῦτο οὔτε τινὶ συμβούλῳ ἐχρῆτο, καὶ τοῖς χρηστόν τι εἰδόσιν ἐφθόνει. ἐφίλησε μὲν γὰρ οὐδένα πώποτε, ἐμίσησε δὲ πάντας τοὺς προφέροντάς ἔν τινι, μάλιστα δὲ οὓς μάλιστα ἀγαπᾶν προσεποιεῖτο· καὶ αὐτῶν συχνοὺς καὶ διέφθειρε τρόπον τινά. ἐφόνευε μὲν γὰρ καὶ ἐκ τοῦ φανεροῦ πολλούς. ἤδη δὲ καὶ πέμπων τινὰς ἐς ἔθνη μὴ ἐπιτήδεια σφίσι, ἀλλ' ἐναντία τῇ τοῦ σώματος αὐτῶν καταστάσει, τὴν τοῦ ἀέρος ἀκρασίαν ἔχοντα, οὕτως αὐτοὺς ὡς καὶ πάνυ τιμῶν ὑπεξῄρει, τοὺς μὲν καύμασι, τοὺς δὲ ψύχεσιν ἀκράτοις οἷς οὐκ ἔχαιρεν ἐκδιδούς. εἰ δ' οὖν καὶ ἐφείδετό τινων μὴ ἀποκτεῖναι σφᾶς, ἀλλ' ἐπίεζέ γε αὐτοὺς ὥστε καὶ κηλιδοῦσθαι.

Ὅτι Ἄγβαρος ὁ τῶν Ὀσροηνῶν βασιλεὺς, ἐπειδὴ ἅπαξ l. ἐγκρατὴς. *ἐκράτει τῶν ὁμοφύλων ἐγένετο, οὐδὲν ὅτι τῶν δεινοτάτων τοὺς προέχοντας αὐτῶν οὐκ ἐξειργάσατο. λόγῳ μὲν ἐς τὰ τῶν Ῥωμαίων ἤθη μεθίστασθαι ἠνάγκαζεν, ἔργῳ δὲ τῆς κατ' αὐτῶν ἐξουσίας ἀπλήστως ἐνεφορεῖτο.

Ὅτι ὁ αὐτὸς μέγιστον ἐμεγαλοφρόνει, ὅτι τοῦ Βολογαίσου τοῦ τῶν Πάρθων βασιλέως τελευτήσαντος οἱ παῖδες περὶ τῆς βασιλείας ἐμάχοντο, ὡς ἐξ ἰδίας παρασκευῆς τὸ κατὰ τύχην συμβὰν γεγονὸς προσποιούμενος. οὕτω που σφόδρα ἀεὶ καὶ τῷ ἔργῳ καὶ τῇ διχοστασίᾳ τῇ τῶν ἀδελφῶν, καὶ τῇ τῶν ἀλλοτρίων ἀλληλοφονίᾳ ἔχαιρεν.

Ὅτι πολλὰ καὶ ἀργυρολογίας ἕνεκα ἐποίει. Ὅτι καὶ μῖσος πρὸς τὸν τετελευτηκότα ἀδελφὸν ἐπεδείκνυτο, καταλύσας τὴν τῶν γενεσίων αὐτοῦ τιμήν. καὶ τοῖς τὰς εἰκόνας αὐτοῦ βαστάσασι λίθοις ὠργίζετο. καὶ τὸ νόμισμα τὸ προφέρον αὐτὸν συνεχώνευσε. καὶ οὐδὲ ταῦτα ἀπέχρησεν αὐτῷ· ἀλλὰ καὶ τότε μάλιστα ἀνοσιουργεῖν ἐπετήδευσε, καὶ τοὺς ἄλλους μιαιφονεῖν ἠνάγκαζεν,

Idem tamen iudicio ſuo nimis fidens, ſæpius peccabat. Non enim ſolùm omnia, ſed etiam ſolus noſſe volebat videri. neque omnia tantùm poſſe ſatis habebat, niſi & ſolus poſſet. ac proinde nullius conſilio vtebatur; & cuiuſcunque rei peritis inuidebat. Amauit enim neminem certè vnquam. oderat verò omnes qui quauis in parte excellerent, ac maximè eos quos ab ſe amari ſimulabat, quorum etiam plurimos variis artibus è medio ſuſtulit. Etenim multos quidem apertè necauit, quoſdam verò in prouincias miſſos, conſtitutioni corporis eorum minus commodas ob aëris intemperiem, per ſpeciem magni honoris tollebat è medio: cùm aut æſtui, aut frigori immodico eos quibus minimè delectabatur, exponeret. Quòd ſi fortè à quorundam abſtineret cæde, eos tamen ita vexabat, vt parte aliqua corporis debilitarentur.

Agbarus Oſdroënorum Rex, poſtquam imperium in populares abundè ſibi firmaſſe viſus eſt, nullum non genus crudelitatis in principes eorum exercuit; cùm ſpecie quidem eos ad mores populi Romani tranſire cogeret, re autem ipſa licenter in eos abuteretur potentiâ ſuâ.

Antoninus eò ſe multùm iactabat, quòd Vologæſo Parthorum Rege mortuo, eius filij de regno inter ſe certabant, cùm id quod caſu euenerat, ipſe conſilio ſuo factum eſſe fingeret. Adeò & diſſenſione fratrum, & extraneorum mutuis cædibus aſſiduè gaudebat.

Idem quærendæ pecuniæ cauſa nihil non agebat.

Sed & odij ſui etiam in mortuum fratrem ſpecimen dedit ſublatis ludis qui natali eius fiebant. Succenſebat & ſaxis quibus eiuſdem imagines ac ſtatuæ impoſitæ fuerant. Monetam præterea illius imagine ſignatam conflauit. Neque his tamen contentus fuit. tum enim maximè & ipſe ſeſe flagitiis omnibus totum dedidit, & alios ad cædes nefariè perpetrandas impulit,

hæc quaſi parentalia quotannis fratris manibus celebrans.

Hæc ille poſt fratris necem cùm ſentiret & ageret, nihilominus lætari ſe aiebat Parthorum fratrum diſſenſione, quippe quæ maximam labem illatura eſſet rebus Parthorum. Cæterùm Germanicæ gentes nec voluptatem, nec prudentiæ ac fortitudinis ſpeciem vanam tolerare potuerunt: ſed fallaciam eius ac ſtultitiam atque ignauiam apertiſſimè conuicerunt.

Antoninus contra Alamannos profectus, ſicubi locum ad habitandum idoneum viderat, ſtatim præcipiebat illic vt caſtellum conſtrueretur, & cognomenta quædam locis ex ſuo nomine dabat, indigenis haudquaquam alieno animo id ferentibus. alij enim id penitùs ignorabant, alij ludere eum putabant. proinde ille patientiam eorum deſpiciens, ne ab iis quidem abſtinuit: ſed quibus auxilio ſe veniſſe dicebat, eos hoſtiliter vaſtauit. conuocata enim eorum iuuentute, quaſi eam inter auxilia conſcripturus eſſet, ipſe cum clypeo agmen ducens, vniuerſam circundidit & concidit. reliquos circummiſſis equitibus comprehendit.

Antoninus Pandionem quendam, qui olim quidem aurigarum miniſter fuerat, bello autem Alamannico currum ipſius rexerat, eámque ob cauſam & ſodalis eius & contubernalis erat, literis ad Senatum miſſis laudauit, tanquam ab ingenti aliquò diſcrimine eius induſtriâ liberatus. Neque illum pudebat maiorem huic gratiam habere quàm militibus. quos quidem ille ſemper Senatoribus prætulit.

Ex clariſſimis autem viris quòs neci dabat, nonnullos inſepultos abijci iuſſit.

Idem Sullæ ſepulcrum anxiâ quæſitum curâ refecit, & Meſomedi qui citharœdica conſcripſit cantica, cenotaphium exſtruxit: huic quidem quia canere ad citharam diſcebat. Sullæ verò, quia eius ſæuitiam æmulabatur.

At Chattorum & Alamannorum vxores, & ſi quæ aliæ

ὥσπερ τινὰ ἐναγισμὸν ἐτήσιον τῷ ἀδελφῷ ποιούμενος.

Ὅτι τοιαῦτα ἐπὶ τῷ ἐκείνου φόνῳ φρονῶν καὶ πράττων, χαίρειν τῇ τῶν βαρβάρων ἀδελφῶν διχοστασίᾳ, ὡς καὶ μέγα τι κακὸν ἐκ τούτου τῶν Πάρθων πεισομένων. οὐ μέντοι καὶ τὰ Κελτικὰ ἔθνη, οὔθ' ἡδονὴν, οὔτε σοφίας ἢ ἀνδρείας προσποίησίν τινα ἤνεγκεν, ἀλλὰ καὶ πάνυ, καὶ ἀπατεῶνα, καὶ εὐήθη, καὶ δειλότατον αὐτὸν ἐξήλεγξεν ὄντα.

Ὅτι ὁ Ἀντωνῖνος ἐς τοὺς Ἀλβανοὺς στρατεύσας, διέταττεν εἴπου τι χωρίον ἐπιτήδειον πρὸς ἐνοίκησιν εἶδεν· ἐνταῦθα φρούριον τειχισθῆναι. καὶ ἐπωνυμίας γέ τινας τοῖς τόποις ἀφ' ἑαυτοῦ ἐπωνόμαζε, τῶν ἐπιχωρίων μὴ ἀλλοιουμένων. οἱ μὲν γὰρ ἠγνόουν, οἱ δὲ παίζειν αὐτὸν ἐδόκουν. ἐξ οὗ δὴ καταφρονήσας αὐτῶν οὐδὲ ἐκείνων ἀπέσχετο. ἀλλ' οἷς συμμαχήσων ἀφῖχθαι ἔλεγε, τούτοις τὰ τῶν πολεμιωτάτων ἔδρασε. συνεκάλεσε γὰρ τὴν ἡλικίαν αὐτῶν, ὡς καὶ μισθοφορήσουσαν· καὶ πᾶσαν ἀπὸ συνθήματος αὐτὸς τὴν ἀσπίδα ἀναδείξας ἐνεκυκλώσατο καὶ κατέκοψε, καὶ τοὺς λοιποὺς περιπέμψας ἱππέας συνέλαβε.

Ὅτι ὁ Ἀντωνῖνος Πανδίονα ἄνδρα πρότερον μὲν ἡνιόχων ὑπηρέτην γενόμενον, ἐν δὲ τῷ πολέμῳ τῷ πρὸς Ἀλαμβαννοὺς ἁρματηλατοῦντα αὐτῷ, καὶ κατὰ τοῦτο καὶ ἑταῖρον ὄντα καὶ συστρατιώτην ἐπῄνει ἐν τῇ γερουσίᾳ διὰ γραμμάτων, ὡς καὶ ἐκ κινδύνου τινὸς ἐξαισίου ὑπ' αὐτοῦ σωθείς. οὐδ' ᾐσχύνθη πλείονα ἐκείνῳ χάριν ἢ τοῖς στρατιώταις οὓς καὶ ἡμῶν ἀεὶ κρείττους εἶχεν.

Ὅτι τῶν ἐλλογιμωτάτων οὓς ἔσφαζεν ὁ Ἀντωνῖνος ἀτάφους τινὰς ῥίπτεσθαι ἐκέλευσε.

Ὅτι τὸ τοῦ Σύλλου μνημεῖον ἀναζητήσας ἐπεσκεύαζε, τῷ τε Μεσομήδει τῷ τοὺς κιθαρῳδικοὺς νόμους συγγράψαντι κενοτάφιον ἔχωσε· τῷ μὲν ὅτι καὶ κιθαρῳδεῖν ἐμάνθανεν, ἐκείνῳ δὲ, ὅτι τὴν ὠμότητα αὐτοῦ ἐζήλου.

Ὅτι τῶν Χάττων αἱ γυναῖκες καὶ τῶν Ἀλαμβαννῶν, Pag. 876.

οὐ μὴν ὅσαι γε καὶ ἑάλωσαν δουλοπρεπές τι ὑπέμειναν. ἀλλὰ πυθομένου τοῦ Ἀντωνίνου πότερόν ποτε πραθῆναι ἢ φονευθῆναι βούλονται, τοῦθ' εἵλοντο. ἔπειτα ἀπεμπωληθεῖσαι πᾶσαι μὲν αὐτὰς ἑαυτὰς, εἰσὶ δ' αἳ καὶ τὰ παιδία ἀπέκτειναν.

Ὅτι πολλοὶ καὶ τῶν πρὸς αὐτῷ τῷ ὠκεανῷ περὶ τὰς τοῦ Ἄλβιδος ἐκβολὰς οἰκούντων ἐπρεσβεύσαντο πρὸς αὐτὸν φιλίαν αἰτοῦντες, ἵνα χρήματα λάβωσιν. ἐπειδὴ γὰρ οὕτως ἐπεπράχει, συχνοὶ αὐτῷ ἐπέθεντο πολεμήσειν ἀπειλοῦντες, οἷς πᾶσι συνέθετο. καὶ γὰρ εἰ καὶ παρὰ γνώμην αὐτοῖς ἐλέγετο, ἀλλ' ὁρῶντες τοὺς χρυσοῦς ἐδουλοῦντο. ἀληθεῖς γὰρ τοὺς χρυσοῦς αὐτοῖς ἐδωρεῖτο, τοῖς δὲ δὴ Ῥωμαίοις κίβδηλον καὶ τὸ ἀργύριον, καὶ τὸ χρυσίον παρεῖχεν. τὸ μὲν γὰρ ἐκ μολίβδου καταργυρούμενον, τὸ δὲ ἐκ χαλκοῦ καταχρυσούμενον ἐσκεύαζεν.

Pag. 876. Ὅτι ὁ αὐτὸς τὰ μὲν ἄντικρυς ὡς καὶ καλὰ καὶ ἐπαίνου ἄξια, καὶ τὰ αἴσχιστα ἐφανέρου. τὰ δὲ καὶ ἄκων δι' αὐτῶν ὧν ἀντικατεσκεύαζεν ἐξέφαινεν, ὥσπερ που καὶ περὶ τῶν χρημάτων.

Ὅτι πᾶσαν μὲν τὴν γῆν πᾶσαν δὲ τὴν θάλασσαν ἐπόρθησεν ὁ Ἀντωνῖνος. καὶ οὐδὲν ὅτι τῶν ἁπάντων ἀκάκωτον κατέλιπεν.

Ibid. Ὅτι τὸν Ἀντωνῖνον ἔκφρονα καὶ παραπλῆγα αἱ τῶν πολεμίων ἐπῳδαὶ πεποιήκεσαν. ἀκούοντες γάρ τινες τῶν Ἀλαμβαννῶν ἔφασαν ὅτι μαγγανείαις τισὶν ἐπ' ἐκπλήξει τῶν φρενῶν αὐτοῦ κέχρηνται. ἐνόσει μὲν γὰρ καὶ τῷ σώματι τὰ μὲν ἐμφανέσι, τὰ δὲ καὶ ἀρρήτοις ἀρρωστήμασι. ἐνόσει δὲ καὶ τῇ ψυχῇ πικροῖς τισὶ φαντάσμασι· καὶ πολλάκις γε καὶ ἐλαύνεσθαι ὑπό τε τοῦ πατρὸς, ὑπό τε τοῦ ἀδελφοῦ ξιφήρων ἐδόκει. καὶ διὰ ταῦτα ἐψυχαγώγησε μὲν, ὅπως τινὰ ἄκεσιν αὐτῶν λάβῃ, ἄλλας τέ τινας καὶ τὴν τοῦ πατρὸς τοῦ τε Κομμόδου ψυχήν. εἶπε δ' οὐδεὶς οὐδὲν αὐτῷ πλὴν τοῦ
desunt in ms. Κομμόδου. τῷ γὰρ Σεβήρῳ καὶ ὁ Γέτας, ὥς φασι, καὶ ἄκλητος ἐφέσπετο. οὐ μὴν οὐδὲ ἐκεῖνος ἐξέφωνεν [τι μέλλον] ὠφελῆσαι αὐτὸν,

captæ fuerant, nihil ſeruile pati ſuſtinuerunt: ſed interrogatæ ab Antonino, num venumdari quàm occidi mallent, hoc prætoptarunt! poſthæc verò ſub corona venditæ cùm fuiſſent, non modò omnes ſibi manus attulerunt, ſed quædam etiam filios iugularunt.

Multi quoque ex iis gentibus quæ ad ipſum Oceanum circa Albis oſtia ſitæ ſunt, legatione ad eum miſſa pacem poſtularunt, vt aurum acciperēt. quando enim ita agere inſtituerat, innumeri eum adorti ſunt bellum minantes: quibus ille omnibus pecuniam dedit. Etſi enim quædam ipſis minus grata dicebat, tamen cùm aureos viderent, mulcebantur, ac manus dabant. quippe iis aurum purum putum donabat, cùm Romanis nonniſi adulteratum aurum & argentum præberet. ſiquidem pro argento plumbum argentea tectum bractea, pro auro æs inauratum ſupponebat.

Idem turpiſſima facinora partim propalàm quaſi pulchra ac laude digniſſima vulgabat, partim imprudens iis maximè prodebat, quæ tegendi cauſa faceret, quemadmodum in pecunia.

Terras enim ac maria omnia vaſtauit, nullúmque in orbe terrarum locum damni expertem reliquit.

hæc quidem ſub initium principatus à Nerone agebantur. Cæterùm poſtquam deliciis & diurnis comiſſationibus aſſuetus atque innutritus ipſe pro Imperatore Rempublicam agere voluit, breui imperij Romani maieſtatem atque amplitudinem & deformauit, & diminuit. inuſitatæ luxuriæ ſumptuúmque: neque eò minus facinoroſus. Namque exemplo Caij Caligulæ, calidis & frigidis lauabat vnguentis, retibúſque aureis piſcabatur, quæ blatteis funibus extrahebat. Ad poſtremum tanto ſe dedecore proſtituit, vt ſaltaret, & cantaret in ſcena citharœdico habitu & tragœdico. Sed hæc quidem quamuis maximam labem Reipublicæ afferrent, riſum tamen ac voluptatem aliquam ſpectantibus præbebant. Illud verò fœdiſſimum viſu atque grauiſſimum fuit, quod viri iuxta ac mulieres non ex plebe ſolùm aut equeſtri ordine, ſed etiam Senatorij loci, nec iuuenes modò, verùm etiam ætate affecti armis in arena pugnare, beſtias conficere, canere ac ſaltare, ac cuiuſcemodi ludibrio fœdari cogebantur. ac ne id fortè indecorum videretur, ipſe in theatrum veniebat. Itaque viſæ ſunt eo tempore celebres illæ gentes Furij, Horatij, Fabij, Porcij, atque Valerij ea de inferiore loco coacti facere, quæ ne agentes quidem alios ipſi ſpectare vnquam ſuſtinuiſſent. Ælia certè Catella, nobiliſſima ſimul ac locupletiſſima fœmina, iámque affecta ætate, vtpote quæ octageſimum annum ageret, in ſcena ſaltauit. cæteri qui præ ſenio vel morbis nihil ſeorſim pro ſe agere poterant,

per choros diſtributi canebant. Hæc porrò pudenda ſpectacula celebrabat Nero, partim ob barbam quam tum primùm poſuerat, partim ob cædem matris. Neque enim cædes interim ac ſæuitiam omiſerat, quamuis ludere videretur; ſed omnibus omninò aut virtute, aut eruditione præſtantibus viris erat infenſus. nam & maximam atque optimam partem Senatus ob futiles cauſas peremit: cùm alios ob nobilitatem, alios propter diuitias, nonnullos modeſtiæ cauſa odiſſet ac percelleret. & Muſonium ac Cornutum parum quidem abfuit quin occideret. cæterùm vrbe expulſos in exilium miſit, nullo alio crimine niſi quòd ſapientiæ artibus ac virtute præcipui eſſent. Porrò propinquorum cædibus quotidie, vt ita dicam, manus commaculabat. Nam & Britannicum fratrem primùm quidem ſtupro polluit, deinde inter cœnandum veneno ſuſtulit. adeò vt tantum facinus non modò audiretur ab omnibus, ſed etiam conſpiceretur. quippe cadauer Britannici totum liuore ſuffuſum erat, & oculi eiuſdem aperti atque extantes, ipſos quodammodo Deos ad vindicandam cædem inuocare videbantur. Deinde vxorem Octauiam, cuius maximè beneficio ad imperium peruenerat, initio quidem repudiauit, poſtmodum verò etiam occidit. Vagabatur autem noctu per vrbem comiſſabundus, & mulieribus atque adoleſcentib. turpiter illudebat, obuium quemque ſpolians, cædens, vulnerans, perimens. atque ipſe quidem latere ſe exiſtimabat, cùm alienis veſtibus vteretur. & ingenuorum hominum vxores contumelioſè violabat. virginibus perinde ac proſtibulis ipſe cum comitib. ſuis illudebat. At Agrippina interim in Senatum venire, legationibus reſponſa dare, literas ciuitatibus ac præſidibus & regibus mittere. quod quidem eatenus ab illa præſtitum eſt, donec Nero Sabinam duxit vxorem. tunc enim à Nerone nefariè trucidata eſt. cuius parricidij cauſam fuiſſe Sabinam ferunt, mulierem domo nobili. quam Nero amore captus, primùm quidē à viro Pub. Criſpino per vim abduxerat:

ᾖδον κατὰ χορούς ἱστάμενοι· ἐπετέλει δὲ ταύτας τὰς ἐκθέσμους θέας ἐπί τε τῷ γενείῳ τῷ πρῶτον ψιλωθέντι, καὶ ἐπὶ τῷ τῆς μητρὸς φόνῳ· ἀπολελοίπει γὰρ αὐτὸν οὐδὲ τὸ φονικόν τε καὶ ἀπηνές, καίτοι γε παίζειν δοκοῦντα. ἀλλ' οὐ μὲν καθάπαξ τοῖς ἀγαθοῖς τε καὶ πεπαιδευμένοις ἔσκωπτε. τὸ δὲ πλεῖστον καὶ κράτιστον ἐπὶ παραλόγοις αἰτίαις ἀπολωλέκει τῆς βουλῆς μέρος, τοὺς μὲν ὅτι εὐγενεῖς, τοὺς δὲ ὅτι περιουσίας ἔχοντας, τοὺς δὲ ὅτι σώφρονες ἦσαν μισῶν τε καὶ κολάζων. Μουσώνιον τε καὶ Κορνοῦτον μίκρου μὲν ἐδέησεν ἀποκτεῖναι, τῆς δὲ Ῥώμης ἐξήλασεν Dio pag: 714.&715.
ἄλλο μὲν οὐδὲν ἐπικαλῶν, ὅτι δὲ σοφοὶ καὶ ἄριστοι βίον ἐγενέσθην. συχνενῶν τε φόνοις ἑκάστης, ὡς εἰπεῖν, ἐμιαίνετο τῆς ἡμέρας. τόν τε γὰρ Βρεττανικὸν ἀδελφὸν οἱ εἶναι δοκοῦντα, πρῶτα μὲν εἰς τὴν ὥραν ἀσελγῶς ὕβρισεν, ἔπειτα δὲ παρὰ δεῖπνον δη- Dio. 693.
λητηρίῳ φαρμάκῳ διέφθειρεν· ὡς δεινὸν μὴ μόνον ἀκούεσθαι ἀλλὰ καὶ ὁρᾶσθαι. πελιδνὸς γὰρ ὅλος ἐγένετο, καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ἀνεῳγμένοι καὶ τοὺς ἐφόρους πρὸς τιμωρίαν καλοῦντες· καὶ τὴν ἑαυτοῦ γαμετὴν Ὀκταβίαν δι' ἣν εἰς τὴν ἀρχὴν οὐχ ἥκιστα παρεληλύθει, πρῶτον μὲν ἀπεπέμψατο, ἔπειτα καὶ ἀπέκτεινε. καὶ ἐν νυκτὶ ἐκώμαζε κατὰ πᾶσαν πόλιν, ὑβρίζων τὰς γυναῖκας καὶ ἀσελγαίνων εἰς τὰ μειράκια, ἀποδύων τε τοὺς ἀπαντῶντας, παίων, τιτρώσκων, φονεύων· καὶ ἐδόκει λανθάνειν ἀλλοτρίαις ἐσθῆσι χρώμενος. τάς τε τῶν ἐλευθέρων γυναῖκας ἐξ ἐπηρείας ὑβρίζων, καὶ ταῖς παρθένοις ὡς καὶ ἑταιρίσιν μετὰ τῶν φίλων χρώμενος. ἡ δὲ Αγριππίνη ἔς τε τὰ συνέδρια ἐφοίτα, ταῖς Pag. 690.
τε πρεσβείαις ἐχρημάτιζε. καὶ ἐπιστολὰς δήμοις καὶ ἄρχουσι, καὶ βασιλεῦσιν ἐπέστελλεν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἡ Αγριππίνη ἔπραττεν, ἄχρις οὗ ὁ Νέρων τὴν Σαβῖναν ἠγάγετο. τότε γὰρ καὶ τὴν μητέρα ἐφόνευσεν. αἰτίαν δὲ τῆς ἀνοσιουργίας τῆσδε γεγενῆσθαι Σαβῖναν γυναῖκα γένους ἐπιφανοῦς· ἧς ἐρασθεὶς ὁ Νέρων πρῶτον μὲν αὐτὴν πρὸς βίαν τοῦ ἀνδρὸς Ποπλίου ἀπήγαγεν.

ἔπειτα σὺν ταῖς παλλακίσι ζῆν ἔτι οὐκ ἀνασχόμενος, ἀλλὰ γαμετὴν ποιήσασθαι διεγνωκὼς, τὴν μὲν Ἀγριππίνης ἀφαιρεῖται τιμὴν, Αὐγοῦσταν δὲ τὴν Σαβῖναν ἀποδείκνυσιν. ὡς ἐκ τούτου ἀνόσιόν τι καὶ μιαρώτατον ἔργον τὴν μητέρα αὐτοῦ μελετῆσαι. ὥσπερ γὰρ τὸν θεῖον αὐτῆς τὸν Κλαύδιον εἰς ἔρωτα φαρμακείαις εἰσήγαγεν, οὕτω καὶ τὸν ἑαυτῆς παῖδα πρὸς τὴν τοιαύτην δυσσέβειαν παρέτρεψεν. ἀλλ' ὅμως καὶ μετὰ τὰς τοιαύτας πράξεις διαβληθεῖσα μὲν οἱ πρὸς τῆς Σαβίνης, Ἀνικήτῳ τινὶ τῶν σωματοφυλάκων πρὸς διαφθορὰν ἐξέδοτο. οὗ γενομένου ἔγνω τε ἐκείνη καὶ ἀνεπήδησεν ἐκ τῆς κλίνης, τήν τε ἐσθῆτα περιερρήξατο· καὶ τὴν γαστέρα γυμνώσασα παῖε, ἔφη, ταύτην Ἀνίκητε, ὅτι Νέρωνα ἔτεκεν· καὶ τὰς πλείστας μιαρίας περιεγράψαμεν ἐκ τῆς ἱστορίας Δίωνος, περί τε τῆς μητροκτονίας, καὶ τοῦ Σπόρου τοῦ ἐρωμένου, καὶ τῶν λοιπῶν.

Ὅτι διὰ τὸ μῖσος τὸ πρὸς Νέρωνα πολλοὶ τὰς φλέβας ἀποτέμνοντες διεφθείροντο.

Ὅτι Ὄθων ὁ μετὰ Γάλβαν βασιλεύσας γονεῦσι ἀσήμου καὶ ἀφανοῦς ὢν, καὶ τὸν ἔμπροσθεν βίον ἐξίτηλός τις, καὶ τῷ Νέρωνι κατὰ τὸ τῆς ἐκδιαιτήσεως ὁμοιότροπον οἰκειότατος. ἔν γε μὴν τῇ βασιλείᾳ τὸν σύνηθη τοῦ βίου μετελθεῖν τρόπον οὐχ ἱκανὸς γέγονε, πολέμων αὐτῷ χαλεπῶν εὐθὺς ἐκραγέντων.

Ὅτι Βιτέλλιος βασιλεύσας τραχέως τε καὶ λίαν ἀπαθῶς ἡγεῖτο. καὶ πολὺ ἄγος ἀναδεδεγμένος ἔν τε τοῖς ἄλλοις τοῖς κατὰ τὸν βίον, καὶ οὐχ ἥκιστα τῆς γαστρὸς ἀκρατῶς τε καὶ ἀκορέστως ἔχων. πολλάκις γὰρ οὐ μόνον τῆς ἡμέρας ἀλλὰ καὶ τῆς νυκτὸς ἐσιτοποιεῖτο, καὶ παρὰ τὰς τῶν δείπνων παρασκευὰς τὰ πολυτελῆ τῶν δημοσίων ἀπετρώγετο. δέκα γὰρ δὴ μυριάδας σταθμοῦ ἀργυρίου ἐπὶ δισχιλίαις καὶ πεντακοσίαις ἐς τὰ δεῖπνα δεδαπανηκέναι ἱστόρηται, συνεχῶς μὲν καὶ ἀπλήστως ἐμφορούμενος, συνεχῶς δὲ ἅπαντα ἐξερευγόμενός τε καὶ ἐξεμῶν. ᾧ δὴ καὶ μόνῳ διε-

deinde verò cùm inter pellices habere haudquaquam ſuſtineret, ſed vxorem ducere conſtituiſſet, Agrippinæ quidem faſtigium minuit, Sabinam autem Auguſtam renuntiauit. qua ex cauſa impium ac deteſtandum facinus molita eſt Agrippina. Nam quemadmodum patruum ſuum Claudium præſtigiis quibuſdam atque illecebris in amorem ſui pertraxerat, ſic & filium Neronem ad idem ſcelus perlicuit. Sed nihilo minus Nero criminationibus Sabinæ impulſus, Aniceto cuidam ex ſtipatoribus cædem eius mandauit. Quod cùm cognouiſſet Agrippina, ſtatim è lecto exiliens, veſtéque diſciſſa, ac nudato ventre, Hunc feri, inquit, Anicete, qui Neronem peperit. Hæc atque alia Neronis ſcelera ex libris Dionis exſcripſimus.

Propter odium in Neronem, multi inciſis venis mortem ſibi conſciſcebant.

Otho, occiſo Galba, inuaſit imperium, genere ignobili atque obſcuro. in priuata vita mollis, ac Neroni ob ſimilitudinem luxuriæ acceptiſſimus. in imperio documentum ſui non potuit oſtendere, grauiſſimis bellis ſtatim aduerſus eum coortis.

Vitellius cum ſummo dedecore imperauit, & graui ſæuitia. notabilis præcipuè ingluuie & voracitate. quippe qui maximam diei noctiſque partem epulando conſumeret, atque in apparatu conuiuiorum publicam pecuniam diſſiparet: tempore enim principatus ſui nouies millies ſeſtertium abliguriſſe dicitur, aſſiduè cibos ingerens, eoſdémque vomitans ac regerens. qua vna re ipſe quidem ab omni moleſtia libe-

rabatur, cùm reliqui eius compotores peſſimè haberent. Quorum ex numero Vibius Criſpus, cùm ob valetudinem aliquamdiu à conuiuio abfuiſſet, non inuenuſtè dixit, ſe niſi ægrotauiſſet, omninò fuiſſe periturum. notiſſima certè cœna memoriæ mandata eſt, quam ei Vitellius frater exhibuit, in qua ſuper cæteros ſumptus, duo millia piſcium, ſeptem auium appoſita traduntur. Laudabat porrò inprimis ac probabat Neronis mores, adeò vt etiam eius reliquias, quæ humiliter ſepultæ fuerant, honoraret.

Fuit Veſpaſianus placidiſſimæ lenitatis, vt qui maieſtatis contra ſe reos non facilè puniret vltra exilij pœnam. Offenſarum & inimicitiarum immemor. Conuicia à cauſidicis & popularibus in ſe dicta leniter ferebat. Comis præterea atque aditu facilis, vt plurimùm degebat extra palatium.

Huic Titus ſucceſſit, vir omnium virtutum genere mirabilis, adeò vt amor & deliciæ humani generis diceretur. Facundiſſimus, bellicoſiſſimus, moderatiſſimus. Cauſas Latinè egit. poëmata & tragœdias Græcè compoſuit.

Expugnatis Hieroſolymis, vndique ex Syria atque Ægypto ac finitimis Palæſtinæ regionibus legati ad Titum miſſi ſunt; qui cùm ei coronas aureas offerrent, ac victorem appellarent, Titus coronas repulit. non enim ſe ea perfeciſſe aiebat, ſed Deo Iudæis infenſo manus tantùm commodauiſſe. tantæ moderationis erat ac verecundiæ.

Domitianus mox accepit imperium, frater Titi iunior. Neroni aut Caligulæ aut Tiberio ſimilior, quàm patri

γίνετο. ἐπεὶ οἵ γε σύσσιτοι αὐτοῦ καὶ πάνυ κακῶς εἶχον. Βέβιος γοῦν Κρίσπος διὰ νόσον χρόνου τινὸς ἀπολειφθεὶς τοῦ συσσιτίου μάλα στωμύλως ἔφη, εἰ μὴ ἐνενοσήκειν ἀπολώλειν ἄν. ἐς τόδε [γοῦν καὶ τὸ παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ] δεῖπνον τοῦ Βιτελλίου ἐπίσημον γεγονὸς διαμνημονεύεται· καθ' ὅ φασι δίχα τῆς λοιπῆς πολυτελείας δισχιλίους μὲν ἰχθῦς, ἑπτακισχιλίους δὲ ὄρνεις ἐπὶ τῆς θοίνης παρενεχθῆναι. ἐπῄνει δὲ καὶ τὰ Νέρωνος, καὶ τὸν νεκρὸν τοῦ Νέρωνος ἐς κοῖλόν τινα καὶ ἀφανῆ τάφον κατακείμενον ἀπεσέμνυνεν.

Ὅτι Βεσπασιανὸς οὕτως ἦν ἤπιος καὶ προσηνής, ὡς μηδὲ τὰς εἰς αὐτόν τε καὶ τὴν βασιλείαν γινομένας ἁμαρτίας πέρα τιμωρεῖσθαι φυγῆς. τάς τε γὰρ ἀπεχθείας καὶ τὰ προσκρούματα τῆς διανοίας ταχέως ἀπεσείετο, καὶ σκώμματα ῥητόρων, ὑφ' ὧν ἠφίετο καὶ δήμων ἐς αὐτὸν ἀπορριπτόμενα κρύφως τε καὶ γαληνῶς ἔφερεν. ἔς τε τὰς ἐντεύξεις κοινὸς καὶ δημοτικὸς ὤν, ἀπεσκιώου μὲν ὡς τὰ πολλὰ τῶν βασιλείων.

Ὅτι Τίτος Οὐεσπασιανοῦ υἱὸς ἀνὴρ ἦν πολὺ ἀρετῆς συνειληφὼς γένος, ὡς πρὸς ἁπάντων ἔρως τε καὶ τρυφὴ τοῦ θνητοῦ προσαγορευθῆναι γένους. εὐγλωττότατός τε γὰρ καὶ πολεμικώτατος, καὶ μετριώτατος ἦν, καὶ τῇ μὲν Λατίνων ἐπιχωρίῳ γλώττῃ πρὸς τὰς τῶν κοινῶν ἐχρῆτο διοικήσεις, ποιήματα δὲ καὶ τραγῳδίας Ἑλλάδι φωνῇ διεπονεῖτο.

Ὅτι ἐπεὶ ᾑρήκει τὰ Ἱεροσόλυμα ὁ Τίτος, Συρία τε πᾶσα καὶ Αἴγυπτος καὶ ὅσα τῇ Παλαιστίνῃ πρόσοικα γένη ἐστεφάνουν τὸν ἄνδρα νικητὴν ἀποκαλοῦντες. ὁ δὲ διωθεῖτο τοὺς στεφάνους, οὐκ αὐτὸς λέγων εἰργάσθαι ταῦτα, θεῷ δὲ φήναντι ὀργὴν ἐπιδεδωκέναι τὰς ἑαυτοῦ χεῖρας. οὕτως ἦν μέτριος καὶ σωφροσύνης μεστός.

Ὅτι Δομετιανὸς ὁ βασιλεὺς Ῥωμαίων ἀδελφὸς Τίτου νεώτερος, Νέρωνι καὶ Καλιγούλᾳ καὶ Τιβερίῳ τοῖς αἴσχιστα καὶ φαυλότατα προστᾶσι τῆς ἡγεμονίας ὑπὲρ τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἀδελφῷ

προσεοικὼς τὸν τρόπον. μετρίοις γὰρ δὴ τῆς ἀρχῆς προοιμίοις χρησάμενος, εὐθὺς εἰς πλείονά τε καὶ ἄτοπα τῆς γνώμης ἐκπίπτει μειονεκτήματα. πλεονεξίαν τε νοσῶν ἄμετρον καὶ ἀσέλγειαν, θυμοῦ τε ἀκρατὴς ὢν καὶ ἀπαραίτητος ἐν ταῖς κολάσεσι, φιλαπεχθήμων τε καὶ φιλάργυρος εἴ καί τις ἕτερος. ταχέως γοῦν πρὸς ἁπάντων μῖσος ἐφειλκύσατο, ὥς τό τε τοῦ ἀδελφοῦ καὶ πατρὸς ἀποσβέσαι κλέος. σφαγαῖς τε γὰρ τῶν ἐπισήμων τῆς βουλῆς ἑκάστης ἡμέρας ἐμίαινε τὴν πόλιν. τάς τε ἴσας τοῖς κρείττοσι μεταδιώκων τιμὰς, οὐχ ὑπέμενεν ἑτέρων αὐτοῦ γίνεσθαι κατὰ τὸ Καπιτώλιον ἀνδριάντων στάσιν ἢ ἐκ χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου πεποιημένων. ἀπείχετο δὲ οὐδὲ τοῦ τῶν συγγενῶν φόνου· ἀλλ' ἐπὶ πάντας τοὺς ἀφ' αἵματος τὴν ἀνοσίαν ἤγαγε δεξιὰν, οὔτε θεοὺς ὁμογνίους, οὔτε δίκην αἰδούμενος, ἀλλ' ὁμοῦ τά τε θεῖα παραφρονῶν καὶ τὰ ἀνθρώπινα.

Ὅτι Τραϊανὸς τοῖς Χριστιανοῖς ἀνακωχήν τινα τῆς τιμωρίας παρέσχεν. οἱ γὰρ κατὰ καιρὸν ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων τὰς ἀρχὰς ὠνούμενοι, πρὸς θεραπείαν τῶν τότε βασιλέων διαφόροις ἐπῆγον τοῖς Χριστιανοῖς κολάσεις. ὅθεν καὶ Τιβεριανὸς ἡγεμονεύων τοῦ πρώτου Παλαιστινῶν ἔθνους ἀνήγαγεν αὐτῷ λέγων, ὡς οὐκ ἐπαρκεῖ λοιπὸν τοὺς Χριστιανοὺς φονεύειν, ἐκείνων αὐτομάτως ἐπεισαγόντων ἑαυτοὺς τῇ κολάσει. ἐντεῦθεν ὁ Τραϊανὸς πᾶσιν ἅμα τοῖς ὑπ' αὐτὸν ἀπηγόρευσε τοῦ τιμωρεῖσθαι τούτους.

Ὅτι Ἀδριανὸς ἦν ἡδὺς μὲν ἐντυχεῖν· καὶ ἐπήνθει τις αὐτῷ χάρις· τῇ τε Λατίνων καὶ Ἑλλήνων ἄριστα γλώττῃ χρώμενος. οὐ μὴν ἐπὶ πρᾳότητι τρόπων ἐθαυμάζετο· περί τε τὴν τῶν δημοσίων χρημάτων ἐσπουδακὼς ἄθροισιν.

Ὅτι Ἀντωνῖνος ὁ βασιλεὺς ἄριστος ἦν, καὶ μάλιστα Νουμᾷ κατὰ τὸ τῆς ἡγεμονίας ὁμοιότροπον ἄξιος παραβάλλεσθαι, καθάπερ δὴ Ῥωμύλῳ Τραϊανὸς ἐνομίσθη παραπλήσιος. τόν τε γὰρ ἰδιώτην ὁ Ἀντωνῖνος ἄριστα καὶ ἐντιμότατα διετέλεσε βίον,

aut fratri ſuo. primis tamen annis moderatus in imperio fuit. mox ad ingentia vitia progreſſus libidinis, iracundiæ, crudelitatis, auaritiæ, tantum in ſe odium concitauit, vt merita & fratris & patris aboleret. Interfecit nobiliſſimos ex Senatu. Dominum ſe & Deum primus appellari iuſſit. nullam ſibi niſi auream & argenteam ſtatuam in Capitolio poni paſſus eſt: ſed neque à proximorum cædibus ſceleſtas manus abſtinuit. cunctos enim cognatione ſibi coniunctos è medio ſuſtulit, nec cognationis iura, nec Deorum iuſtitiam veritus, ſed omnis diuini humanique iuris ex æquo contemptor.

Traianus inducias quaſdam tormentorum Chriſtianis præbuit. Præſides enim qui prouincias imperij Romani adminiſtrabant, cùm Imperatorum gratiam demereri ſtuderent, Chriſtianos omni ſuppliciorum genere vexabant. vnde & Tiberianus Præſes primæ Palæſtinæ miſſâ ad Traianum epiſtolâ inſinuauit, ſe deinceps non ſufficere puniendis Chriſtianis: quippe qui vltrò ſemetipſi ad ſupplicium offerrent. Itaque Traianus omnibus prouinciarum Præſidibus interdixit ne Chriſtianos poſthac punirent.

Hadrianus Auguſtus erat aditu facilis ac blandus, non ſine lepore quodam & venuſtate. facundiſſimus Latino ſermone, Græco eruditiſſimus fuit. Non magnam clementiæ gloriam habuit. diligentiſſimus tamen circa ærarium.

Hadriano ſucceſſit Antoninus vir inſignis, & qui meritò Numæ Pōpilio conferatur, ita vt Romulo Traianus æquatur. Vixit ingenti moderatione priuatus, maiori

in imperio. nulli acerbus, cunctis benignus. in re militari moderatâ gloriâ, defendere magis prouincias quàm amplificare ſtudens; viros iuſtiſſimos ad adminiſtrandam Rempublicam quærens, bonis honorem habens, improbos ſine aliqua acerbitate deteſtans. exteris venerabilis non minus quàm ſuis, adeò vt barbarorum plurimi poſitis armis ad eum controuerſias ſuas liteſque deferrent, ſententiæque eius parerent. Hic ante imperium ditiſſimus, opes quidem ſuas ſtipendiis militum, & erga amicos liberalitatibus minuit. verùm ærarium opulentum reliquit, primúſque Imperatorum Pius propter clementiam dictus eſt.

Poſt eum Marcus Antoninus ſolus Rempublicam tenuit. vir quem mirari facilius quis quàm laudare poſſit. à principio vitæ tranquilliſſimus, adeò vt ab infantia quoque vultum nec ex gaudio, nec ex mœrore mutauerit. Philoſophiæ deditus Stoïcæ. ipſe etiam non ſolùm vitæ moribus, ſed etiam eruditione philoſophus. tantæ admirationis adhuc iuuenis, vt eum ſucceſſorem parauerit Hadrianus relinquere. adoptato tamen Antonino Pio generum ei idcircò eſſe voluerit,

καὶ κατὰ τὴν ἡγεμονίαν ἀμείνων ἔδοξεν εἶναι καὶ σωφρονέστερος· οὐδενὶ τραχὺς οὐδὲ φορτικὸς, ἀλλὰ πρὸς ἅπαντας χρηστός τε καὶ ἤπιος ὤν. ἔν γε μὴν τοῖς πολεμικοῖς τὴν ἀπὸ τοῦ δικαίου μᾶλλον ἢ τοῦ κερδαλέου δόξαν θηρώμενος. φυλάττειν ὅρους ἤπερ εἰς μέγεθος ἐκφέρειν τοὺς τῆς ἀρχῆς ἐγίνωσκεν. ἄνδρας, ὡς ἔνι μάλιστα πλείστην τοῦ δικαίου ποιουμένους ἐπιμέλειαν, ταῖς τῶν δημοσίων ἐφιστὰς διοικήσεσι. τοὺς μὲν ἀγαθοὺς τῶν ἡγεμόνων ταῖς παρ' αὐτοῦ τιμαῖς ἀμειβόμενος, τούς γε μὴν φαύλους δίχα τινὸς τραχύτητος τῶν κοινῶν ἀπελαύνων πραγμάτων. οὐκοῦν ὑπὸ τῶν οἰκείων μόνον ἀλλ' ἤδη καὶ πρὸς τῶν *ἀλλοφύλων ἄλλων mſ. ἐθαυμάζετο· ὡς τῶν προσοίκων τινὰς βαρβάρων τὰ ὅπλα καταθεμένους, ἐπιτρέποντάς τε τῷ βασιλεῖ τὰς δίκας διαλύεσθαι ταῖς ἐκείνου ψήφοις. αὐτὸς δὲ παρὰ τὸν ἰδιώτην βίον πολύ τι πλῆθος χρημάτων κεκτημένος, ἐπειδὴ παρῆλθεν εἰς τὴν ἡγεμονίαν, τὴν μὲν ἑαυτοῦ περιουσίαν εἴς τε τῶν στρατιωτῶν καὶ τῶν φίλων ἀπανάλωσε δωρεάς· τῷ δὲ δημοσίῳ θησαυρῷ πλῆθος παντοδαπῶν ἀπέλιπε χρημάτων· τήν τε τοῦ εὐσεβοῦς ἐπίκλησιν πρῶτος ἁπάντων τῶν αὐτοκρατόρων ἐκ τῆς τοῦ ἤθους ἁπλότητος ἀπηνέγκατο.

Ὅτι Μάρκος ἀνὴρ ὃν ἐκπλήττεσθαι σιωπῇ μᾶλλον ἢ ἐπαινεῖν ῥᾴδιον, οὐδενὸς λόγου τὰς τοῦ ἀνδρὸς ἀρετὰς ἐξισουμένου. ἐκ πρώτης γὰρ τῆς ἡλικίας εὐσταθῆ τε καὶ ἡσύχιον βίον προσησάμενος, οὔτε κατὰ δέος, οὔτε καθ' ἡδονὴν τραπεὶς τὸ πρόσωπον ὤφθη πώποτε. ἐπῄνει δὲ τῶν φιλοσόφων τοὺς ἀπὸ τῆς στοᾶς. καὶ ἦν ἄρα ἐκείνων μιμητὴς, οὐ μόνον κατὰ τὴν τῶν διαιτημάτων ἐπίδοσιν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν τῶν μαθημάτων σύλληψιν. οὕτω γοῦν ἐκ νέας κομιδῆ τῆς ἡλικίας *ἐξέλαμψεν, ὡς πολ- πεν mſ. λάκις τὸν Ἀδριανὸν ἐπὶ τούτῳ ἐθελῆσαι τὸν τῆς βασιλείας ἀγαγεῖν κλῆρον. ἐπεὶ δὲ ἔφθασε τὸν εὐσεβῆ πρότερον κατὰ νόμον παῖδα ποιησάμενος, ἐκείνῳ μὲν τὴν ἑαυτοῦ διαδοχὴν ἐφύλαξε.

τοῦτον δὲ συνοικεῖν ἔγνω διὰ τῆς ἐπιγαμίας τῷ εὐσεβεῖ, ὡς ἂν κατὰ τὴν τοῦ γένους διαδοχὴν ἐς τὴν ἡγεμονίαν παρέλθοι. τόν τε γοῦν ἰδιώτην βίον ἐν ἰσηγορίᾳ τοῖς πολλοῖς Ῥωμαίοις ἐβίω, οὐδὲν τῇ ἐσποιήσει τοῦ βασιλείου γένους ἀλλοιωθείς. καὶ ἐπεὶ παρῆλθεν εἰς τὴν ἡγεμονίαν, κατὰ μοναρχίαν ἐξηγούμενος, καὶ τὴν ἄκραν δυναστείαν καρπούμενος, πρὸς οὐδεμίαν ἀλαζονείαν ὑπήχθη πώποτε. ἀλλ' ἦν ἐλευθέριος μὲν καὶ δαψιλὴς ἐν τοῖς εὐεργετήμασιν, ἀγαθὸς δὲ καὶ μέτριος ἐν ταῖς τῶν ἐθνῶν διοικήσεσιν.

Ὅτι ὁ Κόμοδος ὑπό τινος τύχης ἐλαυνόμενος ἐς τοσοῦτον μανίας καὶ παροινίας προυχώρησεν, ὡς τὴν ἰδίαν προσηγορίαν παραιτήσασθαι, Ἡρακλέα τε καὶ Διὸς υἱὸν ὀνομάζεσθαι, τούς τε μῆνας ἀφ' ἑαυτοῦ φέρειν τὴν προσηγορίαν προσέταξεν οὕτως. Ἀμαζόνιος, Κόμοδος, Αὔγουστος, Ἡράκλειος, Ῥωμαῖος, ὑπεραίρων, ἀνίκητος, εὐσεβὴς, εὐτυχὴς, Λούκιος, Αἴλιος, Αὐρήλιος· ἀποδυσάμενός τε τὸ Ῥωμαίων σχῆμα, λεοντῆν ὑπεστρώννυτο καὶ ῥόπαλον ἐπεφέρετο. οὕτω τε θηρίοις καὶ ἀνθρώποις δημοσίᾳ ἐμονομάχει, εὐστόχως τε κατὰ τὸ ἀληθὲς ἀκοντίζων, καὶ παρὰ πάντων, ὡς εἰπεῖν, θαυμαζόμενος. ἐπειδὴ δὲ εἰς πολλὴν μιαιφονίαν ἐτράπη, πάντας ἀφειδῶς τοὺς ἀθλίους καὶ λελωβημένους ἄνδρας εἰς τὸ θέατρον συναγαγὼν, δρακοντοειδῆ τέ τινα περιθεὶς ἐκ τῶν γονάτων ὑφάσματα, ὡς γίγαντας τῷ ῥοπάλῳ κατειργάσατο. καθεύδων δὲ ἐν τοῖς μονομαχείοις, ἐκεῖθεν ἐς τὰς πανηγύρεις καὶ ἑορτὰς πρὸς τῆς συγκλήτου βουλῆς ὑπαντώμενος, ἐκ πάντων μὲν κακῶς διεβάλλετο· ὥστε καὶ τὴν Μαρκίαν ἣν εἶχε τῶν παλλακῶν τιμιωτάτην καταγνῶναι αὐτοῦ καὶ ἀπαγορεῦσαι τοῖς πραττομένοις. πολλοὶ δὲ καὶ ἄλλοι ἱκέτευον αὐτὸν μηδὲν ἀνάξιον τῆς βασιλείας ποιεῖν.

Ὅτι Ἰουλιανὸς ὁ ὕπατος ὁ ὠνησάμενος τὴν βασιλείαν ἐπεὶ παρῆλθεν εἰς τὴν ἀρχὴν, εὐθέως τρυφαῖς καὶ κραιπάλαις ἐσχόλαζε, τῇ μὲν τῶν δημοσίων ἐπιμελείᾳ ῥαθύμως προσφέ-

vt hoc ordine ad imperium perueniret. Hic cum omnibus Romæ æquo iure egit, ad nullam inſolentiam elatus imperij faſtigio, liberalitatis promptiſſimæ, prouincias ingenti benignitate & moderatione tractauit.

L. Antoninus Commodus furore quodam agitatus, eò dementiæ ſimul atque inſolentiæ progreſſus eſt, vt ſpreto nomine ſuo Herculem ſe ac Iouis filium appellaret. Menſes quoque omnes de nomine ſuo vocari iuberet in hunc modum. Amazonius, Commodus, Auguſtus, Herculeus, Romanus, Exuperatorius, Inuictus, Pius, Felix, Lucius, Ælius, Aurelius. Sed & depoſito cultu Romano ac regio, leonis exuuiis vice ſtragulæ veſtis vtebatur, & clauam geſtabat, atque ita contra beſtias, aut cum gladiatoribus pugnabat. eximia quidem in iaculando dexteritate, adeò vt omnibus admirationi eſſet. Sed poſtquam ad cædes & crudelitatem conuerſus eſt, cunctos qui in vrbe eſſent mutilos ac debiles in theatrum conductos, cùm textiles quaſdam lacinias Draconum caudis perſimiles ex eorum genibus demiſiſſet, perinde ac gigantas clauâ percuſſos interemit. Pernoctare quidem ſtatuerat in ludo gladiatorio, atque inde ad ſacrificium Calendis Ianuariis procedere occurrente ei Senatu. qua ex re magnam inuidiam contraxit, adeò vt Marcia, quam ex pellicibus ſummo in honore habebat, id conſilium improbaret penitùs ac damnaret. Sed & cæteri Commodum orabant, ne quid indignum maieſtate imperij Romani admittere vellet.

Enimverò Iulianus imperium adeptus, deliciis ſtatim & crapulæ ſe dedere, ac leui & propè nulla Reipublicæ cura vitam molliſſimam luxúque diffluentem

traducere. Sed & fefelliſſe militum ſpem manifeſtò deprehendebatur. nam neque domi tantæ ei ſuppetebant pecuniæ, quantas iactauerat. & opes ærarij exhauſtæ erant omnes à Commodo. quam ob cauſam & milites indignabantur, & plebs in theatris illum deſpectui habebat.

Erat Seuerus genere Afer, vir in gerendis negotiis gnauus ac vehemens. victu duro atque aſpero aſſuetus, & qui labores facilè toleraret: promptus in excogitandis, acer in perficiendis rebus.

Seuerus ſimul atque Romam ingreſſus eſt, Albini amicos in Senatu accuſare cœpit, prolatis eorum epiſtolis aliiſque argumentis. cúmque aliis alia crimina obijceret, eo pacto eximium quemque è Senatu, tum vt quiſque in prouinciis genere aut opibus excelleret, interfecit. Flagrabat autem immodica quadam auri cupidine, adeò vt in illo auaritia fortitudinem ſuperaret.

Imperante Antonino Seueri filio, præter cætera mala atque innumeras cædes, milites accepta rapiendi vimque inferendi poteſtate, nullo adhibito diſcrimine obuium quemque obtruncarunt. His actis Antoninus ſtimulante malorum facinorum conſcientia, vitámque vrbanam peroſus ſtatuit Roma excedere, vt & milites ordinaret, & prouincias inuiſeret. Igitur Italiâ relictâ cùm ad Danubij ripas perueniſſet, adeò Germanos illic agentes ſibi adiunxit, vt ex iis auxiliares ac corporis-cuſtodes conſcriberet. Sæpè etiam Romano cultu depoſito, veſtem Germanicam induebat. Quibus læti barbari mirificè eum diligere, gaudere etiam miles Romanus, eúmque iuxtà amare. quippe qui comis eſſet ac popularis, ſeque libentius commilitonem vocari quàm principem ferret. Poſtquam verò Macedoniam ingreſſus eſt, repentè Alexandri

ῥεόμενος, εἰς δὲ τὸ ἁβροδίαιτον ἐπιδιδοὺς ἑαυτόν. διέσωσε δὲ καὶ τοὺς στρατιώτας ψευσάμενος. οὔτε γὰρ οἴκοθεν ἦν αὐτῷ τοσαῦτα χρήματα, καὶ οἱ δημόσιοι θησαυροὶ ἐκεκένωντο ὑπὸ Κομόδου. ἐκ ταύτης τῆς αἰτίας οἵ τε στρατιῶται ἠγανάκτουν, καὶ ὁ δῆμος ἐν ταῖς θεάτροις ἐν καταφρονήσει αὐτὸν ἐποίει.

Οὗτος ὁ Σεβῆρος τὸ μὲν γένος ἦν Λίβυς, ἐς δὲ πραγμάτων διοίκησιν γενναῖος ἅμα καὶ θυμοειδής, σκληρῷ τε βίῳ καὶ τραχεῖ ἐνεθισμένος, πόνοις τε ἀνέχων ῥᾷστα, νοῆσαί τε ταχὺς καὶ τὸ νοηθὲν ἐπιτελέσαι ὀξύς.

Ὅτι Σεβῆρος μετὰ τὸ εἰσελθεῖν εἰς τὰ βασίλεια, τῶν Ἀλβίνου φίλων ἐπὶ τῆς συγκλήτου κατηγόρει, γράμματά τε αὐτῶν καὶ ἐλέγχους προσέφερεν· ἄλλας τε ἄλλοις ἐπιφέρων αἰτίας, πάντας τοὺς ἐξέχοντας τότε τῆς συγκλήτου, καὶ τῶν κατὰ ἔθνη πλούτῳ τε καὶ γένει ὑπερέχοντας διέφθειρε. πάνυ δὲ ἦν αὐτῷ καὶ τὸ φιλόχρυσον, ὡς ὑπερβάλλειν τὰ πλεονεκτήματα τῆς ἀνδρείας.

Ὅτι ἐπὶ Ἀντωνίνου τοῦ υἱοῦ Σεβήρου πρὸς τοῖς ἄλλοις κακοῖς καὶ ταῖς μιαιφονίαις, καὶ οἱ στρατιῶται τοῦ βιάζεσθαί τε καὶ ἁρπάζειν λαβόντες ἐξουσίαν, οὐκέτι κατ᾽ οὐδὲν διεκρίνοντο· τοιαῦτα δὲ πράττων, ὑπό τε τῶν ἔργων ἐλαυνόμενος, καὶ πρὸς τὴν ἐν τῇ πόλει διατριβὴν ἀπεχθῶς ἔχων ἀπεδήμει τῆς Ῥώμης, ὡς δὴ καὶ τὰ στρατόπεδα διοικήσων καὶ τὰ ἔθνη ἐποψόμενος. ἐπεὶ δὲ τὸν Ἴστρον κατέλαβε, καὶ τοὺς ἐκεῖσε Γερμανοὺς ἐφιλοποιήσατο, ὡς καὶ συμμάχους παρ᾽ αὐτῶν λαβεῖν, καὶ τοῦ σώματος φρουρούς, καὶ ταῖς φορεσίαις αὐτῶν χρῆσθαι. οὕτω τε καὶ ὑπὸ τῶν βαρβάρων, καὶ ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ἠγαπᾶτο, κοινὸς ὢν πρὸς ἅπαντας, ὡς συστρατιώτης μᾶλλον ἢ βασιλεὺς παρ᾽ αὐτῶν χαίρειν λεγόμενος. ἐπεὶ δὲ καὶ εἰς τὴν Μακεδονίαν ἀφίκετο, εὐθέως τε Ἀλέξαν-

δρον ἑαυτὸν ὠνόμασεν. ἐκεῖθέν τε εἰς Πέργαμον παρεγένετο, καὶ ἐπὶ τὸν Ἀχιλλέως τάφον. καὶ στεφάνοις κοσμήσας καὶ ἄνθεσι τὸν Ἀχιλλέα ἐμιμεῖτο. καὶ διὰ τῆς Ἀσίας καὶ τῶν ἄλλων ἐθνῶν εἰς Ἀντιόχειαν ἀφίκετο· καὶ διατρίψας χρόνον τινὰ, ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἐστέλλετο, πρόφασιν ποιούμενος ποθεῖν τὴν Ἀλεξάνδρου πόλιν. ὡς δὲ εἰσήλασεν ἐν αὐτῇ σὺν παντὶ τῷ στρατῷ, ὑπεδέχθη παρὰ τῶν Ἀλεξανδρέων, ὡς οὔπω τις βασιλέων πρότερον. καὶ ἐλθὼν εἰς τὸ Ἀλεξάνδρου μνῆμα, τήν τε χλαμύδα ἣν ἐφόρει καὶ τὸν δακτύλιον καὶ τὴν ζώνην, καὶ εἴ τι πολυτελὲς περιελόμενος ἐπέθηκε τῇ ἐκείνου σορῷ. ὁ δὲ δῆμος ὁρῶν ὑπερέχαιρεν παννυχίζων τε καὶ ἑορτάζων, οὐκ εἰδὼς τὴν τούτου λανθάνουσαν γνώμην. ἔγνω γὰρ ἐν τῇ Ῥώμῃ ὡς ὅτι πολλὰ εἰς αὐτόν τε καὶ τὴν μητέρα ἀπέσκωψαν. ὀργίλος τε ὢν φύσει ὁ Ἀντωνῖνος ὡς εἶδε πᾶσαν τὴν πόλιν πλήθους μεγίστου πεπληρωμένην, διὰ προγράμματος τὴν νεολαίαν εἴς τι πεδίον κελεύει συνελθεῖν, φήσας εἰς τὴν Ἀλεξάνδρου τιμὴν φάλαγγα βούλεσθαι συστήσασθαι. ταύταις αὐτοῦ ταῖς ὑποσχέσεσι πεισθέντες οἱ νέοι συνῆλθον ἅμα γονεῦσι καὶ ἀδελφοῖς συνηδομένοις αὐτῶν ταῖς ἐλπίσιν. ὁ δὲ Ἀντωνῖνος ὡς εἶδεν αὐτοὺς ἑστῶτας στιχηδὸν, αὐτὸς μὲν ὑπεξῆλθε μεθ' ἧς εἶχε φρουρᾶς· τοὺς δὲ στρατιώτας ἐπαφῆκε, καὶ πᾶσαν ἐν μέσῳ νεολαίαν συνέκοψεν. οὐκ ὀλίγοι δὲ καὶ τῶν στρατιωτῶν ἀπώλοντο· τοσοῦτος δὲ ἐγένετο φόνος, ὡς καὶ πάντα τὸν Νεῖλον ὑπὸ τοῦ αἵματος φοινιχθῆναι. τοιαῦτά τινα ἐργασάμενος πάλιν εἰς Ἀντιόχειαν ἀφίκετο. καὶ μετὰ τὸ ψεύσασθαι τὸν γάμον τοῦ Παρθυαίου διέτριβεν ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ, ἡνιοχείαις καὶ θηρίων σχολάζων σφαγαῖς, δύο τοὺς στρατοπέδων ἐπάρχους ἔχων ἅμα, Ἀδουέντιον καὶ Μακρῖνον. ὁ μὲν γὰρ στρατιωτικὸς, ὁ δὲ λογικός. διὸ καὶ πολλάκις ἀπέσκωπτε τὸν Μακρῖνον ὡς διαίτῃ ἐλευθερίῳ χρώμενον.

nomen adſciuit. vnde cùm Pergamum veniſſet, & Achillis tumulum coronis ac floribus exornaſſet, rurſus Achillem agere cœpit. Hinc digreſſus peragratâ Aſiâ ac reliquis prouinciis Antiochiam introiuit, vbi aliquandiu moratus, Alexandriam iter ſuſcepit, prætexens huic itineri deſiderium viſendæ vrbis ab Alexandro conditæ. Quò cùm perueniſſet, ipſe cum omni exercitu tanto apparatu ab Alexandrinis exceptus eſt, quanto nullum antea Regem exceptum eſſe meminerant. ingreſſúſque monimentum Alexandri, demptum ſibi paludamentum purpureum cum annulo & balteo, & ſi quid præterea precioſius gerebat, ſolio eius impoſuit. Quæ cùm cernerent Alexandrini, læti ſupra modum, dies noctéſque feſtas agebant, ignari quidnam ille occulti conſilij tegeret. quippe Antonino Romæ agenti nunciatum fuerat, multa in eum eiúſque matrem ab Alexandrinis ridicula dici. Itaque vtpote vir naturâ iracundus, quum videret maxima hominum frequentia ciuitatem oppletam eſſe, vniuerſam iuuentutem in planiciem quandam conuenire edicto propoſito iuſſit: ſibi enim in animo eſſe in honorem Alexandri phalangem conſcribere. Quibus pollicitationibus inducti iuuenes, conueniunt frequentes in campum vnà cum parentibus ac germanis ſpei illorum congratulantibus. Sed Antoninus cùm eos inſtructis ordinibus diſpoſitos vidiſſet, ipſe quidem cum cohorte prætoria ſe ſubduxit: milites verò ſigno dato immiſit, qui vniuerſam pubem vndique armis circundatam contrucidarunt. Sed & milites non pauci ſimul perierunt. Tanta porrò tum cædes hominum facta eſt, vt Nilus totus ſanguine cruentaretur. His Antoninus peractis Antiochiam venit, deceptóque per ſimulationem coniugij Rege Parthorum, ſubſtitit in Meſopotamia, aurigationi ac beſtiarum venationibus intentus. Habebat autem duos Præfectos Prætorij, Aduentium & Macrinum, quorum alter militaris, alter rerum ciuilium peritus habebatur, quem proinde dicteriis inceſſere non deſiſtebat, eò quòd liberaliori cultu vteretur.

Antoninus, cognomento Elagabalus, poſtquam Auguſtus appellatus eſt, ſtatim Nicomediæ debacchari cœpit. peregrinis enim veſtibus amictus, (quippe veſtem aſpernabatur Romanam) ad tibiarum ac tympanorum ſonum procedebat. Quæ cùm cerneret Mæſa, ferrétque moleſtiſſimè, ſuadebat adoleſcenti vt Romanum cultum aſſumeret, quippe qui in vrbem & Curiam Romanam ingreſſurus eſſet. verùm ille cùm nec auiæ, nec alterius cuiuſpiam monitis aurem præbuiſſet: (neque enim admittebat niſi aut moribus iiſdem præditos, aut qui vitiis ipſius aſſentarentur) Romam ingreſſus eſt, diuiſóq. plebi congiario, vt moris eſt imperium ſuſcipientibus, editiſque magnificentiſſimis ſpectaculis, templum ingens Deo ſuo Elagabalo conſtruxit. quod adibat quotidie, & hecatombas immolabat, choróſque circum aras agitabat, concinentibus omnis generis organis, & vniuerſo Senatu equeſtriq. ordine ad theatri ſpeciem circunſtante. Sed quamuis choris & ſacrificiis aſſiduè vacare videretur, plurimos tamen ex illuſtribus viris interfecit, inſimulatos quòd mores inſtitutáq. ipſius non probarent. Fecit & in ſuburbano maximũ templum, quo Deorum ſuorum ſimulacrum aureo impoſitum vehiculo trahentibus equis ſeiugibus præcipui candoris deducebat quotannis, ipſe aurigæ loco currum regens. Præcedebant ciues Romani cum facibus, flores & coronas iactantes. Poſtquam verò ſimulacrum in templo conſtituerat, tum in turrem quandam conſcendens, ſpargebat in plebem omnis generis miſſilia, aurea & argentea pocula, veſtes, ac lintea, adhæc cicures feráſq. beſtias, exceptis porcis. Multique inter diripiendum peribant. Ipſe identidem aurigans aut ſaltans conſpiciebatur, prodibátque in publicum pictis oculis, geniſq. purpuriſſo tinctis, natiuum vultus decorem indecoris coloribus corrumpens. Quæ cùm animaduerteret Mæſa, ac diſplicere militibus ſuſpicaretur, mulier callida perſuadet adoleſcenti ſuum vt conſobrinum adoptet.

At Mamæa filium Alexandrum à fœdis illis, & quæ

Ὅτι Ἀντωνῖνος ὁ νέος μετὰ τὸ ἀναγορευθῆναι βασιλέα, ἐν Νικομηδείᾳ ὢν ἐξεβάκχευεν, ἐνδύμασί τε ξένοις χρώμενος, ὑπὸ τυμπάνοις καὶ αὐλοῖς περιερχόμενος. τὴν γὰρ Ῥωμαϊκὴν πᾶσαν ἐσθῆτα ἐμυσάττετο· ἡ δὲ Μαῖσα ταῦτα ὁρῶσα πάνυ ἤχθετο, πείθειν τε ἐπειρᾶτο μεταμφιάσασθαι τὴν Ῥωμαϊκὴν στολήν, μέλλοντα εἰς τὴν πόλιν καὶ εἰς τὴν σύγκλητον εἰσελεύσεσθαι· ὁ δὲ καταφρονήσας τῶν ὑπὸ τῆς πρεσβύτιδος λεχθέντων, μηδὲ ἄλλῳ τινὶ πεισθεὶς (οὐδὲ γὰρ προσίετο εἰ μὴ τοὺς ὁμοιοτρόπους τε καὶ κόλακας αὐτοῦ τῶν ἁμαρτημάτων) δοὺς τε τὰς συνήθεις τῷ δήμῳ νομὰς ἐπὶ τῇ τῆς βασιλείας διαδοχῇ, φιλοτίμους τε ἐπιτελέσας θέας, νεών τε μέγιστον κατασκευάσας, ἑκάστοτε πρωῒ ἑκατόμβας ἔθυε, καὶ περὶ τοὺς βωμοὺς ἐχόρευεν ὑπὸ παντοδαποῖς ἤχοις ὀργάνων. περιεστήκει δὲ πᾶσα ἡ σύγκλητος καὶ τὸ ἱππικὸν τάγμα ἐν θεάτρου σχήματι. ὅμως δὲ καίτοι χορεύειν ἀεὶ καὶ ἱερουργεῖν δοκῶν πλείστους ἀπέκτεινε τῶν ἐνδόξων, διαβληθέντας αὐτῷ ὡς σκώπτοντας αὐτοῦ τὸν βίον. ὁ αὐτὸς νεὼν μέγιστον ἐν τῷ προαστείῳ κατασκευάσας, τοὺς τε θεοὺς αὐτοῦ ἐπὶ ἅρματι χρυσῷ καὶ λευκοῖς ἑξαζύγοις ἵπποις ἀναβιβάσας, αὐτός τε ἡνιόχει, καὶ πάντες οἱ Ῥωμαῖοι μετὰ παντοδαπῆς δᾳδουχίας καὶ ἀνθέων προεπόμπευον. ὡς δὲ ἐν τῷ ναῷ ἱδρύθησαν, ἀναβὰς ὁ Ἀντωνῖνος ἐπὶ πύργον ἐρρίπτει τοῖς ὄχλοις ἐκπώματα χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ, ἐσθῆτάς τε καὶ ὀθόνας παντοδαπάς, ζῶά τε πάντα ὅσα ἥμερα πλὴν χοίρων· πολλοὶ δὲ καὶ ἐν ταῖς ἁρπαγαῖς διεφθείροντο. αὐτός δ' ἑωρᾶτο πολλάκις ὀρχούμενος, ἡνιοχῶν, περιῄει τε ὑπογραφόμενος τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ τὰς παρειὰς ἐρυθαίνων, φύσει τε πρόσωπον ὡραῖον ὑβρίζων βαφαῖς ἀσχήμοσιν. ὁρῶσα δὲ ταῦτα ἡ Μαῖσα, ὑποπτεύουσά τε τοὺς στρατιώτας ἀπαρέσκεσθαι, πείθει αὐτὸν θέσθαι υἱόν.

Ὅτι ἡ Μαμαία τὸν υἱὸν αὐτῆς Ἀλέξανδρον ἀπῆγε μετὰ τῶν

αἰσχρῶν καὶ ἀπρεπῶν τοῖς βασιλεῦσιν ἔργων, διδασκάλους τε πάσης παιδείας λάθρα μετεπέμπετο, παλαίστραις τε καὶ τοῖς ἀνδρῶν γυμνασίοις [ἐθίζειν.] ἐφ' οἷς Ἀντωνῖνος ἤχθετο καὶ μετεγίνωσκε, τούς τε διδασκάλους ἀπεσόβει. ἐς τοσοῦτον δὲ ἐξώκειλεν, ὡς δὴ πάντας τοὺς ἀπὸ τῆς σκηνῆς καὶ τῶν δημοσίων θεάτρων μεταγαγεῖν ἐπὶ τὰς μεγίστας ἀρχάς· καὶ τοῖς μὲν στρατοπέδοις ἔπαρχον ἐπιστῆσαι ὀρχηστήν τινα γεγονότα, τῆς τε τῶν ἱππέων ὑποστάσεως προεστήσεν ὁμοίως. τοῖς τε δούλοις αὐτοῦ καὶ ἀπελευθέροις τὰς τῶν μεγίστων ἐθνῶν ἐξουσίας ἐνεχείριζε. πάντων δὲ οὕτως τῶν πάλαι δοκούντων σεμνῶν ἐς ὕβριν καὶ παροινίαν ἐκβεβακχευμένων, οἵ τε ἄλλοι πάντες ἄνθρωποι καὶ μάλιστα οἱ στρατιῶται ἤχθοντο. ἐμυσάττοντο δὲ αὐτὸν ὁρῶντες τὸ μὲν πρόσωπον καλλωπιζόμενον, περιδεραίοις τε χρυσοῖς καὶ ἐσθῆσιν ἁπαλαῖς ἀνάνδρως κοσμούμενον. ἐπιρρεπεστέρας τοίνυν τὰς γνώμας πρὸς τὸν Ἀλέξανδρον εἶχον.

Ὅτι Ἀλέξανδρος ὁ Μαμαίας σὺν τῇ μητρὶ ἄρξας ὑπ' ἐκείνῃ τὰ πάντα διῴκει, ἥτις πανταχόθεν ἐφρούρει τὴν ἀρχήν. δικάζειν τε οὖν αὐτὸν ἔπειθεν ἐπὶ πλεῖστον, ὡς ἂν ἐν τούτοις ἀσχολούμενος μὴ ἔχοι καιρὸν εἰς τὸ ἐπιτηδεύειν τι τῶν ἁμαρτημάτων. ὑπῆρχε δὲ αὐτῷ καὶ φυσικὸν ἦθος πρᾶον καὶ ἥμερον, εἴς τε τὸ φιλάνθρωπον πάνυ ἐπιρρεπές. ἐς τεσσαρεσκαιδέκατον οὖν ἐλάσας ἔτος τῆς βασιλείας ἀναιμωτὶ ἦρξε, καίτοι τινῶν μεγίσταις αἰτίαις ὑποπεσόντων. ὡς μετὰ τὴν Μάρκου τελευτὴν τὴν βασιλείαν θαυμάζειν Ἀλεξάνδρου. ἠτιᾶτο δὲ καὶ τὴν μητέρα καὶ πάνυ ἤχθετο, ὁρῶν αὐτὴν οὖσαν φιλοχρήματον, καὶ πολλὰ ἐξ ἐπηρειῶν θησαυρίζουσαν. πολλὰ δὲ ἠναγκάζετο ὑπ' αὐτῆς πράττειν. ἦρχε γὰρ αὐτοῦ ὑπερβαλλόντως ἡ μήτηρ.

Ὅτι Μαξιμῖνος παραλαβὼν τὴν ἀρχήν, πολλὴν τὴν μεταβολὴν ἐποιήσατο, τραχύτατα καὶ μετὰ πολλοῦ φόβου τῇ ἐξουσίᾳ χρώμενος. ἔκ τε ἡμέρου βασιλείας εἰς τυραννίδος ὠμότητα μετα-

principes dedecent, actionibus auocabat. & doctoribus omnium artium clàm accerſitis eum palæſtra ac virilibus exercitationibus inſtituebat. Quæ quidem ægrè ferebat Antoninus, iámque eum adoptionis pœnitebat, ac breui omnes magiſtros aulâ exegit. Tandem verò eò vecordiæ prouectus eſt, vt omnes ſcenicos artifices ad maximas dignitates promoueret. Nam & Pantomimum quendam Præfectum Prætorij fecit, & alium neſcio quem è ſcena præfecit recognitioni Equitum, ſeruiſque ſuis ac libertis maximas imperij prouincias mandauit. Ita omnibus iis quæ olim grauia honeſtáque cenſebantur, omni contumelia proculcatis, tum cæteri omnes, tum inprimis Romani milites indignabantur. nec ſine ingenti faſtidio eum videbant vultu picto, aureiſque monilibus ac molliſſimo veſtitu muliebriter ornatum. Quare propenſiore erga Alexandrum animo erant.

Alexander Mamææ filius Auguſtus cum matre renuntiatus cuncta ex illius præſcripto geſſit. Namque Mamęa vndique palatium ſepſerat, ne cui improbo aditus pateret. Perſuadebátque filio vt frequentiſſimè ius diceret ac diutiſſimè, vt hiſce rebus occupato nihil temporis atque ocij ad vllum flagitium ſupereſſet. Atque inerat certè Alexandro lene à natura & manſuetum ingenium, & ad humanitatem propenſum. quippe per quatuordecim annos incruentum geſſit imperium, quamuis multi grauiſſimis criminibus impegerint. adeò vt à principatu diui Marci imperium Alexandri quaſi ſecundo loco celebraretur. Matrem verò incuſabat, & moleſtè ferebat quòd eſſet pecuniæ auidior, & maximas opes per fraudem ac calumniam cogeret. Multa quinetiam facere inuitus ab ea cogebatur, quippe qui ſupra modum matri obnoxius eſſet.

At Maximinus rerum potitus, magnoperè mutatâ rerum formâ cum omni acerbitate ac terrore poteſtatem exercere cœpit, cùm ex molli manſuetóque imperio ad tyannidis crudelitatem vertere omnia contende-

ret. Quippe vir ingenio iuxtà ac genere barbarus, ac more gentis auidiſſimus cædis erat. proinde omnes confeſtim amicos Alexandri atque aſſeſſores è Senatu lectos ex medio ſuſtulit, quò ipſe ſolus in exercitu eſſet, & iuxta ſe neminem haberet, quem nobilitate potiorem eſſe conſcius ſibimet ipſe eſſet. plurimos etiam eorum neci dedit, quòd inſidias ſuſpectaret. Denique Magnum proditionis in bello quod aduerſus Germanos gerebat, ſuſpectum interfici iuſſit.

Huiuſmodi igitur defectiones Maximini animum ſua ſponte immitem ac ferum magis magiſque exaſperarunt, & ad ſæuitiam acuerunt. Erat porrò ipſe aſpectu horridus, vaſto atque immani corpore.

Imperante Maximino, omni acerbitate atque innumeris cædibus attritæ ſunt prouinciæ, concuſſúmque eſt imperium Romanum, ac penè ſubuerſum, omni licentia delatoribus ſeruiſque conceſſa. ac quotidie cernere erat qui pridie opulentiſſimi fuiſſent, eos nunc ſtipem mendicare, (tanta tyrannum auaritia inceſſerat) multique exilio aut morte puniebantur. Ac quandiu quidem hæc in paucos priuatim admittebantur, parum curæ erant ciuitatibus. (ſiquidem diuitum ac beatiorum res aduerſæ non modò negliguntur à plebe, ſed etiam nonnullos interdum prauo malignóque ingenio præditos, præ inuidia delectant.) Sed poſtquam Maximinus pleriſque illuſtribus familiis iam ad incitas redactis, ad publicas opes animum tranſtulit, ac pecunias quæcunque aut ad conuiuia publica, aut ad ſportulas ac diuiſiones in plebem erant collectæ, fiſco ſuo applicuit; adhæc templorum donaria ac ſtatuas ciuitatum atque huiuſcemodi ornamenta conflari iuſſit, tum verò ingens dolor animos multitudinis occupauit; ac luctu quodam publico omnes confuſi erant, quum citra pugnã oppugnationis ſpecies videretur. adeò vt quidam ex plebe reſiſtere contra ac vim opponere ſint auſi. Hinc itaque potiſſimùm aucta omnium indignatio eſt. probráq. in milites iactabantur,

γαγεῖν

γαγεῖν πάντα ἐπειρᾶτο. φύσει δὲ ἦν τὸ ἦθος ὥσπερ καὶ τὸ γένος βάρβαρος, τό τε φονικὸν πάτριον ἔχων. εὐθέως οὖν τούς τε φίλους πάντας, οἳ συνῆσαν τῷ Ἀλεξάνδρῳ, σύνεδροί τε ὑπὸ τῆς συγκλήτου ἐπιλεχθέντες, ἀπεσκευάσατο μόνος εἶναι βουλόμενος ἐν τῷ στρατῷ, καὶ μηδένα αὐτῷ παρεῖναι ἐκ συνειδήσεως εὐγενοῦς. πλείστους δὲ αὐτῶν καὶ ἀπέκτεινεν ἐπιβουλὰς ὑποπτεύων. τόν τε γὰρ Μάγνον καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ διὰ τὴν πρὸς Γερμανοὺς νομισθεῖσαν προδοσίαν ἀνεῖλεν. εἴχετο γὰρ τῆς πρὸς αὐτοὺς μάχης.

Ὅτι καὶ ἀποστάσεις ἐγίνοντο ἐπὶ Μαξιμίνου. ἔτι γὰρ εἰς τραχύτητα μᾶλλον καὶ ὠμότητα ἠκόνησαν τὴν τοῦ Μαξιμίνου ψυχήν, καὶ πρότερον οὕτω πεφυκυῖαν. ἦν δὲ καὶ τὴν ὄψιν φοβερώτατος καὶ μέγιστος τὸ σῶμα.

Ὅτι ἐπὶ Μαξιμίνου πολλή τις ἦν περὶ τοὺς ὑπηκόους ἀπανθρωπία καὶ φόνοι πολλοί. ἀνεστατώθη γὰρ πᾶσα ἡ Ῥωμαίων πολιτεία συκοφάνταις τε καὶ δούλοις ἐκδοθεῖσα· ἑκάστης γοῦν ἡμέρας ἦν ἰδεῖν τοὺς χθὲς πλουσίους μεταιτοῦντας. τοσαύτη τις ἦν τῆς τυραννίδος ἡ φιλοχρηματία· πολλοὶ δὲ καὶ φυγαῖς καὶ θανάτοις ἐζημιοῦντο. καὶ ἐφ' ὅσον μὲν οὖν εἰς τοὺς καθ' ἕνα ταῦτα ἐπράττετο, οὐ πάνυ τι τοῖς δήμοις ἔμελε. τὰ γὰρ τῶν εὐδοκιμεῖν δοκούντων ἢ πλουσίων πταίσματα πρὸς τῶν ὄχλων οὐ μόνον ἀμελεῖται, ἀλλὰ τινὰς τῶν κακοήθων καὶ φαύλων ἔσθ' ὅτε καὶ εὐφραίνει τῷ φθόνῳ. ἐπεὶ δὲ ὁ Μαξιμῖνος τοὺς πλείστους τῶν ἐνδόξων οἴκων εἰς πενίαν περιστήσας, ᾠήθη μετελθεῖν εἰς τὰ δημόσια, καὶ εἴ τινα χρήματα ἦν πολιτικά, καὶ εἰς εὐθηνίας ἢ νομὰς τῶν δημοτῶν ἠθροισμένα εἰς ἑαυτὸν μετήγαγε, ναῶν τε ἀναθήματα καὶ ἀγάλματα πόλεων, καὶ εἴ τι καλλώπισμα ἦν ἐχωνεύετο. (ὅπερ μάλιστα τοὺς δήμους ἐλύπει, πένθος τε δημόσιον ἐνεποίει, δίχα μάχης ὄψις πολιορκίας· ὥς τινας τῶν δημοτῶν καὶ ἐς χεῖρας ἐλθεῖν) ἐντεῦθεν μάλιστα αἱ ψυχαὶ τῶν ἁπάντων ἀπηρέσκοντο, οἵ τε στρατιῶται ὠνείδιζον, ὡς

δὴ δι' αὐτοὺς ταῦτα περιέποντος Μαξιμίνου. αἰτίαι μὲν οὖν αὗται εἰς μῖσος καὶ ἀπόστασιν ἅπαντας παρώξυνον.

Ὅτι Δέκιος ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς Φιλίππου διάδοχος βασιλικῷ θεσπίσματι τοὺς τὰ Χριστιανῶν δοξάζοντας ἐθανάτου, καὶ τοὺς οὐ θεοὺς προσκυνεῖν ἠνάγκαζε.

Ὅτι Αὐρηλιανὸς ὁ βασιλεὺς τὰ πολέμια δεινὸς ἦν ἠσκημένος, ἀκάθεκτος δὲ περὶ τὴν γνώμην, καὶ πολὺ πρὸς ὠμότητα ῥέπων. τῶν τε κατὰ πόλιν ἐπισήμων θανάτῳ πολλοὺς ἐζημίωσεν ὑπὸ Ζηνοβίας ἐλεγχθέντας· χαλεπός τις καὶ φονικὸς ὑπάρχων, καὶ μᾶλλον ἀναγκαῖος στρατηγὸς ἤπερ αἱρετὸς βασιλεύς· ἐν παντὶ δὲ καιρῷ δυσχερὴς καὶ ἀπρόσιτος, ὡς μηδὲ τοῦ τῶν οἰκείων αἵματος διαμεῖναι καθαρός. τὴν γὰρ τοῦ παιδὸς γαμετὴν καὶ ἀνέγκλητον διεχρήσατο. τοῦ δὲ τῶν στρατιωτῶν τάγματος καὶ τῶν ἐξιτήλων καὶ διαλελυμένων ἠθῶν ὡς ἐπίπαν γενναῖος ἐπανορθωτὴς ἦν.

Ὅτι Καρῖνος ὁ τοῦ Κάρου υἱὸς βασιλεύσας πρᾶγμα μὲν εἰς κοινὸν ὄφελος φέρον οὐδὲν εἰργάσατο, τρυφῇ δὲ καὶ ἐκδεδιῃτημένῳ βίῳ τὰ καθ' ἑαυτὸν παραδούς, παρανάλωμα τῆς τρυφῆς ἐποιεῖτο φόνους οὐδὲν ἠδικηκότων ἀνθρώπων, κατά τι προσκεκρουκέναι νομισθέντων αὐτῷ, βαρυνομένων δὲ πάντων ἐπὶ τῇ πικρᾷ τυραννίδι συναναμιχθείσῃ νεότητι, καὶ πάντα ἐκμελῶς καὶ δίχα λογισμοῦ πραττούσῃ.

Ὅτι Διοκλητιανὸς μνήμῃ καὶ ὀργῇ τῶν περὶ τὴν ἀρχὴν νεωτερισθέντων περὶ τὴν Αἴγυπτον, οὐ μετρίως οὐδὲ ἡμέρως τῷ κρατεῖν ἀπεχρήσατο, ἀλλὰ προγραφαῖς τε καὶ φόνοις τῶν ἐπισήμων μιαίνων ἔπλησε τὴν Αἴγυπτον. ὅτε δὴ καὶ τὰ περὶ Χημίας ἀργύρου καὶ χρυσοῦ τοῖς παλαιοῖς αὐτῶν γεγραμμένα βιβλία διερευνησάμενος ἔκαυσε, πρὸς τὸ μηκέτι πλοῦτον Αἰγυπτίοις ἐκ τῆς τοιαύτης περιγίνεσθαι τέχνης, μήτε χρημάτων αὐτοὺς θαρροῦντας περιουσίᾳ τοῦ λοιποῦ Ῥωμαίοις ἀνταίρειν. Διοκλητιανὸς μὲν ποικίλος τις καὶ πανοῦργος ἦν. τῷ δὲ λίαν συνετῷ,

quorum opera hæc Maximinus actitaret. Huiuſmodi igitur cauſæ ad odium ac defectionem cunctos incitabant.

Decius Imperator qui Philippo ſucceſſit, edicto Chriſtianos omnes morte mulctauit, vtque Deorum ſimulacra adorarent, coëgit.

Fuit Aurelianus vir in bello quidem præſtans, animi tamen immodici, & ad crudelitatem propenſioris. Romæ plurimos nobiles conuictos à Zenobia interfecit. Sæuus & ſanguinarius, ac neceſſarius magis in quibuſdam quàm in vllo amabilis Imperator. trux omni tempore, adeò vt ne à neceſſitudinum quidem cæde abſtinuerit, vxore etiam filij inſonte interfecta. diſciplinæ tamen militaris, & morum diſſolutorum magna ex parte corrector.

Carinus, Cari filius, ſuſcepta imperij adminiſtratione, facinus quidem quod in commune conduceret, nullum geſſit. ad luxum verò ac delicias conuerſus, interualla luxuriæ cædibus innoxiorum hominum diſtinxit, qui offendiſſe ipſum quoquo modo videbantur. Cæterùm cunctis acerbitatem tyrannidis cum iuuenili leuitate coniunctæ grauiter ferentibus, cùm ille omnia temerè ac ſine conſilio ageret.

Diocletianus infenſus Ægyptiis ob tumultum quem concitauerant, victoriâ acerbè vſus eſt, totámque Ægyptum grauibus proſcriptionibus cædibúſque fœdauit: ſed & libros à veteribus Ægyptiis de Chemia auri & argenti conſcriptos cùm perquiſiſſet, igni tradidit, ne ex huiuſmodi arte opes, & ex opibus fiducia atque animus ad rebellandũ poſthac ſuppeterent Ægyptiis. Erat porrò Diocletianus verſutus & callidus, ſed qui ſagacitate ac

ſubtilitate ingenij naturæ vitia velaret, acerbitatem ſuam alienâ inuidiâ explens. diligentiſſimus tamen ac ſolertiſſimus princeps, & qui imperialem habitum ac cultum primus ad inſolentiorem formam præter Romanam conſuetudinem mutauit.

Herculius autem propalam ferus, & inciuilis ingenij, aſperitatem ſuam etiam vultus horrore ſignificans. Hic nauræ ſuæ indulgens, Diocletiano in omnibus eſt ſeuerioribus conſiliis obſecutus.

Conſtantius tamen contentus dignitate Auguſti, Italiæ atque Africæ adminiſtrandæ ſollicitudinem recuſauit, ac ſponte Galerio ceſſit: Felicitatem non in magnitudine imperij, ſed in quiete ac tranquillitate vitæ collocans. vir egregius, & præſtantiſſimæ ciuilitatis. diuitiis prouincialium ac priuatorum ſtudens, fiſci commoda non admodum affectans, ducénſque melius publicas opes à priuatis haberi, quàm intra vnum clauſtrum reſeruari. adeò autem cultus modici, vt neque argenti facti, nec pretioſæ ſupellectilis magnam copiam haberet domi, ſed feriatis diebus ſi fortè cum amicis numeroſioribus eſſet epulandum, priuatorum ei argento ac ſtragulis oſtiatim petitis triclinia ſternerentur. vnde & Pauper vocabatur vulgò. Amatus autem eſt à Gallis, non modò ob naturæ ſuæ lenitatem ac benignitatem, ſed præcipuè priorum principum cauſa. Namque Galli cùm Diocletiani ſuſpectam prudentiam, & Maximiani crudelitatem animo reputarent, libenter imperio eius acquieuêre.

καὶ ὀξὺ τῆς γνώμης ἐπεκάλυπτε πολλάκις τὰ τῆς οἰκείας φύσεως ἐλαττώματα, πάνυ σκληρὰν πρᾶξιν ἑτέροις ἀνατιθείς. ἐπιμελὴς δὲ ὅμως καὶ ταχὺς ἐν ταῖς τῶν πρακτέων ἐπιβολαῖς. καὶ πολλὰ τῶν τῆς βασιλικῆς θεραπείας ἐπὶ τὸ αὐθαδέστερον παρὰ τὰ καθεστηκότα Ῥωμαίοις πάτρια μετεσκεύασεν.

Ὅτι Ερχούλιος καὶ δίχα παντὸς προκαλύμματος ἄγριός τε ἦν καὶ τυραννικός, τὸ τῆς οἰκείας γνώμης τραχὺ τῷ καταπληκτικοῦ τοῦ προσώπου παραδηλῶν. τῇ γοῦν ἑαυτοῦ φύσει παντάπασιν ἐνδιδούς, καὶ τῷ Διοκλητιανῷ πρὸς ἅπαν ἄτοπόν τε καὶ σκληρὸν βούλευμα ἑκούσιος ὑπουργὸς καθίστατο.

Ὅτι Κωνστάντιος ὁ ἀπὸ Καίσαρος βασιλεύσας, μετὰ τὴν διακλήρωσιν ἀποχρεῶν ἡγούμενος τήν τε τοῦ Αὐγούστου καὶ αὐτοκράτορος ἐπίκλησιν, τῆς τε Ἰταλίας καὶ Λιβύης ἑκουσίως ἀπέστη τῷ συνάρχοντι, τὸ εὐδαιμον οὐκ ἐν μεγέθει ἀρχῆς, ἀλλ' ἐν τῷ ἡσύχῳ τε καὶ ἀπράγμονι τιθέμενος. ἀνὴρ ἄριστος καὶ δημοτικὸς διαφερόντως τὸν τρόπον· καὶ τοὺς μὲν τῶν ἰδιωτῶν οἴκους περιέπων, τὰς δὲ τῶν βασιλείων θησαυρῶν αὐξήσεις οὐ σφόδρα διὰ σπουδῆς ἄγων. βέλτιον γὰρ οἱ εἶναι ἐδόκει τὰς δημοσίας χορηγίας ἐν ταῖς τῶν ὑπηκόων περιουσίαις ἔχειν τὸ βέβαιον, ἢ ὑπὸ ἓν κλεῖθρον τὸν ἁπάντων κατακεκλεῖσθαι πλοῦτον. οὕτω δὲ ἄρα μέτριός τις ἦν καὶ λιτὸς ἔς τε τὰ ἄλλα καὶ ἐς τὴν καθ' ἡμέραν τοῦ βίου δίαιταν, ὡς μήτε κοῖλον ἀργυροῦν ἐς πλῆθος κεκτῆσθαι, μηδὲ ἕτερόν τι πρὸς τρυφὴν βλέπον, ἀλλὰ παρὰ τὰς ἱερὰς καὶ δημοτελεῖς εὐφροσύνας τῷ τῶν ἰδιωτῶν ἀργύρῳ καὶ στρωμναῖς κοσμεῖν τὰ βασίλεια· ὅθεν καὶ πατὴρ ὠνομάζετο. ἐποίει γὰρ δὴ πολλὴν τὴν ἐπ' αὐτὸν τῶν ἀρχομένων εὔνοιαν. ὅ τε οἰκεῖος τρόπος πρὸς τὸ βέλτιστον καὶ ὠφελιμώτατον ἠσκημένος, καὶ οὐχ ἥκιστα ἡ τῶν ἔμπροσθεν ἡγεμόνων φύσις· ἀσμένως τῶν Γαλατῶν (τήν τε ὕπουλον Διοκλητιανοῦ σύνεσιν καὶ τὴν Μαξιμιανοῦ ὠμότητα ἐννοούντων) τοὺς αὐχένας ὑποκλινάντων τῇ τούτου πρᾳότητι.

Ὅτι Κωνσταντῖνος, ὥς φησιν οὗτος ὁ Ἰωάννης, τῆς ἀδελφῆς τὸν υἱὸν Κομμόδης διαφθείρει δόλῳ, καὶ τῶν φίλων πολλοὺς καὶ ἐπιτηδείων. διὸ δὴ τὰ πρῶτα δόξας ἄριστος εἶναι βασιλεὺς, καὶ τοῖς ἐπαινετοῖς τῶν αὐτοκρατόρων ἄξιος παραβάλλεσθαι, μετ' ὀλίγον τοῖς εἰρημένοις μειονεκτήμασι πρὸς τὸ χεῖρον τῆς δόξης μεταβέβληκεν· καίτοι τῆς φύσεως αὐτὸν, καὶ τῶν ὅσα παρὰ τοῦ δαιμονίου φοιτᾷν ἀνθρώποις εἴωθεν, ἄριστον ἀναμφιβόλως ἀποφαινόντων. οὐ γὰρ ῥᾴδιον εἰπεῖν ὁπόσαι τῆς ψυχῆς τε καὶ τοῦ σώματος διέλαμπον ἀρεταὶ τὸν ἄνδρα, τὴν ἐκ τῶν πολεμικῶν δόξαν μεταδιώκοντα, καὶ παρὰ τὰς μάχας τύχῃ τε ὁμοῦ δεξιωτάτῃ, καὶ τῇ στρατηγικῇ ἐπιστήμῃ οὐ μείονι χρώμενον. οὐ γὰρ ἐν τοῖς ἐμφυλίοις πολέμοις μόνοις περιῆν τῶν ἐναντίων, ἀλλὰ καὶ μετὰ τούτους Σκύθαις πολλάκις προσπολεμήσας ὑποκύψαι τούτους ἠνάγκασεν, ἔς τε σπονδῶν αἴτησιν καταφυγεῖν. ὧν μεταδοὺς καὶ οὐκ ἀποχρησάμενος τοῖς προτερήμασι, μεγίστας παρὰ τοῖς βαρβάροις ἔθνεσι δικαιοσύνης τε καὶ ἰσχύος μνήμας ἀπέλιπεν. ἔχαιρε δὲ ἀνέκαθεν ἐλευθερίοις μαθήμασι, καὶ ἐν ἐπαίνῳ παιδείαν ἐποιεῖτο καὶ λόγους. δικαιόν γε μὴν ἐξ ἁπάντων ἔρωτα θηρώμενος ἐτύγχανε τῆς σπουδῆς, τῷ δεξιῷ τε τῆς φύσεως καὶ περὶ τὰς δωρεὰς δαψιλεῖ. ὡς γὰρ δὴ πρός τινας τῶν γνωρίμων ὑπούλως τε καὶ οὐχ ὑγιῶς ἔχειν, οὕτως ἄρα πρὸς τοὺς πολλοὺς βέβαιος ὤφθη καὶ πιστότατος· οὐδένα καιρὸν παρείς, οὐδὲ ἀπολιπὼν τι φροντίδος, ὡς δυνατωτέρους τε χρήμασι καὶ λαμπροτέρους ταῖς τύχαις ἀποφαίνοι τοὺς ἐπιτηδείους.

Ὅτι Κώνστας ὁ παῖς τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου χρόνον τινὰ προὔστη τῆς ἡγεμονίας ὀρθῶς· τὸ δὲ τελευταῖον ἀτόποις νόσων ἐπιθυμίας καὶ φίλων ὁμιλίαις οὐχ ὑγιαινούσαις χρώμενος πρὸς βαρύτατα κατηνέχθη μειονεκτήματα. δι' ἃ δὴ φορτικὸς τοῖς τῶν ἐθνῶν ἐποίκοις, καὶ οὐ πρὸς θυμοῦ τοῖς στρατιώταις ἦν.

Conſtantinus inſolentia rerum ſecundarum aliquantum mutatus, primùm quidem ſororis filium commodæ indolis iuuenem interfecit, mox vxorem, tum numeroſos amicos ac neceſſarios. Itaque cùm primo imperij tempore optimus dignúſque qui cùm præſtántiſſimis principibus conferretur, viſus eſſet, paulò pòſt ad ea quæ modò memoraui vitia prolapſus, ſequiore fama fuit: tametſi indole ac cæteris naturæ bonis ad ſumma quæque procul dubio factus ac formatus. Innumeræ enim in illo viro animi corporiſque virtutes claruerunt. militaris gloriæ appetentiſſimus. fortuna in bellis proſpera fuit, verùm ita vt non ſuperaret induſtriam. non enim in bellis duntaxat ciuilibus victoriam retulit, ſed etiam Gothos poſt ciuile bellum variis præliis domuit, pacémque ſupplices petere coëgit; quâ benignè conceſſâ, nec victoriâ inſolenter vſus, ingentem apud barbaras gentes memoriam iuſtitiæ ac fortitudinis collocauit. Ciuilibus artibus & liberalibus ſtudiis deditus: doctrinam atque eloquentiam in pretio habebat. affectator & iuſti amoris, quem omninò ſibi & docilitate & liberalitate quæſiuit. ſicut in nonnullos amicos dubius, ita in reliquos egregius: nihil occaſionum prætermittens, quo opulentiores eos clarioréſque præſtaret.

Conſtantis imperium ſtrenuum aliquandiu & iuſtum fuit. mox cùm & valetudine inproſpera, & amicis prauioribus vteretur, ad grauia vitia conuerſus, cùm intolerabilis prouincialibus, militibus iniucundus eſſet, factione Magnentij occiſus eſt.

Vt in citeriore quidem vita minimè laudandus, ita rebus plurimis ſtrenuè in militia ac feliciter geſtis. atque exercitui per omne vitæ tempus ſine graui crudelitate terribilis. Diuerſa Conſtantij fortuna fuit. Namque hic in ciuilibus negotiis præſtantiſſimus, ſiniſtram fortunam in bellis expertus eſt.

Veteranio grandæuus iam & cunctis amabilis, diuturnitate & felicitate militię ad imperium euectus eſt. vir probus, & morum veterum, ac iucundæ ciuilitatis: ſed omnium liberalium artium expers, adeò vt ne prima quidem elementa literarum niſi affecta ætate & iam Imperator acceperit.

Conſtantius, ad quem vnum ſumma imperij Romani deuenerat, grauis infeſtúſque erat iis qui Arij ſententiam ſequi detrectarent, & variis ſuppliciis non in viros modò, ſed etiam in mulieres ſæuiebat. quo tempore noua & ne à Græcis quidem aduerſus Chriſtianos vſurpata tormenta, ab iis qui ſe Chriſtianos ferebant, exercita fuêre.

Conſtantius vir fuit egregiæ tranquillitatis, placidus, nimis amicis & familiaribus credens. mox etiam vxoribus deditior.

Iulianus hoſtis Chriſtiani nominis noctes ſcribendis orationibus traducebat, quas in Senatu recitaret. Colebatque omnes quidem liberalium artium peritos, ſed inprimis philoſophos. Quæ dum illo ageret,

Ori

Ὅτι καὶ ἐν τοῖς οἴκοι διαιτήμασιν οὐκ ἐπαινετὸς γέγονεν. ἐν δὲ δὴ τοῖς ἐπὶ τῶν στρατοπέδων ἄριστος ὡς τὸ πολὺ καὶ εὐτυχέστατος. τοῖς τε στρατιωτικοῖς τέλεσιν ἐν πᾶσι φοβερὸς παρὰ βίον, καίτοι ἐς πολεμίαν πώποτε προσαχθεὶς ἀπηνῆ τε καὶ σκληρὰν τῶν ἁμαρτανομένων κόλασιν. Κωνστάντιός γε μὴν ἐναντίαν ταῖς εἰρημέναις ἔλαχε τύχην, ἄριστος μὲν ὢν τὰ πολιτικά, οὐ δεξιῷ δὲ παρὰ τὰς μάχας δαίμονι χρώμενος.

Ὅτι Βετρανίων ὁ ἐν Ἰλλυριοῖς ἀναγορευθεὶς βασιλεὺς πρὸς μακρὸν ἤδη γῆρας ἐληλακώς, ἐμπειρίας τε καὶ τύχης ἕνεκα τῆς ἐν τοῖς στρατηγικοῖς ἀνὴρ δεδοκιμασμένος, καὶ ἀρχαῖος τὸ ἦθος, τῷ τε κοινῷ καὶ δημοτικῷ τῶν τρόπων προσαγόμενος τὸ ὑπήκοον. πλὴν ὅσον παιδείας γε παντάπασιν ἀμαθῶς τε καὶ ἀμυήτως ἔχων, ὡς μηδὲ τὰ πρῶτα παρὰ τοῖς γραμματισταῖς ἐκμεμαθηκὼς στοιχεῖα, ἅμα καὶ τούτων ἐν γήρᾳ καὶ μόλις παρὰ τὸν καιρὸν τῆς βασιλείας τὴν γνῶσιν περιειληφώς.

Sardanapalus Aſſyriorũ Rex, 424.
Sardanapalus, 763
Sardolibyes, 520
Sauromatæ, 516
Saulus Iudæorum Rex, 780
Scena ampliſſima extructa in Circo, 203
Scæuola & Craſſus duo ciuitatis Romæ principes, 404
Scamander primus Troianis imperauit, 445
Scamandrius Hectoris & Andromachæ filius, 492
Scipio poſt obitum Maſiniſſę Cirtam delatus, cuncta prudentiſſimè conſtituit, 135
Scipio Africanus Cenſor, 629
Scipionis diſciplina militaris, 207
Scipio à Carthaginenſi præda abſtinuit, & nihil ex Africæ diuitiis cum ſuis bonis commiſceri paſſus eſt, 100
Scopa Ætolorum Prætor, 60
Scyrus, inſula, 495
Seianus, 626
Seleucus Rex Legatos Lyſimachi acerbè increpuit, 263
Seleucus coactis copiis ad opem Pharnaci ferendam profectus 303
Seleucus Antiochi filius, 608
Sempronij cadauer à Magone ad Hannibalem miſſum, 283
Senatus cenſuit Macedonas & Illyrios liberos eſſe, 316
Senatus maxima pars occiſa à Sulla, 404
Seneca, 679.684
Seruch, auctor cultus Idolorum, 779
Seruius Tullius Romanorum Rex, 240
Seruilius Proconſul, 399
Seuerus Auguſtus, 732. 735. 736. 739. 740. 744.

Sextus L. Tarquinij Romanorum Regis filius, 252
Silanus Proconſul Aſiæ, 683
Sindi, 527
Siphnus, inſula circa Cretam, 495
Siſyphus calliditate ac verſutia cæteros mortales ſuperauit, 220
Soldurij apud Gallos, 500
Soſander Regis Attali collactaneus, cum præſidio militari vrbem Elæam ingreſſus, 171
Soſibius necat' ab Agrippina, 679
Soſibius ſubditicius Ptolemæi tutor callidus, recoctus, & maleficus in aula miniſter, 64. multis necem intulit, *ibid.*
Soſicrates capitali ſententia damnatur, 187
Soſipater adulator Mithridatis regis, 507
Solon patre natus Execeſtide, 232
Sophoniſba mulier erat præſtanti forma, 288
Spondij ſcelus ac ſæuitia, 276
Stembal filius Regis Maſiniſſæ, adoptatus à Micipſa, 175
Stheneboea Prœti vxor, 783
Stilicho, 848
Stryangæus, 436. 439
Sulla, & eius acta, 655. *& ſeqq.* 792. *& ſeqq.*
Sulpicius Rufus, 531
C. Sulpicius Gallus Sardibus per decem dies audiendis accuſatoribus aduerſus Eumenem Regem vacauit, 144
Sybaritæ ventri ac deliciis addicti, 231

T

TAbæ, Perſidis ciuitas, 144
Tarquinius Sabinos aduerſus populum Rom. concitat, 537
Tarquinius Priſcus, 571
Tarquinius Superbus, 572
Tarrutenius Paternus, 724
Tarteſſij, 515
Tauri, 527
Taurus Phalaridis Agrigento Carthaginem tranſlatus, 58
Thebani è patria fugientes, ciuitatem prorſus vacuam reliquerunt, 184
Telchines, 515
Temnus, oppidum, 171
Theocharides inter Ionas ditiſſimus, 455
Theodorus Bœotus, Theopompus, Hormippus, ac Lyſimachus totius Græciæ celeberrimi tibicines, 203
Theodoſius Iunior, 848
Theocritus Cæſarianus, 756
Theopompi maledicentia omni ratione deſtituitur, 24
Theopompus reprehẽſionem meretur, 20
Thermi oppidi donaria à Philippo deſtructa, 16
Thero Agrigẽtinus generis ſplendore & opibus inter Siculos eminebat, 255
Theſſalus Piſiſtrati filius, vir ſapientia præſtans, 251
Thraces Agathoclem Lyſimachi regis filium in pręlio capiunt, 256
Thraceſiorum appellatio, 495
Thraſea Neronis principis ſtudia non probabat, 704
Thoas erat ex internunciis qui nauigarat in Macedoniam, 136
Thornax, mons Laconiæ, 495
Thyni, 511
Timęi maledicentia aduerſus Agathoclem Siciliæ tyrannum, 24
Timæus ait Ariſtotelem audacem, leuem & temerarium fuiſſe, 47

Timæus ſcribit Democharem ſuperioribus corporis partibus impudicum fuiſſe, 52
Timæus Ephorum vehementer inſectatus eſt, 55
Timæi ſecta atque inſtitutum, 56
Timæus fuit veritatis ſtudioſiſſimus, 259. ab Agathocle in exilium pulſus, ibid.
Tiberius Gracchus Proprætor in Hiſpaniam miſſus ſtrenuè bellum gerit, 304
Tiberius Gracchus Legatus ad inſpiciendas res Syriæ, 323
Tib. Gracchus filius Tiberij, iterum Conſul, 372
Tiberius Rhodum profectus, 663
Tigellinus ſucceſſit Burro, 688
Timoleon non modò nihil magnificum videtur geſſiſſe, ſed ne ſuſcepiſſe quidem, 55
Tirones anni ſpatio dextram toga inuolutā habere oportet, 199
Tirynthus, 443
Titus Epiri ac Macedonum potitur, 128
Titus, 707
Titus Flamininus reijcit principiū belli in regem Antiochum, 296
T. Quintius Flamininus, 647
Toloſates ſocij populi Rom. 631
Torrebus, vrbs Lydiæ, 492
Traianus, 708 711
Triballi, 524
Trullæ igniferæ deſcriptio, 208
Tullus Hoſtilius, 568
Tuſculani, 583

V

Valentinianus, 845
Valeria optima matrona, 383
Valerius Coruinus Conſul, 548
Vectigal decimæ pro viceſima manumiſſionum & hereditatum inſtituit Caracalla, 744
Veij capti, 537
Veneris vſus vires labefactat, 247
Verginius Rufus, 696
Veſpaſianus, 700. 703
Veſpronius Candidus Verus, 732
Veſuuiani, 535
Veteranio, 840
Virgines Veſtales, 627
Viriathus Luſitanus in diſtribuenda præda admodum iuſtus, 347. 351. 352
Viriathus obſcuro genere ortus, 625
Viriathi cadauer magnifico exequiarum honore celebratum eſt à Luſitanis, 360
Vitellius, 699. 700. 805
Vlpius Marcellus, 724
Vmbri, 512
Vſcana, Illyrici oppidum, 199

X

Xanthippus ſua virtute Carthaginenſes præſentib. malis liberauit, 268
Xerxes regulus vrbis Armoſatæ Legatos ad Antiochū miſit, 28

Z

Zarinça, 436. 439
Zeno Eleates deprehenſus, & tormentis ſubditus ob coniurationem aduerſus Nearchum, 251. tyranni auriculam morſu corripit, 252
Zeno atque Antiſthenes Rhodij celebres hiſtorici, 68
Zeuxis nolebat Philippum opibus ac potentia augere, 68
Zibelmius Diegylidis filius, 372
Zoroaſtris oracula, 469

FINIS.

Errata quæ per imprudentiam obrepſerunt in Græco textu.

PAg. 29. dele vocem Latinam, quæ ad maginem notata eſt.
Pag. 37. linea 14 lege, ἀυτοῖς συμπαρεῖναι.
Pag. 50. lin. 25. lege, φιλάνθρωπα.
Pag. 57. lin. 13. lege, λόγον. lin. 20. lege, ἀπιείαν.
Pag. 65. lin. 19. lege, τῇ Πτολεμαίκ.
Pag. 102. lin. 27. lege, Λευκτρικοῖς. lin. 28. lege, ἐν τοῖς ἑξῆς χρόνοις.
Pag. 146. lege, Επαμεινώνδαν. & ad marginem, ψευδολόγον.
Pag. 153. lin. 23. & 26. lege, πατρὸς.
Pag. 170. lin. 19. lege, προστάτην ἔχειν τῦ πολέμου.
Pag. 177. μαυεργυσίοις. mſ. Μαύεργις.
Pag. 369. lin. 26. mſ. ἀναγορευθῆναι βασιλέα.
Pag. 406. lin. vlt. lege, τὰ διὰ.
Pag. 410. lin. 29. lege, ἀναδέχεσθαι.
Pag. 414. lin. 19. lege, περιυπηχημένος.
Pag. 473. lin. 21. lege, ὁπόσον.
Pag. 474. lin. vlt. ſcribe, παράχω.
Pag. 489. lin. 12. lege, σφειγῶσι.
Pag. 522. lin. 11. lege, φίλων.
Pag. 529. lin. penult. ſcribe, συζεύξαι.
Pag. 561. lin. 3. lege, ἀπόφηναι.
Pag. 637. lin. 10. lege, ταραχώδης.
Pag. 658. lin. 8. lege, ὁμόνοιας οἱ
Pag. 773. lege, Πευκέτιοι, Πευδ. κ. Δαύνιοι. lin. vlt. lege, ἰσοετκόσι
Pag. 777. lege, Οὗτος (Αρχιμήδης);
Pag. 781. lin. 3. lege, ἔπιγ. ψ μέ.
Pag. 805. lin. vlt. lege, ἐν παιδείᾳ.
Pag. 830. lin. 10. lege, πάντων.

In verſione Latina.

Pag. 23. lin. 31. Conceſſit, lege Hauſit.
Pag. 28. lin. 17. lege, copulata.
Pag. 52. lin. 30. vilis aliquis, dele τὸ aliquis.
Pag. 68. lege, quæ proximè memoraui, Meſſeniis, &c.
Pag. 72. pro Scironides petræ, repone, Scironia ſaxa.
Pag. 88. lege vtrobique Alabandenſes.
Pag. 91. lin. 31. lege, eſſent amplexi.
Pag. 176. lin. 20. lege, abſtineat.
Pag. 183. lin. 27. lege, hominibus adimebat.
Pag. 195. lin. 14. lege, communi aſſenſu.
Pag. 207. lin. 11. lege, ab hoſtibus premi.

Pag. 240. lin. 10. lege. exprobrare volunt, Eurybatum.
Pag. 319. lin. 13. lege, liberalitate ſua.
Pag. 368. lin. vlt. lege, ex ſeruo.
Pag. 419. lin. 30. lege, Nicolao tradidit.
Pag. 432. lin. 8. pro robuſtiorem, repone, potentiorem.
Pag. 480. lin. 29. lege, fortè cœnanti nunciatum. Lin. 32. ſcribe, in quo æger.
Pag. 503. lege, Pſychia.
Pag. 507. lin. 11. ſcribe, illam impudicitiæ.
Pag. 520. lin. 19. ſcribe, hac cophini.
Pag. 523. lin. 22. lege, Nomiſmate.
Pag. 632. lin. 3. lege, edictis, cunctis qui.
Pag. 788. lin. 29. ſcribe, Cornelius Conſules.

HENRICI

HENRICI VALESII ADNOTATIONES

IN

COLLECTANEA CONSTANTINI PORPHYROGENETÆ de Virtutibus & Vitiis.

IN ARGVMENTVM OPERIS.

Pag. 2. ΟΣΟΙ τῶν πάλαι.] Hoc procemium præfixum erat omnibus Excerptorum libris Conſtantini noſtri, quemadmodum videre eſt in Excerptis legationum, quibus præfixus hic prologus iiſdem planè verbis legitur. Vnde cùm in exemplari noſtro maxima pars huius procemij ita deleta eſſet, vt prorſus non poſſet legi, ex editione Hœſchelij id suppleuimus. Huiuſmodi autem procemia Galeata vocantur à Latinis.

Pag. 5. *Κατεντυγχάνειν τοῖς προοιμίοις τῶν λόγων.*] Sic in codice noſtro legitur rectius quàm in Hœſcheliano, *εἰς τοὺς προοιμ.* quo vitio ſcripturæ inductus Caſaubonus verterat, *eorum ſcriptorum quæ ingenia alunt, lectioni incumbere.* Sed hac in parte eius interpretationem correxi. confirmatur autem lectio noſtri codicis verbis ſequentibus, *καὶ ἐντυγχάνουσι τούτοις*, ſcilicet *τοῖς προοιμίοις τῶν λόγων.*

Ἰωάννε τοῦ ἐπίκλην μαλέλα.] Huius Malelæ meminit Ioannes Tzetzes Chiliade v. hiſtor. 25. vbi *μαλέλης* dicitur. *ταῦτα μὲν Ἰωάννης τις μαλέλης χρονογράφος.*

IN EXCERPTA POLYBII Megalopolitani.

Pag. 9. O[Ὀ]γδίνος ἔξεις] Addidi ἔλαττον, ex Suida in λεύκιος.

Ibid. Ὥστ᾽ συνοικεῖν.] Legendum συνδιοικεῖν, vt rectè Æmilius à Porta coniecerat in interpretatione Suidæ, apud quem hic locus legitur. Sed & Diodorus Siculus habet συνδιῴκει. καὶ πολλὰ τῶν κατὰ τὴν βασιλείαν συνδιῴκει τῷ βασιλεῖ. quæ ex Polybio ſumpſiſſe videtur Diodorus. Porrò rectè hoc fragmentum lib. 6. Polybij adſcribi patet cùm ex ſerie ipſa fragmentorum. quæcunque enim præcedebant, ad libros v. priores Polybij pertinebant: quæ nos conſultò, quia edita erant, omiſimus. tum verò quod in lib. 6. Polybius vniuerſam populi Rom. hiſtoriam & antiquitatem breuiter complexus fuerat, à regibus ipſis exorſus. Vel illud fragmentum quod profert Stephanus Byzantius ex lib. 6. Polybij. ἔκτισε δὲ καὶ πόλιν Ὠστίαν ἐπὶ τοῦ Τιβέριδος, nonne ad Ancum Marcium regem Rom. manifeſtè ſpectat, qui Oſtiam condidiſſe ab omnibus hiſtoricis memoratur.

Pag. 10. Διαφυλάξαι τὸν αὐτὸν τρόπον.] Idem ait Saluſtius in coniuratione Catilinæ, initio. *Nam imperium facilè iis artibus retinetur, quibus ab initio partum eſt. Verùm vbi pro labore deſidia, pro continentia & æquitate libido atque ſuperbia inuaſere, fortuna ſimul cum moribus immutatur.* quod exemplo Philippi demonſtrat Polybius in fragmentis ſequentib. ac libro x. rurſus inculcat pag. 606. vbi de Carthaginenſibus, qui cæſis Imperatoribus Romanis, inſolentiâ elati, ſocios acerbè tractare inſtiterunt. quo factum eſt vt eoſdem ex amicis hoſtes habuerint: neque immeritò. ἄλλως μὲν γὰρ ὑπέλαβον δεῖν κτᾶσθαι τὰς ἀρχὰς, ἄλλως δὲ τηρεῖν, οὐκ εἰδότες, διότι κάλλιστα φυλάττουσι τὰς ὑπεροχὰς οἱ μάλιστα διαμείναντες ἐπὶ τῶν αὐτῶν προαιρέσεων, αἷς ἀπ᾽ ἀρχῆς κατεστήσαντο τὰς δυναστείας.

Πεντήκοντα καὶ τέτταρα βασιλεύσας.] Quot annos regnarit Hiero, Hieroclis filius, inter auctores non conuenit. Lucianus in Longæuis 70. annos ei tribuit ex Demetrio Calatiano. Pauſanias libro 2. Heliac. ſcribit Hieronem regnum iniiſſe anno 2. Olymp. 126. Itaque cùm Olymp. 141. anno primo ſit mortuus, relinquitur ex Pauſaniæ ſententia, vt ſexaginta annos regnauerit. Sed Polybius 54. annos Hieroni duntaxat attribuit, qui ex anno 4. Olymp. 127. conſurgunt. quo anno victis ingenti prælio Mamertinis, Hiero qui tum Prætor Syracuſanorum erat, Rex publicè eſt ſalutatus, vt refert Polybius lib. 1. quamquam Diodorus Siculus lib. 22. in eius prælij deſcriptione Hieronem

Regem vocat, quaſi iam tum Rex eſſet. Quocirca facilè adducor vt credam quoſdam regnum Hieronis ab initio Præturæ eiuſdem deduxiſſe, quam ſuſcepit Hiero anno 2. Olymp. 126. Certè verba Pauſaniæ tam de Prætura quàm de regno accipi poſſunt. Ait enim, τὴν δὲ ἀρχὴν ἔσχεν ἔτει δευτέρῳ τῆς ἕκτης Ὀλυμπιάδος ἐπὶ ταῖς εἴκοσι καὶ ἑκατόν. Itaque in Luciano mendum eſſe puto, ac pro ἑβδομήκοντα, legendum eſſe ἑξήκοντα.

Pag. 13. Γέλων.] Intelligo Gelonem Hieronis filium, Hieroclis nepotem. Porrò hæc fragmenta de Hieronymi interitu rectè à nobis libro 7. aſſignari docet caput primum libri 7. in quo de Leontinorum vrbe agitur, in qua Hieronymus à coniuratis obtruncatus eſt. Ad has enim inſidias Hieronymo factas illud caput pertinere exiſtimo. quod patet ex vltimis illius capitis verbis, ὃν μεταξὺ καὶ τοῦ ποταμοῦ συμβαίνει τὴν προειρημένην ὁδὸν ὑπάρχειν. Intelligit enim viam anguſtam quâ in forum ibatur. cui imminentes ædes coniurati occupauerant, vt docet Liuius lib. 24. Quare errat Caſaubonus, qui id caput ad Leontinorum expugnationem à Marcello Coſ. factam ait pertinere. Atqui capite ſequenti refertur fœdus inter Philippum & Hannibalem ictum, quòd longè eam Leontinorum expugnationem præceſſit. Non ergo de Leontinorum expugnatione hic agebat Polybius, ſed libro 8. potius vt arbitror. Cæterùm illud etiam ſciendum eſt, primum caput quod inter Excerpta legationum Polybij editum eſt, ad librum vii. Polybij pertinere, vt ſatis patet.

Γόργος Μεσσήνιος.] Ex Meſſene vrbe Peloponneſi. de quo viro loquitur Polybius initio libri 5.

Pag. 14. Πάντας κρηταιεῖς.] De Cretenſium inteſtinis motibus, & legatione ad Philippum vide lib. 4. Polybij.

Pag. 17. Κατὰ τὴν πέμπτην βίβλον.] Intelligit locum qui legitur pag 361. editionis Caſauboni.

Ὥς φησιν ὁ Πλάτων.] Locus eſt in libro ix. de Repub. pag. 565.

Τὸ ῥηθὲν ἐν τοῖς πολιτικοῖς.] Hæc non ſunt Polybij verba, ſed eius qui hæc Excerpta compilauit. intellige autem illud conſilium quod Demetrius Pharius dedit Philippo, vt bouem vtroque cornu teneret, quod habes in lib. 7. pag. 507. qui locus à Conſtantino Porphyrogenneta relatus fuerat in librum, περὶ πολιτικῶν διοικήσεων. qui liber vnà cum reliquis ferè omnibus periit. Huius mentio fit in Excerptis Diodori, vbi ad marginem notatum reperi, ζήτει ἐν τῷ περὶ πολιτικῶν διοικήσεως.

Pag. 21. Εἰ γάρ τις ἦν.] Hic locus Theopompi integrior extat apud Athenæum lib. 4. pag. 167 & lib. 6. pag 260. vbi poſt λάσταυρος, additur, ἢ βδελυρός, & pro τοιγὰρ, legitur τοιγαροῦν rectius. illud enim nimis poëticum eſt.

Οὐχ ἑταίρους.] Addidi ex Athenæo, ἀλλ' ἑταίρας In quo tota ſententiæ venuſtas poſita eſt. quæ quidem alluſio etſi vrbanitatem aliquam videtur habere, tamen hiſtoriæ ſcriptore prorſus indigna eſt. Eiuſmodi ſunt & quæ ſequuntur, ἀνδροφόνοι, & ἀνδροπόρνοι, quæ & turpia & nimis

affectata ſunt. Ex quibus apparet Theopompum verborum curioſiorem fuiſſe quàm rerum.

Καὶ τοσούτων μοι πραγμάτων.] Verſatus eſt in Republica Theopompus Chius, in qua adminiſtranda aduerſarium habuit Theocritum Chium oratorem ex Iſocratis ſchola, vt teſtis eſt Strabo lib. 13. & Suidas, contra quem inuehitur Theopompus in Suaſionibus ad Alexandrum, vt refert Athenæus libro XII. vbi Θεόκριτος ὁ σοφὸς dicitur perperam, cùm σοφιστὴς legendum ſit ex Strabone. Clemens Alex. in Protrept. ἀγαμαι τ̃ Θεῖον σοφιστὴν. Θεόκριτος ὄνομα αὐτῷ. lege Χῖον.

Καὶ τοιοῦτον τρόπον.] Legendum videtur, τοιουτότροπα.

Η ἐπιγραφή.] Hoc Epigramma integrius legitur apud Clementem lib. 2. στρωμ. & Athenæum lib. 7. ſed Cicero in v. Tuſculana diſtichon tantum agnoſcit, quod ſic vertit:

Hæc habeo quæ edi quæque exſaturata libido
Hauſit, at illa iacent multa & præclara relicta.

Pag. 25. Καὶ μετ' Ἀλεξάνδρῳ.] Deeſſe videtur, μετ' ἐκεῖνον Ἀλεξάνδρῳ. paulò poſt, τὴν ἑαυτῶν δόξαν emendauimus cum in mſ eſſet ἑαυτῆ.

Pag. 26. Μεταλαβὼν ϑ̃ τὴν ὑπόϑεσιν] Legendum videtur μεταβαλὼν, idque ex ſequentibus manifeſtè oſtenditur. Theopompus hiſtoriam rerum Græcarum ſcripſerat à pugna nauali ad Cynoſſema in qua deſiniit Thucydides, vſque ad prælium nauale ad Cnidum libris 12. vt ſcribit Diodorus Siculus lib. 14. cui accedit Photius in bibliotheca. qui XII. librum τῶν Ἑλληνικῶν Theopompi abs ſe lectum eſſe teſtatur Suidas XI. tantum enumerat. Idem Theopompus Philippica ſcripſit libris 58. vt ſic eodem Diodoro orſus ab anno 1. Olymp. 105. Itaque inter vtramque hiſtoriam Theopompi interuallum erat quinque circiter ac triginta annorum.

Pag. 26. Ὅτι Καύαρος ὁ βασιλεύς.] Hæc ad librum 8. pertinere docet Athenæus lib. 6. apud quem huiuſmodi fragmentum Polybij legitur, quod non procul ab Excerptis noſtris aberat. Πολύβιος δ' ἐν ὀγδόῃ ἱστοριῶν. Καύαρος, φησὶν, ὁ Γαλάτης ὢν τἄλλα ἀνὴρ ἀγαθὸς ὑπὸ Σωστράτου τοῦ κόλακος διεστρέφετο, ὃς ἦν Χαλκηδόνιος τὸ γένος. Huius reguli corruptum nomen eſt, apud Polybium lib. 4. pag. 314. ὑπεδέξαντο φόρον τελεῖν κατ' ἐνιαυτὸν ἕως εἰς Κλύαρον, ἐφ' οὗ κατελύθη μὲν ἡ βασιλεία, τὸ δὲ γένος αὐτῶν ἐφθάρη παῖς ὑπὸ Θρᾳκῶν. legendum puto ἕως Καύαρον. Porrò hi Galli regiam habebant in oppido Thraciæ Tuli, ex quo in agrum Byzantinorum excurſiones facere ſolebant, teſte ibidem Polybio, κατασκευασάμενοι βασίλειον τὴν Τύλην, lege Τύλιν auctore Stephano, qui ait Τύλις πόλις Θρᾴκης τῷ Αἵμῳ πλησίον, ἣ κλίνεται τύλεως.

Πόλεως Ἀρμόσατα. Ciuitas eſt Armeniæ maioris in ea parte quæ meridiem ſpectat Ptolemæo Ἀρσαμόσατα & Plinio.

Pag. 29. Δεβάλην, legẽdum Ἀνδοβάλην, vt mox rectè ſcribitur. Sic enim Polybius ſemper appellat quem Liuius & Zonaras ex Dione Indibilẽ. Polybius lib. 9. hunc Ilergetum regulum vocat, ſed in eo loco λεργητῶν

non ἰλεϱγητῶν habebat noſter codex. Liuius quidem lib. 29. initio Indibilem Ilergetem nominat.

Pag. 30. Διὰ μυτ͂ίνου.] Hic eſt qui Mutines à Liuio dicitur in fine lib. xxv. Libyphœnicum generis Hippone oriundus. quem in locum Hippocratis Hannibal in Siciliam miſerat vt teſtis eſt Liuius. hic poſtea præfectura ſua ſpoliatus ab Hannone, ad Valerium Læuinum Coſſ. transfugit, eique Agrigentum prodidit. quam ob cauſam ciuitate Rom. donatus eſt, vt præter Liuium lib. 27. docet Varro apud Aſconium in Piſonianam. μουτίνας dicitur à Zonara tomo 2. Annalium ex Dione.

Οὕτω μέγα τι χρῆμα.] Hanc ſententiam ex codice Vrbinati refert Caſaubonus pag. 1030. & libro ix. inſertam fuiſſe teſtatur. ex quo patet recte hoc fragmentum lib. ix. Polybij à nobis adſcriptum fuiſſe.

Εἰς ἐπίςασιν ἡμᾶς εἶχε.] Legendum eſt ἦγε.

Pag 37. Δυσχρηςεὶς Αννίβας.] Legendum δυσχρηςηθεὶς, fit enim ἀπὸ τοῦ δυσχρηςεῖσθαι, quod eſt ad inopiam conſilij redigi. qua voce vtitur Polybius apud Suidam in δυσχρηςούμενος. Paulò pòſt lege ἐνίας χρωῦ καὶ παραγγεινδεῖν ὑπέμεινε

Ρωμαίοις ὡς ὠμοῦ.] De Hannibalis crudelitate paſſim loquuntur ſcriptores Romani. Teſtis ſit Cicero in dialogo de Amicitia apud quem Lælius ſic ait: *Cum duobus ducibus de imperio in Italia decertatum Pyrrho & Hannibale. ab altero propter probitatem eius non nimis alienos animos habemus. alterum propter crudelitatem ſemper hæc ciuitas oderit.*

Pag. 38. Εἰκὸς ἐπανορθῶσαι.] Deeſt πρὸς aut quid ſimile. Paulò pòſt vbi legitur ὑπὲρ αὐτῶ πεποιήμεθα λόγον. malim περὶ αὐτῶ.

Pag. 41. Κλέανδρον.] Apud Plutarchum in vita Philopœmenis perperam Κάσανδρος ſcribitur cõtra auctoritatem codicis Vulcobiani. & Pauſaniam in Arcadicis & Suidam qui hunc Polybij locum ex Conſtantini noſtri Excerptis more ſuo deſcripſit.

Εκδήμου.] Ita etiam nominatur à Plutarcho in Philopœmenis vita, ſed in vita Arati perperam Ecdelus ſcribitur. ὁ δὲ ἔκδηλος ἀρχὰς ἦν ἐκ μεγάλης πόλεως. lege ἔκδημος. quamquam & Pauſanias in Arcadicis Ecdelum nuncupat ac Megalophanem; ſed corruptè vtrumque. cum Ecdemum ac Demophanem dicere debuiſſet.

Συςησάμενοι δέ.] τὸ δὲ expungendum eſt. Paulóque poſt pro συνεπλάσαντο. malim συνεπλάσαντο.

Pag. 42. Συμφέρειν ἐλλοντες.] Deeſt ἀλλὰ aut quid ſimile.

Τὸ μὲν διάδημα καὶ τὴν πορφύραν.] Iuuat videre quomodo hæc Liuius verterit. Etſi enim quædam ex Polybio ſumpſit, tamen multa omittit de induſtria, nec pauca de ſuo addit. ex quo apud alios fortè plagiarius audiat, à me quidem optimi interpretis laudem referet. Eius igitur verba hæc ſunt lib. 27. *Lætitiáque ingenti celebrati feſti dies, eò magis etiam quod populariter dempto capitis inſigni, purpura atque alio regio habitu, æquauerat cæteris ſe in ſpeciem quo nihil gratius eſt ciuitatibus liberis.*

præbuiſſetque haud dubiam eo facto ſpem libertatis, niſi omnia intoleranda libidine fœda ac deformia feciſſet. Vagabatur enim cum vno aut altero comite per maritimas domos dies noctéſque, & ſubmittendo ſe in priuatum faſtigium, quo minus ſuſpectus eò ſolutior erat, & libertatem cùm aliis vanam oſtendiſſet, totam in ſuam licentiam verterat. Neque enim omnia emebat aut eblandiebatur, ſed vim etiam flagitiis adhibebat, periculoſumq. & viris & parentibus erat moram incommoda ſeueritate libidini regiæ feciſſe.

Pag. 45. Περὶ ὑμεῖς.] Legendum videtur, περὶ ὧν ἡμεῖς. & mox, ὥσπερ οἱ λοιποὶ τῶν συγγραφέων.

Pag. 46. Οὐδὲν ἔστιν ἐν τούτοις.] Legendum videtur οὐδ' ἔνεστιν, idque in verſione mea ſum ſecutus. videtur tamen hic deeſſe quidpiam.

Pag. 46. Δραπετῶν οἰκετῶν μοιχῶν.] Ariſtotelis ſententiam de Rep. Locrorum ſecutus eſt Dionyſius Characenus lib. de ſitu orbis,

Τῇ δ' ὑπὸ Λοκροὶ ἔασιν ὅσοι περτίερεις ἱκέσθαι
Ἦλθον ἐπ' αὐσονίην σφετέρης. μιχθέντες ἀνάσσαις.

vbi vide quæ Euſtathius notat. ſanè Polybius lib. 12. pag. 657. ſcribit aliquot Locrenſiũ matronas ſponte cum ſeruis in coloniã profectas eſſe.

Σοφιστὴν ὀψιμαθῆ, &c.] Hæc prius Ariſtoteli obiecerat Epicurus in Epiſtola περὶ ἐπιτηδευμάτων. cuius verba refert Athenæus lib. 8. Καίτοι εἰδὼς καὶ ἐπίκουρον ταῦτ' εἰπόντα περὶ αὐτοῦ ὅτι καταφαγὼν τὰ πατρῷα ἐπὶ στρατείαν ὥρμησε, καὶ ὅτι ἐν ταύτῃ κακῶς πράττων ἐπὶ τὸ φαρμακοπωλεῖν ἦλθεν. εἶτα ἀναπεπταμένου τοῦ Πλάτωνος περιπάτου, φησὶ, παραβαλὼν ἑαυτὸν προσεκάθητο τοῖς λόγοις οὐκ ὢν ἀφυής. καὶ κατὰ μικρὸν εἰς τὴν θεωρουμένων ἐξῆλθεν. ſic legendus eſt ille locus. male vulgo εἰς τὴν θεωρουμένην.

Μέτειος μὲν γὰρ.] Fortè μέτεια legi debet.

Pag. 49. Κατὰ τὴν αὐτὴν βίβλον.] Intellige librum IX. hoc enim libro Timæus de Rep. Locrorum in Italia contra Ariſtotelis ſententiam diſputauerat. vt docet Athenæus lib. VI. qui hæc Timæi verba refert quæ ad hanc diſputationem pertinent. καθόλου γὰρ ἠπίωντο τὸν Ἀριστοτέλη διημαρτηκέναι τῶν Λοκρικῶν ἐθῶν. οὐδὲ γὰρ κεκτῆσθαι νόμον εἶναι τοῖς Λοκροῖς, ὁμοίως τε οὐδὲ φωκεῦσιν οὔτε θεράπαινας, οὔτε οἰκέτας πλὴν ἐγγὺς τῶν χρόνων, &c. quam quidem obiectionem Timæi refellebat Polybius hoc libro vt docet idem Athenæus in fine lib. 6.

Ὑπογεγράφθαι τὴν ἀρχήν.] Exiſtimaui legendum eſſe ἐπιγεγράφθαι quod ſenſus ipſe poſcere videtur. probare enim vult Timæus coloniam Locrorum non ex fugitiuorum colluuiè conflatam fuiſſe, idque ex eo concludit quod apud Locros in Græcia tabulæ fœderis cum Italicis percuſſi legantur hoc exordio, ὡς γονεῦσι πρὸς τέκνα.

Ὡς γονεῦσι πρὸς τέκνα.] Coloniæ eundem honorem originibus ſuis exhibebant quem filij parentibus. Itaque Metius Fufetius Albanorum dux, apud Dionyſium Halicarn. lib. 3. pag. 143. ait Romanis Albanorum colonis. ὅσης γὰρ ἀξιοῦσι τιμῆς τυγχάνειν οἱ πατέρες παρὰ τῶν ἐκγόνων, τοσαύτης οἱ κτίσαντες τὰς πόλεις παρὰ τῶν ἀποίκων. Ita & Curtius lib. 4. *quippe*

Carthaginem Tyrij condiderunt ſemper parentum loco culti. Apud Herodotum quoque lib. VIII. Themiſtocles negat Ionas iuſtè agere qui contra patres militent. Quænam porrò fuerint hæc iura quæ originib. debebantur, non alienum fuerit paucis hoc loco perſtringere. Primo igitur ij qui in coloniam mittebantur, armis & commeatu à ciuibus ſuis inſtruebantur de publico, vt docet Libanius in Argumento Orationis Demoſthenis, περὶ τῶν ἐν Χερρονήσῳ. Præterea publica iis diplomata dabantur, quæ ἀπίκια vocabant, teſte Hyperide in Orat. Deliaca apud Harpocrationem, quorum exemplar, vt opinor, in archiuis publicis ſeruabatur, quo eos ciues optimo iure eſſe, & bonis ominibus in hanc aut illam coloniam miſſos appareret. Iam quod præcipuum eſt, ſacra patria coloni ſecum aſportabant, ignémque ſacrum è penetrali vrbis depromptum & accenſum. quod docet auctor Etymolog. in πρυτανεῖα. ὅτι τὸ ἱερὸν πῦρ ἐπὶ τούτων ἀπόκειται καὶ τοὺς ὁποίποτε ἀποικίαν στέλλοντας ἔθος αὐτόθεν αὔεσθαι τὸ ἀπὸ τῆς ἑστίας πῦρ. Herodotus etiam lib. I. de Athenienſ. colonia in Ioniam miſſa loquens ſic ait, οἱ δὲ αὐτῶν ἀπὸ τοῦ πρυτανείου τοῦ Ἀθηναίων ὁρμηθέντες οὐ γυναῖκας ἠγάγοντο ἐς ἀποικίην. qui quidem ignis ſi caſu extinctus eſſet, ex prytaneo conditorum accendi eum oportebat. Moris quoque erat vt coloniæ quotannis legatos in maiorem patriam (ſic Curtius lib. 4 vertit quam Græci μητρόπολιν dicunt) mitterent Diis patriis ſacra facturos. Pòlybius cap. 114. legationum, ναῦν ἱεραγωγὸν, ἐφ' ἧς εἰς τὴν Τύρον ἐκπέμπουσιν οἱ Καρχηδόνιοι τὰς πατρίους ἀπαρχὰς τοῖς θεοῖς. & Curtius de iiſdem Carthaginenſibus ait lib. 4. *Carthaginenſium legati ad celebrandum ſacrum anniuerſarium more patrio tunc venerant.* Itaque Corinthios grauiter infenſos Corcyræis fuiſſe legimus, quòd more reliquarum coloniarum ſacra patria Corinthum mittere negligerent. διὰ τὸ μόνους τῶν ἀποίκων μὴ πέμπειν τὰ κατειθισμένα ἱερεῖα τῇ μητροπόλει, ait Diodorus Siculùs libro 12. Sed Thucydides lib. I. vbi eandem narrat hiſtoriam, aliud dicit his verbis. ἅμα δὲ μίσει τῶν Κερκυραίων ὅτι αὐτῶν παρημέλουν ὄντες ἄποικοι. οὔτε ἐν πανηγύρεσι ταῖς κοιναῖς διδόντες γέρα τὰ νομιζόμενα. οὔτε Κορινθίῳ ἀνδρὶ προκαταρχόμενοι τῶν ἱερῶν ὥσπερ αἱ ἄλλαι ἀποικίαι. vbi Schoſtiaſtes Græcus, προκαταρχόμενοι, inquit, τοῦτ' ἔστι διδόντες τὰς ἀπαρχάς. ἔθος γὰρ ἦν ἀρχιερέας ἐκ τῆς μητροπόλεως λαμβάνειν. Moris erat, inquit, vt coloniæ ab originibus ſuis pontifices acciperent. qui mos inprimis notandus eſt. Ex hoc enim, vt opinor, vnico huius interpretis loco id diſcimus. Supereſt vt diſpiciamus quænam fuerint illa γέρα quæ à coloniis præſtari mos erat in publicis ſolennibus ac ludis. Scholiaſtes quidem ille Thucydidis interpretatur τὰς τιμὰς καὶ προεδρίας. id eſt principem in conſeſſu locum. Sed & multa alia priuilegia intelligi puto, cuiuſmodi ſunt ἐπιγαμίαι. κτῆσις γῆς, & cætera quæ in Decretis Græcorum paſſim leguntur. quin etiam ſi quando coloni aliam coloniam aliquò deducere vellent, moris erat vt ducem à maiore patria poſtularent. quod teſtatur Thucydides lib. I. de Epidamno. οἰκιστὴς δὲ ἐγένετο φάλιος Ἐρατοκλείδου Κορίνθιος γένος τῶν ἀφ' Ἡρακλέους, κατὰ δὴ τὸν παλαιὸν νόμον ἐκ τῆς μητροπόλεως κατακληθείς.

Porrò ad hæc iura *μητροπόλεων* & coloniarum non incommodè, vt arbitror, reuocari poſſunt, & inuicem componi iura Eccleſiæ Romanæ, quæ matrix eſt & *μητρόπολις* reliquarum. Sed hæc indicaſſe nunc quidem ſufficiat.

Δυοῖν ἔθνη Λοκρῶν.] Duæ ſunt gentes Locrorum in Græcia, Epicnemidij ſcilicet & Ozolæ, teſte Strabone lib. 9. ac Plinio, quorum Ozolæ ab Epicnemidiis profecti ſunt. Locrus enim Locri & Caphyæ filius ob quaſdam cauſas infenſus patri, cum magna ciuium manu profectus, Phyſcæenſes & Hyanthiam condidit, vt narrat Plutarchus cap. 15 Quæſtionum Græcarum, & Athenæus in fine lib. 2. Vide Euſtathium in Homeri catalogum, pag. 277.

Pag. 50. *Ἀλλὰ πρὶν τὸ δή.*] Legendum, *ἀλλ' ἀτρίξ.* vt & Caſaubonus coniecerat ad pag. 1030. vbi hic locus legitur inter Excerpta ex codice Vrbinati.

Τῶν ἐφόρων πρὸς τοὺς βασιλεῖς.] Lacedæmonij annos ab Ephoris computabant, vt ex Thucydidis & Xenoph. lib. 2. hiſt. colligere eſt. Erant porrò Ephori quinque, iique annui, vt docet Suidas. *Ἔφοροι παρὰ Λακεδαιμονίοις πέντε, οὓς Ἐφόρους ἐκάλουν διὰ τὸ ἐφορᾶν τὰ τῆς πόλεως. ἐν διαδοχῇ δὲ ἦσαν.* Idem teſtatur Plutarchus in vita Cleomenis, initio. Malè igitur apud auctorem Etymologici *ἔφοροι ἄρχοντες ἦσαν ἐν Λακεδαίμονι ἐννέα.* lege ε. ſic Athenis poſt cladem illam ad Ægoſpotamos cùm Reip. inclinatio fieret, primùm quinque Ephori ſunt conſtituti, teſte Lyſia in Orat. contra Eratoſthenem. Iam ex illis quinque Ephoris vnus fuit *ἐπώνυμος*, qui anno nomen dabat. quod patet ex Thucydide ac Xenophonte in locis citatis. idque confirmat Pauſanias in Laconicis, *ἔφοροι δὲ καὶ παρέχονται τὸν ἐπώνυμον.*

Τὰς ἱερείας τὰς ἐν Ἄργει.] Vno verbo *ἡρεσίδες* dicebantur ſacerdotes Iunonis Argiuæ, à quibus Argiui tempora numerabant, teſte Etymologico. Scholiaſtes Thucydidis, *ἠριθμοῦσι δὲ τοὺς χρόνους οἱ Ἀργεῖοι ἀπὸ τῶν ἱερειῶν.* vnde Hellanicus indicem harum ſacerdotum, & quid ſub quaque erat geſtum pluribus libris ſcripſerat, teſte Dionyſio Halic. lib. 1. & Stephano Byzantio. Prima hoc ſacerdotio functa eſt Callithya, ſeu Callithoë, Piranthi filia, vt ait Euſebius in Chronico, numero 376. de qua Scaliger multa ibi adnotauit. Longo dehinc interuallo poſt Hypermneſtra Danai filia apud Argos ſacerdotio functa eſt, vt ſcribit idem Euſebius in Chronico, numero 581. Tertiam inuenio Alcyonem aliquot ætatib. ante bellum Troianum, de qua Dionyſius Halic. lib. 1. *τὸ μὲν οὖν σικελικὸν γένος οὕτως ἐξέλιπεν Ἰταλίαν ὡς μὲν Ἑλλάνικός φησι τρίτῃ γενεᾷ πρότερον τῶν Τρωικῶν Ἀλκυόνης ἱερατευομένης ἐν Ἄργει κατὰ τὸ ἕκτον καὶ εἰκοστὸν ἔτος.* Locus Hellanici extat apud Conſtantinum lib. 2. Thematum in Sicilia. Quartam reperio Admetam Euryſthei filiam, quæ id ſacerdotium obtinuit annos 38, poſt quam ſacerdotes Iunonis Argiuæ Phalides deinceps ſunt dictæ, vt ſcribit Euſebius in Excerptis Scaligeri, pag. 31. *Ἀδμήτα θυγάτηρ Εὐρυσθέως ἐν Ἄργει ἱεράτευσεν ἔτη λη. αἱ δὲ ἀπὸ ταύτης τὴν ἱερωσύνην διαδεξάμεναι φαλίδες*

ἐκαλοῦντο

ὀναλῦντο. Lege ἀδμήτη, non ἀδαμάντα. Sic enim dicta eſt Euryſthei filia ex Apollodoro lib. 2. Biblioth. & Iſacio Tzetze in Lycophronem. Hæc Admeta poſt mortem Euryſthei ab Argiuis expulſa, Samum ſe recepit, in eáque inſula ædem ac ſimulacrum Iunonis cuſtodiuit, vt narrat Menodotus Samius apud Athenæum lib. 15. Fuit & Cydippe ſacerdos Iunonis Argiuæ, cuius filij Cleobis & Biton, pietate in matrem memorabiles fuêre, teſte Hygino fab. 254. & Palæphato in fine lib. 1. Poſtremò Chryſis recenſetur à Thucydide & aliis. cuius anno 48. cœptum eſt Peloponneſiacum bellum. anno autem eius bellì nono cùm templum Iunonis per ſacerdotis negligentiam conflagraſſet, Chryſis Phliuntem ſe proripuit. poſt cuius fugam Phaëinis ſacerdos ex lege capta eſt, vt memorat Thucyd. in fine lib. 4. Sæpè autem dubitaui ne apud Georgium Syncellum pro φαλίδης, legendum ſit φαεινίδης, ab hac Phaëinide, cuius meminit Thucydides.

Ὀπισθοδόμους στήλας.] Legendum ὀπισθοδόμου. quid autem ſit ὀπισθόδ. docet Varro lib. 4 de lingua Lat. in ædibus ſacris ante cellam vbi ſedes Dei ſunt, Græci dicunt, πρόδομον, quod pòſt ὀπισθόδομον. Similiter Pollux lib. 1. τὸ δὲ πρὸ αὐτοῦ σηκοῦ πρόδομος, καὶ τὸ κατόπιν ὀπισθόδομος.

Τῶν ναῶν προξενίας.] Videtur mendi quidpiam latere in voce ναῶν. quod ſi mendo vacat, fortè intelligere oportet hoſpitij ius inter templa duarum ciuitatum publicè conſtitutum fuiſſe. ac eodem fortaſſe pertinent ſtelæ illæ in poſtica parte ædis repertæ. Mendum quoque eſt in illis verbis ἐν ταῖς φλιαῖς.

Οὔτ' ὑπάρχοντι τῶν τοιούτων.] Legendum puto ὑπάρχει τι τῶν τοιούτων.

Καθήκοντος ὀλιγωρεῖν.] Poſt hæc verba collocari debet locus ille qui legitur in lib. 12. Polybij pag. 656. ἐμοὶ δὲ συμβαίνει, &c. qui quidem locus ita pendet ab iis quæ edidimus, vt ſine his vix intelligi poſſit. Itaque ne verbum quidem vnum inter hæc duo fragmenta interpoſitum fuiſſe pro certo habeo.

Pag. 53. Τὸ ἱερὸν πῦρ φυσᾷ.] Hinc adagium, ᾧ τὸ ἱερὸν πῦρ οὐκ ἔξεστι φυσῆσαι. de homine impudico & impuro, teſte Zenobio & Suida. ſed in Zenobio confuſum eſt id prouerbium cum præcedenti ψεκάς, legendum enim eſt à capite. ᾧ τὸ ἱερὸν πῦρ οὐκ ἔξεστι φυσῆσαι· ὡς μὴ καθαρεύοντι.

Βότρυος ὑπομνήματα καὶ Φιλαινίδος.] Philænis περὶ σχημάτων ἀφροδισίων ſcripſerat, quod opus tamẽ Æſchrion aiebat ſcriptum fuiſſe à Polycrate Athenienſi ſophiſta, ac Philænidis nomine euulgatum, vt honeſtiſſimæ matronæ notam turpitudinis inureret. vt refert Athenæus lib. 8. Eiuſdem meminit Clemens Alex. & Suidas in Ἀστυάνασσα. Botrys vero Siculus fuit, ortus oppido Meſſana, qui primus τὰ καλούμενα παίγνια conſcripſit, teſte Alcimo in rebus Siculis apud Athenæum lib. 7.

Ἀπὸ τέγους.] Emendaui ἐπὶ τέγους quod eſt in lupanari. eſt enim τέγος proprie οἴκημα προσόγειον, ſeu cella. malè apud Suidam ἀπὸ τέλους legitur.

Κωμικόν τινα μάρτυρα.] Archedicum hunc poëtam infra Polybius appellat. Suidas tamen ex Timæo Democlidem dicit. Τίμαιος, inquit, ἐν

λῶν ἱστοριῶν ἱστορεῖ ὡς οἱ περὶ Δημοκλείδην κατὰ Δημοχάρεις εἶπεν ὅτι μόνῳ αὐτῷ πάντων Ἀθηναίων ἐκ ἔξεστι τὸ ἱερὸν πῦρ φυσῆσαι.

Ἐν τῇ ἱστορίαις] Democharis hiſtoriam laudat Lucianus in longæuis, & Athenæus lib. 6. à quo malè *Δημοσθένους ἀνεψιὸς* indigitatur, cum ſororis filius fuerit. Itaque Athenæus memoria lapſus videtur, cum *ἀνεψιὸν* vocauit quem *ἀδελφιδοῦν* debuerat dicere. Sic enim præter Polybium ſcribit Plutarchus in vitis decem Oratorum, & Ælianus lib. 3. variæ hiſt. Erat autem Lacheris filius, Democharis nepos: pago Leuconoëenſis Malè enim apud Plutarchum in Demetrio, *Δημοχάρης ὁ Λακωνεὺς* ſcribitur. Apud eundem in vitis x. Rhetorum. *Δημοχάρης Λάχητος Λευκονθεύς*. lege vtrobique *Λευκονοεύς*. Iam quod eius auum poſui Democharem, firmatur auctoritate Demoſthenis qui in Orat. contra Aphobum ait amitam ſuam nuptam fuiſſe Demochari Leuconoëenſi.

Pag. 54 *Τὸ μὲ ἐκπυρσοῦν.*] *ἐκπυρσοῦν* hic ſignificat *τὸν αὐξητικὸν λόγον.* quæ quidem amplificatio conceditur interdum hiſtoriæ ſcriptoribus modo ſobria ſit & cum iudicio fiat. Sic ſupra in lib. 7. vbi de morte Hieronymi. *ὅσῳ γὰρ ἄν τις εὐλογώτερον τὸν ἀνεκπλήρωτα τὰς βίβλους καὶ τὸν ἐκπυρσοῦντα λόγον τῆς διηγήσεως εἰς Ἱέρωνα διάγοιτο.* & in fine lib. 15. opponit Polybius, *τῷ χρείῳ καὶ συνέχοντι τὰ πράγματα· τὸν ἐκπυρσοῦντα λόγον.* Igitur *ἐκπυρσοῦν τῆς ἀπεχθείας*, eſt amplificatio & exaggeratio profecta ab odio. Vt lib. 5. pag. 559. *ἐκπυρσοῦν τῷ θυμῷ.*

Τῆς προθέσεως αὐτῶν.] Legendum videtur *αὐτοῦ*: Timæum enim intelligi puto, in quo reprehendendo ait Polybius ſe id quidem quod nimis aſperum & virulentum erat conſulto euitaſſe, illud vero quod eius inſtituto conſentaneum erat minimè omiſiſſe. Ferri tamen poteſt *αὐτῶν*, ſi intelligatur de iis quos odij cauſa lacerauit in hiſtoriis Timæus.

Τοιαύτας ἀποφάσεις.] Inter quas erat illa à Timæo prolata ſententia, Calliſthenem iure ac merito occiſum ab Alexandro.

Καθάπερ ἐν ὀξυβάφῳ.] Prouerbium eſt eius ſimile quod latini dicunt lauream in muſtaceo quærere.

Pag. 57. *Καὶ Θεοφράστου.*] Reprehenſus erat Theophraſtus à Timæo, quod Zaleucum leges Locris ſcripſiſſe dixiſſet. At Zaleucum iſtum Timæus vllum negabat fuiſſe. vt ſcribit Cicero in 2. de legib. & lib. 6. ad Atticum, ep. 1.

Ὀψοφάγον] Hunc Timæi locum intelligit Athenæus lib. 8. cum ait. *Τίμαιος δὲ ὁ Ταυρομενίτης, καὶ Ἀριστοτέλη τὸν φιλόσοφον ὀψοφάγον φησὶ γεγονέναι.*

Ἀναίδην τὴν ἀκόλουθον.] Deeſſe hic quidpiam nemo non videt. Ego ita ſum interpretatus quaſi legeretur. *ἀναίδην τοίνυν περὶ Τιμαίου τὴν ἀκόλουθον*, & cæt.

Καθάπερ εἰς τὸν παρόντα.] Legendum puto, *καθάπερ τὰ παρόντας.*

Περὶ τὰς συνωμοσίας.] Legendum eſſe putaui *συνωμίας*, quod eſt interſcaplia. Porrò de hoc tauro Agrigentino diſſerit & Diodorus lib. 13. Biblioth. vbi Timæum ipſo euentu poſtea conuictum eſſe prodit. Nam

Scipio Africanus multis poſt annis capta Carthagine illum eundem taurum reſtituit Agrigentinis. cuius rei teſtis eſt Cicero in Verrem de ſignis. *P. Scipio bello Punico tertio Carthaginem cepit. qua in victoria conuocatis Siculis omnibus. quod diutiſſimè ſæpiſſiméque Siciliam vexatam à Carthaginienſ. eſſe cognorat, iubet omnia conquiri. Tum illa quæ quondã erant Himera ſublata, Thermitanis ſunt reddita, tum alia Gelenſibus, alia Agrigentinis. in quibus etiam ille nobilis taurus: quem taurum Scipio cum redderet Agrigentinis dixiſſe dicitur, æquum eſſe illos cogitare vtrum eſſet Agrigentinis vtilius, ſuiſne ſeruire an populo Rom. obtemperare, cum idem monimentum & domeſticæ crudelitatis, & noſtræ manſuetudinis haberent.*

Pag. 58. Καὶ πολλοὺς δέ τινας.] Malim πολλούς γέ τινας. hæc autem verba dubitari poteſt an Polybij ſint, an potius breuiatoris.

Ταῦτα γάρ.] In Timæi verbis id mihi videtur reprehendiſſe Polybius, quod vniuerſum orbem terrarum quì ſub cœlo eſt (τῆς ὑπὸ τῷ κόσμῳ κειμένης.) hac diuiſione orbis in partes tres, Aſiam ſcilicet & Africam, & Europam comprehendi putauit. cum tamen ea diuiſio τῆς οἰκουμένης tantum fuerit, id eſt, orbis cogniti, teſte Strabone ac Mela, & Gemino, atque ipſo etiam Polybio in lib. 3. ſed is non vnius Timæi error fuit, ſed multorum veterum, atque inter hos, quod mirere, Plinij. Sic enim is ſcribit. *Terrarum orbis vniuerſus in tres diuiditur partes.* Excuſari tamen vterque poteſt, ſi dicamus eos ex more vulgi eſſe locutos, λαοδογματικῶς, vt de Eraſtothene aiebat Polybius.

Ὅτι Αἰτωλοί.] Hunc Polybij locum refert Athenæus lib. 13. περὶ δὲ Αἰτωλῶν Πολύβιος μὲν ἐν τῇ ιγ´ τῶν ἱστοριῶν φησὶν, ὡς διὰ τὴν τῶν πολέμων συνέχειαν, καὶ τὴν τῶν βίων πολυτέλειαν κατάχρεοι ἐγένοντο. ex quo patet rectè hoc caput libro 13. adſignatum eſſe, ex Athenæi auctoritate.

Pag. 61. Τὰ λείποντα τοῦ βίου.] Legendum cenſeo τὰ ἐλλείποντα.

Οὐκ ἤρκειτο.] Legendum videtur ἐν ἀρκεσθεὶς τύποις, ὡς τὸ πρότερον, vt Caſaubonus edidit inter Polybiana fragmenta. & mox προσεπέθηκε τῷ χρυσίῳ, vt idem habet Caſaubonus, ſeu potius Fuluius Vrſinus. Quæcunque enim fragmenta Polybij ad calcem editionis Caſauboni leguntur, ea ſcias à Fuluio Vrſino primum collecta atque edita fuiſſe vnà cum Excerptis legationum.

Δαμοκλῆς.] Is fortè eſt Damocles Argiuus, qui paulò pòſt à Pythagora Præfecto arcis Argiuæ Nabidis tyranni genero interemptus eſt, cùm res nouas agitaret, vt narrat Liuius lib. 34.

τῶν λυσιτελῶν.] In ms. erat, λυσιτελῶς. corruptè. poſſit tamen & λυσιτελειῶν legi. rectius fortaſſe.

Pag. 62. Ὅσῳ δέ τινες ἐπαποδεροῦντες.] Fortè legendum eſt, εἶεν δέ τινες. Hæc porrò ad librum 14. pertinuiſſe ſatis indicant fragmenta libri 14. ex Athenæo collecta, in quibus de ſecta ac moribus Ptolemæi Philopatoris agitur, cuius hiſtoriam à libro quinto intermiſſam nunc demùm repetit Polybius.

τὸν περὶ κοίλην Συρίαν πόλεμον.] Bellum intelligit quod inter Antiochum Magnum Syriæ, & Ptolemæum Philopat. reges geſtum eſt ob Syriam Cœlen. quo bello victor Ptolemæus, Antiochum ad Raphiam Syriæ oppidum profligauit, Olymp. 140. anno 3. vt narrat Polybius in lib. 5. In Prologo lib. 30. Trogi Pompeij ſic lego, *vt mortuo Ptolemæo Tryphone, filius eius Philopater Antiochum regem vicit Raphiæ. ipſe amore Agathocleæ corruptus deceßit.* In Polybio legi etiam poſſet, *τὸν περὶ κοίλης συρίας πόλεμον.*

Ζήτει ἐνέλειπε.] Hæc in fine capitis locari debuerant: nam hoc certè loco nulla lacuna eſt.

Καὶ Ἀρσινόης.] Hæc moribus Ægyptiorum eadem ſoror atque vxor fuit Philopatoris, quam Philopator poſt partam de Antiocho victoriam, miſſo cum percuſſoribus Philammone interfecit, vt ſcribit Polybius lib. 15. in fine, & Iuſtinus lib. 30. apud quem perperam Eurydice ſcribitur.

Εἰς τὸν νῦν δεδηλωμένον πόλεμον.] Bellum intelligo quod Ægyptij ſocordiam ac molliciem Regis grauati ei intulerunt. ſecundâ enim ad Raphiam pugnâ elati, parere poſthac Regi dedignabantur, ducem duntaxat & caput requirebant, idoneas ſibi vires ad reſiſtendum eſſe rati. Itaque breui in apertam defectionem erupêre, vt ſcribit Polybius in fine libri quinti.

Ῥαδίαν.] Lego *ῥαδιουργίαν.* qua voce vtitur alibi Polybius.

Παρὰ τοῖς κίοις.] Apud Suidam *κείοις* legitur. Ego *κιανοῖς* legendum eſſe exiſtimaui. Neque enim adeò opulenta, vt opinor, Ceos inſula fuit, vt oratores aleret & *δημαγωγούς*. Sed omnem dubitandi locum adimit ipſe Polybius: qui Cianos ideò in grauiſſimas calamitates incidiſſe ait, quòd peſſimum quemque ſemper extollerent, eóſque qui ſe improbis opponerent, morte mulctarent, quò eorum bona inter ſe diuiderent. lib. 15. pag. 709. quæ profectò ſimilia ac planè germana ſunt eorum quæ hic de Molpagora dicuntur..

Πλεονέκτης.] Hic locus vno verbo auctior eſt apud Suidam. *κατὰ τὴν αἵρεσιν δημαγωγικὸς καὶ πλεονέκτης.* Eſt autem *δημαγωγικὸς*, vt vno verbo reddam, popularis.

Καὶ πολυχρόνιον.] Hic eſt Soſibius, vir aulicâ ſolertiâ ac verſutiâ inſtructiſſimus, qua inter varias Regum ſucceſſiones ſemper principem locum in adminiſtratione rerum tenuit, vt ait Polybius lib. 15.

Λυσιμάχῳ.] Hic Ptolemæi Philadelphi filius fuit, ex Arſinoe Lyſimachi Thracum regis filia, frater Ptolemæi Euergetis, de quo præter hunc Polybij locum nihil legi.

Μάγα τῷ Πτολεμαίου.] Sic correxi, cùm in exemplari ſcriptum eſſet, *Μάγα καὶ Πτολεμαίου*, abſque ſenſu. Erat enim hic Maga Ptolemæi Euergetis filius, cuius auus maternus nomine Maga, frater vterinus fuerat Ptolemæi Philadelphi. & occupato Cyrenarum regno, multa cum eodem bella geſſerat, vt ſcribit Pauſanias in Atticis. Hic pinguedine ac ſagina.

ſuffocatus interiit, cùm quinquaginta annos regnaſſet, teſte Agatharchide apud Athenæum lib. 12. ſed ante infirmitatem ad finienda cum Ptolemæo fratre certamina, Beronicen vnicam filiam eius filio deſpondit, vt ait Iuſtinus in lib. 26. Ex hac igitur Beronice Magæ filia, & Ptolemæo Epiphane ortus eſt minor Maga, quem Philopator ſub initia regni, vnà cum Beronice matre interfecit miniſterio & opera Soſibij, quemadmodum refert Polybius lib. v. & Plutarchus in Cleomene. Zenobius in adagio, *Λύσαιο τὸν πελίαν*, à Theogo quodam occiſum ait eſſe inter lauandum aquæ feruentis lebete ſuperjecto, vbi *μέγας* corruptè dicitur pro *μάγας*.

Βερενίκη.] Huius cædis meminit, & Zenobius in adagio, *εὔνοις ὁ σφάκτης*.

Pag. 66. *Τὸ νικηφόρειον.*] Lucus fuit iuxta Pergamum, quem lucum ab Eumene conſitum eſſe refert Strabo lib. 13. exciſus enim fuerat à Philippo Macedonum rege, vt narrat hoc loco Polybius, & initio lib. 17. Meminit & Liuius lib. 31. *quo tempore Philippo circa Pergamum vrente ſacra profanáque*, &c. & lib. 32.

Pag. 69. *Τὸ Θήβης πεδίον.*] De hoc campo qui Thebes dictus eſt, non Thebe, vt perperam in Pomponio Mela perſcriptum eſt. ſic Liuius lib. 37. *Hoſtiliter itinere facto petiit agrum opulentum, quem vocāt Thebes, campum carmine Homeri nobilitatum.* qui locus ex Polybio tranſlatus eſt legatione xxi. ſed Polybius eum campum ab Homero eſſe celebratum non dicit. itaque id de ſuo admenſus eſſe videtur Liuius. Homerus quidem Thebes oppidi meminit lib. 1. Iliad.

Ωχόμεθ' ἐς Θήβην ἱερὴν πόλιν Ἠετίωνος. ſed campum Thebes non nominat, niſi fortè eum locum ex hymno in Apollinem intellexit Liuius: *Θήβης ἂμ πεδίον πυρηφόρον.* Sed ibi Homerus de agro Thebano loquitur qui in Græcia eſt. Itaque vix eſt vt ſe Liuius purgare ab errore poſſit. Strabo certè lib. 13. poſt Troiana tempora hunc campum ita cognominatum eſſe ſcribit.

Ἱερὰν κώμην.] Stephanus Byzantius hunc Poybij locum in mente habuit cùm notaret, *ἱερὰ κώμη δῆμος Καρίας. Πολύβιος ις'.* ex quo apparet rectè hoc caput libro 16. Polybij à nobis adſcriptum fuiſſe. Huius oppidi incolæ Hierocomitæ dicuntur à Plinio lib. v. qui ad Pergamenam iuriſdictionem conueniebant.

Ὁ δὲ Ζεῦξις.] Hæc poſtrema addidi hic ex Suida in *σωματοποιεῖν.* quæ quidem quin ibi locum habere debeant vbi ea collocaui, nemo, vt opinor, inficiabitur. Erat porrò hic Zeuxis Lydiæ Satrapa, vt docet Polybius legat. 24. Cuius meminit Liuius, & Ioſephus lib. 12. Antiquit.

Αἰτωλοῖς Ἠλείοις Μεσσηνίοις.] Meſſene & Elis extra concilium Achaïcum erant, & cum Ætolis ſentiebant, vt ſcribit Liuius lib. 36. versùs finem. & cauſas quidem cur Meſſenij ab Achæorum concilio ſeorſim agerent, refert Pauſanias in Meſſeniacis: Inter Ætolos verò atque Elidenſes cognatio intercedebat, vt ſcribit idem Pauſanias in Arcadicis, ſub finem. Oxylus enim ex poſteris Ætoli qui gentis Ætolorum auctor fuit, cùm

Heraclidas in occupanda Peloponneſo adiuuiſſet, ab iis Elidem accepit, quemadmodum refert Strabo.

Παρασπονδῆσαι τὴν Μεσσηνίων.] De hac Nabidis perfidia ſic Flamininus apud Liuium lib. 34 Nam & Meſſenen vno atque eodem iure fœderis quo & Lacedæmonem in amicitiam noſtram acceptam ſocius ipſe ſociam nobis vrbem vi atque armis cepiſti. Capta eſt à Nabide tyranno Meſſene eo anno quo Lyſippus Prætor Achæorũ erat, teſte Plutarcho in Philopœmene, id eſt, anno 2. Olymp. 144. Vide & Pauſaniam in Meſſen. & in Arcadicis, ſub finem.

Ζήνων καὶ Ἀντισθένης.] Zenonis Rhodij hiſtoriæ ſcriptoris meminit Diogenes Laërtij filius, in vita Zenonis Stoïci: τρίτος Ζήνων Ῥόδιος τὴν ἐντόπιον γεγραφὼς ἱστορίαν ἐνιαυσιαίαν. Eundem Zenonem laudat Diodorus Siculus lib. v. Bibliothecæ, περὶ μὲν οὖν τῶν ἀρχαιολογουμένων παρὰ Ῥοδίοις οὕτω τινὲς ἱστορήκασιν ἐν οἷς καὶ Ζήνων ὁ τὰ περὶ ταύτης συνταξάμενος. Antiſthenis Rhodij hiſtoriarum ſcriptoris meminit idem Diogenes.

Pag. 70. Κατὰ τοὺς καιρούς.] Legendum videtur, κατὰ τούτους τοὺς καιρούς. & mox, καὶ προσέτι πεπολίτευνται.

Τὴν περὶ Λάδην ναυμαχίαν.] Lade inſula eſt in Ionia Mileto prætenta prius Late dicta, teſte Plinio ac Strabone. Stephan. Λάδη νῆσος αἰολίδος. Circa hanc inſulam Philippus prælio nauali decertauit cum Rhodiis, Olymp. 144. anno, vt opinor, 2. quippe ea pugna contigit ante expugnationem Meſſenes à Nabide factam, vt Polybius hic teſtatur. Sequenti autem anno victus eſt idem Philippus nauali pugna ad Chium, quam deſcribit Polybius lib. 16. Vtriuſque pugnæ meminit obiter T. Liuius lib 31. ſub initium: *Eo maximè tempore Abydum oppugnabat, iam cum Rhodiis & Attalo naualibus certaminibus neutro feliciter prælio vires ſuas expertus.* id eſt, neque illo ad Laden, neque altero ad Chium prælio. Itaque abſque hoc Polybij noſtri loco, Liuij locus intelligi non poterat. Cæterùm quin pugna ad Laden præceſſerit prælium ad Chium, dubitari non poteſt tum ex his quæ dixi, tum hoc argumento. Conſtat enim Attalum poſt vtrumque illud prælium ſtatim Athenas veniſſe ex Liuio ac Polybio, legatione 2. ac tum Athenienſes ei publicè ob rem feliciter geſtam gratulatos eſſe. venit ergo poſt pugnam ad Chium, in qua pugna Attalus & Rhodij ſuperiores fuerant.

Pag. 73. Τὸν Ἡρακλείδην.] Hic Heraclides erat Tarentinus, vir omnibus flagitiis contaminatus, quem deſcribit Polybius lib. 13. ob cuius amicitiam cùm Philippus omnium ſe inuidiæ expoſitum cerneret, tandem eum in vincula coniecit, ſummo omnium gaudio, vt ait Liuius lib. 32.

Ἐν τῷ πρυτανείῳ.] *Prytaneum* vertimus, Liuium auctorem ſecuti. Is lib. 42. *Cyzici in prytaneo, id eſt, penetrale vrbis, vbi publicè quibus is honos datus eſt, veſcuntur.* ſed & apud Ciceronem ea vox Latinè ita enunciatur.

Παρὰ τὸν Ὁπλίτην.] Hoplites riuus memoratur à Plutarcho in Lyſan-

dri vita, qui Haliartum Bœotiæ præfluit. quamquam alij torrentem eſſe dicebant iuxta Coroneam qui in Phliarum amnem influit: ſed alius hic Hoplites intelligitur.

Κατὰ Ἔλλας.] Corruptus eſt hic locus. ego Σελλασίαν legendum eſſe exiſtimaui, quod ſequentia demonſtrant. Sellaſia, ſiue Selaſia (vtroque enim modo ſcribitur) oppidum fuit in agro Laconico, non procul ab vrbe Sparta: quod ſua ætate dirutum fuiſſe teſtatur Pauſanias.

Ταῖς Κυρωνίσι.] Haud dubiè legendum eſt ταῖς Σκειρωνίσι. hic & ſtatim infrà. ſunt enim Scironia ſaxa prorſus ad Orientem Corintho, vt docet Strabo lib. 7. & 8.

Τὴν Πορτοποείαν.] Legendum eſt Κοντοπορείαν. ſic enim vocabatur via qua Corintho ibatur Argos. Athenæus lib. 2. Πτολεμαῖος δ' ὁ βασιλεὺς ἐν δευτέρῳ ὑπομνημάτων. ἐπὶ Κορίνθου προάγουσι, φησὶν, ἡμῖν διὰ τῆς Κοντοπορείας καλουμένης, &c. Pauſanias in Corinthiacis duplicem ait fuiſſe viam Cleonis Argos, alteram homini expedito permeabilem & compendioſam, alteram anguſtam quidem etiam, ſed curribus & carpentis peruiam, quæ διὰ τρητοῦ diceretur; priorem, διὰ τῆς Κοντοπορείας dictam eſſe exiſtimo.

Pag. 74. Θαλαμίας.] Legendum Θαλάμας oppidum Laconicæ teſte Pauſania, ita dictum à Caſtorum templo qui in eo agro geniti eſſe dicuntur. Θαλάμαι enim propriè dicitur τὸ τῶν Διοσκούρων ἱερόν. vt notant Grammatici.

Φάρας.] Pharæ oppidum eſt Meſſeniæ quod etiam φηρὰ dicitur ab Homero. Apud Ptolemæum φερὰ perperam ſcribitur pro φηραί. Sic enim πηγαὶ quod eſt oppidum Megaricæ etiam παγαὶ dicitur Dorica dialecto. Cornelius Nepos in Conone Pharas coloniam Lacedæmoniorum vocat. Liuius lib. 35. Pheras dicit. *Et duarum portarum itineribus quæ Pheras quaque Barboſthenem ferunt.* Huius oppidi ciues φαρῖται dicuntur teſte Strabone. Stephanus φαραῖται dicit. Pauſanias in Meſſeniacis φαραιάται.

Εἶναι μόνον.] Fortè Μεσσηνίαν.

Πρὸς Λυκόαν.] Huius oppidi meminit Pauſanias in Arcadicis, & Stephanus.

Τοῦ Λυσίου ῥεῦμα.] Legendum eſt Λουσίου. Sic enim vocabatur hic fluuius eo quod Iupiter poſtquam ex matris vtero prodiiſſet eo ablutus fuerat vt ſcribit Pauſanias ἐν τῇ περιηγήσει τῆς Ἑλλάδος lib. 8. ſane Λουσίου legitur apud Suidam in Ἀλφειὸς vbi hic Polybij locus refertur.

Ζήτει.] Hic vero deeſſe quædam tametſi haud moneret antiquarius, facile erat deprehendere. reſtabat enim alter Zenonis error longè grauior: qui Alpheum dixerat circa Lycoam Arcadiæ in mare euolui, cum tamen conſtet eum amnem per Piſatem agrum & Olympiam fluentem in Elide, tandem paulò ſupra Cyllenem Eleorum nauale, teſte Strabone, Ptolemæo ac Pauſania, in mare egeri.

Pag. 77. Ἀντιπάτρου.] Hic erat fratre Antiochi Magni genitus vt teſtis eſt Polybius lib. v. & Liuius lib. 37.

Pag. 78. Τῆς ἑταιρικῆς ἵππου.] Erat apud Macedones cohors equitum qui ἑταῖροι dicebantur ex inſtituto Philippi Regis Macedonum quemadmodum teſtatur Theopompus lib. 49. & Demoſthenes in Reſponſione ad Philippi epiſtolam. τοὺς δὲ, inquit, περὶ αὐτὸν ὄντας ἑταίρους. quanquam Anaximenes lib. 1. Philippicarum hiſt. eius inſtituti auctorem facit Alexandrum qui præſtantiſſimos quoſque equitandi artem edoctos ἑταίρους vocauit, ac pedites ſimiliter πεζεταίρους vt refert Harpocratio. Ab his ἑταίροις diuerſa erat ala amicorum, vt docet Polybius lib. 31. Porrò ἑταίρους ſodales potius interpretari vellem quam vt Caſaubonus in lib. v. τὸ δ' εὐώνυμον κέρας ἀπέδωκε τοῖς ἑταίροις προσαγορευομένοις ἱππεῦσι. ait Polybius quæ Caſaubonus ſic vertit. læuum cornu dedit equitibus quos hetæros ſiue regis ſocios vocitant. parum Latinè vt exiſtimo. Poſſis & Comites vertere. ſic apud Ammianum Marcellinum & in Noticia Imperij Rom. Comites ſagittarij, & Comites clibanarij recenſentur ea ratione ni fallor.

Τὰ θηεία τοῖς.] Lego τὰ δὲ θηεία.

Pag 81. Ὡς ἔνι μάλιστα φαίνεται.] Legendum videtur ὡς ἐμοὶ μάλιστα φ. vel potius λυπηθῆναι μὲν ὡς ἔνι μάλιστα φαίνεται.

Περὶ αὐτὸν καθ' ἡμᾶς.] Fortè legendum eſt περὶ τὴν καθ' ἡμᾶς καὶ τοὺς ἐπισυμβαινομένοις.

Pag. 85. Ταῖς ἐν τοῖς πότοις ἐπιλύσεσι.] Exiſtimaui legendum eſſe ἐπικλήσεσι. Moris enim fuit vt principibus viris hoc adulationis genere blandirentur in conuiuiis. Tibullus lib. 2.

Sed bene Meſſallam ſua quiſque ad pocula dicat,
Nomen & abſentis ſingula verba ſonent.

Alexis quoque in Pharmacopola quendam inducebat qui vni è conuiuiis propinans hæc diceret: πῶ τὴν μεγάλην δὸς ὑποχέας φιλίας κυάθους τῶν παρόντων τέτταρας. τοὺς τρεῖς δ' ἔρωτος προσκαταδώσεις ὕστερον. Ἀντιγόνου τοῦ βασιλέως νίκης καλῶς. καὶ τοῦ νεανίσκου κύαθον Δημητρίου· φέρε τὸν τρίτον φίλας ἀφροδίτας. Poſſet etiam ἐπιχύσεσι legi apud Polybium. vt libationes intelligantur quas prolato principum virorum nomine fieri mos erat. vt declarat idem Alexis in primo verſu quem protulimus. παῖ, τὴν μεγάλην δὸς ἐπιχέας. ſic enim malo. Athenæus lib. vi. Οἱ λημνόθεν Ἀθηναῖοι οὐ μόνον ναοὺς κατεσκεύασαν τοῦ Σελεύκου ἀλλὰ καὶ τοῦ Ἀντιόχου καὶ τὸν ἐπιχεόμενον κύαθον ἐν ταῖς συνουσίαις Σελεύκου σωτῆρος καλοῦσι.

Ἀξίαν ποιεῖσθαι.] In mſ. erat ἄξια ποιεῖσθαι. Græci ſermonis elegantia poſtulat vt dicatur κατάξιαν ποιεῖσθαι. Porrò de hoc Soſibio Soſibij filio loquitur Polybius lib. xv. in fine.

Pag. 86. Κατὰ γὰρ τετάρτην ἔφοδον.] Legendum haud dubiè eſt κατὰ γὰρ τὴν Περσῶν ἔφοδον. quam autem Perſarum incurſionem intelligat, equidem incompertum habeo.

Πρὸς τὸν Πτολεμαῖον πίστιν.] Socij ac fœderati Regis Ptolemæi videntur fuiſſe Gazenſes, iam inde à Ptolemæi Philopatoris temporibus. qui Antiochum regem Raphiæ ſuperauit. Mortuo autem Philopatore Antio-

Antiochus deſpecta pupilli ætate cum in Cœleſyriam inuaſiſſet, Scopas Magiſter militum à Ptolemæo Epiphane aduerſus eum eſt miſſus. quo victo ad Panium iuxta Iordanis caput, & intra Sidonis mœnia contruſo, tandémque cum turpiſſimis conditionibus nudo dimiſſo, Antiochus Syriæ vrbes quæ in Ptolemæi ditione fuerant, cepit. inter quas & Gazam poſt diuturnam obſidionem expugnauit atque vaſtauit. Multas quoque vrbes Ciliciæ & Lyciæ occupauit. & ad extremum Epheſum, teſte Hieronymo in caput XI. Danielis, & Liuio & Polybio, cuius fragmentum extat apud Suidam in ἐυχερείαν. Ioſephus in huius hiſtoriæ narratione intricatior eſt, & falſus mihi videtur, cùm ait lib. 12. νικήσας μέντοι τὸν Πτολεμαῖον ὁ Ἀντίοχος τὴν Ιουδαίαν προσηγάγετο. atqui Ptolemæus ipſe Philopator (hunc enim intelligit Ioſephus) Antiochum ingenti prælio vicerat Raphiæ. nec poſt id prælium cum Philopatore congreſſum eſſe Antiochum legimus. Porrò victoria Antiochi ad Panium contigit Flaminino & Pæto Coſſ. anno vrbis 555. vt coniicere eſt ex Liuio. Is lib. 34. ſcribit Scopam qui à Ptolemæo miſſus erat in Græciam, conductos milites Alexandriam auexiſſe Galba & Cotta Coſſ. anno vrbis 553. libro autem 33. poſtquam prælium ad Cynoſcephalas deſcripſit, quod Cethego & Ruſo Coſſ. contigit, ſubdit: *Antiochus cum priore æſtate omnibus quæ in Cœle Syria ſunt ciuitatibus Ptolemæi in ſuam poteſtatem redactis in hiberna Antiochiam conceſſiſſet, &c.* Ex quo ſequitur bellum in Cœleſyria accidiſſe, Flaminino & Pæto Coſſ. Fallitur igitur Caſaubonus in Chronologia.

Ἐν τοῖς Βαργυλίοις.] Bargylia occupauerat Philippus, vt docet Liuius lib. 32. *Rhodij Peræam repetebant, poſtulabántque præſidia deduci ab Iaſſo & Bargyliis & Euromenſium vrbe.*

Pag. 89. Καθ' αὐτὰ πρεσβείας.] Legendum καθ' αὐτὸ. Inter cæteros autem Athenienſes legatos Romam miſerant, & Rhodij, & Rex Aſiæ Attalus, quemadmodum refert Liuius lib. 31. initio.

Παρὰ δὲ μεγίστων.] Hæc poſtrema addidi ex Athenæo lib. 3. qui ex lib. 12. hiſtoriarum Polybij hæc eſſe ſumpta teſtatur, eúmque ſecutus eſt quoque Caſaubonus: ſed legendum eſt in Athenæo, ἐν τῇ ιϛ΄. τῶν ἱστοριῶν, vt ſatis patet ex hoc noſtro fragmento. Nam liber 12. Polybij nihil ferè aliud continebat quàm παρέκβασιν, ſiue exceſſum aduerſus Timæum. Porrò poſt hoc fragmentum collocanda eſt deſcriptio pugnæ naualis ad Chium, quam habes initio Excerptorum lib. 16. quod quidem certo certius eſt.

Ἐμοὶ ἐστι πολλάκις.] In ms. erat ἴστε, corruptè vtrumque. Melius forſan ἐμοὶ δὲ πολλάκις.

Pag. 90. Ἀρίσταινετος.] Liuius lib. 32. Ariſtænum hunc vocat, vbi oratio eius refertur qua Achæos à Philippi ſocietate ad partes populi Romani traduxit. ſed & lib. 34. eundem ſemper Ariſtænum nominat. In Polybio ambigua huius nominis ſcriptio eſt: modò enim Ariſtænetus, modò Ariſtænus dicitur. Apud Plutarchum in vita Philopœmenis, Ari-

ſtænetus quoque dicitur. ſed in Vulcobiano codice, ἀρίσαιτον legi aiunt: quod equidem præfero, cùm Pauſanias in Arcadicis eum Ariſtænum nominet, & ipſe Polybius infrà, vbi eum cum Philopœmene componit. Erat autem Megalopolitanus, teſte Plutarcho ac Pauſania.

Κἀκεῖνο τὸ διαβόλιον.] Melius legeretur, καθ' ἐκεῖνο τὸ διαβόλιον.

Δημοσθένης.] In Oratione pro Corona.

Τιμόλας.] Demoſthenes Τιμόλαον vocat, de cuius luxu atque ingluuie multa dixerat Theopompus lib. 45. Philippic. teſte Athenæo.

Pag. 94. Τῶν πλεῖστον δυναμένων.] Legendum puto, τὸ πλεῖον δυναμένων.

Κατὰ τὸν Δημοσθένην.] Verba maximi oratoris ex Orat. illa pro Creſiphonte ſunt hæc: οὐδεὶς γὰρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸ τοῦ προδιδόντος συμφέρον ζητῶν χρήματα ἀναλίσκει. οὐδ' ἐπειδὰν ὧν ἂν πρίηται κύριος γένηται, τῷ προδότῃ συμβούλῳ περὶ τῶν λοιπῶν ἔτι χρῆται. οὐδὲν γὰρ ἦν ἂν εὐδαιμονέστερον προδότου. ἀλλ' οὐκ ἔστι ταῦτα, οὐκ ἔστι, & cætera admirabili elegantia.

Pag. 97. Τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος.] Hæc poſtrema pars luculenti huiuſce fragmenti extat in reliquiis libri XVII. pag. 752.

Βασιλοὺς Ἄτταλος.] Hoc fragmentum cum ſequenti pænè ad verbum vertit Liuius in fine libri 32.

Pag. 101. Τοῦ μεγάλου κληθέντος.] Africanus maior cognominatur apud Ciceronem alioſque, ad differentiam minoris Africani. Eadem ratione Cato maior eſt dictus, quem Græci πρεσβύτερον dicerent. ſed Africanum Magni cognomen habuiſſe nemo vt opinor dixit.

Μέτριος τὴν ὕπαρξιν ὡς Ῥωμαῖος.] Hæc verba ancipitis ſunt & ambigui ſenſus. Vtrum enim Scipionis opes mediocres fuiſſe vt reliquorum ferè Romanorum voluit dicere, an potius mediocres ei facultates fuiſſe ſi cum cæteris Romanis compares. Eandem ſermonis ambiguitatem memini me in Thucydide notare, qui de Braſida Spartano ſcribit: ὅτι ἦν οὐκ ἀδύνατος εἰπεῖν ὡς Λακεδαιμόνιος. quod ita explicat Ælianus lib. 12. variæ hiſt. quaſi dicere voluerit Thucydides, dicendi imperitos fuiſſe Spartanos, ac Braſidam fuiſſe, vt inter Spartanos facundum. ſic enim Latini dicunt. Liuius libro 32. *princeps Ætolorum Alexander, vir vt inter Ætolos facundus.*

Ἐν τῷ ιζ´ λόγῳ.] In ms. exaratum eſt μ. ſic enim ſemper τὸ ἦτα in eo codice perſcribitur. ſed procul dubio legendum eſt ιη´. Hæc enim ſunt ex libro XVIII. hiſtoriarum Polybij, ad quem librum pertinent etiam, ni fallor, duo illa fragmenta quæ proximè antecedunt, vt didici ex codice ms. Bibliothecæ regiæ; in quo Excerpta ex libris hiſtoriarum Polybij leguntur, quorum initium eſt à libro VI. In eo codice ita reperi. ἐκ τῆς ιη´ τῆς Πολυβίου ἱστορίας. ἐγὼ δὲ κατὰ τὴν ἕκτην βίβλον ἐν ἐπαγγελίᾳ καταλιπὼν, & cætera quæ vulgò inter Eclogas lib. 17. cenſentur, pag. 762. Noſtram ſententiam mirificè illud confirmat quod Liuius (quem Polybij ſimiam meritò appellare poſſumus) eundem ordinem inſtituit. nam cùm librum 31. Polybianis ipſis verbis terminaſſet, mox à prælio ad Cynoſcephalas alterum orditur. quare non dubitamus deſcriptionem illam

prælij ad Cynoſcephalas libro 18. Polybij adſignare.

Ἐκείνῳ μὲν γὰρ ἐξαρχῆς.] Operæpretium eſt Liuij interpretationem hic apponere ex lib. 32. *Huic viro præter diuitias nihil ad ſpem regni fortuna dederat. His ſimul prudenter, ſimul magnificè vtendo effecit; primùm vt ſibi, deinde vt alijs non indignus videretur regno. Victis deinde prælio vno Gallis, quæ tum gens recenti aduentu terribilior Aſiæ erat, regium adſciuit nomen. cuius magnitudini ſemper animum æquauit, &c.*

Pag. 102. Νικήσας μάχῃ γαλάτας.] Ab hac victoria dictus eſt γαλατονίκης apud Suidam in Νίκανδρος. Strabo lib. 13. καὶ ἀνηγορεύθη βασιλεὺς πρῶτος νικήσας γαλάτας μάχῃ μεγάλῃ. Meminit eiuſdem victoriæ Pauſanias in Atticis & in Phocicis. Porrò notandum eſt quod ait Strabo primum hunc regium nomen adſciuiſſe poſt victoriam de Gallis, id eſt, Olympiade 134. anno 4. Certè Philetærus Spado, qui primus dominationem Pergamenorum conſtituit, auus Attali, Rex in nummis veteribus dicitur, teſte Goltzio in Theſauro, cui ſucceſſit Eumenes fratris filius, quem quidem Regem quoque appellatum eſſe inuenio à Iuſtino lib. 27. (qui tamen regem Bithyniæ appellat magno errore,) & à Diogene Laërtij filio, in vita Arceſilai: Ἐχορήγει αὐτῷ πολλὰ Εὐμένης ὁ τοῦ φιλεταίρου. διὸ καὶ τούτῳ μόνῳ τῶν ἄλλων βασιλέων προσεφώνει. vbi notandum eſt Eumenem dici Philetæri filium, qui reuera erat fratris filius, teſte Strabone. Itaque rectius apud Athenæum, ἀδελφιδοῦς dicitur, vbi ex ebrietate interiiſſe memoratur, ὑπὸ μέθης ἀπέθανεν Εὐμένης ὁ Περγαμηνὸς ὁ φιλεταίρου τοῦ Περγάμου βασιλεύσαντος ἀδελφιδοῦς, ὡς ἱστορεῖ Κτησικλῆς ἐν τρίτῳ χρόνων. ſed fortaſſe à Philetæro auo adoptatus fuit Eumenes.

Ἐν αὐτοῖς τοῖς καλλίστοις ἔργοις.] Eadem propè verba repetit Polybius in Excerptis legationum, cap. xxv. Narrat Plutarchus in Flaminino, Attalum regem cùm in gratiam Flaminini maximo impetu ac concitatiore animo orationem habuiſſet ad Bœotos, vt eos ad ſocietatem populi Romani perliceret, ſubita vertigine aut rheumate correptum in concione ipſa collapſum eſſe, atque inde nauibus auectum paulò pòſt expiraſſe.

Παισὶ παίδων.] Id ſanè prædictum ei fuerat oraculo, vt ex veteri auctore refert Suidas: Ὅτι Ἄτταλος ὁ Ἀπολλωνιάδος ἀνὴρ βασιλεὺς Ἀσίας μετηλλάχει τὸν βίον πληρωθέντος ἐπ' αὐτῷ τοῦ χρησμοῦ, ὅστις χρηματιζομένῳ Ἀττάλῳ τῷ μεγάλῳ ἔφη. Θάρσει ταυρόκερως ἕξεις βασιληΐδα τιμὴν καὶ παίδων παῖδες. τούτων γε μὲν οὐκέτι παῖδες Cuius oraculi meminiſſe videtur Pauſanias lib. vlt. cùm ait, τὸν δὲ αὐτὸν τοῦτον Ἄτταλον καὶ ταυρόκερων ἀνείρηκε τὸ χρηστήριον.

Pag. 105. Πρὸς Λαρύμναις.] Larymnam alij vocant oppidum in ora Bœotiæ ſitum ad oſtia Cephiſſi amnis, cui nomen dedit Larymna Cyni filia, teſte Pauſania in Bœoticis. Meminit eiuſdem oppidi Strabo ac Plinius.

Pag. 109. Πρὸς τὴν τοιαύτην.] Deeſt κακεξίαν, aut quid ſimile. qua voce vtitur in hoc fragmento Polybius non ſemel, eique εὐεξίαν opponit.

Eiuſdem originis verbum eſt καχεκτεῖν, vnde καχέκται dicti apud Polybium legat. 38 quo in loco de praua adminiſtratione Reip. Bœotorum eadem repetit quæ hîc dixerat; πολλὰς γὰρ ἐπὶ τούτων ἀμφισβητήσεις ὑπαρχούσης διὰ τὸ πλείους εἶναι τοὺς καχέκτας τῶν εὐπόρων. Tacitus alicubi dicit, *& quod in vrbe ægrum erat.*

Ἀπεμέριζον τοῖς συσσιτίοις.] In ms. legebatur τοῖς ἐν τοῖς, abſque ſenſu: ſed correxi ex Athenæo, qui hæc adducit ex lib. xx. Polybij. Quemadmodum autem ex Athenæo hunc Polybij locum emendauimus, ſic viciſſim Athenæus ex noſtro codice emendandus videtur. Nam pro κοινάνεια τοῖς φίλοις, legendum videtur, κοινὰς τοῖς φίλοις καὶ ὁ δίας ἐποίουν. Sed tolerari poteſt fortaſſe κοινώνειας, vt ſint quaſi collegia ac ſodalitia. quod autem in Athenæo δειλινὰ legitur, non præfero noſtræ lectioni δεῖπνα. quamquam vt ingenuè fatear, in exemplari noſtro erat, δειπνᾶ.

Εἰς τὸν Ἰσθμὸν προσηγκάδιον.] Sic emendauimus, cùm in ms. eſſet προσουγκάδιον. Eſt autem προσηγκαδίζειν Polybiana vox Liuius eleganter interpretatur *Præſidere*. Quod enim Polybius in legat. 12. dicit, ἀλλ᾽ εἰ μὲν αὐτὸς δυνάστα προσηγκαδίσαι τὸ ἠπείρου παρασκευάζειν ὅπλοις τὴν ἀσφάλειαν. Liuius lib. 36. ita vertit: *Sed ſi ipſe poſſet terreſtribus naualibuſq. copiis præſidere Epirò.* Vide fragmenta Polybij in ἐπίνειον, & προσηγκαδίσαι apud Suidam.

Τῆς παρανοίας αὐτῶν.] Hunc locum ita emendaui, τὸ πεπαρμένας τῶν ἀχαιῶν ἐνθουσιάσαντες.

Ἐν γε μὴν τοῖς ἑξῆς.] Belli Perſici tempora intelligit, quo tempore Bœoti in maximas calamitates inciderunt, vt narrat Liuius lib. 42.

Pag. 110. Τὴν ἐπαναίρεσιν Βραχύλλου.] Hic Brachilla filius erat Neonis, præcipuus Macedonicarum partium fautor inter Thebanos, de cuius cæde ſcribit Liuius lib. 33. qui locus ex cap. 8. legationum Polybij eſt tranſcriptus. Apud Plutarchum, in Flaminini vita, Βραχύλλους corruptè ſcribitur. neque emendatius apud Liuium Barcilla. Porrò hunc auctoris noſtri locum Liuius lib. 36. ſic eſt interpretatus: *In Bœotiam ipſe profectus eſt, cauſas in ſpeciem iræ aduerſus Romanos eas quas antè dixi, habentem, Barcillæ necem & bellum à Quintio Coroneæ propter Rom. militum cædes illatum, reuera per multa iam ſecula publicè priuatimque labente egregia quondam diſciplina gentis.*

Οἱ τῶν Βοιωτῶν Ἀφάρχαι.] Exiſtimaueram legendum eſſe Ἀρχόντες. Sed Liuius vulgatam lectionem videtur tueri: ſic enim vertit, *Obuiam effuſis vndique Bœotiæ principibus, Thebas venit.* Itaque id in dubio relinquimus. Cæterùm proximè ante hoc caput collocari debet caput 12. legationum Polybij, vt ex Liuij libro 36. ſatis liquet.

Τὸ ἀπαιτηθέντα.] Hic locus legitur apud Suidam in εὐαρμόστειν. Liuius tamen eum Pauſiſtratum ſemper appellat, lib. 33. initio, & in fine lib. 36. & in lib. 37. Apud Polyænum lib. v. ſtrateg. Ναυσίστρατος Ῥοδίων ναύαρχος dicitur corruptè, cùm Παυσίστρατος dici debeat. In Appiani Syriacis,

Ἄρα γε.] Hanc periodum hîc adieci ex Suidæ lexico, qui in voce

διάληψις, hunc locum adducit ex libris Exceptorum περὶ γνωμῶν Conſtantini noſtri procul dubio.

Διὰ τ̃ ἐπιβουλήν.] Intelligit fraudem qua Pauſiſtratus à Polyxenida regiæ claſſis præfecto circumuentus cum ſuis periit, quemadmodum narrat Liuius lib. 37. qui Pauſiſtrato Eudamum ac Pamphilidam ſubſtitutum eſſe dicit.

Διοφάνης.] Hæc T. Liuius ita vertit lib. 36. *Per eoſdem dies Elæam ex Achaia mille pedites cum centum equitibus Diophane omnibus iis copiis præpoſito acceſſerunt. veterani omnes & periti belli erant, & ipſe dux Philopœmenis ſummi tum omnium Græcorum imperatoris diſcipulus.* Eiuſdem Diophanis elogium habes cap. 41. legationum: Ὁ δὲ Διοφάνης ὁ μεγαλοπολίτης ἄνθρωπος στρατιωτικώτερος μᾶλλον ἢ πολιτικώτερος, &c.

Pag. 113. Μοαγέτης.] De hoc regulo videndus eſt Liuius lib. 38. & caput XXX. legationum Polybij, quod quidem huic noſtro fragmento connexum fuiſſe apparet. Fuit autem id nomen Moagetes familiare tyrannis Cibyratarum. Sic enim dictus eſt vltimus ille, quo pulſo Mithridatici belli temporibus extincta eſt à Murena tyrannis Cibyratarum, teſte Strabone.

Μέχρι τ̃ τελευταίας.] In Suidæ Lexico additur ἡμέρας. quod tamen non minori elegantia ſubaudiri poſſit.

Pag. 114. Ορτιάγων.] Liuio lib. 38. Orgiago.

Pag. 117. Πλὴν ὅτι.] Hoc caput cum capite 47. legationum copulari debet. Nam poſt ea verba quæ illic leguntur ἀπεψεύσατο τὰς ἐλπίδας, inſerendum eſt hoc caput quod nunc primum edidimus.

Pag. 118. Ανασπάστους ποιήσαντα.] Hæc Liuius ita expreſſit lib. 40. *Iam primum omnem ferè multitudinem ciuium ex maritimis ciuitatibus cum familiis ſuis in Emathiam quæ nunc dicitur, quondam appellata Pæonia eſt, traduxit. Thracibúſque & aliis barbaris vrbes tradidit habitandas, fidiora hæc genera hominum fore ratus in Romanos bello. Ingentem ea res fremitum in tota Macedonia fecit,* &c. ſane grauiter.

Πατέρων προαγωγάς.] Patrum fortunam verti. cautè vt equidem exiſtimo. famam etiam aut potentiam poſſis interpretari. videtur enim ea vox deducta eſſe ἀπὸ τ̃ προάγειν, quod eſt producere ſeipſum atque in lucem ac famam prodire. vnde & ἀντιπροαγωγαὶ à Polybio dicuntur, id eſt obtrectationes atque æmulationes. Sic enim lib. 18. διὰ τὰς πρὸς ἀλλήλους ἀντιπροαγωγάς.

Pag. 121. Τετταράκοντα ἔτη συνεχῶς.] Sic emendaui cum in exemplari eſſet συνήθως abſque ſenſu. vixit porrò Philopœmenes annis 70. teſte Plutarcho & Liuio, & Polybio qui de vltima Philopœmenis expeditione ſic ait. ὁ δὲ ἐξαναστὰς προῆγε· τὰ μὲν ὑπὸ τ̃ ἀρρωστίας, τὰ δὲ ὑπὸ τῆς ἡλικίας βαρυνόμενος; εἶχε γὰρ ἑβδομηκοστὸν ἔτος. διαβιασάμενος δὲ τὴν ἀσθένειαν τῇ συνηθείᾳ τῇ πρὸ τοῦ, παρῆν ἐξ Ἄργους εἰς μεγαλόπολιν αὐθημερόν. Hæc duo fragmenta quæ diuulſa apud Suidam leguntur in βαρυνόμενος & διαβιασάμενος, ſic rectè coniunxi ex auctoritate Plutarchi. Cùm ergo 70. annos vixe-

rit Philopœmenes, & 40. continuos annos in Rep. ſit verſatus, relinquitur eum triceſimo ætatis anno ad Remp. acceſſiſſe. quæ fuit ſolennis ad Remp. capeſſendam ætas apud Achæos. quemadmodum indicat Polybius legat. 89. συγκλήτου συναχθείσης εἰς τὴν Σικυωνίων πόλιν, ἐν ᾗ συνέβαινε μὴ μόνον συμπορεύεσθαι τὴν βουλὴν, ἀλλὰ πάντας τοὺς ἀπὸ τριάκοντα ἐτῶν Dionyſius quoque Halic. lib. 4. eam ferè omnium gentium legem fuiſſe ait. ἀπὸ ταύτης γὰρ οἱ νόμοι καλοῦσι τῆς ἡλικίας ὡς ἐπιτοπολὺ τοὺς ἄρχειν τε καὶ πράττειν τὰ κοινὰ βουλομένους.

Ὅτι Πόπλιος.] Horum trium imperatorum Philopœmenis, ſcilicet & Hannibalis ac Scipionis comparationem hîc faciebat Polybius. qui omnes vno eodémque anno obierant Claudio Marcello & Fabio Labeone Coſſ. Anno vrbis 570. vt Polybius ſcripſerat teſte Liuio lib. 39. quanquam Cornelius Nepos in Hannibalis vita refert Polybium in Annalibus ſcriptum reliquiſſe, Hannibalem Æmilio Paulo & Bæbio Tamphilo Coſſ. eſſe mortuum. ſed Liuij auctoritas apud me quidem potior eſt.

Χαίρων.] Hic eſt qui in capite 46. legationum Polybij Charon dicitur, & capite 53.

Pag. 125. Δεῖν δημαγωγεῖσθαι.] In mſ. codice & in Suidæ lexico legitur δεῖν δίκαιον ἡγεῖσθαι abſque ſenſu. Itaque Caſaubonus inter fragmenta Polybiana hunc locum cum referret, edidit δημολογεῖσθαι quod & nos ſecuti ſumus.

Τὰ χρέα φεύγοντας.] Suidas rectiùs διὰ τὰ χρέα. paulò pòſt legendum videtur Μακεδονίας παρακεχωρηκότας.

Ιτωνίας Ἀθηνᾶς] Sic emendaui cum in mſ. codice Σιτωνίας legeretur. Itoniæ Mineruæ fanum fuit celebre in Bœotia teſte Polybio lib. 4. & Strabone lib. IX. & Scholiaſte Apollonij lib. I. qui quidem templum id Coroneæ fuiſſe affirmat. Fuit & fanum Mineruæ Itoniæ, ſiue Itonidis in Theſſalia dictum ab Itone Deucalionis filio, teſte eodem. Stephanus, λέγεται καὶ Ιτωνος ἀπὸ Ιτώνου ἥρωος, ἀφ' οὗ καὶ Ιτωνία ἡ Ἀθηνᾶ ἥ τις καὶ Ιτώνη, lege Ιτωνίς.

Ἀφ' ὧν ἕκαστος ἔφυγε.] Hunc locum ita verti quaſi ἀφ' οὗ legeretur: vulgata tamen lectio ferri commodè poteſt.

Πολλοῖς τε μετεωροδοκῶν.] Non diſſimulabo lectionem mſ. codicis quæ ſic habet πολλοῖς ἐμετεωροδοκῶν καλὰς ἐλπίδας ὑποδεικνύων. neque aliter in Suidæ lexico legitur niſi quod πολλάκις μετεωροδοκῶν ibi ſcribitur. ex quo coniiciebat Caſaubonus. πολλάκις μετέωρος ἦν δοκῶν, vel μετέωρος ὢν ἐδόκει, ſed emendatio noſtra nobis prærider. Poſſet etiam legi πολλοῖς ἐμετεωροδόκει καλὰς ἐλπίδας ὑποδεικνύων. In vetuſtiſſimo codice Suidæ qui eſt in bibliotheca Regia reperi, πολλοῖς πολλάκις μετεωροδοκῶν.

Τήν τε περὶ τὰς γυναῖκας.] Hæc ex lib. 26. Polybij excerpta eſſe docet Athenæus lib. x. cum ait, Περσεὺς κατ' οὐδὲν τὸν πατέρα Φίλιππον ἐμιμήσατο. οὔτε γὰρ περὶ γυναῖκας ἐσπουδάκει, οὔτε φίλοινος ἦν. ἀλλὰ καὶ οὐ μόνον αὐτὸς μέ-

τεσιν ὑπὸ δειπνῶν, ἀλλὰ καὶ οἱ συνόντες αὐτῷ φίλοι ὡς ἱστορεῖ Πολύβιος ἐν τῇ ἕκτῃ καὶ εἰκοστῇ. quæ hic inſerenda eſſe nemo non videt.

Pag. 16. Βάθος.] Vox eſt Polybiana quæ altitudinem mentis atque ingenij ſignificat, qua præditus abdita quæque examinat ac diſpicit. Itaque Polybius de Pauſiſtrato ſupra dixit. βαθύτερος τῇ φύσει καὶ πραγματικώτερος μᾶλλον ἢ τολμηρότερος ὑπάρχων. Βάθος enim fere cum conſtantia coniunctum eſt. vt contra qui à Græcis ἐπιπόλαιοι dicuntur leues ſolent eſſe. Suidas in ἐπιπόλαιος. ὁ δὲ Σιλβανὸς ἐπιεικὴς μὲν ἦν καὶ τἄλλα ἱερὸς καὶ ἁπλοῦς πρὸς τὰ ἤθη καὶ ἐπιπόλαιος. quod Suidas explicat ἀντὶ τοῦ οὐ βαθὺς τὸν τρόπον. Optimè autem deſcripſit τὸ βάθος Æſchylus in Septemthebana. de Amphiarao cum dicit, βαθεῖαν ἄλοκα διὰ φρενὸς καρπούμενος. ἐξ ἧς τὰ κεδνὰ βλαστάνει βουλεύματα. Philo in legatione ad Caium Tiberij ingenio tribuit τὸ βάθος optimo iure. ὁ γὰρ Τιβέριος φρονήσει βαθείᾳ χρώμενος. & Nicolaus noſter de Aſſyriis.

Πτολεμαῖος.] Hic videtur eſſe Ptolemæus cognomento Macer, qui cum eſſet Præfectus Cypri ad Antiochum Epiphanem transfugiſſe dicitur lib. 2. Machab. cap. x.

Βασιλικῶν διοικητῶν.] Hoc nomine vocabatur Alexandriæ is qui regiam pecuniam curabat. cuius rei teſtis eſt Cicero in Orat. pro Rabirio Poſtumo. *Hæc vna ratio à Rege propoſita Poſtumo eſt ſeruandæ pecuniæ, ſi curationem & quaſi diſpenſationem regiam ſuſcepiſſet: id autem facere non poterat niſi diœceres. Hoc enim nomine vtitur qui à Rege eſt conſtitutus.* Phalaris in Epiſtola ad Polyclerum medicum, γέγραφα δὲ καὶ Τεύκρῳ τῷ ἐπὶ τῆς διοικήσεως διδόναι σοι τὴν σύνταξιν. Hos Græci etiam οἰκονόμους vocant, vt Ioſephus lib. 12. cap. 4. γράφει τῷ οἰκονόμῳ Ἀρίωνι ὃς ἅπαντα τὰ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ χρήματα αὐτοῦ ἐδιῴκει. Latini Diſpenſatores vocant. Athenis quoque erat Magiſtratus quidam, ὁ ἐπὶ τῆς διοικήσεως, qui pecuniam ærarij adminiſtrabat, quem Quæſtorem poſſis dicere. Eius meminit Demoſthenes pro Corona. Dinarchus in Orat. κατὰ Διονυσίου τοῦ ἐπὶ τῆς διοικήσεως. apud Dionyſium Halic. in Dinarcho, & Diogenes in Zenonis Cittiei vita. Pollux lib. 8. καὶ τὸ διαδιδόμενον ἐκαλεῖτο Θεωρικὸν ὥσπερ καὶ τὸ ἐκκλησιαστικὸν, καὶ τὸ δικαστικὸν, ὧν ὁ ἐφεστηκὼς ἐπὶ τῆς διοικήσεως, αἱρετὸς ἦν ἐπὶ τῶν προσιόντων καὶ ἀναλισκομένων. quæ Pollucis verba non intellexit interpres.

Αἰτωλοὶ ἐγένοντο.] Vide Liuium lib. 32. & Plutarchum in Flaminini vita.

Pag. 129. Ἐκορωνία.] In exemplari noſtro legebatur, ἐν κορωνίᾳ, abſque ſenſu, in quo prorſus nobis hærendum erat, niſi Suidas nobis adfuiſſet, qui hunc locum profert in ἐκορωνία, idque interpretatur ἐγαυρία. neque aliter Heſychius κορωνιᾶν reddit γαυριᾶν. videtur enim deriuari ἀπὸ τῶν κορωνῶν ταύρων, qui ſurrecta habent cornua. Sic Ariſtophanes ἀνορτάλιζε κορωνιῶσας dixit eadem metaphora. veruntamen pace Grammaticorum malim interpretari, Contendere ac Rixari, ſumpta à cornicibus metaphora, quæ contentionibus gaudent, & alias aues ſubinde appetunt maiore animo quàm robore, vt & Seruius ſcribit in Eclogam IX. Virgilij. Sanè verbum illud quod adiungit Polybius, interpretationem no-

ſtram mirificè confirmat. ἐκοζονία, ait, καὶ παρετρίβοντο. eſt enim παρατρίβεσθαι altercari, vnde παρατριβὴ qua voce vtitur Polybius cap. 41. legat.

Μηδὲ προστρέχειν.] Malim προτρέχειν, metaphora ducta ab officioſis ſeruulis qui vltrò ad herum accurrunt. Emendaui etiam περὶ Ἰύτω, cùm in ms codice eſſet, παρὰ Ἰύτω.

Καὶ Νίκανδρον.] Eupolemum & Nicandrum Romam abductos fuiſſe ſcribit Polybius cap 73. legationum, eò quòd ſuſpecti erant Perſei partibus fauere aduerſus populum Rom. quod geſtum eſſe videtur conſulatu Auli Hoſtilij, & Attilij Serrani. ſeruiebant autem & obſequebantur Rom in Ætolia Lyciſcus & Tiſippus, vt Polybius ſcribit.

Ἀπὸ τ' Ἱππομαχίας.] Sic in ms. codice ſcriptum inueni. fortè ἀπὸ Λυσιμαχίας legendum eſt, quod oppidum fuit Ætoliæ, teſte Strabone.

Pag. 130. Σώοις δ.] Hæ duæ voces expungendæ videntur. ſenſum enim turbant, niſi fortè ſcribamus, σώοις τε, aut ſimpliciter, σώοις μὲν, ἀκρίτως δ. quod mirificè placet.

Οἱ περὶ τὸν Κέφαλον.] Liuius lib. 43. *Cùm à Thracia pacem Cotys, ab Epiro Cephalus repentina defectione à Romanis præſtarent.*

Οἱ περὶ Θεόδοτον.] Is eſt, vt opinor, Theodotus Epirotes, Paſſarone oppido oriundus, inſignis fauore Perſei, & odio aduerſus Romanos, de quo & Antinoo vide Liuium lib. 45.

Τὰς Φανοσεῖς.] Legendum videtur, Φανοτεῖς, quod eſt oppidum in agro Phocenſi, cuius meminit Strabo lib. 9. & Polybius lib. 5. Exiſtimaui aliquando eoſdem eſſe ac Πανοπεῖς. quippe Strabo ait Parapotamios vicinos eſſe Phanotenſibus & Chæronenſibus, quod & Panopenſibus conuenit. ſunt enim Panopenſes vicini Parapotamiis & Chæronenſibus, teſte Herodoto lib. 8 & Pauſania in Phocicis. vnde apud Sophoclem pro Φανοτεὺς ὁ Φωκεὺς, quidam Πανοπεὺς legebant, teſte Euſtathio in Homeri Catalogum. Eſt & Phanota caſtellum Epiri apud Liuium lib. 33. in fine, & lib. 45.

Pag 133. Τὰς ἀναθηματικὰς.] Imagines & ſtatuas verti, quæ ſunt ἀναθηματικαὶ τιμαί. etſi enim regum ac principum honoris cauſa ſtatuuntur, ſolent nihilominus alicui Deo conſecrari. Cicero 2. in Verrem: *Apud omnes Græcos hic mos eſt vt honorem hominibus habitum in monimentis huiuſmodi nonnulla religione Deorum conſecrari arbitrentur, &c.* Vide quæ notauit Caſaubonus ad Diogenem Laërtij filium in Platone. & ante illum Lipſius in Commentariis ad lib. 3. Annalium Taciti. Videtur tamen Polybius nomine τῶν ἀναθηματικῶν τιμῶν, plus aliquid quàm ſtatuas intelligere. Capite enim 74. legationum ait omnes Eumenis honores qui indecori & præter Achæorum leges eſſent, ſublatos fuiſſe. aras itaque & ſacra, dieſque feſtos Eumenis honoris cauſa inſtitutos hac voce comprehendit. Vide & legationem 78.

Τὸ φιλάδελφον.] Ab hoc in fratrem amore cognominatus eſt Philadelphus, teſte Marciano Heracleota, & Strabone libro 4 & Stephano Byzantio in ἐυμένεια. Malè Scaliger poſtremum Attalum hoc cognomine

mine affectum eſſe exiſtimauit, cùm is Philometor dictus ſit, non Philadelphus.

Πλεῦ τῶν κατὰ Πηλούσιον.] Antiochus Epiphanes in priore illa expeditione Ægyptiaca maiori calliditate & aſtutia vſus videtur, quàm regem decebat, vt Hieronymus paſſim in caput xi. Danielis memorat: *Et tam callidus fuit vt prudentes cogitationes eorum qui duces pueri erant, ſua fraude ſubuerteret.* Idem ſcribit Ioſephus lib. 12. Antiquitatum, ψευσάμενος οὖν μετὰ πολλῆς δυνάμεως κατὰ τὸ Πηλούσιον καὶ δόλῳ τὸν Φιλομήτορα Πτολεμαῖον ὑπελθὼν καταλαμβάνει τὴν Αἴγυπτον.

Pag. 134. Αὐτῶν τισὶν ὅσοι.] Deeſt adiectiuum, putà ἀδοκίμοις, aut quid ſimile.

Ἀπίθανον γενομένων.] Narrat Liuius lib. 45.

Pag. 137. Δίωνος καὶ Πολυαράτου.] Horum meminit Polybius in Excerptis legationum non ſemel, & Liuius lib. 44. vbi perperam ſcribitur Dione, pro Dinone.

Pag. 138. Τοῦ γὰρ Ποτηλίου.] Emendatum eſt à nobis, ποτηλίς. idque ipſo auctore Polybio, qui cap. 92. legationum id commemorat. quod caput excerptum eſt ex libro 30. hiſtoriarum, ad quem quoque noſtrum fragmentum pertinere ferè adducor vt credam, quamquam repugnante ms. codice.

Pag. Τῶν Ἀντιγονείων.] Legendum, τῶν Ἀντιγονείων πανηγύρεων ἐν τῇ Σικυῶνι. Antigonia videtur fuiſſe dies feſtus in honorem Antigoni eius quem Tutorem vocant, inſtitutus à Sicyoniis.

Pag. 144. Γάϊος Γάλλος.] Exiſtimaui hunc eſſe C. Sulpicium qui cum Manio Sergio ad res Græciæ & conſilia Antiochi atque Eumenis Regis inſpicienda miſſus à Senatu erat. vt ſcribit Polybius capite 106. & Diodorus cap. 21. legationum quod contigiſſe videtur Tiberio Graccho & Iuuentio Thalna Coſſ. hic C. Sulpicius Gallus triennio ante Conſul fuerat, & de Liguribus in Magiſtratu triumpharat. Ex quo etiam conſequitur caput illud legationum Polybij ad librum 31. pertinere.

Ἐν Τάβαις.] Hieronymus in caput xi. Danielis de eius morte ac loco eadem ſcribit. *Volens templum Dianæ ſpoliare quod infinita donaria habebat, fugatus à barbaris eſt qui miro veneratione templum illud ſuſcipiebant: mortuusque eſt mœrore conſumptus in Tabes oppido Perſidis.* Apparet in codice Græco ex quo ſumpſit Hieronymus ſcriptum fuiſſe, ἐν Τάβαις. Eſt autem Tabas oppidum in Parætacene vltima, vt ait Curtius lib. v.

Pag. 146. Ἐξ Ἰβηρίας.] Hinc manifeſto colligitur L. Æmilium ex Hiſpania triumphaſſe, accedit & Prologus T. Liuij lib. 46. in quo legitur. *L. Æmilius Paulus qui Perſem vicerat mortuus: cuius tanta abſtinentia fuit, vt cum ex Hiſpania & Macedonia maximas opes retuliſſet, vix ex auctione bonorum eius redactum ſit vnde dos vxori eius redderetur.* Velleius quoque lib. 1. L. Æmilius priuſquam Perſeum viciſſet bis trium-

d

phaſſe ſcribit & Prætorem & Conſulem. At illius triumphi nec Liuius, nec Capitolini faſti, nec Plutarchus meminere. Vide Faſtos Sigonij ad annum vrbis 564.

Pag. 153. Εἰς τοῦτο τὸ μέρος.] In mſ. erat ἐν τούτῳ corruptè. Diodorus Siculus p. 329. huius editionis habet ἐπὶ τούτῳ.

Ἐξωμιλημένοι ἦσαν.] Huc pertinet obiurgatio illa M. Catonis qui aſſiduè querebatur peregrinas delicias in vrbem intromitti, ac Ponticorum ſalſamentorum vas trecentis drachmis, pueros formoſos agrorum precio æſtimari, vt Polybius ſcripſerat lib. 31. teſte Athenæo. Κάτων δ' ἐκεῖνος, ὥς Πολύβιός φησιν ἐν τῇ τριακοστῇ καὶ α´ τῶν ἱστοριῶν, ἐδυσχέραινε, καὶ ἐκεκράγει ὅτι τινὲς τὰς ξενικὰς τρυφὰς εἰσήγαγον εἰς τὴν Ῥώμην τ´ μὲν δραχμῶν κεράμιον ταρίχων ποντικῶν ὠνησάμενοι, μειράκια δ' εὔμορφα ὑπερβαλλούσης ἀγρῶν τιμῆς. qui locus Polybij poſt ea verba quæ hic attuli poſitus mihi fuiſſe videtur.

Πέντε τοῖς πρώτοις ἔτεσι.] Quinquennium intellige quod eſt à tyrocinio ac ſumpta virili toga ad annum vſque viceſimum, eo enim temporis ſpacio maxima cuſtodia adoleſcentes indigent. Romæ certè ex fama illius ætatis iudicium de reliqua omni vita ferebatur, vt docet Cicero in Oratione pro M. Cœlio, his verbis: *Qua in ætate niſi qui ſe ipſe ſua grauitate & caſtimonia, & cum diſciplina domeſtica tum etiam naturali quodam bono defenderat: quoquo modo à ſuis cuſtoditus eſſet, tamen infamiam veram effugere non poterat. Sed qui prima illa initia ætatis integra atque inuiolata præſtitiſſet, de eius fama ac pudicitia cum is iam ſe corroborauiſſet ac vir inter viros eſſet, nemo loquebatur.* Idem ait Polybius lib. 6. ἡ δ' ἐσθλὰ κρίνει τὸν ἑξῆς βίον καὶ ὑγιεῖς.

Ἐν αὐτοταξίᾳ.] Sic correximus cum in exemplari eſſet αὐτὸ ἀξία nullo ſenſu. Eſt autem αὐτοταξία propriè continentia. Græci enim eleganter dicunt παρ' αὐτῷ ἔχειν, quod eſt continere. Sic Iſocrates olim Sophocli aiebat, οὐ μόνον δεῖ, Σοφόκλεις, τὰς χεῖρας ἔχειν παρ' αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὀφθαλμούς, teſte Plutarcho in Iſocrate & Stobæo in cap. de Continentia. Demoſthenes in Orat. in Midiam, Κρατεῖν γὰρ εἰ, ὡς ῥᾳδίως καὶ μὴ ἐθέλοντα ἔχειν παρ' ἑαυτῷ τὰς χεῖρας. Diodorus Siculus in hoc loco Polybij legiſſe videtur, ἐν εὐταξίᾳ vt videre eſt in eius Excerptis, pag. 329. editionis noſtræ. eaque vera mihi lectio videtur. nam illud αὐτοταξία quod mihi initio placuerat, vereor vt Græcum non ſit.

Pag. 154. μ´ ταλάντων.] Legendum eſſe apparet πεντήκοντα; quod verba ſequentia prorſus euincunt. Error ex notis numeralibus ortus eſt, quippe ν´ quod 50. ſignificat, in mſſ. libris ferè vt μ exprimi ſolet, quinquaginta autem talenta duodecies ſeſtertiûm efficiunt more Romano: quam pecuniam dotis nomine Scipionis filiabus datam eſſe ſcribit Polybius. Ex quo apparet errare eos qui decies ſeſtertiûm legitimã ac certam inter Senatores Rom. dotem fuiſſe exiſtimant.

Pag. 157. Κατὰ τοὺς Ῥωμαίων νόμους.] Huius legis alibi quod ſciam, mentio nulla extat. Idem autem valuiſſe exiſtimo, & ſi extraneus dotem promiſiſſet, vt annua, bima, trima die ſoluenda eſſet, niſi nominatim

aliud conuenisset. poterat enim etiam ex pacto dies prorogari, leg. 19. D. de pactis dotalibus: quod ſi nulla conditio appoſita fuiſſet, annua, bima, trima die numerabatur ex lege 12. tabularum, vt opinor. At ſupellex intra decem menſes à contracto matrimonio præſtari debebat ex iiſdem legibus teſte Polybio: cuius legis ratio hæc videtur fuiſſe, quod ob neceſſarios familiæ vſus ſupellectilis præſtatio differri non debuit. Ex his intelligendus eſt iocus Dellij apud Senecam in Suaſoriis, qui cum Athenienſes tempus ab Antonio peterent ad pecuniam conferendam quæ ipſis imperata erat dotis nomine, neque impetrarent, dixit: Et tamen ſcito illos tibi annua bima, trima die debere.

Τοῦ δὲ Τιβερίου.] Hic eſt Tib. Gracchus pater Gracchorum, qui cum L. Scipio in vincula duceretur, auxilio Trib. poteſtatis intercelſit, tametſi inimicitias cum Scipionibus exerceret, quam ob gratiam P. Scipio Africanus, rogante Senatu, filiam minorem ei deſpondit, vt narrat Liuius lib 38. Valerius lib. 4. cap. 2. Nupſit autem Tiberio poſt mortem Africani, vt inter omnes conuenire Liuius ſcribit. ſed illud parum conſtat vtrum poſt mortem Africani & deſponſa ſit, & nupſerit. Plutarchus quidem in vita Tib. Gracchi ait Polybium ſcripſiſſe, poſt obitum Africani propinquos ipſius prælato omnibus Tiberio Corneliam collocaſſe, vt quæ à parente nulli collocata aut deſponſa eſſet. At hic certè Polybij locus manifeſtò arguit vtramque à patre ſaltem deſponſam eſſe. Ait enim hic Polybius Africanum 50. talenta vtrique filiæ dotis nomine promiſiſſe. Itaque de Plutarcho quid dicam non habeo. Niſi fortè vtrumque ſimul verum eſt: & à patre deſponſam Tiberio Corneliam eſſe, & poſt obitum patris à propinquis rurſus eidem deſponſam de nouo, quaſi antea deſponſa non fuiſſet, vel potius ratam eſſe habitam patris ſponſionem. atque ita tollitur omnis difficultas.

Ναυσικᾶ Σκιπίωνος.] Sic in Exemplari perſcriptum erat, pro Νασικᾶ quod tamen retinendum eſſe duxi. Hic P. Scipio Naſica Corculum dictus eſt filius Naſicæ, qui vir optimus à Senatu iudicatus eſt. Hic autem vir Optimus Naſica cognatus erat Africani, vt docet Liuius libro 38. filius Cn. Scipionis, qui in Hiſpania cum fratre eſt occiſus.

Ποιοῦντος τὴν διαγραφήν.] Verti, *pecuniam è menſa numeraret*. Ea enim vis eſt Græci vocabuli, vt teſtis eſt Harpocratio in διαγράψαντος, & Suidas, quia ſcilicet argentarij pecuniam omnem quam ſoluerant, ſtudioſè in codicem referebant. At Latinis perſcripta pecunia longè à numerata differt, vt apud Suetonium in Iulio, cap. 42. Perſcripta enim pecunia dicitur ea quæ cùm debeatur, nec adhuc numerata ſit, in tabulas relata eſt. Cicero pro Roſcio Comœdo, & lib. 4. Ep. vlt. ad Atticum.

Pag. 158. Οὐδὲν αὐτοῖς προσοίσει κατὰ τοὺς νόμους.] Lege enim Voconia vetitum erat ne quis mulierem heredem inſtitueret. Tulerat eam C. Voconius Saxa Tribunus pl. C. Claudio Pulchro & Tiberio Graccho Coſſ. anno vrbis 576. vt qui poſt cenſuram Poſtumij Albini & Fuluij Flacci cenſus eſſet, ne heredem virginem, néue mulierem faceret, vt docet

Liuius lib. 41. & Cicero in Verrem. Itaque hæc lex ad eos qui cenſi non erant, minimè pertinebat. Cenſi autem intelligebantur more veterum, qui centum millia in profeſſione detuliſſent, vt notat Aſconius in Verrinas, qui & Claſſici dicebantur. cæteri qui infra claſſem erant, ea lege non tenebantur, vt docet M. Cato in Oratione qua legem Voconiam ſuaſit apud Gellium lib. 7. cap. 13.

Pag 161. Χαιρετισμὸν] *Salutationes* verti. deductum enim ἀπὸ τοῦ χαίρε, id vocabulum eſſe exiſtimaui. prehenſationes etiam interpretari poſſis.

Pag. 162. Ἐπὶ τῆς κυνηγεσίας ἀνασφ.] Fuit Scipio venationi addictior, quod docet Polybius in fragmento apud Suidam: διὰ γὰρ τὴν ὑπερβάλλουσαν ἐπὶ τοῦτο τὸ μέρος ἐπιθυμίαν ἣν εἶχεν αὐτὸς διάκειται, ὡς ἰδὼν προσφιλοτιμούμενον πεποιημένον κατὰ τὸν βίον τὸ κυνηγετεῖν. quæ de Scipione dici equidem non dubito. Eúmque ad hoc ſtudium ipſe Polybius plurimum incitabat, qui ſuum circa venationem ſtudium tum hoc loco, tum in cap. 114. legationum ingenuè fatetur.

Τῆς ἐμφυλίου στάσεως] Huius inteſtini inter Ætolos belli meminit Liuius libro 45. vbi 550. principes Ætolorum ab Lyciſco & Tiſippo auxilio Rom. militum captos & interfectos eſſe ait.

Μνασίππου Κορωναίου.] In exemplari erat Κυρωναίου, quod emendauimus. Huius Mnaſippi Bœoti & Chrematæ Acarnanis, qui præcipui partium Rom. fautores erant, meminit Polybius cap. 94. legationum, vbi χρέμας ſcribitur, pro χρημάτας, minus rectè vt puto. Sanè in cap. 75. legat. χρεμάς dicitur in ms. teſte Fuluio Vrſino.

Pag. 165. Ὅτι μετὰ τὸ καταπεσεῖν.] Id caput cum ſuperiori iungi debet, vt ſatis clarum eſt. Prima verba mendo non carent, quæ reſtituere non opis eſt noſtræ. Intelligitur autem L. Anicius qui Gentium Regem Illyrici vicerat, qui confecta prouincia Epirum vſque proceſſit, eámque turbatam compoſuit ante aduentum Pauli Æmilij, vt ſcribit Zonaras.

Pag. 166. Τῶν ἀνακεκλημένων.] Confecto bello Macedonico quotquot Perſei partibus fauiſſe ſuſpecti delatique erant ex omni Græcia partim literis Pauli Imperatoris, partim edicto decem legatorum citatis nominibus ſunt euocati, qui Romam ad cauſam dicendam ſequerentur, Ælio Pæto & Iulio Penno Coſſ. vt ſcribit Liuius lib. 45. Sed & ſi qui eorum apud Reges eſſe dicebantur, literis accerſiti ſunt, teſte ibidem Liuio, hos ἀνακεκλημένους vocat Polybius hic & ſuprà, pag. 149.

Μάρκος ἀρχιερεὺς ὢν καὶ πρῶτος τῆς συγκλήτου χαρ.] Is eſt M. Æmilius Lepidus, qui tum Pontifex Max. erat, & Princeps Senatus ſex continuis luſtris à Cenſoribus lectus eſt, vt legitur in Prologo lib. 47. & 48. Titi Liuij; vir omnibus honoribus in toga functus. nam & iterum Conſul & Cenſor fuit cum Fuluio. Eius Pontificatum memorat etiam Polybius cap. 37. legat. & Valerius Max. lib. 4.

Πρῶτος τῆς συγκλήτου χαρούμενος.] Id eſt, Princeps Senatus. Reuera enim Princeps Senatus is erat, quem is Cenſor cui lectio Senatus ſorte euenerat, primum in recitando ſenatu nominabat: & cuius nomen in albo

Senatorio primū perſcribebat, vt docet Liuius pag. 539. lib. 29. Dio, & Zonaras ex Dione, πρόκριτον τῆς γερουσίας appellāt, eò quòd à Cenſſ. legeretur. eſt enim προκρίνειν, Eligere ac Præferre. Porrò hic honos perpetuus non erat ſemper. cæterùm is qui princeps lectus erat, quamdiu in eo honore erat, dignitate cæteros anteibat, non poteſtate, vt docet Zonaras tomo 2. pag. 29. ex Dione. Plutarchus in Tib. Graccho ſic deſcribit hanc dignitatem, προγεγραμμένος κατ' ἀξίωμα τῆς ῥωμαίων βουλῆς.

Τοῦ χάροντος εἰσελθόντος.] Hic inſeri debet caput 127. legationum Polybij.

Pag. 169. Ἀδελφοὺς ἔχων τρεῖς καὶ κατὰ τὴν ἡλικίαν, &c.] Deeſſe videtur ἀκμάζοντας, aut quid ſimile. Suidas in εὐμένης, nihil ab editis differt. ſunt autem hi tres Eumenis fratres, Attalus cognomine Philadelphus, ac Philetærus, & Athenæus, teſte Strabone & Plutarcho, περὶ φιλαδελφίας.

Τοῦ φυλομάχου.] Malim φυρομάχου, vt in Eclogis Diodori noſtri legitur. Sanè Plinius lib. 34. cap. 8. Phyromachum appellat nobilem ſtatuarium, qui Attali & Eumenis aduerſus Gallos prælia fecit. Floruit Olymp. 120.

Pag. 170. Κυνίου ἀπόλλωνος.] Cynius Apollo cognominatus eſt, eò quòd cum Latona eum recens natum cum ſorore humi poſuiſſet, à canibus raptus eſt. alij alias cauſas memorant, quas videſis apud Suidam in κυνίειος, ex Socrate Argiuo & Cratete Grammatico. Cultus eſt hoc nomine Athenis, eique gens Cynidarum dicata erat, ex qua ſacerdotes Cynij Apollinis conſtituebantur, vt teſtatur Heſychius.

Περὶ Τεμνόν.] Rectius erit Τῆμνον, quæ vrbs ſita eſt in Æolide, vt tradit Strabo, & Stephanus, iuxta quam fuit Apollinis Cynij fanum, teſte hîc Polybio. colebatur & Æſculapius Temni, vt docet Nummus Mamææ Auguſtæ, in quo Æſculapius ſculptus eſt cum hac inſcriptione : ΕΠ. ΑΤΡ. ΕΡΜΕΙΟΥ. ΤΗΜΝΕΙΤΩΝ. Latini Temnios dicunt, vt eſt apud Tacitum libro 2. Annalium : tamen Cicero pro Flacco, *Temnitas* nuncupat.

Ὅτι Ἀρχίας.] Huc pertinent fragmenta Polybij quæ apud Suidam extant in προτείνειν, & προσεγγίζειν.

Pag. 73. Τὸν Βεργαῖον Ἀντιφάνην.] Deeſſe hic nonnulla ſatis apparet Hæc enim ad Prienenſes pertinere non poſſunt. Itaque aſteriſco locum notaui. Porrò hic Antiphanes Bergæus incredibilia quædam ſcripſerat & ridicula, à quo deinde omnes futiles ac fatui Bergæi ſunt dicti, teſte Stephano Byzantio in βέργη. quem tamen falli exiſtimo cum hunc Antiphanem cum Antiphane Comico confudit. nam præterquam quod Antiphanes comicus non fuit oriundus Berga oppido, ſed Cio, aut vt quidam aiunt, Rhodo, certè non eiuſmodi poëta fuit, vt in exemplum inſignis ſtultitiæ ſumeretur. quæ enim ſuperſunt illius fragmenta apud Athenæum, longè aliud teſtantur.

Προυσίας.] Hic eſt Pruſias cognomento κυνηγὸς, qui deuicto Perſeo, cuius ſororem in matrimonio habebat, Romam venit, ac ſe libertum po-

puli Rom. profeſſus eſt, tandémque à Nicomede filio interfectus eſt. fuit autem vt opinor, Pruſiæ filius, Zielæ nepos. Neque enim aſſentior Carolo Sigonio viro doctiſſimo, qui in libro 1. de antiquo iure prou. cap. 13. eum cum altero confudit Pruſia Zielæ filio, qui Phrygia cedere Attalicis regibus iuſſus eſt à Romanis, vt tradit Liuius & Strabo lib. 12. Sed hunc ab illo diſtingui debere his argumentis vincam. Etenim noſter hic Pruſias κυνηγὸς cognominatus eſt teſte Appiano in Mithridatico. at alter ille dictus eſt χωλὸς, vt tradit Memnon lib. 15. & hic quidem deceſſiſſe dicitur ex vulnere quod in obſidione Heracleæ acceperat, teſte ibidem Memnone. Noſter, vt dixi, à Nicomede filio eſt occiſus, vt eſt apud Diodorum, Iuſtinum, Appianũ & Zonaram. Et Pruſias quidem ὁ χωλὸς fortiſſimus vir fuit ac bellicoſiſſimus vt teſtatur Memnon & Polybius in fine lib. v. Noſter verò κυνηγὸς effeminatus, & imbellis proditur ac regio nomine indignus à Polybio in legat. 97. & Liuio. Priori Philippus Perſei pater filiam copulauit, teſte Polybio lib. 15. poſteriori poſtulanti Perſes ſororem dedit vt præter Appianum in Mithridat. refert Liuius lib. 42. Poſtremo prior ille Pruſias ante Olymp. 140. regnare cœpit, vt colligitur ex Polybij lib. 4. poſterior verò L. Marcio & Manlio Coſſ. eſt occiſus, vt ponit etiam Sigonius in faſtis ex Liuij Epitome, id eſt anno 3. Olymp. 157. Quod ſi hic vnus idémque eſt ac prior, ſequitur vt pluſquam 60. annos regnauerit. Regno autem tam diuturno quomodo conuenire poſſunt ea quæ de Pruſia hîc Polybius dicit; tantopere alienatos ab eo atque infenſos fuiſſe ſubditos. Cæterum illud etiam obiter moneo, malè apud Strabonem loco cit. legi Πρυσίᾳ τῷ ζήλᾳ. ſcribendum enim eſt ζιήλα, ex Arriano in Bithynicis apud Euſtathium in lib. 3. Iliad. & Tzetzem Chil. 3. hiſt. 115. & ex Stephano in ζῆλα & πρυσῶν, ac Suida. hic Zielas à Gallis in conuiuio interfectus eſt, quos ad conuiuium inuitarat, cum iis inſidiaretur, vt ſcribit Phylarchus apud Athenæum lib. 2. vbi malè ζηλᾶ ſcribitur. Ex quibus emendandus eſt prologus libri 27. Trogi Pompei, in quo ſic habetur. *Vtque Galli Pergamo victi ab Atalozia Lambitunum occiderint*, lego, *victi ab Attalo Zielam Bithynum occiderint*. In fragmentis Memnonis ſemper ζηίλας exaratur.

Pag. 174 Υἱοὺς τέτταρας.] Tres tantum Maſiniſſæ filios in hiſtoriis patri ſuperſtites reperio, Micipſam, Guluſſam, Maſtanabalem. Sic enim apud Saluſt. in Iugurthino habent mſſ. codices non Manaſtabalem, & Appianus in Libyco μαστανάβαν eum appellat. Zonaras μαστανάμαν. Ita enim edidit VVolfius; mendosè vt opinor, ob affinitatem inter μ & ω: quomodo in mſſ. codicibus τὸ βῆτα ſcribi ſolet. Inuenio & Maſgabam & Miſagenem Maſiniſſæ filios apud Liuium. ſed ij aut nothi fuere, aut certè ante patrem mortui. Mirum tamen in Eclogis lib. 32. Diodori, πολλοὺς δέκα poni Maſiniſſæ ſuperſtites. In Eutropio 44.

Pag. 177. Ἐδίωξε σαυτὸν εἰς τὴν πόλιν.] Haſdrubal enim prius militaribus copiis extra vrbem præfectus fuerat, cum alter Haſdrubal Guluſſæ

conſobrinus vrbanis copiis præeſſet. poſteà prior Haſdrubal cum in prælio aduerſus Manilium ſuperior fuiſſet, victoria elatus etiam vrbanum exercitum ſibi adiungere conatus eſt. Itaque vrbem ingreſſus Haſdrubalem alterum calumniari cœpit, quo abdicato ipſe vniuerſis copiis ſolus præfuit. Eſt autem huius loci ſenſus ambiguus. dubium enim eſt an id velit dicere Gulusſa. *Si Romanos metuiſſes*, an illud potius, *niſi Romanos metuiſſes*.

Pag. 178. *Τῶν οἰκετῶν δὲ, ἀνάγκης.*] Legendum puto. ἐξ abſque *ἀνάγκης.* idque in verſione Latina ſum ſecutus.

Pag. 181. *Πυθέας.*] Hic Pytheas Bœotarches Thebis erat, altera poſt Critolaum fax Achaïci belli, teſte Pauſania in Achaïcis, vbi bellum Achaïcum elegantiſſimo & grauiſſime refert. huius etiam meminit Polybius infrà. Occiſus eſt à Q. Cæcilio Metello, vt refert Pauſanias.

Ἐκπέμψας εἰς τὰ Μέγαρα] Diæus præſidium militum Megara miſit qui vrbem cuſtodirent, & Metellum cum legionibus ſi vlterius progredi vellet arcerent. vt ait Pauſanias.

Παρατρόφοις.] Alumnos verti. ſunt enim *παράτροφοι οἱ παρὰ τοῖς τῶν εὐπόρων υἱοῖς τρεφόμενοι.* Tales erant apud Spartanos ij qui Mothaces dicebantur, ſeu Mothones, quos *παρατρεφομένους τοῖς ἐλευθέροις* exponit Harpocratio & Heſychius: Phylarchus lib. 25. hiſt. apud Athenæum *συντρόφους*, quod idem eſt Gloſſæ vet. Alumnus *οἰκοτραφὴς, τρόφιμος, θρεπτός.* Item *σύντροφος* collectaneus.

Pag. 189. *Εἰ μὴ ταχέως ἀπωλόμεθα.*] Huius dicti auctor fuit Themiſtocles. vide Plutarchum in eius vita. Zonaras quoque teſtis eſt Græcos poſt excidium Corinthi cum in maiori felicitate quam antea eſſent id dicere ſolitos; *ὅτι εἰ μὴ θᾶττον ἑαλώκειμεν, οὐκ ἂν ἐσώθημεν.*

Αὖλος Ποστόμιος] De hoc Aulo Poſthumio extat Ciceronis iudicium in libro qui Lucullus inſcribitur. *Legi apud Clitomachum cum Carneades & Stoicus Diogenes ad Senatum in Capitolio ſtarent A. Albinum qui tum P. Scipione & M. Marcello Coſſ. Prætor eſſet eum qui cum auo tuo Luculle Conſul fuit, ſane doctum hominem, vt indicat ipſius hiſtoria ſcripta Græcè, iocantem dixiſſe Carneadi*, &c. Eiuſdem meminit in lib. de claris Oratoribus, & Plutarchus in M. Catone, ac Gellius lib. XI.

Τὴν αἵρεσιν τὴν Ἑλληνικήν.] Quid ſenſerit M. Cato de Græcis, ipſe docet in libro ad filium. *Dicam de iſtis Græcis ſuo loco, Marce fili, quid Athenis exquiſitum habeam, & quod bonum ſit illorum literas adſpicere, non perdiſcere vincam. Nequiſſimum & indocile genus illorum: & hoc puta vatem dixiſſe, quandocunque iſta gens ſuas literas dabit omnia corrumpet.* Semper autem Romani leuitatem Græcorum contempſerunt, vt ex Cicerone aliiſque apparet. ſed & ipſum Græci nomen ludibrio & conuicio erat. vt docet Zonaras tomo 2. *τὸν Σαλδίαπον ὡς χαυνότερον ὄντα· ἐκ γὰρ τοῦ καλοῦσι τοὺς Ἕλληνας καὶ εἰς ὄνειδος δυσφημίας τῷ προσρήματι κατ' αὐτῶν χρῶνται.*

Pag. 190. *Ἐγκάλει δ' οὖν*] In mſ. exemplari hæc cum præcedentibus

cohærebant. quæ hos merito diſtinximus: pertinent enim ad ipſum Polybium, qui cum poſt expugnationem & excidium Corinthi quidam ex Romanis Philopœmenem accuſauiſſet coram Mummio ac decem legatis, quod ſemper aduerſatus eſſet cauſæ populi Rom. contra Polybius pro Philopœmene perorauit, vtque eius memoria ſeruaretur obtinuit, vt narrat Plutarchus in Philopœmene ad finem.

Pag 193. *Τετραμμένων πρότερον.*] Legendum videtur, *τετραμμένων.*

Τὴν Ἀχαιοῦ.] Achæum hîc intelligo principem atque auctorem generis Achæorum, qui fuit Xuthi filius, Hellenis nepos, de quo vide Pauſaniam, *ἐν ἀφηγήσει τῆς Ἑλλάδος.*

Τῶν δέκα.] Sic Polybius & Dio ac Zonaras tomo 2. vocare ſolent. decem legatos, qui confecta à Conſule aut Prætore prouincia mittebantur à Senatu, vt Conſul Prætorve ex eorum ſententia prouinciam ordinaret, legeſque daret, quorum acta poſtea à Senatu confirmabantur, vt docet Cicero Philippica 12. Qui autem fuerint decem legati tum à Senatu miſſi ad res Græciæ componendas; ignotum eſt. Vnus quidem ex iis fuit L. Mummius pater L. Mummij, qui Corinthum ceperat, vt docet Zonaras ex Dione, *πεμφθέντος δὲ οἱ πατρὸς καὶ τῶν ἄλλων ἐπὶ καταστάσει τῶν ἁλόντων.* vbi notandum eſt patrem in decem legatis fuiſſe. Neque enim ſolebant veteres Romani legare in decem, qui eſſent Imperatorum neceſſarij, vt ait Cicero in Ep. 6. lib. 13. ad Atticum his verbis, quæ quoniam ad hunc locum maximè faciunt, apponere non parcam. *Mummium fuiſſe ad Corinthum pro certo habeo: ſed non dubito quin fratri fuerit legatus non in decem. Atque id etiam accepi non ſolitos maiores noſtros legare in decem, qui eſſent Imperatorum neceſſarij, vt nos ignari pulcherrimorum inſtitutorum aut negligentes potius M. Lucullum, & L. Murenam, & cæteros coniunctiſſimos ad L. Lucullum miſimus.* Idem in Epiſt. 30. *Sicunde poteris erues, qui x. legati Mummio fuerunt, Polybius non nominat. Ego memini Albinum Conſularem, & Sp. Mummium.*

Pag. 194. *Ἐπεπείλαντο δὲ τοῦ Πολυβίου.*] Polybium cum Scipione Africano ad Carthaginem fuiſſe conſtat, excidioque vrbis interfuiſſe, vt teſtantur Appianus in Libyco, Ammianus Marcellinus lib. 24. & Oroſius lib. 5. Diruta eſt autem Carthago Cornelio Lentulo & L. Mummio Coſſ. eodemque anno ab L. Mummio Corinthus exciſa eſt, vt ſcribit Velleius Paterculus lib. 1. Itaque non video qui fieri poſſit vt eodem anno ac tempore Polybius in Achaia & in Africa ſimul fuerit. vnico Strabonis loco id confici Caſaubonus exiſtimauit, qui ſic habet in lib. 8. *Πολύβιος δὲ τὰ συμβάντα περὶ τὴν ἅλωσιν ἐν οἴκτῳ μέρει λέγων προστίθησι, καὶ τὴν στρατιωτικὴν ὀλιγωρίαν τὴν περὶ τὰ τῶν τεχνῶν ἔργα. φησὶ γὰρ ἰδεῖν παρὼν ἐρριμμένους πίνακας ἐπ' ἐδάφους, πεττεύοντας δὲ τοὺς στρατιώτας ἐπὶ τούτων.* Sed ex his verbis nego id conſequi Polybium expugnationi interfuiſſe, ſed tantùm poſt expugnationem ſuperueniſſe. Neque enim credibile eſt milites Romanos inter vrbis captæ excidium alea luſiſſe, quo tempore militaris diſciplina arctius cuſtodiri debet. Deinde quis credat Polybium

ea

ea ſapientia hominem eaque in patriam caritate, ſpectatorem expugnationis eſſe voluiſſe. ſtabat enim à partibus populi Rom. Verius eſt igitur quod dixi, Polybium ſcilicet poſt Corinthi excidium celeriter ex Africa aduolaſſe, vt opem aliquam ruenti patriæ afferret. Audeo enim de Polybij auctoritate id affirmare, ſi ante expugnationem adfuiſſet, non in tantam calamitatem Corinthum venturam fuiſſe. Accedit & Oroſius lib. 5. qui diſertè ſcribit ex T. Liuio, vt ſolet, Polybium tum ad Carthaginem fuiſſe, cùm Diæus à Metello eſt deuictus. Eſt & alius error in Chronologia Caſauboni, qui Corinthi excidium confert in Conſulatum Q. Fabij & Hoſtilij Mancini. quæ ſententia licet Plinio auctore firmetur, magis tamen placet Velleij & Oroſij opinio, ob mirabilem concurſum excidij duarum maximarum vrbium. Accedit quod & Plinius hanc noſtram ſententiam tuetur. nam Corinthum ait captam eſſe vrbis anno 608. in quem annum ex ſupputatione Varronis, quam ſequitur vbique Plinius, cadit conſulatus Lentuli & Mummij.

Καὶ ζῶντα, καὶ μεταλλάξαντα.] Ex his verbis dubium oriri poteſt an hæc à Polybio ſcripta ſint, an verò ab aliquo fortaſſe qui opus annalium Polybij continuauit. Nam & ipſe Polybius in principio libri 3. orat vt ſi quid fortè humanitùs ſibi acciderit, adeò vt ſuſceptum opus detexere non potuerit, ſint qui illud ad exitum perducere ſtudeant.

Γεγράφαντος περὶ τῆς κοινῆς.] Idem de Polybio teſtatur Pauſanias in Arcadicis, Ἑλλήνων δὲ ὁπόσαι πόλεις εἰς τὸ ἀχαϊκὸν συνετέλουν, παρὰ Ῥωμαίων εὕραντο αὐτοῖς Πολύβιον σφίσι πολιτείας τε καταστήσασθαι καὶ νόμους θεῖναι. quæ non poſtrema Polybij laus eſt.

Τὸν ἐν Ἰσθμῷ τόπον.] Templum Neptuni hic intelligi exiſtimaui cum luco & ſtadio, in quo Iſthmia olim Corinthij celebrabant, teſte Strabone. quæ omnia ab exercitu Romano vaſtata fuiſſe credibile eſt poſt victoriam de Achæis ad Iſthmon partam.

Καὶ γὰρ ἐγκρατῶς.] Idem ſcribitur in Epitome lib. 52. Titi Liuij. *Ipſe L. Mummius ſe abſtinentiſſimum virum egit, nec quidquam ex iis opibus ornamentiſque, quæ prædiues Corinthus habuit, in domum eius peruenit.* Adde Aurelium Victorem in lib. de viris inluſtribus, & Frontinum libro 4.

Τῶν Χαλκιδέων ἱππέων.] Thebæ & Chalcis quia auxilio Achæis fuerant, dirutæ ſunt ex conſilio decem legatorum, vt ait Liuius lib. 52.

Πτολεμαῖος ὁ τῆς Συρίας βασιλεύς.] Ptolemæus Philometor Ægypti rex, in prælio aduerſus Alexandrum Balam vulneratus, dum oſſa medici terebrare contendunt, expirauit, vt ait Liuius lib. 52. Syriæ rex hic dicitur, quia ab Antiochenis Rex Syriæ erat ſalutatus, coactuſque geminum diadema accipere, vt narrat Ioſephus lib. 13 cap 8. Deceſſit Olymp. 158. anno 3 quo anno Polybius hiſtoriam ſuam terminauerat.

Pag. 179. Ἐπιβουλεύσαντας τῇ Κύπρῳ.] Vide Græca Excerpta ex Chronico Georgij Syncelli quæ pro Euſebianis edidit Scaliger, pag. 54.

Pag. 198. Ἐφηβεύειν.] Ea vox propriè ſignificat inter Ephebos exerceri.

quo ſenſu ſumitur in decreto Athenienſium in honorem Hippocratis Coi. καὶ ἐξεῖναι Κῴων παισὶν ἐφηβεύειν ἐν Ἀθήναις, καθάπερ παισὶν Ἀθηναίων. Itémque apud Heliodorum lib. 1. Vbi Cnemon ſic dicit, ἐτύγχανον μὲν ἐφηβεύων ἐν Ἀθήναις. Ego tirocinium agere hic verti. Nam Latini τοὺς ἐφήβους vocant tirones, & tirocinium quam Græci ἐφηβείαν dicunt.

Ἐν τῇ χλανίδι δεξιάν.] De hoc more loquitur Cicero in Orat. pro Cœlio: *Nobis quidem olim annus erat vnus ad cohibendum brachium toga conſtitutus: & vt exercitatione ludóque campeſtri tunicati vteremur.* Hoc ſigno monebantur adoleſcentes vt ad agendum & loquendum lente accederent, vt hic teſtatur Polybius. Nam præcipuum erat apud antiquos modeſtiæ ſignum manum intra pallium continere, quod εἴσω τὴν χεῖρα ἔχειν Græci dicebant. vt Philo in lib. de vita contemplat. Eſſenos ſolitos ſcribit. contra manum exerere, (quod ἔξω ἔχειν τὴν χεῖρα dixit Æſchines contra Timarchum) in adoleſcente immodeſtum habebatur. Libanius in Declam. 36. de procaci iuuene. εἰ γὰρ ἀνέτεινε τὰς ὀφρῦς ἢ προὔβαλε τοῦ ἱματίου τὴν χεῖρα. Itaque Pericles poſtquam ad Rempub. acceſſit, ſemper manum pallio cohibuit, teſte Plutarcho in πολιτικοῖς παραγγέλμ.

Ἀργὴν εἰς ἔργα καὶ λόγους.] Tirones anno 14. exeunte togam virilem ſumebant. quintodecimo armis exercebantur in campo Martio: ſextodecimo exeunte ſtipendia mereri incipiebant. vt docet Seruius in lib. 7. Æneid. Ac in exercitatione quidem præter tunicam etiam campeſtri vtebantur, ne inferiores corporis partes nudarent. vt teſtis eſt Cicero loco cit. ſic enim intelligere ſoleo ea Ciceronis verba. *Et vt exercitatione ludóque campeſtri tunicati vterémur.* Cæteris ætate proiectioribus campeſtre pro tunica erat æſtate: vt de Catone ſcribit Aſconius in Orat. pro Scauro. Primo autem ſtipendiorum anno iidem iuuenes ſub cuſtodibus agebant. teſte Seruio in loco ſupra indicato. Idem ad illa Virgilij libro 5. Cuſtodem ad ſeſe comitémque impubis Iuli ſic notat. *Secundum Tullium qui dicit ad militiam euntibus dari ſolitos eſſe cuſtodes à quibus primo anno regantur.* Intelligit autem Seruius locum Ciceronis in ea pro Cœlio, qui illis quæ antea citaui ſubnectitur. *Eadémque ſi ſtatim mereri ſtipendia cœperamus, erat caſtrenſis ratio ac militaris, qua in ætate niſi qui ſe ipſe ſua grauitate & caſtimonia defenderat, quoque modo à ſuis cuſtoditus eſſet, tamen infamiam veram effugere non poterat.* Ex his intelligitur quod hic ait Polybius ephebos anni ſpatio interquieuiſſe ac ceſſaſſe tum ab agendo, tum à loquendo: annus enim xv. erat dicatus nudæ meditationi atque exercitationi.

Ἐνδυμάτων δὲ χρῆ.] Lege, ἰχθύων, ex mſ. biblioth. Regiæ.

Ὁ δὲ Μάρκος.] Hæc ad M. Valerium Læuinum Coſ. pertinere non dubium eſt. de quo Liuius lib. 26. ſic ſcribit: *Ab Agathyrna inconditam multitudinem ſecum in Italiam tranſuexit. Quatuor millia hominũ erant miſti, ex omni colluuione,* &c. *Hos neque relinquere Læuinus in inſula ſa-*

tis tutum ratus eſt: & Rheginis vſui futuri erant ad populandum Brutium agrum. Iam hunc Polybij locum eſſe ex libro 9. docet Stephanus in Ἀγάθυρνα. Sic enim ſcribendum eſt, non vt vulgo, ἀγάθυρνα. Silius lib. 14. *Mille Agathyrna dedit.*

Pag. 201. Ἄρειον πεδίον.] Male Fuluius Vrſinus id fragmentum Polybij retulerat, deceptus à corruptis Stephani codicibus, in quibus ſub voce Ἄρειος πάγος relatum eſt. ſed diſtinguendus eſt ille locus Stephani, & poſt verbum θυγατέρες, ponendum à capite eſt. Ἄρειον πεδίον πλησίον τῆς Ῥώμης, &c.

Διαπτοοῦντες ϛ.] Hæc ad librum 13. Polybij pertinuiſſe patet ex reliquiis eius libri, pag. 672. vbi ſcribit Philippum mandaſſe Heraclidi, vt quouis pacto naues Rhodiorum corrumperet. Quod mandatum vt exequeretur Heraclides, flagris ſemetipſe laceraujt. atque ita progreſſus è Regia, cum flens ſic ſe à Philippo miſerè habitum eſſe diceret, mox ad Rhodios clam confugit. eiſque epiſtolas Philippi oſtendit, quibus Philippus Cretenſes ad ſocietatem aduerſus Rhodios hortabatur. Paulóque poſt occaſionem nactus naualia Rhodiorum incendit, vt refert Polyænus lib. 5. ex Polybio, vt opinor. Ad hanc hiſtoriam hæc & ſequentia fragmenta referenda eſſe apparet, & ad lib. 13. pertinere, non 14. vt male in editione noſtra excuſum eſt. Qui error cum cæteris nobis, vt ſpero, condonabitur.

Pag. 205. Ἴσον ἔχον τὸ αὐλίσκον τῇ προβολῇ.] Hæc in vertendo omiſit Liuius, eo fortaſſe quod nimiam difficultatem habebant. Eſt autem αὐλίσκος, vt videtur, poſtica pars teli quæ induitur haſtili, quam πυθμένα vocat Polybius lib. 6. in deſcriptione pili Romani. προβολὴ verò eſt anterior pars teli quæ prominet & in mucronem deſinit. Itaque ſic verti poteſt hic locus. Bipalme ſpiculum erat cuius tubus æqualis erat prominenti ferro. Non poteſt vt exiſtimo, magis Latinè reddi vox Græca αὐλίσκος. ſic quos organorum tubos vocamus, propriè ſunt αὐλίσκοι. & ſane vtriuſque vocabuli origo ferè eadem eſt. vt enim αὐλισκὸς deriuatur, ἀπὸ τοῦ αὐλοῦ quæ eſt tibia, ita tubus à tuba.

Pag. 206. Τὸ Ἡράκλειον.] Hæc fusè narrat Liuius lib. 44. *à Phila Popilium cum II. millibus armatorum Heracleam mittit.* lege Heracleum ex Polybio. quod & Liuij verba ſequentia confirmant. *Abeſt*, inquit, *à Phila v. millia paſſuum, media regione inter Dium Tempéque in rupe amni imminente poſitum.*

Κεραμωτῷ καταῤῥύτῳ.] Sic emendaui cùm vulgo κεράμῳ τῷ καταῤῥύτῳ legatur. Auctor mihi eius emendationis Suidas in κεραμωτὸν, τακτικὴ διάταξις, ὅπερ ἐποίουν Ῥωμαῖοι ἐν πεδιάς μέρει. Liuius eo loco, *Faſtigiatam ſicut tecta ædificiorum ſunt teſtudinem faciebant.* Eodem planè modo Apollonius lib 2. Argon. teſtudinem militarem imbricato tecto comparat his verſibus,

> Ὡς δ᾽ ὅτε τις κεράμῳ κατερέψατο ἑρκίον ἀνὴρ
> Δώματος ἀγλαΐην τε καὶ ὑετοῦ ἔμμεναι ἄλκαρ

Ἄλλῳ δ' ἔμπεδον ἄλλον ὁμῶς ἐπαμοιβὸς ἀφήρει.
Ὥς οἵγ' ἀσπίσι νῆα συναρτύσαντες ἔρεψαν.

Adde & Plutarchum in Antonio.

Ἀκρέως τοῖς ἀγωρεῦσι.] Exiſtimaui legendum eſſe ἄκροις. Porrò de hoc pugnæ genere Celtiberorum loquitur & Diodorus Siculus lib. 4. διμάχαιεσι δὲ ὄντες ἐπειδὰν ἀπὸ τῶν ἵππων ἀγωνισάμενοι νικήσωσι, καταπηδῶντες καὶ τὴν τῶν πεζῶν τάξιν μεταλαμβάνοντες θαυμαστὰς ποιοῦσι μάχας. quo loco διμάχαι legendum eſt non διμάχαιεσι. Qui autem ſint διμάχαι docet Curtius lib. v. in fine, & Heſychius.

Pag.209. Κημὸς] Huius rei meminit Liuius lib.37. ex Polybio vt ſolet., *Quinque tantum Rhodiæ naues effugerunt, terrore flammæ micantis via ſibi inter confertas naues facta. Contis enim binis à prora prominentibus trullis ferreis multum conceptum ignem præ ſe portabant.* Appianus quoque in Syriaco ex Polybij fontibus hortos ſuos irrigauit, cum ait, Παυσίμαχος δ' οἰχομένου Λιβίου πείρας τε πυκνὰς καὶ μελέτας τῶν ἰδίων ἐποιεῖτο· καὶ μηχανὰς ποικίλας συνεπήγνυτο· πυρφόρα τε ἀγγεῖα σιδήρεα ἐξῆπτο κοντῶν μακρῶν αἰωρεῖσθαι τὸ πῦρ ἐς τὸ πέλαγος· ἵνα τῶν μὲν ἰδίων σκαφῶν πολὺ προύχῃ, τοῖς δὲ πολεμίοις προσιοῦσιν ἐμπίπτῃ. vbi Pauſimachus perperam dicitur, pro Pauſiſtrato.

Ἐγεφύρωσε τὸν Σαγγάριον.] Hæc ita expreſſit Titus Liuius lib. 38. *Tranſgreſſis ponte perfecto flumen Sangarium, præter ripam euntibus Galli matris Magnæ à Peßinunte occurrêre cum inſignibus ſuis vaticinantes fanatico carmine Deam Romanis viam belli & victoriam dare.*

Προστηθίδια καὶ τύποις.] Ita emendaui cum in omnibus libris πρὸς τῇ ἰδίᾳ legeretur corruptè. Emendationem verò noſtram confirmat alter locus (Polybij ni fallor) apud Suidam in προστηθ. Ἐξελθόντες Γάλλοι δύο μετὰ τύπων καὶ προστηθιδίων ἐδέοντο μηδὲν ἀνήκεστον βουλεύεσθαι περὶ τῆς πόλεως. ſunt autem προστηθίδια vt explicat εἰκόνες μέχρι στήθους, quas Galli matris Ideæ geſtabant. teſte Dionyſio Halicarn. lib. 2. μητραγυρτοῦντες ὥσπερ αὐτοῖς ἔθος, τύπους τε περικείμενοι τοῖς στήθεσι. Vetus auctor apud Suidam in Γάλλοι. Ἀπεστάλη ἐπ' αἰσχροῖς διασκευάσας εἰς Γάλλους μετ' αὐλητῶν ἐν γυναικείαις στολαῖς ἔχοντας τύμπανα καὶ τύπους, ἐπὶ τοὺς προκαθημένους τῆς χώρας.

Pag. 210. Ἐναγίζοιεν τῷ Ξανθῷ.] Hoc fragmentum pertinet ad luſtrationem illam exercitus Macedonici quæ Demetrio Perſei fratri cauſam necis præbuit. De ea Liuius lib. 4. his verbis : *Fortè luſtrandi exercitus venit tempus cuius ſolenne eſt tale.* Et paulò pòſt : *Mos erat luſtrationis ſacro peracto exercitum decurrere.* Id ſolenne Ξανθικὰ dicebatur eo quod ageretur menſe Xanthico ſeu Aprili. Heſychius, Ξανθικὰ ἑορτὴ Μακεδόνων Ξανθικοῦ μηνὸς ἀγομένη. ἔστι δὲ καθάρσιον τῶν στρατευμάτων. Ex quo patet, hic legendum eſſe τῷ Ξανθικῷ μηνὶ, non τῷ Ξανθῷ.

IN EXCERPTA EX DIOD. SICVLO
Notæ H. Valeſij.

Pag. 222. Ρωμύλος Σιλϐίος.] Ita eum & Liuius appellat. ſed Ouidius in 4. Faſt. & Euſebius, aliique Remulum Siluium vocant. Dionyſius Halicarnaſſeus lib. 1. ἀλλάδιν, magno diſcrimine. Apud Zonaram, Αμούλιος ſcribitur. Aremulus in Oroſij lib. 1.

Pag. 225. Ἐστι τέλι.] Extant hi verſus apud Herodotum libro 1. ac Themiſtium.

Ἐπὶ ἔτη πλείω τῶν υ΄.] Lacedæmonios per continuos 400. annos Græciæ principes fuiſſe ait Diodorus Siculus, quamdiu Lycurgi legibus ſunt vſi. Ita igitur computare oportet ab temporibus Lycurgi ad cladem vſque Leuctricam, quæ contigit anno 2. Olymp. 102. Floruit autem Lycurgus ſub primam Olympiadem, cùm in conſtituendo Olympico certamine, Iphitum Eléum conſilio atque opera ſua adiuuiſſe dicatur ab Ariſtotele, Phlegonte, & Pauſaniæ in Heliacis, & Plutarcho. Ita paulò plus aut minus quadringenti anni conficiuntur. Sed cùm Eratoſthenes & Apollodorus Lycurgum multis annis ante primam Olympiadem vixiſſe ſcribant, certumque ſit Diodorum Siculum Apollodori ſupputationem vbique ſecutum eſſe, vt ipſemet in proœmio operis ſui profitetur, alia computandi ratio ineunda eſſe videtur. Igitur cùm conſtet Athenienſes pulſis Lacedæmoniis principatum Græciæ obtinuiſſe anno 4. Olymp. 75. vt initio lib. 11. docet Diodorus Siculus; inde ſi retrò numeraueris ad primam vſque Olympiadem, anni fiunt trecenti. à prima autem Olympiade ad Lycurgum, interuallum annorum centum debet eſſe vt quadringenti anni compleantur. Ex quo conficitur Lycurgum centum annis Olympiadem primam anteceſſiſſe. quæ fuit ſententia Apollodori, vt patet ex iis quæ Porphyrius libro 1. philoſophicæ hiſtoriæ ex eo producit in excerptis Euſebianis Ioſephi Scaligeri, pag. 216. In qua opinione eſt etiam Tatianus in Apologetico, & Eratoſtenes apud Clementem Alexandrum lib. 1. Strom. Ex quo etiam conficitur falli Euſebium, qui in Chronico ſcribit, numero 1218. anno 15. Alcamenis. *Lycurgi leges à Lacedæmoniis hac ætate ſuſceptæ iuxta ſententiam Apollodori*. Atqui ex Plutarcho ac Porphyrio oſtendimus Apollodorum in alia ſententia fuiſſe, prorſuſque cum Eratoſthene conſenſiſſe. Igitur ex ſententia Apollodori ἀκμὴ Lycurgi conuenit numero Euſebiano 1133. anno 33. Regis Spartanorum Archelai. quo anno etiam Euſebius Lycurgum floruiſſe rectè poſuit, ſiquidem Charilaus, cuius tutelam geſſit Lycurgus, vnà cum Archelao regnum tenuit, teſte Plutarcho ac Pauſania in Laconicis.

Ηλείων.] Idem de Eleis ſcribit Polybius lib. 4. pag. 336. eis conſenſu totius Græciæ immunitatem & ſacroſanctum quoddam religionis ius ob ludicrum Olympiorum conceſſum fuiſſe. quod ius diu quidem Elei cùm retinuiſſent, poſtea Olym. 103. anno 4. cum Arcadibus, qui Laſionem & Piſatidem regionem occupauerant, bellare coacti, priſtinum genus vitæ commutarunt, neque vt deinceps veterem ſuam immunitatem & quietem à Græcis reciperent, curam vllam habuerunt. Vide & Strabonem lib. 8.

Pag. 226. Πολυχάρη Μεσσήνιον.] Hic narrabat Diodorus initium belli Meſſenici, quod cœptum eſt nona Olympiade: cui cauſam dederunt Euæphnus Spartanus, & Polychares Meſſenius. quorum Polychares quidem 4. Olympiade ſtadio victor fuerat, vt refertur in catalogo Olympionicarum, quod ex bibliotheca Regia edidit Scaliger. Hiſtoriam hanc Polycharis legere eſt apud Pauſaniam in Meſſeniacis, vbi bellum Meſſeniacum accuratè deſcribit quod per xx. annos tractum tandem expugnatione Ithomæ finem accepit anno 1. Olymp. 14. Et hoc quidem Meſſenicum bellum primum fuit. Poſtea verò bellum Meſſenicum ſecundum 39. poſt annis eſt excitatum anno 4. 23. Olymp. vt ait Pauſanias, Magiſtratu Athenis Tleſia. quamquam Iuſtinus poſt octoginta annos id bellum repetitum eſſe ſcribit lib. 3. Cui accedit Euſebius in Chronico, qui Olymp. 35. anno 3. *Meſſana, ait, à Lacedæmoniorum ſocietate diſcedit.* Eamque ſententiam prope eſt vt veriorem putem. Nam Tyrtæus, qui eo bello à Lacedæmoniis iuſſu oraculi eſt accitus, tertia ætate poſt primum Meſſenicum bellum rebellaſſe Meſſenios innuit his verſibus:

Ἀμφ' αὐτὴν δ' ἐμάχοντ' ἐννεακαίδεκ' ἔτη
Νωλεμέως αἰεὶ ταλασίφρονα θυμὸν ἔχοντες
Αἰχμηταὶ πατέρων ἡμετέρων πατέρες.

Tres autem ætates ſeu γενεαὶ octoginta plus minus annos conficiunt. Accedit quod Tyrtæus Olymp. 35. floruiſſe dicitur à Suida in τυρταῖος. Euſebius Olymp. 36. floruiſſe ſcribit. floruit autem Tyrtæus bello Meſſenico ſecundo, vt ſatis conſtat.

Pag. 229. Ἀρχίας] Hanc hiſtoriam narrat fusè Plutarchus ἐν ἐρωτικαῖς διηγήσεσι. & Scholiaſtes Apollonij lib. 4. Argonaut. pag. 219. & Maximus Tyrius diſſert. 8. ſed Maximus Tyrius Actæonem Æſchyli filium vocat, quem Plutarchus & Scholiaſtes Apollonij filium Meliſſi memorant, quibuſcum conſentit & Alexander Ætolus in Apolline his verſibus:

Πρωθήβης ἵμερος Θαλεράιπερος οὐδὲ Μελίσσου
Πειρήνης ναίοντ' ἀλφεσίβοιον ὕδωρ
Θελήσει μέγαν υἱὸν, ἀφ' οὗ μέγα χάρμα Κορίνθῳ
Ἔσται, καὶ βριαροῖς ἄλγεα Βακχιάδαις.

Extant hi verſus apud Parthenium in Eroticis, cap. 14. ſed deprauati. Cæterùm hæc hiſtoria eò eſt notabilior, quòd ab ea pendet origo cele-

berrimarum vrbium. Namque ob hoc ſcelus Archias cum reliquis Bacchiadis pulſus Corintho, Syracuſas condidit; Cherſicrates autem Corcyram, vt ex Timæo ſcribit Scholiaſtes Apollonij, & Strabo lib. 6. & Plutarchus cap. x 1. quæſt. Græc. Quamuis autem annus quo conditæ ſunt Syracuſæ, in his Excerptis non notatur, ex eo tamen quod poſt Meſſeniacum bellum id refertur, apparet poſt 9. Olympiadem id contigiſſe. Itaque aſſentior Euſebio, qui anno vlt. x 1. Olymp. Syracuſas ab Archia conditas prodit. Sed quod idem Euſebius Corcyram à Corinthiis conditam ponit Olymp. 18. pugnantia loquitur. Eodem quippe tempore condita eſt Corcyra quo Syracuſæ, annis ſexcentis poſt excidium Troianum, vt ait Timæus apud Scholiaſtem Apollonij, pag. 220. Sunt & qui aſſerant Syracuſas eodem tempore conditas quo Crotonem, vt eſt apud Strabonem & Græcos parœmiographos in πλουθυγίεια. Condita autem eſt à Myſcello Croton 17. Olymp. anno 3. vt ſcribit Dionyſius.

Οἱ δὲ Γεωμόροι.] Geomori dicebantur optimates Syracuſanorum qui Rempublicam adminiſtrabant. erant autem, vt videtur, poſteri Græcorum qui cum Archiâ Corinhio Syracuſas occupauerant, vnde & nomen habuiſſe videntur. Sunt enim Γεωμόροι coloni, & ita ſumit Dionyſius Halicarnaſſ. libro x. hi poſtea à ſeruis & clientibus & Syracuſana plebe expulſi ſunt paulò ante 72. Olymp. vt docet Dionyſius Halicarn. lib. 6. in Oratione illa Appij Claudij, ἕως ἐκβάλωσιν ἡμᾶς τελευτῶντες ἐκ τῆς πόλεως· ὡς ἐν πολλαῖς ἄλλαις καὶ τὰ τελευταῖα ἐν Συρακούσαις, ἐν αἷς οἱ Γεωμόροι πρὸς τῶν πελατῶν ἐξηλάθησαν. Exinde Democratia, ſeu verius, ὀχλοκρατία apud Syracuſanos obtinuit, Callicyriis (ſic enim vocabantur Geomororum clientes ac ſerui) Remp. tenentibus, donec Gelo Geomoros exules in patriam reduxit. quibus à populo Syracuſ. receptis, Syracuſani principatum Geloni detulerunt, Olymp. 72 anno 2. vt narrat Herodotus lib. 5. Geomororum nomen corruptum eſt in Marmoribus Arundellianis quæ nuper ab I. Seldeno viro doctiſſimo ſunt edita. Ἀφ' οὗ Σαπφὼ ἐκ Μιτυλήνης εἰς Σικελίαν ἔπλευσε φυγοῦσα. . . . . ἄρχοντος Ἀθήνησι μὲν Κριτίου προτέρου, ἐν Συρακούσαις δὲ τῶν ὁμόρων κατεχόντων τὴν ἀρχήν. lege meo periculo, ἐν Συρακούσαις δὲ Γεωμόρων. Plura Suidas in καλλικύριοι ex Timæo & Ariſtotele. Heſychius, καλλικυρίους vocat τοὺς ἐπισταλθόντας γεωμόροις.

Pag. 230. Ἴωνας καὶ Τυῤῥηνούς.] Ex Timæo ſumpſit hæc Diodorus. cuius Timæi verba refert Athenæus lib. 12. pag. 519. vbi ait Sybaritas geſtaſſe veſtes ex Mileſia lana confectas, vnde & amicitia inter illas ciuitates nata eſt. ἠγάπων γὰρ τῶν μὲν ἐκ Ἰταλίας Τυῤῥηνούς, τῶν δ' ἔξωθεν τοὺς Ἴωνας· διότι τρυφῇ προσεῖχον. de ſocietate & amicitia Mileſiorum cum Sybaritis teſtis eſt etiam Herodotus lib. 6. initio, vbi capta Sybari tantum Mileſiorum publicum fuiſſe luctum commemorat, vt vniuerſi puberes caput raſerint.

Μινδυρίδης.] De Smindyridis hoc luxu loquitur Herodotus lib. 6. &

Athenæus, & Ælianus lib. 12. variæ hiſt. & lib. 1x. cap. 24. Cæterum hoc exemplum Sybaritici luxus hic affertur à Diodoro per occaſioné. neque enim exiſtimandum eſt Smindyridis ac Cliſthenis Sicyonij ætatem his temporibus conuenire. nam Cliſthenes Solonis ætate vixit, vt ex Herodoto conſtat aliiſque. μινδυρίδην porrò an σμινδυρίδην ſcribas parum intereſt. ſic enim & Micythus ab Herodoto ac Diodoro Siculo vocatur qui ab aliis σμίκυθος. Pauſanias lib. Heliacorum primo.

Ιππομένης.] Hic ex Codridarum genere decennalis Archon Athenis fuit, cuius initium ex Olymp. 14. conſurgit, teſte Euſebio. Ex Pauſania autem in Meſſenicis Olymp. 13. præeſſe cœpit, vt rectè Scaliger obſeruauit. ſed ſi in his Diodori fragmentis ordo hiſtoriæ ſeruatur, quod equidẽ perſuaſum habeo, neceſſe eſt vt alia Diodori computatio fuerit. Nam poſt Numam ac Deiocem de Hippomene dicere aggreditur. Orſus autem eſt Numa anno 3. Olymp. 16. Deioces vero Olymp. 18 ex Euſebio. quanquam de Deioce res controuerſa eſt, ſed Diodori rationes non poſteriorem hac Euſebij epocha fuiſſe conuincunt; imò anteriorem potius. Igitur Hippomenis exitus competet aliquanto poſt annum 3. Olymp. 16. ex Diodoro, & niſi fallor Olymp. 17. Ex quo etiam conſequitur anno 3. Olymp. 24 primum Athenis annuos Magiſtratus creari cœpiſſe.

Μεθ' ἵππου.] De hac Hippomenis crudelitate loquitur Æſchines in Orat. contra Timarchum & Heraclides in Rep. Athenienſium, & Suidas in παρ' ἵππον. aliique multi. ſed Dio Chryſoſtomus Orat. 32. ad Alexandr. diſſentire à ceteris videtur. Ait enim Hippomenis filiam equi cuiuſdam amore captã vna cum equo à patre incluſam eſſe: Ἀθήνῃσι δὲ φασὶ τοῦτο τὸ ζῶον ἀγαπῆσαι· καὶ νῦν ἐστιν ἐν τῇ πόλει τόπος καλούμενος ἵππου καὶ κόρης. ὁ γὰρ πατὴρ συγκατεῖρξε τὴν παῖδα τῷ ἵππῳ. καὶ φασὶν οὕτω διαφθαρῆναι τὴν κόρην.

Pag. 253. Ἀρκεσίλαος.] Hic eſt Arceſilaus Batti Eudæmonis filius cognomento χαλεπὸς, teſte Plutarcho in libro de fortibus mulierum geſtis: quartus Cyrenæorum Rex, qui primus regni formam in tyrannidem conuertit, tandémq. à Laarcho occiſus eſt, vti narrat Plutarchus & Polyænus, ſeu Aliarcho fratre, vt ait Herodotus lib. 4. quo loco etiam de Demonacte Mantinenſi loquitur, qui ſub Batto claudo arbiter iuſſu oraculi euocatus eſt. Ex quo colligitur Diodorum hoc loco occaſione capta ex Cyrenarum conditu, omnium Battiadarum hiſtoriam ſimul pertexuiſſe. Neque enim Arceſilaus 4. Battúſque eius ſucceſſor ante Tarquinium Priſcum vixerunt. Fuerunt autem ex Battiadis octo Cyrenarum Reges perpetua ſerie generis, Batti & Arceſilai alternis dicti. manſitque eorum regnum per annos 200. vt docet Scholiaſtes Pindari in Odem 1. Pythion. quod & oraculo prædictum fuerat vt refert Herodotus lib. 4. ἐπὶ μὲν δ' Βάττους καὶ Ἀρκεσίλεως δ' ὀκτὼ ἀνδρῶν γενεὰς διδοῖ ὑμῖν Λοξίης βασιλεύειν Κυρήνης. πλέον μέν τοι τούτου οὐδὲ πειρᾶσθαι παραινέει. Primus fuit Battus cognomine οἰκιστὴς, qui 40. regnauit annos.

2. Ar-

2. Arceſilaus Batti f. cui annos 16. tribuit Herodotus. 3. Battus Arceſilai f. cognomine Eudæmon. 4. Arceſilaus Eudæmonis f. χαλεπὸς cognominatus. 5. Battus Arceſilai f. cognomento χωλὸς. 6. Arceſilaus Batti f. 7. Battus Arceſilai filius cognomento καλὸς teſte Heraclide in Republica Cyrenenſium. 8. Arceſilaus qui Pythiis victoriam reportauit. ob quam victoriam Epinicium ei cecinit Pindarus, in quo octauum ex Battiadis eum fuiſſe dicit, παισὶ τούτοις ὄγδοον θάλλει μέρος Ἀρκεσίλας. quo à Cyrenæis occiſo Battus eius filius regnum occupare eſt molitus, ſed à Cyreneis repulſus Heſperidas ſe contulit ibique deceſſit. finitum eſt regnum Battiadarum anno 1. Olymp. 87.

Pag. 234. Τὴν ὅλην ἀγωγὴν τ. π. ἐχ. ἰωνικήν.] Teſtatur id Thucydides libro 1. ſub initium, & Ariſtophanes, ἐν θεσμοφορ. de puellabus Athenienſium ἐμπεροφόριν τε καὶ δινεῖν ἰωνικῶς. Sed de veterum Athenienſium luxu vide quæ narrat Ælianus lib. 4. variæ hiſt. cap 22. & Athenæus lib. 12. initio.

Πόλει χηναῖς καλουμένῃ] Rectius χηναῖς legeretur, vt apud Maximum Tyrium ſerm. xv. Sunt autem χηναὶ, vicus in OEtaïca regione, vt docet Pauſanias in Phocicis, vbi de ſeptem ſapientibus diſſerit. Τὸν δὲ ἕβδομον Πλάτων ὁ ἀρίστωνος ἀντὶ Περιάνδρου τοῦ Κυψέλου Μύσωνα καταλέγει τὸν χηνέα· κώμη δὲ ἐν τῇ Οἴτῃ τῷ ὄρει ᾠκοῦντο αἱ χῆναι. Platonis locus quem intelligit Pauſanias, eſt in Protagora. Diogenes Laërtij filius ſcribit alios OEtaïcæ, alios Laconicæ id oppidum tribuere. ſed Diodorus Siculus Malienſium id oppidum fuiſſe teſtis eſt. Erant autem Malienſes ad OEtam montem poſiti. Quare quomodo Laconicæ tribui poſſit non video, niſi fortè quia Lacedæmonij OEtaïcam regionem colonis occuparunt, vt docet Thucydides. ſed hoc multis poſt annis accidit. Porrò de Myſone Chenæo loquitur & Muſonius apud Stobæum cap. 222. ὅτι Μύσωνα τὸν Χημαῖον χρειστικῶς οἰκοῦντα ὁ Θεὸς εἶπε σοφόν. lege χηναῖον.

Pag. 241. Ἄρχοντος Ἀθήνησι Θηρικλέους.] Olymp. 61. Magiſtratum Athenis fuiſſe Thericlem ait Diodorus. Exiſtimo autem anno 4. ſupradictæ Olymp. id adſcribendum eſſe, quo anno ſcribit Dionyſius Halicarn. lib. 4. Archontem Athenis fuiſſe Herculem, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἡρακλέους. ſed Θηρικλέους, ex Diodoro legere oportet; neque enim Athenienſes Deorum nomina vindicabant.

Κατὰ τὴν ξα΄. ὀλυμπ.] Rectè hoc anno floruiſſe dicitur Pythagoras. Etenim regnante Tarquinio Superbo in Italiam venit, vt ait Gellius lib 17. Regnare porrò cœpit Tarquinius anno 4 ſupradictæ Olymp. Quare emendandus eſt Dionyſius Halic. qui lib. 2. ait, Πυθαγόρας δὲ μετὰ τὴν πεντηκοστὴν ὀλυμπιάδα διέτριψεν ἐν Ἰταλίᾳ. legendum enim ἑξηκοστὴν quod firmat etiam Diogenes Laërtius, qui Olymp. 60. Pythagoram floruiſſe ſcribit.

Pag. 245. Φιντίας πτ.] Eandem hiſtoriam narrat Cicero lib. 3. de Officiis, & Valerius Max. & Iamblichus lib. 1. de vita Pythagoræ. At Polyænus lib. 5. vbi rem omnem fusè narrat, Euephanum & Eucritum

eos appellat, non verò Damonem & Phintiam, quod certè mirum eſt. ſed & Hyginus fab 257. in his nominibus multùm variat; Mœrum enim & Selinuntium nominat.

Εμπειρίαν τε τῆ δυνάμεως.] Hic locus ſic ſupplendus videtur, *ἐμπειρίαν συμβάλλειν οἰόμενοι τὸ δύνασθαι*, &c. ac tum ſic vertendus erit, *Et ad omnium rerum peritiam conducere exiſtimarent, res quamplurimas poſſe memoria complecti.*

Pag. 246. Εναύσματα λαβὼν.] In exemplari ſcriptum erat, *ἐνάσματα*, quod emendauimus. ſunt autem *ἐναύσματα* propriè ſcintillæ, *ἀπὸ τῆ ἐναύειν*, quod eſt *accendere*. qua voce vtitur in legatione ad Caïum Philo de Petronio, *ἀλλ' εἶχέ τινα ὡς ἔοικεν ἐναύσματα τῆς ἰουδαϊκῆς φιλοσοφίας.*

Pag 250. Θετταλὸς.] Hic è Piſiſtrati filiis minimus natu erat, vt ait Heraclides in Repub Athen. qui mortuo patre tyrannidem recuſauit, teſte Diodoro. hoc enim eſt *ἀπείπατο τὴν τυραννίδα*. quamquam ſenſus etiam huiuſmodi eſſe poteſt, Theſſalum cùm aliquandiu tyrannidem cum fratribus exercuiſſet, tandem tyrannide ſe abdicaſſe. vtrum verius ſit diſtinctè affirmare non poſſumus. quippe omnis Piſiſtratidarum hiſtoria denſis tenebris obducta eſt, maximè ob iacturam librorum Diodori. Initium tyrannidis Piſiſtrati fuit anno 4. Olymp. 54. vt eſt in Marmoribus Arundellianis. *Αφ' ȣ Πεισίστρατος Αθήνησιν ἐτυράννευσεν ἔτη σζζ'. Αρχοντος.....ιχ.....ȣ.* ſupplenda eſt marmoris lacuna ſic, *Αρχοντος Αθήνησι κωμίȣ*, ex Plutarcho in Solonis vita, qui Piſiſtratum regnare cœpiſſe dicit Comia Athenis Magiſtratu. Regnauit autem Piſiſtratus annos 33. vt docet Ariſtoteles lib. 5. Polit. & Heraclides in Rep. Athen. & Iuſtinus lib. 2. Deceſſit igitur anno 4. Olymp. 62. Regnatum deinde eſt ab Hipparcho atque Hippia annos 18. vt teſtatur Ariſtoteles. Proinde Olymp. 67. anno 2. pulſi ſunt ab Athenienſibus & Lacedæmoniis Piſiſtratidæ, cùm annos vnum & quinquaginta tyrannidem tenuiſſent, vt rectè Ariſtophanes Grammaticus ſcribit. quamquam Eratoſthenes 50. tantùm annos eis tribuit, Herodotus verò 36. vt notat Scholiaſtes Ariſtophanis in Veſpis. ſed Herodotus eos duntaxat annos complectitur, quibus Piſiſtratus principatum tenuit. quippe Piſiſtratus bis ab Athenienſibus pulſus eſt, atque ex annis 33. qui ab initio eius tyrannidis ad obitum vſque interſunt, annos duntaxat 17. imperauit, vt ait Ariſtoteles, tametſi Herodotus 18. ei tribuere videtur. Porrò noſtra hæc annorum ſupputatio auctoritate Thucydidis nititur. Is lib. 6. Hippiam ſcribit tyrannide eiectum, ad Darium fugiſſe, & viceſimo tandem anno cum Perſis in Atticam irrupiſſe, & in Marathonia pugna cecidiſſe. Ea pugna contigit Olymp. 72. anno 2. vt eſt in Marmore Smyrnæo, qui annus eſt viceſimus ab eo in quo Hippiæ fugam collocauimus. Accedit quod idem Thucydides lib. 8. ab eiectis tyrannis ad quadringentorum dominationem annos numerat centum. Atqui Olymp. 92. anno 1. conſtituti ſunt quadringenti, vt ſatis conſtat, à quo ad annum 2. Olymp. 67.

anni centum interiecti ſunt, ſi vtrumque terminum incluſeris. quod mirificè ſententiam noſtram confirmat.

Pag. 253. Ταρκουίνιον ἀνεψιὸν τοῦ βασιλέως.] Erat Tarquinius Collatinus, Tarquinij Superbi cognatus, quod ex generis ſerie manifeſtum eſt. Tarquinius enim Priſcus fratrem habuit Aruntem. Aruntis filius fuit Egerius. Egerij Tarquinius Collatinus. At Tarquinius Priſcus nepotem habuit Tarquinium Superbum, vt L. Piſo, & Dionyſius Halicarn. lib. 4. produnt. In qua etiam ſententia videtur fuiſſe Diodorus. Nam ſi Tarquinium Superbum Priſci filium feciſſet, vt Liuius aliique cenſent, tum Collatinus non Superbi, ſed Sexti potius cognatus dici debuiſſet.

Pag. 254. Ἀντίγονος ὁ βασιλεύς.] Vide Eclogam primam ex libro XXI. Diodori.

Pag. 257. Τὸν ὑιὸν Ἀγάθαρχον.] Hic locus legitur in Excerptis libri XXI. Diodori Siculi, quæ primùm à Dauide Hœſchelio ſunt edita; ſed corruptiſſimus, qui hinc emendari facilè poteſt. Ibidem Archagathus ſemper dicitur Agathoclis filius, & apud Iuſtinum lib. 22. ſed Agatharchus magis placet. propius enim accedit ad patris Agathoclis nomen. atque ita eum Polybius appellat in Excerptis legationum, cap. 1. vbi ab auo Hippocratis atque Epicydis occiſum eſſe ſcribit.

Pag. 258. Ἐπικειμένης ἀυτῆς τῆς τραπέζης.] Legendum eſt, ὑποκειμένης. Intelligit enim ligneis quadris ſuppoſitam fuiſſe menſam nudam. ſic vim Græcæ vocis ἀυτῆς vertendam eſſe exiſtimaui. Latini enim nudum vocant, quod ornatu caret. Ita Iuuenalis Sat. XI.

Sed nudo latere & paruis frons area lectis.

vbi vetus Scholiaſtes, *Nudo latere*, inquit, *id eſt, non ornata ſponda*. Martialis in Apophoretis,

Nudo ſtramina ne toro paterent,
Iuncta nos tibi venimus ſorores.

Μέγιστον τῶν κεράτων.] Thraces cornibus bibere ſolitos docet lib. 7. Expeditionis Cyri Xenophon & Athenæus.

Τὸ Μακεδονικὸν εἰπόντος.] Cætera deſiderantur graui ſane iactura quæ fortaſſe ſarciri poteſt ex Strabonis lib. 7. vbi de Dromichæte Getarum Rege hæc habet. ἐκεῖνος τοίνυν λαβὼν ζωγρίᾳ Λυσίμαχον ἐπιστρατεύσαντα αὐτῷ, δείξας τήν τε πενίαν τήν τε αὑτοῦ καὶ τοῦ ἔθνους, ὁμοίως δὲ καὶ τὴν αὐτάρκειαν ἐκέλευσε τοῖς τοιούτοις μὴ πολεμεῖν, ἀλλὰ φίλοις χρῆσθαι. ταῦτα δ' εἰπὼν ξενίσας καὶ συνθέμενος φιλίαν ἀπέλυσεν αὐτόν. Ex quibus magna lux affertur huic Diodori locò.

Pag. 262. Τῷ χαφείῳ.] Rectiùs apud Suidam legitur τῷ χαφεῖ. Porrò hic Callias duobus & XX. libris res Agathoclis Siculi perſcripſerat, vt ait Diodorus lib. 21. laudatur à Scholiaſte Apollonij lib. 3. Argon. initio. Καλλίας ἐν δεκάτῳ τῶν περὶ Ἀγαθοκλέα. & à Feſto Pompeio in V. Roma, & ab Athenæo lib. 12. Καλλίας ἐν ὀγδόῃ τῶν περὶ Ἀγαθοκλέα. denique à Macrobio in lib. 5. Saturn. cap. 19.

Pag. 265. Πτολεμαῖος ὁ Μακεδόνων βασιλ.] Hic eſt Ptolemæus Ceraunus Ptolemæi Lagi filius qui occiſo Seleuco Rex Macedoniæ ab exercitu declaratus eſt Lyſimachiæ. cúmque biennium magna cum crudelitate regnaſſet, tandem à Gallis acie ſuperatus ac fœde truncatus eſt. Olympiade 124 anno 4. non autem 2. vt perperam ponit Euſebius. qui obitum Cerauni biennio ante Seleuci mortem collocat, cùm tamen Ceràunus Seleucum occiderit eoque occiſo biennium in Macedonia regnauerit, vt docet Memnon lib 14. & Appianus & Dexippus. Certè Diodorus hanc Cerauni cladem poſt occupatum à Decio Regium collocat. hæc autem Decij perfidia accidit anno 3. dictæ Olympiadis cum Pyrrhus à Tarentinis miſſa legatione accitus in Italiam fuiſſet.

Ἀπολλόδωρος.] Quo aſtu hic Caſſandreæ tyrannidem occuparit fusè narrat Polyænus lib. 6. ſtrategematum.

Pag. 266. Τὰς Αἰγέας διαρπάσας.] Hiſtoriam hanc narrat Plutarchus in Pyrrho, τῶν δὲ αἰγαίων κρατήσας ὁ Πύῤῥος quæ interpres ſic reddidit. *Ægæos vbi habuit in poteſtate*, cum Ægeas vertere debuiſſet; quod eſt oppidum Macedoniæ. Ptolemæo αἰγαία. Plinio & Solino Ægæ. cui oppido à ſe condito Caranus ex re nomen dedit. Oraculo enim iuſſus ibi vrbem condere vbi capras reſidentes vidiſſet, quas αἶγας Græci vocant, ita vrbem hanc nominauit, vt docet Solinus & Iuſtinus lib. 7. Ad illud oraculum alludit Dio Chryſoſtomus Orat. 4. de regno, in qua Diogenes Alexandrum Macedonem ſic affatur. ὥσπερ ὁ πρόγονός σου Ἀρχέλαος ὃς ἦλθεν εἰς Μακεδονίαν αἶγας ἐλαύνων. καὶ ὁ Ἀλέξανδρος ἐγέλασε, καὶ ἔφη τὰ περὶ τὸν χρησμὸν ὦ Διόγενες λέγεις. Cum Dione conſentit Hyginus fab. 219. & Archelao Temeni filio id aſcribit. *Inde*, inquit, *profugit ex reſponſo Apollinis in Macedoniam capra duce, oppidúmque ex nomine capræ Ægeas conſtituit.*

Τοὺς βασιλικοὺς τάφους.] Ægis erant Mauſolæa regum Macedoniæ ex inſtituto Perdiccæ, qui primus Macedonum Rex fuit, vt docent Plinius ac Solinus, & Iuſtinus in lib. 7.

Pag. 275. Τοὺς δὲ συμμάχους τοῖς ῥαβδίοις.] Ex hoc loco videtur confici, Conſuli aut Prætori ius haud fuiſſe in ſocios nominis Latini, præter virgarum admonitionem. Tamen Polybius lib. 6. poteſtatem in ſocios Præfectis ſociorum nominis Latini competiſſe ait, quemadmodum Tribunis in milites Romanos. quo loco, μαστιγῶν tantùm Polybius, non etiam ξυλοκοπεῖν dixiſſe conſultò mihi videtur, eò quòd fuſtuarij pœna in ſocios non exercebatur. Cæterùm Conſuli ac Prætori ius vitæ ac necis in Præfectos ſociorum fuiſſe ſatis conſtat, ex Papirij Curſoris exemplo in Præneſtinum Prætorem, apud Liuium lib. IX. quod tamen poſtea lege Liuia ſublatum videtur, qua vetitum eſt ne in militem nominis Latini virgis animaduertere liceret, vt ait Plutarchus in Gracchis. Hinc explicandus eſt locus Saluſtij in Iugurthino: *Turpilius verberatus pœnas capite ſoluit. nam is ciuis è Latio erat.*

Τὴν Ἑκατόμπυλον.] Vrbs eſt in Africa quam Hanno magnus in Car-

thagin. ditionem redegerat, vt narrat Polybius lib. 1. pag. 73: προεστηκότα μὲν τὸν ἄννωνα στρατηγὸν διὰ τὸ δοκεῖν τοῦτον καὶ πρότερον αὐτοῖς τὰ κατὰ τὴν ἑκατοντάπυλον τῆς λιβύης καταστρέψασθαι. condita eſt ab Hercule, vt narrat Diodorus libro 4.

Η μάτηρ τῶν νεανίσκων] Matrem Atiliorum intelligit viduam Atilij Reguli, eius qui à Carthaginenſibus captus & crudeliter occiſus fuerat. Quod cùm accepiſſent Romani, nobiliſſimos è captiuis Carthaginenſium Atilij liberis excruciandos & necandos viciſſim tradiderunt, vt ſcribit Zonaras pag. 62. quare videndum ſintne ij Boſtar & Hamilcar, de quibus Diodorus hîc loquitur.

Pag. 277. Οἱ περὶ τὸν Σπόνδιον.] Spendium Campanum Polybius hunc vocat libro primo, qui de huius Libyci belli hiſtoria conſulendus eſt.

Ιππακρινοὶ.] Hos Ιππακρίτας Polybius libro primo ſemper appellat. vrbs ipſa Hippagreta ab Appiano dicitur in Libycis, quam mœnibus, arce & portu Agathocles olim inſtruxit, media inter Carthaginem atque Vticam. Eius incolas ibidem Ιππαγρετίους nominat. Sigiſmundus Gelenius Appiani interpres, Hipponem Zaritum vertit, quod planè confirmat Zonaras pag. 115. vbi Ιππῶνα eandem vrbem vocat, quam Appianus Hippagretam. quod ſi ita eſt, fallitur certè Appianus, qui id oppidum inter Vticam & Carthaginem medium eſſe dicit, cùm ipſa potius Vtica media inter Hipponem ſit atque Carthaginem. Suſpicatus ſum aliquando Ιππακρίτας ab ἵππου ἄκρα dictos eſſe, cuius meminit Ptolemæus in Africæ deſcriptione, idque planè confirmat Stephanus Grammaticus, Ιππούακρα πόλις Λιβύης· ὁ πολίτης Ιππακρίτης. Fuerunt autem duæ huius nominis vrbes in Africa, teſte Diodoro lib. xx.

Αμίλκας καὶ ὁ Βάρκας.] Lege, ὁ καὶ Βάρκας.

Pag. 278. Δορίμαχος.] De hoc Dorimachi ſcelere vide Polybium in libro 4. pag. 331.

Pag. 281. Γέλωνος καὶ Ιέρωνος.] Gelo Hieronis Syracuſanorum Regis filius fuit, ſed cùm ante patrem mortuus eſſet, regnum ad Hieronymum Hieronis nepotem Geloniſque filium peruenit. quare in his Excerptis malè Gelo rex appellatur. Habuit porrò hic Gelo in matrimonio Nereïdem Pyrrhi Æacidæ filiam, vt docet Polybius cap. 1. legationum, & Pauſanias in lib. Eliac. 2. & Iuſtinus lib. 28. qui poſt obitum Pyrrhi has nuptias celebratas eſſe manifeſtè docet. Itaque errat Pauſanias, qui viuente adhuc Pyrrho id factum innuit his verbis: οὗτος ὁ ἱέρων ξενίαν πρὸς Πύῤῥον τὸν Αἰακίδου, καὶ ὁμοῦ τῇ ξενίᾳ καὶ ἐπιγαμίαν ἐποιήσατο Γέλωνι τῷ παιδὶ Νηρηΐδα ἀγαγόμενος τὴν Πύῤῥου. Deceſſit è vita Pyrrhus Olymp. 126. Hieronymus verò Gelone ac Nereide genitus, Hieroni ſucceſſit Olymp. 140. admodum puer, vt docet Polybius ac Diodorus. quod ſi viuo adhuc Pyrrho Nereis Geloni nupſit, fieri non poteſt vt ex iis ortus Hieronymus ſexaginta poſt annos puer ad regnũ acceſſerit, xv. annos natus. ea enim ætate auo ſucceſſit, vt docet Liuius lib. 24. verùm itaque eſt quod dixi, Nereidem diu poſt Pyrrhi obitũ Geloni nupſiſſe,

ſed nec in eo tantùm ibi fallitur Pauſanias, qui Hieronem Hieroclis filium à Dinomene occiſum eſſe ſcribit, cùm tamen ex Polybio ac Liuio & Luciano in longæuis ſatis conſtet Hieronem ex morbo deceſſiſſe. ſed fortaſſe in Pauſaniæ codicibus lacuna eſt, & Hieronymi nomen deſideratur, qui à Dinomene eſt occiſus. certè Dinomenem inter coniuratos nominat Liuius lib. 24.

Γυναικῶν ὕβρεις.] Intemperantiæ Hieronymi hoc vel maximum indicium ſit, quod publicum quoddam proſtibulum cui nomen erat Pitho, vxorem duxerit ac Reginam declarauerit, vt ſcribit Eumachus Neapolitanus lib. 2. rerum geſtarum Hannibalis.

Μετὰ τὴν Ἱερωνύμου τελευτήν.] Vide T. Liuium lib. 24. vbi hæc fuſè & elegantiſſime narrantur.

Pag. 282. Τοῦ Σεμπρωνίου] Idem narrat T. Liuius lib. 25. qui tamen quoſdam de Gracchi ſepultura diſſentire ſcribit.

Pag. 285. Πέλοπα τὸν Λυκούργου.] Lycurgus mortuo Cleomene Rex ab Ephoris per ambitum conſtitutus fuerat Olymp. 140. vt docet Polybius lib. 4. huius filius Pelops à Diodoro hic nominatur. cuius etiam meminiſſe mihi videtur Liuius lib. 34. ſub finem in Oratione Titi Quintij ad Nabim. *Amicitia & ſocietas nobis nulla tecum, ſed cum Pelope Rege Lacedæmoniorum iuſto ac legitimo facta eſt. cuius ius tyranni quoque qui poſtea per vim tenuerunt Lacedæmone imperium vſurparunt, ſicut tu quoque hoc Macedonico bello feciſti.*

Πλημμύριον.] Paulum ab hac narratione variat Titus Liuius lib. 29.

Pag. 286. Ἐκ τῆς Ἰταλίας.] Σικελίας legendum eſſe arbitror, quod & in interpretando ſum ſecutus, idque confirmat Dionyſius Halic. lib. xx. & Liuius lib. 29. in Oratione illa Locrenſium *Fanum eſt apud nos Proſerpinæ, de cuius ſanctitate credo aliquam famam ad vos perueniſſe Pyrrhi bello: qui cum ex Sicilia rediens Locros claſſe prætervveheretur*, &c.

Pag. 289. Σοφόνβα.] Sic in exemplari ſcriptum fuit, quod mutare nolui. à Dione & Zonara σοφωνὶς dicitur. Eam prius Maſiniſſæ nuptam fuiſſe ait Diodorus, quod confirmat etiam Appianus in Libyco. certè deſponſam primo à patre Maſiniſſæ fuiſſe teſtis eſt Zonaras, cumque nihilominus Syphaci contra fidem Maſiniſſæ datam copulata fuiſſet, eam ob cauſam à Pœnis Maſiniſſam defeciſſe.

Περὶ τοὺς ἑαλωκότας.] Numidas intelligo qui in Syphacis exercitu fuerant. quos Scipio in gratiam Maſiniſſæ benignè tractauit, & Senatus tandem Maſiniſſæ remiſit. Liuius lib. 30.

Pag. 290. Δικαίαρχον τὸν Αἰτωλόν.] Hic ad huiuſmodi latrocinium à Philippo miſſus in ſtatione quam nauibus ſuis ſubducendis elegerat duas aras poſuit, alteram impietatis, iniquitatis alteram. tandem vna cum Scopa Ætolo Alexandriæ tortus occiſúſque eſt, vt refert Polybius lib. XVII. in fine.

Pag. 293. Πρώτοις τοῦ συνεδρίου.] Erant apud Macedones quidam Senatores quos συνέδρους vocabant, vt ex Polybio docet Liuius lib. 45. Se-

natores quos ſynhedros vocant, legendos eſſe quorum conſilio Reſp. adminiſtraretur. Polybius legat. 115. ὃς κατασφάξας ἐν τῷ φανῷ τοὺς συνέδρους, ἔφυγεν ἐκ τῆς Μακεδονίας.

Ὥσπερ ἀπὸ παραγραφῆς.] Idem videtur eſſe ac ſi diceret, ὥσπερ ἐκ παραθέσεως. nam Diodorus Antiochi Magni ac Philippi facinora inter ſe conferebat, quibus æqualem à Diis redditam eſſe mercedem dicit.

Pag. 294. Ἀριστομένην τὸν ἐπίτροπον.] Narrat Plutarchus in dialogo quomodo diſcernendus ab adulatore ſit amicus, Ariſtomenem tutorem Ptolemæi cum Regem obdormiſcentem in conſpectu neſcio cuius legati excitaſſet, calumniatoribus anſam dediſſe. qui Regi aſſentantes aiebant, ſi poſt tot & tanta quæ ſuſtineret negocia poſt tot vigilias quas Reip. cauſa ferret interdum in ſomnum delaberetur, haudquaquam coram tot exterarum gentium hominibus obiurgandum Regem eſſe. Quibus verbis incitatus Ptolemæus venenatam potionem ad Ariſtomenem miſit, eámque haurire illico iuſſit. huius Ariſtomenis meminit Polybius lib. 17. in fine.

Pag. 297. Δήλιον ἱερόν.] In interpretatione Latina quædam addidi ad maiorem lucem ex Liuij lib. 35. ſub finem.

Ἐν Δημητριάδι.] Error haud dubiè ſeu Diodori, ſeu potiùs compilatoris. Neque enim Demetriade, ſed Chalcide hæ nuptiæ per hyemem ab Antiocho celebratæ ſunt, vt docent Polybius lib. 20. & Liuius.

Ἐπὶ τὴν τῶν Αἰτωλῶν συμμαχίαν.] Lego ἐπὶ τῇ συμμαχίᾳ.

Pag. 302. Λεώκριτος.] Huius Leocriti mentio fit in cap. 55. legationum Polybij.

Pag. 302. Ἐν τῷ Πίῳ.] Legendum exiſtimo τῷ Τίῳ. Eſt autem Tius vrbs Paphlagoniæ quæ & Teium dicitur à Polybio cap. 29. legat. Strabone lib. 12. & Conſtantino in lib. 1. περὶ θεμάτων. Porphyrio in Horatium. *Teium*, inquit, *vrbem in Paphlagonia eſſe Saluſtius indicat cum de ſitu Pontico loquitur. vnde apud Ouidium Teia muſa.* quæ vltima verba expungenda ſunt. Apud Stephanum Τίειον ſcribitur. In Scylace Caryandeno Τίθιον corruptè. Cæterùm Τίον in Diodoro legi debere patet, ex cap. 39. legat. Polybij.

Pag. 305. Τιβέριος Γράκχος.] Hic Prætor anno vrbis 573. citeriorem Hiſpaniam obtinuerat. biennio poſt confecta prouincia triumphauit ſequenti anno qui eſt ab vrbe condita 576. Conſul fuit collega C. Claudio Pulchro.

Ὁ καὶ πάτρων.] Patronum gentis Macedonum intelligi exiſtimaui. Nam vt ait Cicero de Officiis, *Tantopere apud Rom. iuſtitia culta eſt, vt ij qui ciuitates aut nationes deuictas bello in fidem recepiſſent, eorum patroni eſſent more maiorum.* Idem ſcribit Dionyſ. Halic. lib. 2. pag. 84.

Ἀφ' ἡμέρας γινομένοις.] Quod Latini dicunt conuiuia de die ducere, id Græci efferre ſolent ἀφ' ἡμέρας. à quibus mutuati eſſe videntur Latini. Sic Polybius lib. 8. Γαΐῳ τῷ Λιβίῳ γινομένῳ μετὰ τῶν συνήθων ἀφ' ἡμέρας. & paulò pòſt bis eadem locutione vtitur. Hæc Latini tempeſtiua conui-

uia appéllant, quæ ſcilicet ante horam nónam inchoabantur, vt rectè Lipſius ad librum 14. Taciti adnotauit. quare erat is qui aliter contra Lipſij ſententiam interpretatur de die, vt idem ſit quod meridie. Igitur ſi quis ab hora 7. conuiuium inierit, is de die potare non dicetur? quo quid eſt abſurdius. Sane illud conuiuium C. Liuij quod Polybius de die cœptum fuiſſe dicit, poſt meridiem inchoatum eſſe non dubito. Scribit enim Polybius circa ſolis occaſum maxime conuiuium inferbuiſſe. τὴν ἀκμαιοτάτην ἔχοντος διάθεσιν. vnde probabile eſt hora octaua fuiſſe inchoatum. Quid ſi ante meridiem, vt Saturnalibus fieri ſolebat, initum fuerit conuiuium? nonne & tempeſtiuum id dicetur ac de die? Cæſar de bello Hiſpanienſi *ipſe de tempore cœnauit., vinum & nardum ſibi infudit.*

Pag. 306. Ἐκάθιζεν ἐπὶ δίφρων ἐλεφ. Hæc ex Polybij lib. 26. tranſcripta penè ad verbum ſunt. ſed & Liuius lib. 42. eadem ex Polybio vt ſolet tranſtulerat * * *more, ſella eburnea poſita ius dicebat, diſceptabátque controuerſias minimarum rerum.* Et mox: *Itaque neſcire quid ſibi vellet quibuſdam videri. quidam ludere eum ſimpliciter, quidam haud dubiè inſanire aiebant.* Cæterum quædam in hoc Diodori loco emendatius leguntur quam apud Polybiũ. vt ἀλύων ὅπου τύχοι & συγκαταῤῥίπτειν εἰ τυχὸν, & μετ' κεραμίων, pro quibus in Polybio legitur ἀυλῶν & συγκαταβαίνων ὅ τύχοι, & μετ' κεραμίων. Porrò εἰ τυχὸν ſic dictum videtur vt in Tertulliano ſi fortè.

Ἄτταλος ἐπιπλάκη.] Idem narrat T. Liuius lib. 42. vbi Attalum cum Regina Stratonice duntaxat de nuptiis locutum eſſe ait, nihil amplius. Plutarchus in dialogo περὶ φιλαδελφίας, Attalum deſpondiſſe ſibi fratris vxorem, & cum ea rem habuiſſe dicit.

Pag. 309. Τῶν Ἀβδηριτῶν πόλιν] Abderam expugnauit Hortenſius Prætor, ac diripuit Aulo Hoſtilio & A. Attilio Coſſ. vt narrat Liuius lib. 43. qua in expugnatione videtur adfuiſſe Eumenes.

Κρημνώδης γὰρ μόνον ἦν χρεία.] Hæc Polybianum quid ſonant. habent enim admirabilem ἐνάργειαν meo quidem iudicio. Sanè Polybius lib. 4. pag. 289. eadem locutione vtitur. καίπερ διὰ τόπων πιεζόμενοι ταῖς πορείαις ἀνεπιβάτων καὶ στενῶν καὶ μόνον σκληπτικῶν δεομένων. Intelligit autem Diodorus tranſitum Q. Marcij Conſulis in Macedoniam per ſaltum arduum & aſperum, de quo conſulendus eſt Liuius lib. 44. initio.

Pag. 310. Νίκωνα τὸν θησαυροφύλακα.] Niciam eum vocat Appianus apud Suidam in ἀθρόως. & Liuius lib. 44. Malè Caſaubonus eum locum qui eſt apud Suidam in ἀθρόως, adſcripſit Polybio, cùm ſit Appiani, vt dixi, extatque pag. 561. huius editionis.

Ἐν τῷ φακῷ.] Pellam dicit Liuius loco ſuprà indicato. Sanè Pellæ regiam gazam fuiſſe docet idem Liuius in fine lib. 44. Phaci oppidi in Macedonia meminit Polybius legat. 115.

Τοὺς χρυσοῦς ἀνδριάντας.] Liuius hæc initio lib. 44. ſic refert: *Ipſe ab Dio auratis ſtatuis omnibus raptim, ne præda hoſti eſſent, in claſſem congeſtis ocyus*

ocyus demigrare Pydnam iuſſit.

Ὁ Ἀντίοχος δυνάμενος] Hæc ad primam Antiochi Epiphanis in Ægyptum irruptionem ſpectant, quæ hac de cauſa contigit. Ptolemæus Philometor Rex Ægypti, cùm Cœleſyriam maioribus ſuis ſemper paruiſſe intelligeret, eam ab Antiocho Epiphane per legatos repetiit ſuaſu Eulæi nutricij, ac Lenæi ducis, qui tum Rege admodum puero poſt mortem Cleopatræ cuncta adminiſtrabant. quæ cùm ab Antiocho minimè redderetur, ingentem belli apparatum Ptolemæus facere inſtituit quo eam recuperaret, vt narrat Diodorus legat. 18. & apud Suidam in ἀμφισβητεῖν. Ὁ δὲ Πτολεμαῖος εἰδὼς τοὺς ἑαυτοῦ προγόνους ἐσχηκότας τὴν Κοίλην Συρίαν παρασκευὰς ἐποιεῖτο μεγάλας ἀμφισβητῶν ταύτης· ἤλπιζε γὰρ τὴν ἀδίκῳ πολέμῳ πρότερον ἀφῃρημένην τότε δικαίως τοῖς αὐτοῖς νόμοις ἀνακτήσασθαι. Antiochus cùm Ptolemæum videret ſeſe ad bellum accingere, Meleagrum legatum Romam miſit, qui Senatui referret, bellum ſibi præter fas à Ptolemæo inferri, vt eſt in legatione 71. Polybij & 72. Interim ipſe celeriter contractis copiis, cùm duces Ptolemæi ſegniter agerent, & in Syriam irrumpere cunctarentur, vltrò iis obuiam proceſſit, commiſſoque prælio inter montem Caſium ac Peluſium eos profligauit. cumque Ægyptiorum copias internecione delere poſſet, equo circumuectus occidi eos vetuit, viuos tantummodò capi iuſſit. Itaque ob hanc humanitatem mox Peluſio, ac breui vniuerſa Ægypto eſt potitus, vt narrat hîc Diodorus. Cui conſentit Hieronymus in cap. xi. Danielis, ex Porphyrio & Callinico Sutorio hæc referens: *Et cùm poſt mortem Cleopatræ Eulæus Eunuchus nutricius Philometoris, & Lenæus Ægyptum regerent, & repeterent Syriam quam Antiochus fraude occupauerat, ortum eſt inter auunculum & puerum Ptolemæum prælium. cumque inter Peluſium & montem Caſium prælium commiſiſſent, victi ſunt duces Ptolemæi.* Hæc pugna contigit Marcio Philippo II. & Seruilio Cæpione Coſſ. Olymp. 152. anno 3. vt patet ex ſerie ipſa narrationis Diodori noſtri, & maximè ex cap. 8. legationum Polybij. bellum ipſum cœpiſſe videtur biennio antè, Conſulatu Licinij Craſſi, & Caſſij Longini, vt docet Liuius libro 42.

Ἀκοντὶ παραχωρῆσαι βασιλείας. Philometor audita ſuorum clade, ac deditione Peluſij aliarúmque vrbium, metu perculſus ac fortaſſe etiam Alexandrini populi ſeditione impetitus fugit Alexandria. cúmque in manus Antiochi veniſſet, Antiochus puero pepercit, & amicitiam cum eo firmauit, curamque illius ſuſcipere ſe ſimulauit, quemadmodum indicat Hieronymus, cuius hæc verba ſunt illis quæ ſuprà attuli connexa. *Porrò Antiochus parcens puero, & amicitias ſimulans, aſcendit Memphim, & ibi ex more Ægypti regnum accipiens, puerique rebus ſe prouidere dicens, cum modico populo omnem Ægyptum ſubiugauit ſibi.* Igitur cùm Antiochus Epiphanes puero diadema ademiſſet, atque ipſe Ægypti regnum accepiſſet, Alexandrini Ptolemæum iuniorem, qui Euergetes & Phyſcon dictus eſt, fratrem Philometoris regem renunciarunt, ac ſtre-

nuè Antiocho reſtiterunt. Sed Antiochus victis nauali prælio ad Peluſium Alexandrinis, & ponte per Nilum facto transgreſſus cum copiis, Alexandriam obſidere inſtituit, ſimulans ſe Ptolemæo maiori regnum recuperare. Hanc hiſtoriam (cætera enim ſatis iam ex T. Liuio nota ſunt) ita concinnaui, partim ex coniectura, partim ex auctoritate optimorum auctorum, in qua qui ante nos ſcripsère, mirum eſt quantoperè hallucinentur; nec recentiores tantùm, ſed & Zonaras tomo 2. pag. 110.

Pag. 314. Εἰς τὸν συνάδοντα.] Eulæum intelligo, qui auctor huiuſce belli fuit, vt ex Hieronymo ſuprà notaui. quod confirmat Polybius cap. 82. legationum: Τὴν μὲν γὰρ αἰτίαν τῶν συμβεβηκότων πάντες ἀνέφερον ἐπὶ τὸν περὶ τὸν Εὐλαῖον.

Εὐεργετήντος εἰς τὴν παρεμβολήν.] Poſt verbum, εὐεργετήντος; in ms. punctum notatur, quo appareat aliquid deeſſe, quod ita ſupplendum eſſe exiſtimo, εὐεργ. καὶ κομισθέντος εἰς τὴν παρ.

Οὐ πρὸς ὑὸν.] Hunc locum ſic legendum eſſe exiſtimaui, ἔχων οὐ πατρὸς μόνον, ἀλλὰ καθάπερ ἐρωμένου τινα διάθεσιν πρὸς τὸ μειράκιον. Originem mendi eſſe eam arbitratus ſum, quòd in ms. πρὸς, ferè pro πατρὸς ſcribebatur. ex quo hîc πρὸς ὑὸν nobis imperiti antiquarij concinnarunt. Simile mendum cum aliis prope infinitis hæſit apud Libanium. In Oratione, πρὸς τοὺς νέους περὶ τοῦ λόγου. Νέος χρήματα παρὰ τοῦ προσλαμβάνων ὡς τῷ σοφιστῇ κομιῶν. cùm legendum ſit, παρὰ τοῦ πατρὸς λαμβάνων ὡς τῷ σοφιστῇ κομίσων, vt in ms. legitur.

Ἐρωμένου.] In ms. erat ἐρωμένην, ex quo ἐῤῥωμένην quis legendum eſſe fortè exiſtimet, quod tamen minus probo. Magis placeret ἐρωμένῳ. ſed omninò prærideat illud quod edi curauimus, reſpondet enim ei voci τοῦ πατρός. ἐρώμενος autem tam de amatore quàm de amaſio dici conſtat vel ex Suida.

Pag. 317. Εἰς ἐλευθέραν.] In ms. ἐλευθέειαν legitur, ſed ι eraſum eſt; Ego malim ἐλευθέριον φυλακήν. Sic Philoſtrat. lib. 7. cap. XI. ἐλευθέριον δεσμωτήριον vocat liberalem cuſtodiam, & cap. 17.

Καταστέψας ἔθυσε.] Sic correximus, cùm in exemplari καταστρέψας legeretur nullo ſenſu. Notum eſt victimas infulis coronari ſolitas eſſe, id καταστέφειν Græci dicebant. Æſchines contra Cteſiphontem, χρυσόκερων ἀπολωλῶν καὶ κατεστέφθαι λέγων. Notanda autem hæc conſuetudo eſt Gallogræcorum, qui captiuos Diis immolare ſoliti erant, vt docuerat etiam Sopater Paphius in comœdia quam Γαλάτας inſcripſit. Athenæus lib. 4. Ἐγὼ δὲ κατὰ τὸν τοῦ Παφίου Σωπάτρου Γαλάτας παρ' οἷς ἔθος ἐστὶν ὅταν τι εὐτυχῆμά τι ἐν τοῖς πολέμοις λάβωσι θύειν τοῖς θεοῖς τοὺς αἰχμαλώτους. quam conſuetudinem à Gallis Gallogræci accepêre. Nam vt ait Cæſar lib. v. *Natio eſt omnium Gallorum admodum dedita religionibus. atque ob eam cauſam qui ſunt affecti grauioribus morbis, quique in præliis periculiſque verſantur, aut pro victimis homines immolant, aut ſe immolaturos vouent.* Adde Diodorum lib. 4.

Pag. 321. *Παρὰ τὴν πομπήν.*] Ita emendaui, cùm *σιωπὴν* eſſet in ms. Auctorem emendationis habui Polybium, ex cuius lib. 31. hæc tranſcripta ſunt.

Τῆς συμφωνίας παρακεκλημένης.] Symphonia nihil aliud eſt quàm concentus chori. chorus enim conſtabat è ſeptem ſymphoniacis. quando autem chorus canebat, choricis tibiis Choraulus artifex concinebat, vt aït Diomedes: quæ *συναυλία* Græcè dicitur. Itaque parum inter *συμφωνίαν* & *συναυλίαν* intereſt. vne Semus Delius apud Athenæum, *συναυλίαν* ſic definit: *ἀγνοουμένης δὲ παρὰ πολλοῖς τῆς συναυλίας λεκτέον. ἦν τις ἀγὼν συμφωνίας αὐλοῦ καὶ ῥυθμοῦ χειρὸς λόγου τοῦ προσμελῳδοῦντος.* Mimis porrò chorus præcinebat, vt ex Hieronymi chronico patet, vbi de Pylade Pantomimo. Hyginus in Poëtico Aſtronomico de Delphine, *Quod Liber ſuſpicatus iubet comites ſuos ſymphonia canere.* Acron quoque, *Ambubaiæ,* inquit, *dicuntur mulieres tibicines lingua Syrorum. Etenim lingua eorum tibia, ſiue ſymphonia ambubaia dicitur.*

Pag. 322. *Τούτων συνελθόντων*] Legendum eſt, *συντελεσθέντων,* ex Polybio cap. 101. legationum. ex quo ferè ſuperiora omnia ad verbum tranſcripſit Diodorus. Hinc igitur patet caput illud 101. legationum Polybij ad librum 31. hiſtoriarum eius pertinere, in quo libro retulerat Polybius eos agones quos Antiochus Epiphanes Daphnæ celebrauit, vt patet ex fragmentis eius libri apud Athenæum, quæ perperam Caſaubonus inter reliquias lib. 26. retulit.

Τοῦ Πτολεμαίου ἐκπεσόντος.] Poſtquam Antiochus Epiphanes tentatis, vt ſuprà dixi, mœnibus Alexandriæ, fruſtratus ſpe ſua, in Syriam receſſit, Ptolemæus Philometor quem Memphi reliquerat, perſpectis conſiliis Antiochi, qui amicitiam ſecum ſimulabat, ſed reuera ſibiipſi regnum Ægypti comparare in animo habebat, miſſis ad Iuniorem fratrem & Cleopatram ſororem legationibus id perfecit vt in regnum reſtitueretur, fraterque minor ſecum ſimul regnaret, L. Æmilio Paulo 2. Coſ. anno 4. Olymp. 152. vt docet T. Liuius lib. 45. Itaque in publicis actibus ſcribi cœpit anno 12. Philometoris, Euergetis autem primo. manſitque hæc fratrum concordia ad annum Philometoris ſeptimumdecimum, quò fratres diſſidere cœperunt, vt ſcribit Porphyrius in fragmento luculentiſſimo quod Ioſ. Scaliger inter Euſebiana excerpta edidit, pag. 22. Igitur Philometor bello victus, regnoque expulſus, Romam pedes petendi auxilij gratia proficiſci intendit modico comitatu, demptoque capitis inſigni, ac ſquallore obſitus. cui cùm Demetrius obuiam veniſſet, equumque regalibus ornatum phaleris & diadema obtuliſſet, cuncta Ptolemæus eſt aſpernatus, & Romam cùm veniſſet, in hoſpitium Alexandrini pictoris ſe contulit. quod vbi Senatui nunciatum eſt, Senatus accerſitò iuuene, diligenter factum excuſauit, quod nec Quæſtorem more maiorum ei obuiam miſiſſet, nec publico hoſpitio excepiſſet, idque non ſua negligentia, ſed illius clandeſtino aduentu eſſe factum. hortatuſque eſt vt poſitis ſordibus adeundi ipſius

diem peteret, vt narrat Valerius Max. libro v. cap. 1.

Δημήτριος] Is Demetrius Seleuci filius obſes tunc Romæ erat, qui cùm Ptolemæum ignobili comitatu Romam appropinquare didiciſſet, id facinus edidit. Quippe expulſus eſt Philometor anno regni 17. ex Porphyrio, id eſt, Olymp. 154 anno 1. Sempronio Graccho & Iuuentio Talna Coſſ. vt etiam indicat Epitome lib. 46. Titi Liuij. Demetrius verò Româ profugit anno 3. ſupradictæ Olymp. ſeu 151. Græcorum, vt eſt in lib. 1. Macchab.

Pag. 325. Ὁ φιλοπάτωρ.] Hic Ariarathes filius erat Antiochidis, Antiochi Magni filiæ, quæ cùm liberis careret, duos ſibi clàm ſuppoſuit, Ariarathem & Orophernem: ſed aliquantò poſt cùm præter ſpem filias duas ac filium nomine Mithridatem peperiſſet, de ſuppoſiticiis maritum admonuit, & priorem quidem cum medıocri ſumptu Romam miſit, alterum in Ioniam: ne legitimo puero controuerſiam de regno mouerent. Hic Mithridates poſtea Ariarathes dictus eſt, cognomento Philopator, ob ſingularem pietatem qua patrem dilexit, vt teſtatur Diodorus lib. 31. ex quo patet hoc fragmentum ad librum 31. pertinere. Regnum iniit Olymp. 154. anno 2 Scipione Naſica & Figulo Coſſ. non vt Caſaubonus in Polybiana chronologia ponit Olymp. ſupradictæ, anno 3. Namque ante Demetrij ex vrbe fugam regnare cœpit, vt conſtat ex Polybio & Liuio lib. 46. Atqui Demetrius anno 3. dictæ Olymp. Româ clàm profugit, vt ſuprà dixi. Periit autem hic Ariarathes in bello quod Romani cum Ariſtonico geſſerunt, vt docet Iuſtinus libro 38.

Ἀρταξίας.] Huius Artaxiæ meminit Plutarchus in Antonij vita. victus captúſque fuerat ab Antiocho Epiphane, vt docet Appianus in Syriacis. Hieronymus in caput xi. Danielis ex Porphyrio. *Pugnans, ait, contra Ægyptios, Libyas, Æthiopaſque pertranſiens audiet ſibi ab Aquilone & ab Oriente prælia concitari, vnde & regrediens capit Aradios reſiſtentes, & omnem in littore Phœnices vaſtat prouinciam, confeſtimque pergit ad Artaxiam regem Armeniæ.* Fuerat hic prius Antiochi magni Satrapa in Armenia: quo à Romanis victo, cum ad Rom. partes tranſiiſſet, Rex à populo Romano appellatus eſt, teſte Strabone lib. xi. & celeberrimum Armeniorum fundauit imperium.

Pag. 325. Οἷος ἐν τῷ ζῆν ὑπάρχειν τὴν τύχην.] Apud Polybium ex quo hæc deſumpta ſunt, alius eſt verborum ſenſus. plus enim dicit Polybius vt ex vtriuſque loci interpretatione clarum eſt.

Pag. 329. Κατὰ τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν ιη'. ἐτῶν.] Annum intelligit quo L. Æmilius Paulus Scipionis pater eſt mortuus. Atqui eo anno Scipio xxv. ætatis annum agebat. Deceſſit enim Æmilius L. Anicio & Cornelio Cethego Coſſ. anno vrbis 593 vt patet ex Titulo Adelphorum Terentij. Igitur cum ex ipſo Diodoro ac Liuio lib. 45. anno vrbis 585. quo L. Æmilius Perſeum debellauit, Scipio annum ætatis 17. ingreſſus ſit, ſequitur eum anno vrbis 593. quintum ac viceſimum attigiſſe. Videtur

autem deceptus eſſe Diodorus ex illis Polybij verbis quæ in fragmentis libri 31. à nobis editis leguntur. *οὐ γὰρ ὑπῆρχε πλέον ἐτῶν ὀκτωκαίδεκα τότε.* Nam quia Polybius hæc poſt obitum L. Æmilij narrauerat, putauit Diodorus *τότε* illud ſignificare poſt obitum parentis: in quo longè falſus eſt. Nam Polybius eo loci *ἀνακεφαλαίωσιν* quandam totius adoleſcentiæ Scipionis proponit, eáque narrat quæ ante Æmilij obitum contigerunt vt ſatis patet.

Pag. 330. *Αἰμιλία γάρ τοι Σκιπίωνος.*] Deeſt *γυνὴ*, quam vocem Latini eleganter omittere ſolent, cum dicunt Æmiliam Africani & ſimilia. vt apud Ciceronem occurrit & Suetonium alióſque.

Παπιρία.] Hæc Papiria erat Papirij Maſſonis filia viri conſularis, vt ait Plutarchus in L. Æmilio. In mſ. noſtro perperam ſcriptum erat *Πασιεία.*

Pag. 334. *Ὀροφέρνης.*] Hic eſt Orofernes quem ſibi Antiochis regina ſuppoſuerat, vt ſupra ex Diodoro dixi: quod & Zonaras commemorat. qui Demetrij Syriæ regis opibus Ariarathem regno expulit. Erat Demetrius infenſus Ariarathi ob faſtiditas ab Ariarathe ſororis nuptias, & amicitiam ac ſocietatem ſuam. Itaque cauſam Orofernis libentiſſime amplexus, bellum intulit Ariarathi cui Eumenes auxilium ferebat. victus tandem Ariarathes Romam confugit. Sex. Iulio Cæſare & Aurelio Oreſte Coſſ. Olymp. 155. anno 3. vt docet Polybius cap. 126. legationum. vide Diodorum legat. 24. & Iuſtinum.

Pag. 337. *Ἅμα μὲν διὰ τὴν χρηστότητα.*] Hæc ferè iiſdem verbis leguntur in Excerptis Georgij Syncelli quæ Scaliger pro Euſebianis edidit pag. 54.

Pag. 341. *Οἵ τε βασιλεῖς καὶ αἱ πόλεις.*] Idem teſtatur Cicero in lib. 2. de Officiis, his grauiſſimis verbis: *Verumtamen quamdiu imperium pop. Rom. beneficiis tenebatur, non iniuriis, bella aut pro ſociis aut de imperio gerebantur. exitus erant bellorum aut mites aut neceſſarij. Regum, populorum, nationum portus erat & refugium Senatus.* Et paulò pòſt: *Itaque illud patrocinium orbis terræ verius quàm imperium poterat nominari.*

Pag. 345. *Κατὰ τοὺς τῆς παλαιᾶς ἡλικίας καιρούς.*] Hæc vox *παλαιᾶς* non Diodori, ſed compilatoris videtur eſſe. Nam Diodorum ita ſcripſiſſe pro certo habeo. *κατὰ δὲ τοὺς τῆς ἡμετέρας ἡλικίας καιρούς.*

Διεληλυθότων σχεδὸν ἐτῶν ϛ.] C. Iulius Cæſar Corinthum inſtaurauit, miſſis eò colonis libertini generis anno vrbis conditæ 710. cùm ipſe Conſul quintum eſſet collega M. Antonio vt ſcribit Dio lib. 43. Appianus in Libycis. Strabo lib 8. & Pauſanias in Corinthiacis. Hinc in nummis Colonia Iulia Corinthus dicitur. Coloni autem dicti ſunt Corinthienſes vt ſcribit Pompeius Feſtus.

Pag. 346. *Ὁ Πλαύτιος.*] Hic eſt C. Plautius Prætor qui aduerſus Viriathum malè rem geſſit: de quo vide Sigonium in Faſtis ad annum vrbis 607.

Ὑποπεπτωκέναι τὴν ἀρχήν.] Id eſt lege maieſtatis poſtulatus eſt. ea enim

lege tenebatur, quiſquis malè geſta Rep. maieſtatem pop. Rom. minuiſſet, vt ait Tacitus lib. 1.

Ἀλέξανδρος.] Hic eſt Alexander cognomine Bala quem aduerſus Demetrium, Ptolemæus & Attalus ſubornauerant, tanquam Antiocho Epiphane genitum, anno Græcorũ 160. vt eſt in lib. 1. Machab. Olympiade 157. quo etiam anno ſubditicius hic Alexander vnà cum Laodice ſponſa Epiphanis filia Romam venit, vt Senatus auctoritate in paternum regnum reſtitueretur, idque tandem obtinuit cùm Heraclides qui eum Romam adduxerat, pleroſque Senatores muneribus corrupiſſet, vt docet Polybius cap. 140. legationum.

Τὸ ταπεινουμένης τῆς κατ᾽ Αἴγυπτον βασιλείας.] Exiſtimaui legendum eſſe κατὰ Συρίαν, idque in verſione ſecutus ſum. ſuſtineri tamen poteſt altera lectio. quippe morte Philometoris valde maieſtas regni Alexandrini erat imminuta, cùm Ptolemæus Phyſcon regnum teneret imbellis atque ignauus. Erant autem aſſidui hoſtes Syrorum reges Ægyptij iam inde à Ptolemæo Philadelpho. quare eo metu leuatus eſſe videbatur Demetrius Nicator Demetrij Soteris filius.

Ὁ τῆς βασιλείας προεστηκώς.] Laſthenem Cretenſem intelligo quem πατέρα & συγγενῆ vocat ipſe Demetrius apud Ioſephum lib. 13. cap. 8. Antiq. Is Laſthenes Demetrium in recuperando regno multum adiuuerat.

Χρωμένων τῇ συνηθείᾳ.] Malim hunc locum interpretari de Antiochenſium leuitate ac ſtudio rerum nouarum quam de dicacitate. Idque firmant poſtrema Diodori verba quæ in hoc capite leguntur. Herodianus lib. 2. φύσει δὲ κοῦφον τὸ Σύρων ἔθνος, ἐς καινοτομίαν τε τῶν καθεστηκότων ἐπιτήδειον.

Pag. 349. Μεγάλης δὲ ταραχῆς] De hac ſeditione Antiochenſi vide omnino lib. 1. Machab. cap. x1. & Ioſephum cap. 9.

Τοὺς ἀπὸ τῆς ἑτέρας οἰκίας.] Ex ſtirpe ſcilicet Antiochi Epiphanis, ex qua oriundus erat Alexander Balas, cuius ſtirpis reges clementiores habebantur. Certè Alexandro Balæ hanc laudem tribuit Athenæus lib. v. Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος προσηνὴς ἦν ἐν πᾶσι καὶ φιλολόγος ἐν ταῖς ὁμιλίαις. Altera autem ſtirps Seleuci Philopatoris malè ob ſuperbiam ac ſæuitiam audiebat.

Οἱ Ἀράδιοι τὰς ψυχὰς ἀνηρτημ.] Hoc fragmentum connecti debet cum cap. 29. legationum Diodori. Nam poſt hæc quæ illic leguntur vltima verba, ſequebantur ſine dubio ἐπιβοωμένων δὲ, &c. vt edidimus.

Τῶν Μαραθηνῶν.] Marathus vrbs eſt Phœniciæ, cuius meminit Polybius lib. v. Strabo ac Ptolemæus. In Itinerario Burdegal. mutatio Maraccus dicitur 16. millibus diſtans ab Antarado. Huius incolæ Μαραθεῖς, an Μαραθηνοὶ dicendi ſunt obſcurum eſt. Cicero in Bruto, Menelaum Marathenum memorat. In mſ. ſemper Μαρα ſcriptum erat. Ego Μαραθίας prætulerim vt diſtinguantur ab incolis Marathi oppidi in Acarnania, qui Μαραθηνοὶ dicuntur teſte Stephano Byzantio. tamen in cap. 29.

legationum Diodori Vrſinus edidit Μαραθηνοί.

Pag. 350. Ἀπέστησαν τῆς διὰ τῶν ὅπλ.] Vi enim aperta Marathenos aggreſſi ſunt, atque vrbe capta & euerſa agros eorum ſorte diuiſerunt. vt ait Strabo lib 16. Μάραθος πόλις ἀρχαία Φοινίκων κατεσκαμμένη· τὴν δὲ χώραν Ἀράδιοι κατεκληρούχησαν.

Ὅμως ἐβασίλευσεν ἔτη ιε'.] Hæc ita accipienda ſunt, nō quaſi dicat Diodorus Phyſconem 15. dumtaxat annos regnaſſe: id enim eſſet falſiſſimum, cùm 29. annis imperauerit. ſed quaſi dicat Ægyptios eius crudelitatem & acerbum imperium paſſos eſſe ad annum quintumdecimum quod verum eſt. Hoc enim anno ab Alexandrinis expulſus incenſa Regia clam Cyprum profugit anno vrbis 623. vt ex Liuij Epitome 59. iamdudum notaueram in Indice Regum Aegypti. quod hic Diodori locus vnicè confirmat. & ita planè Oroſius ponit ex Liuio, Appio Claudio & M. Perpenna Coſſ. Porrò hunc auctoris noſtri locum citat Georgius Syncellus in Excerptis Euſebianis Ioſephi Scaligeri pag. 54. Διόδωρος δέ φησιν ὅτι ιε' ἔτη ὁ νεώτερος Πτολεμαῖος ἐβασίλευσε μετὰ τὸν πρεσβύτερον ἀδελφόν· πολλάς τε παρανομίας διεπράξατο, τήν τε ἰδίαν ἀδελφὴν Κλεοπάτραν γήμας, καὶ πολλοὺς πρεσβυτῶν ψευδέσι συκοφαντίαις ὡς ἐπιβουλεύοντας αὐτῷ· καὶ τοὺς μὲν ἀναιρῶν, τοὺς δὲ φυγαδεύσας, καὶ τὰς οὐσίας αὐτῶν ἀφαιρούμενος.

Pag. 354. Κατὰ τὴν Μέμφιν ἐνθρονιζομένῳ.] Memphis Regia erat Ægyptiorum, alterum poſt Alexandriam Ægypti caput. quin & antequam Alexandria conderetur, regum ſedes fuerat. Hinc igitur ortus ille mos videtur, vt Ægypti Reges etiam poſt celebrata ἀνακλητήρια, Memphi quoque in palatio ſolenniter inaugurarentur. quod etiam docet Hieronymus in cap. XI. Danielis. *Porrò Antiochus parcens puero & amicitias ſimulans aſcendit Memphim, & ibi ex more Ægypti regnum accipiens*, &c. Sed omnem ritum vnicè declarat Germanicus in Aratum vbi de Capricorno. *Typhon*, ait, *fulmine interficitur ab Apolline in templo Ægypti Memphis, vbi mos fuit ſolio regio decorari reges qui regnabant. ibi enim ſacris initiabantur primum vt dicitur reges ſatis religioſè tunicati, & tauro quem Apim appellant iugum portare fas fuit, & per vicum vnum duci vt periti exiſtimabant labore humanæ neceſſitatis, ne crudelius his qui ſub eis ſunt abutantur. Deducitur autem à ſacerdote Iſidis in locum qui nominatur ἄδυτος, & ſacramento adigitur neque diem, neque menſem intercalandum*, &c. Similis inauguratio regum Perſarum fiebat Paſargadis quam τελετὴν vocat Plutarchus in Artaxerxe.

Διήγυλις.] Hunc Attalus Philadelphus prælio victum cepit, vt docet Strabo lib. 13. Appianus in Mithridatico eum Pruſiæ generum fuiſſe ſcribit, & Διήγυλιν Θρᾳκα vocat Προυσίου κηδεστήν. Corruptum eſt huius reguli nomen apud Valerium Max. lib. 9. cap. 2. *Numuliſinthis*, inquit, *Diogiridis filia Thraciæ regis*. legendum eſſe puto Diegylidis. Erat autem Rex vt opinor Cænorum Thracum, quod eſcuiſſe mihi videor ex Prologo 36. Trogi Pompeij in quo ſic legitur. *Vt Rex Aſiæ Attalus Cænos Thracas ſubegit.*

Pag. 357. *Ἀντιτεθλιμμένας τὰ σώματα.*] Legendum eſſe arbitror *ἀντεστιγμένας* id eſt notis compunctas, quæ mulieres nobiliſſimæ à Thracibus habentur. Nam quò mulier quæpiam in Thracia nobilior eſt ac clariori familia prognata, eò pluribus magiſque verſicoloribus ſe notis compungit, vt ſcribit Dio Chryſoſt. Oratione 14. de ſeruitute, & ante illum Herodotus initio lib. v. *Καὶ τὸ μὲν ἐστίχθαι εὐγενὲς κέκριται· τὸ δ' ἄστικτον ἀγενές.* His notis inuſtas fuiſſe à viris Thracum mulieres ob cædem Orphei canit Phanocles Leſbius verſibus cultiſſimis apud Stobæum ſermone 185.

> *Ποινὰς δ' Ὀρφῆι κταμένου στίζουσι γυναῖκας*
> *Εἰσέτι νῦν, κείνης εἵνεκεν ἀμπλακίης.*

Sed aliam cauſam affert Athenæus lib. 12. has Threſſarum notas ſic deſcribit Valerius Flaccus lib. 2.

> *Picta manus vſtoque placet, ſed barbara mente.*

Et mox:

> *Noſtroſque toros virgata tenebit--*
> *---& plauſtro derepta nurus.*

Pag. 358. *Ὅτι τοῦ Πομπηίου.*] Hic eſt Q. Pompeius qui Conſul fuit anno vrbis 612. & prouinciam Celtiberiam ſortitus malè cum Numantinis pugnauit.

Pàg. 361. *Τοῦ Οὐειάτθου.*] Sic ſemper id nomen ſcribitur tum in Diodori, tum in Appiani Excerptis. Neque aliter apud Silium Italicum lib. 3.

> *Hos Viriatthus agit Luſitanúmque remotis*
> *Extractum luſtris, primo Viriatthus in æuo*
> *Nomen Romanis factum mox nobile damnis.*

Ἐνδεκα γὰρ ἔτη.] Haud ſatis inter auctores conſtat quot annos Viriathinum bellum durauit. Appianus in Iberico annis octo tractum id bellum aſſerit. Iuſtinus libro vltimo annis decem: ſic enim de Hiſpanis ſcribit *In tanta ſæculorum ſerie nullus illis dux magnus præter Viriatthum fuit qui annis x. Romanos varia victoria fatigauit. adeò feris propiora quam hominibus ingenia gerunt.* Diodorus noſter annis x i. dicit. Eutropius lib. 4. quatuordecim Sed ego Iuſtini aut Diodori veriorem eſſe ſententiam puto ob eam rationem quam adfert Sigonius in Faſtis ad annum 607.

Φύσκων ἐκαλεῖτο.] Sic ob ſaginam corporis vocatus eſt Ptolemæus quaſi *γαστρίμαργος*. eſt enim *φύσκη κοιλία* vt docet Heſychius. vide Iuſtinum lib. 38.

Pag. 362. *Ὁ Αἰμίλιος ὁ ὕπατος.*] Hic M. Æmilius Lepidus cognomento Porcina ob nimiam corporis ſaginam ac molem. Conſul fuit anno vrbis 616.

Συνεπονοουμένων ἐκείνῳ.] Ita correxi cum in exemplari *ὀκνῶν* legeretur abſque ſenſu. Confirmat autem hanc emendationem Strabo. qui lib. 14. ſcribit Ariſtonicum qui ſe Eumenis filium ferebat, Leucas occupaſſe,

paſſe, deinde ab Epheſiis ſuperatum nauali pugna, in mediterranea receſſiſſe, ac ſeruis ad libertatem vocatis, armatiſque egenorum hominum cateruis magnum exercitum comparaſſe. Eos autem ſeruos Heliopolitas appellabat, vt ait ibidem Strabo.

Pag. 366. Φοβεροὶ ταῖς ἀρχαῖς.] Idem teſtatur Cicero in Frumentaria: *Antea cùm equeſter ordo iudicaret, improbi & rapaces magiſtratus in prouinciis inſeruiebant publicanis, ornabant eos quicunque in operis erant, &c.*

Οἱ περὶ τὰς γεωργίας ἀσχολ.] Italicos intelligo, ſeu ciues Rom. qui arationes in Sicilia poſſidebant, aut teſtamento ſibi relictas, aut alio quopiam iure. Hi aratores dicebantur. Cicero in Frumentaria: *Hunc principem Verres ad fortunas aratorum vexandas diripiendaſque eſſe voluit. Huius audaciæ, nequitiæ, crudelitati fideliſſimos ſocios optimoſque ciues, ſcitote hoc Prætore traditos atque addictos fuiſſe.* Et paulò pòſt, Q. Septicium equitem Rom. ex aratorum numero fuiſſe teſtatur, itemque Q. Lollium ex equeſtri ordine, & Anneium Brocchum Senatorem populi Romani.

Δαμόφιλος.] Hæc ex Poſidonij libro 8. hiſtor. Diodorus tranſcripſit, vt videre eſt ex Poſidonij verbis quæ refert Athenæus libro 12. *Τρυφῆς ἦν δοῦλος καὶ κακουργίας, διὰ μὲν τῆς χώρας τετρακύκλους ἀπήνας περιαγόμενος καὶ ἵππους καὶ θεράποντας ὡραίους, καὶ παραδρομὴν ἀνάγωγον κολάκων τε καὶ παίδων στρατιωτικῶν.* Porrò id ſeruile bellum cœptum eſt annis ſexaginta poſt debellatam à maiore Africano Carthaginem, vt ait Diodorus lib. 34. id eſt, anno vrbis circiter 613.

Pag. 369. Μεταλλὶς.] Malui eam lectionem ſequi quæ in Excerptis libri 34. Diodori legitur, μεγαλλὶς.

Ἀπεστήσαντ.] Poſt hæc verba collocare oportet ea quæ leguntur in iiſdem Excerptis, pag. 904. Συνέθεντο πρὸς ἀλλήλους περὶ ἀποστάσεως καὶ φόνου τῶν κυρίων.

Ταῖς τῆς τραπέζης.] Lege, τοῖς ἐκ τῆς τραπέζης. quæ præpoſitio ſuperiori lineæ loco prorſus alieno irrepſit. Videſis Excerpta libri 34. Diodori. Mox corrige, καὶ τὸ πλὴν κατὰ τῆς ἐντεχ.

Pag. 370. Ἄτταλος ὁ βασιλεύς.] Attalus cognomine Philometor vltimus rex Pergami, regnum iniit anno vrbis 616. Æmilio Porcina & Hoſtilio Mancino Coſſ. deceſſit Q. Mucio & Calpurnio Piſone Coſſ. anno vrbis 620. cùm quinquennio imperaſſet, vt ſcribit Strabo. De huius crudelitate eadem refert Iuſtinus lib. 36. Fuit autem imprimis hortorum curæ ac plantarum cognitioni deditus, vt præter Iuſtinum docet Plutarchus in Demetrio, adeoque etiam de plantis libros ſcripſit, vt teſtis eſt Varro in Prœmio librorum de re ruſtica.

Pag. 373. Σύρους δραπέτας.] Fugitiuos in Sicilia intelligo, quorum rex Eunus ſe Antiochum, milites Syros vocauit, teſte Diodoro.

Δεισιδαιμονήσαντες.] Intelligi puto id quod narrat Cicero 5. in Verrem: *Tib. Graccho occiſo cùm magnorum periculorum metus ex oſtentis portenderetur, P. Mucio, L. Calpurnio Coſſ. aditum eſt ad libros Sibyllinos, in quibus*

inuentum eſt Cererem antiquiſſimam placari oportere. Tum ex collegio Decemuirali ſacerdotes Ennam profecti ſunt. Idem ait Valerius lib. 1. initio.

Pag. 374. Ονομαζομένου τοῦ Μεμφίτου] Idem narrat Valerius Max. lib. 9. cap. 2. Iuſtinus lib. 38. & Liuius lib 59.

Πλεῖστα ἐν ταῖς ἐπισταθμίαις.] Ex hoc loco explicanda ſunt hæc Iuſtini verba lib. 38. vbi de hac ipſa Antiochi Sidetæ in Parthos expeditione loquitur. *Nam cùm grauari ſe copiarum præbitione & iniuriis militum ciuitates viderent, &c.* Per copiarum præbitionem intelligit annonam & pabula, quæ duces Antiochi Sidetæ ab hoſpitibus exigebant.

Τὸν Ἀντίοχον ἐγκαταλειπόντων.] Iuſtinus, *Ad poſtremum cùm virtute hoſtes vincerent, metu ſuorum deſertus occiditur.* Porrò hunc Antiochum bis aduerſus Parthos profectum eſſe ſcribit Plutarchus in Apophthegm.

Pag 377. Εὐήμερος ὁ τῶν Πάρθων β.] Magnum hoc loco mendum eſſe ſemper ſuſpicatus ſum. quippe eo tempore regnabat apud Parthos Phraates, cum quo Antiochus Sidetes bellum geſſit. Phraati ſucceſſit Artabanus, ac deinde Mithradates. quinam igitur eſt ille Euemerus, qui adeò in Babylonios ſæuiit? longè fallor niſi Diodorus ita ſcripſit, Ὁ Ἵμερος ὁ τοῦ Περσῶν βασιλέως σατράπης. Namque Phraates cùm aduerſus Scythas proficiſceretur, ad tutelam regni Himerum reliquerat, qui oblitus vicarij officij, tyrannica crudelitate Babylonios, multaſque alias ciuitates importunè vexauit, vt ait Iuſtinus lib. 42. Cuius rei in prologo 42. Trogi Pompeij non obſcura fit mentio, *Vt Præfectus Parthis à Phraate Himerus Meſenis bellum intulit, & in Babylonios ac Seleucenſes ſæuiit.* Sic enim ex ms. legendus hic eſt locus. pro *Apratæus*, emendaui, *à Phraate Himerus.* Sed & Poſidonius apud Athenæum lib. xi. huius tyranni meminit, Ποσειδώνιος δὲ ἐν τῇ ιϛ΄. τῶν ἱστοριῶν Λυσίμαχόν φησι τὸν Βαβυλώνιον καλέσαντα ἐπὶ δεῖπνον Ἵμερον τὸν τυραννήσαντα οὐ μόνον Βαβυλωνίων ἀλλὰ καὶ Σελευκέων.

Ἀλέξανδρος ὁ Ζαβινᾶς.] Hunc Ptolemæus Phyſcon aduerſus Demetrium Nicatorem ſubornauerat, partim rogatus à Syris, quos improbitatis Demetrij tædebat, vt ait Ioſephus; partim ob priuatas ſimultates infenſus Demetrio, quòd Peluſium oppugnare, & Ægyptum occupare tentaſſet, vt ſcribit Iuſtinus lib. 39 & Georgius Syncellus in fragmentis Euſebianis, pag. 227. quo loco Alexander iſte à Syris Ζαβινᾶς appellatus eſſe dicitur, quòd emptus è cataſta eſſe videretur. In Prologo Trogi Pompeij 39. Zabbineus nominatur. Apud Ioſephum, Ζεβινᾶς. quomodo ferè in nummis ſcribi teſtis eſt Goltzius in Theſauro: ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΖΕΒΕΝΝΟΥΣ ΒΑΣΙΛΕΩΣ.

Σεξτου.] Exiſtimaui hunc eſſe C. Sextium Caluinum, qui Conſul Sallyos apud aquas Sextias vicit anno vrbis 629. idque & temporum ratio, & nomen Conſulis quod ei tribuit Diodorus, planè confirmant.

Pag. 378. Τὸ τοῦ Διὸς ἱερὸν.] Idem narrat Iuſtinus lib. 39. contigit hæc Alexandri Zabinæ clades atque obitus Caſſio Caluino & C. Sextio Longino Coſſ. Olymp. 164. anno 3.

Λεύκιος Οὐϊτίλλιος.] L. Septimuleïum cæteri hunc vocant, Valerius Max. lib. 9. cap. 4. Plutarchus in Gracchis, Plinius lib. 33.

Pag. 381. Τοῦ Ἀσιαγενοῦς.] L. Scipio maioris Africani frater in nummis Aſiag. dicitur, vt videre eſt apud Ful. Vrſinum & Abrah. Gorlæum. Eſt autem Ἀσιαγενὴς Græcè idem quod Aſiaticus. ſic Athenæus lib. 12. Ἀγησί-λαος ὁρῶν τοὺς Ἀσιαγενεῖς στολαῖς πολυτελῶς ἠσκημένους.

Καὶ τὸν Ἱσπάλους.] Cognomen in gente Cornelia fuit Hiſpâlus, quod penultimâ longâ pronunciari debet. deductum eſt enim ab Hiſpania, vt eximius hic Diodori locus oſtendit, eadem forma qua Meſſàla cognomen à capta Meſſana inditum eſt Valerio. ſed Græci Ἱσπάλους dicere ſolent, non Ἱσπάλλους. ſic certè Appianus in Libyco, Γναῖος Κορνήλιος ὁ Ἱσπαλὸς ἐπίκλησιν. quod rectè Gelenius Hiſpalum vertit. tamen in Senecæ Controuerſiis, Cornelius Hiſpalus ſemper ſcribitur.

Pag. 382. Κάτων ὁ ἐπικλ. Δημοσθένης.] Catonem ob vehementiam in dicendo, vulgò Romanum Demoſthenem vocabant, vt ait Plutarchus in eius vita, & Appianus in Iberico, atque ex eo Suidas in Κάτων.

Ὁ τούτου δ' υἱός.] Hîc verò non aſſentior Diodoro, qui Scipionem Naſicam, eum qui priuatus Tib. Gracchum interfecit, filium ait eſſe Scipionis Naſicæ, eius qui vir optimus à Senatu iudicatus eſt. fuit enim reuera illius nepos, filius P. Scipionis Naſicæ, eius qui Corculum cognominatus eſt, vt docet Velleïus Paterculus lib. 2. & Cicero in Bruto, niſi fortè adoptatus à Scipione Naſica auo fuit.

Pag. 385. Κατὰ τὸν ὑποκείμενον ἐνιαυτόν.] P. Scipio Naſica Conſul in Magiſtratu mortuus eſt anno vrbis 642. hunc inprimis diſertum fuiſſe, & cunctos ſale facetiiſque ſuperaſſe ait Cicero in Bruto.

Ἀντίοχος ὁ Κυζικηνός.] Antiochi Sideræ filius Cyzicenus ideò dictus, quòd Cyzici apud Craterum hoſpitem educatus erat. Regnum iniit Olymp. 167 anno primo.

Μίμοις καὶ περιδείκταις.] Magis probo lectionem Suidæ, qui hunc locum proferens legit περιδείκταις. eſt enim deductum ἀπὸ τοῦ δεικνύειν. ſunt autem περιδεῖκται, propriè hiſtriones ac mimi, qui ridicula ac iocularia quædam in ſcena fundebant, quæ δεικτήρια dicebantur. Varro, ὄνος λύρας: *Neque orthopſalticum attulit pſalterium, quibus ſonant in Græcia dicteria.* Hinc δεικτηριάδες vocantur mimæ à Polybio in lib. 14. apud Athenæum. μόνην δὲ μία τῶν ἀποδεδειγμένων καὶ κοινῶν δεικτηριάδων. Ab eadem origine dictos quoque cenſeo à Lacedæmoniis, δεικηλιστὰς, ſeu δικηλίτας, quos Heſychius exponit μιμολόγους.

Καὶ νευροπατεῖν.] Legendum eſt ſine dubio νευροσπαστεῖν quod ſequentia planè confirmant. Nam illud νευροπατεῖν Græcum non eſt. νευροβατεῖν potius diceretur: vnde Neurobates apud Vopiſcum. ſed hoc quidem loco minime conuenit. Eſt autem νευροσπαστεῖν ope fidiculæ mouere ac trahere lignea quæuis ſimulacra, quod fit arte mechanica. Vide Turnebum lib. 2. Aduerſ. hac in arte excelluiſſe dicitur Pothinus quidam Athenienſis teſte Euſtathio Iliad. δ'. vbi addit Τέχνη δ' πάντως αὐ ...

δεία ἡ νευροσπαστική, ἀλλὰ τῶν κατ' εἶδος παιδιᾶς.

Ζῷα περίχρυσα] Intelligo beſtiarum ſimulachra deaurata quæ in pompa traduci mos erat, vt patet ex deſcriptione pompæ illius Ptolemæi Philadelphi apud Athenæum lib. v.

Pag. 385. *Καὶ Μικίψας.*] Huius Iunioris Micipſæ filium arbitror fuiſſe Hiempſalem, cuius meminit Plutarchus in Mario. Appianus lib. I. Ciuilium, & Cicero in 2. contra Rullum.

Pag. 386. *Τὰς ἀγορ. ἀρχὰς μόγις εἰληφώς.*] Cicero pro Plancio, *C. Marius duabus ædilitatis acceptis repulſis ſepties Coſſ. eſt factus.*

Pag. 389. *Οὐ μόνον τὸ πλῆθος τῶν οἰκετῶν.*] Hoc fragmentum ex lib. 36. Diodori eſt, vbi iiſdem ferè verbis legitur, pag. 912. Cœptum autem eſt hoc ſecundum in Sicilia ſeruile bellum, anno vrbis 648. vt ex lib. 36. Diodori patet.

Pag. 390. *Ταμίας εἰς τὴν τῆς Ὠστίας.*] Inter prouincias quæſtorias erat procuratio frumentaria. eaque prouincia Oſtienſis dicebatur, quod ex Oſtienſi portu frumentum in vrbem ſubueheretur. Cicero pro Sextio: *Nec mihi res erat cum Saturnino, qui quod à ſe quæſtore Oſtienſi per ignominiam ad principem & Senatus & ciuitatis M. Scaurum rem frumentariam tranſlatam ſciebat, dolorem ſuum magna contentione animi perſequebatur.* Idem in Orat. de haruſpicum reſp. *Saturninum quod in annonæ caritate quæſtorem à ſua frumentaria procuratione Senatus amouit, eique rei M. Scaurum præfecit ſcimus dolore factum eſſe popularem.*

Pag. 393. *Ἐκ τῆς ἰδίας οὐσίας*] Increbuerat ſcilicet hæc conſuetudo vt Magiſtratus Romani qui in prouinciam proficiſcebantur, aut qui iuriſdictionis cauſa obibant prouinciam, publica hoſpitia & iumenta ac cætera eiuſmodi à peruiis ciuitatibus exigerent. quæ praua conſuetudo cœperat à L. Poſthumio Albino ſub initia Perſici belli, vt docet Liuius lib. 42. initio. huic malo emendando lata poſtea eſt lex Iulia, quæ vetabat ne præter 4. lectos & tectum ac fœnum Magiſtratus eiuſve comites à prouincialibus acciperent quidquam. teſte Cicerone in lib. v. ep. ad Atticum.

Pag. 39. *Συμπεφωνηκότα πρὸς τοὺς κυρίους.*] Vſitatum id fuit apud Romanos vt ſeruus de libertate ſua cum domino paciſceretur. Tacitus lib. 14. Annalium. *Negata libertate cui precium pepigerat.* Dio Chryſoſtomus Orat. 14. de ſeruitute. *Οἱ δέ τινες τὴν αὑτῶν τιμὴν κατεβάλλοντο τοῖς δεσπόταις· καὶ οὐδέπω δοῦλοί εἰσιν αὐτῶν οὗτοι.* Prætermittere hic non poſſum locum Dionyſij Halic. ſane illuſtrem. ex libro 4. pag. 227. *Ἐτύγχανον δὲ τῆς ἐλευθερίας οἱ μὲν πλεῖστοι προῖκα διὰ καλοκἀγαθίαν· καὶ κράτιστος ἀπαλλαγῆς τῶν δεσποτῶν τρόπος οὗτος ἦν. ὀλίγοι δέ τινες λύτρα κατέθεντες ἐξ ὁσίων καὶ δικαίων ἐργασιῶν συναχθέντα,* &c. quæ vix mihi temperaui quin adſcriberem. Adde quæ notauit I. Lipſius ad dictum locum Taciti.

Θεῖναι τὴν ἀπολύτρωσιν.] Id eſt, antequam integrum redemptionis precium numeraſſet. *λύτρα* quippe eam pecuniam vocat Dionyſius loco proxime allato.

Ἀσύνιος Ἀσύλλιος.] Exiſtimaui legendum eſſe *Ἀσίλλιος*, quod eſt cognomen Romanum. apud Appianum lib. 1. Ciuilium *Ἀσίλλιος* Prætor vrbanus à fœneratoribus occiſus eſſe dicitur: qui à Valerio Max. lib 9. cap. 7. Aulus Sempronius Aſellio vocatur, in Prologo autem lib. 74. T. Liuij Aſellus, minus rectè. Nam & apud Nonium Marcellum Sempronius Aſellio laudatur in lib. 4. hiſt. & apud Gellium lib. 2. & 11. noctium Attic. qui ait Aſellionem hunc ſub Africano Tribunum mil. ad Numantiam fuiſſe.

Pag. 397. *Στρατηγῶν ἐιωθ. διδόναι ἐπιτρόπους.*] Hic locus vt puto ſingularis eſt, de tutoribus quos Prætores aut Proconſules in prouinciis dare ſoliti erant. Poſtea vero lata eſt ab Auguſto lex Iulia & Titia anno vrbis 722. Auguſto III. & M. Titio Coſſ. qua iubentur Præſides prouinciarum mulieribus pupilliſue non habentibus tutores dare, vt ait Vlpianus in Regulis.

Θαυμαςῶς ἀγαπώμενος.] Legendum eſſe putaui *ἀγαπωμένῳ*. & ad patrem Liuij Druſi id retuli, de quo hæc C. Carbo olim cum maximo plauſu dixit. *O Marce Druſe, patrem appello. Tu dicere ſolebas ſacram eſſe Remp. quicunque eam violauiſſent ab omnibus eſſe ei pœnas perſolutas.* Hic Druſus collega in tribunatu fuerat C. Gracchi. Conſul fuit anno vrbis 641.

Προστάτης τῆς συγκλήτου] Deeſt *ἀξιόχρεως*, aut quid ſimile. Cicero pro Milone: *Domi ſuæ nobiliſſimus vir Senatus propugnator atque illis quidem temporibus pene patronus Tribunuſpl. M. Druſus occiſus eſt.* Sed & ante hunc M. Liuium Druſum pater eius M. Druſus C. filius Senatus partes contra C. Gracchum in tribunatu defenderat, eúmque fregerat, vt ait Cicero in Bruto, quam ob cauſam Senatûs patronus dictus fuit, vt ſcribit Suetonius in Tiberio, & Plutarchus atque Appianus. Quintus etiam Cæpio Senatûs patronus eſt dictus, vt ſcribit Valerius lib. 6. cap. vlt.

Pag. 398. *Σερουιλίῳ τῷ στρατηγῷ.*] Proconſulem verti ex Prologo lib. 72. Titi Liuij & Appiano lib. 1. Ciuilium. Velleius lib 2. & Oroſius, & hiſtoria Miſcella Seruium Prætorem eum appellant.

Ἀγαμέμνων.] Huius meminit Oroſius his verbis: *Marſi autem Agamemnonem piratam præoptauerant.* Eum ipſum intelligit Appianus lib. 1. vbi Seruilij procoſ. cædem commemorat.

Οἱ Πιννῆται.] Vrbs Veſtinorum eſt Pinna Ptolemæo memorata in lib. 3. Cuius Ciues Pinnenſes dicuntur à Plinio.

Ἀμετάπτωτον πρὸς Ῥωμαίους συμμαχίαν.] Legendum eſſe arbitror *ἀμετάπτωτον*. Nam illud *ἀμετάπτωτον* meo quidem iudicio Græcum non eſt.

Pag. 401. *Τῆς τῶν Ῥωμαίων ἡγεμονίας.*] Lego *τοὺς τῶν ῥ. ἡγεμόνας.* Prælium illud intelligit quo Manius Aquillius & Q. Oppius cum L. Caſſio & Nicomede rege Bithyniæ à Mithridate victi ſunt. de quo vide Appianum in Mithridatico.

Τὸν Ἀσίλλιον.] Lego *Ἀκυΐλλιον* quippe Manius Aquilius à Mityleneis

vinctus ac Mithridati eſt traditus. vt ſcribit Paterculus lib. 2.

Ὁ δὲ χαίρει νέος ὤν.] Hæc non iam de Manio Aquilio intelligenda ſunt, quem conſtat viuum in Mithridatis manus veniſſe. Ex Valerio Max. lib. 9. Appiano in Mithridatico & Poſidonio, cuius hæc verba ſunt: Μάνιος δὲ Ἀκύλλιος ὁ ὑπατευκὼς ὁ τὸν ἀπὸ Σικελίας καταγαγὼν θρίαμβον συνδέτην ἔχων ἁλύσει μακρᾷ Βαστέρνην πεντάπηχυν πεζὸς ὑπὸ ἱππέως ἕλκεται· apud Athenæum lib. v. Ex quo ſatis patet hæc Diodori verba ad alium quempiam pertinere, qui cùm à Mitylenæis vinciendus eſſet ſemetipſe occidit. Sed eius nomen incuria exſcriptorum omiſſum eſt.

Pag. 401. Ναυμαχίαν.] Prælium illud nauale intelligit, quo Rhodij aduerſus Mithridatem decertarunt, de quo Conſule Appianum.

Ἐρήμους ὁρῶν.] Fortè φίλων.

Pag. 405. Πάλαι προγχειμένον πόλεμον.] Sociale ſcilicet bellum, quod bello ciuili Sullano veluti renouatum eſt.

Δέκα μυριάδων.] Idem ſcribit Iulius Obſequens: *L. Scipione C. Norbano Coſſ. centena millia hominum conſumpta Italico ciuilique bello relata ſunt.* Eutropius & ex eo auctor hiſtoriæ Miſcellæ: *Hoc*, inquit, *fine concluſa ſunt duo bella funeſtiſſima, ſociale Italicum, & ciuile Sullanum, quæ per annos x. tracta ſunt. Conſumpſerunt autem vltra centum quinquaginta millia hominum, viros Conſulares 33. Prætorios vij. Ædilicios lx. Senatores cc. abſque innumeris Italiæ totius populis.*

Τὸ δὴ περὶ αὐτὸν ὑπατεῦσαι.] Malim μετὰ αὐτὸν, vt ad Merulam referatur. Vide Appianum lib. 1. Ciuilium, & Paterculum lib. 2.

Pag. 409. Τὴν μεθ' ἡμέραν.] Fortè ſcribendum eſt, τῇ μεθ' ἡμέραν ἐπιμελείᾳ, aut potius, τῇ τῆς καθ' ἡμέραν.

Pag. 410. Εἷς δὲ τῶν συνεληλυθότων.] Hic videtur eſſe qui Lollius ab Oroſio dicitur & in hiſtoria Miſcella: *Quam proſcriptionis tabulam cùm Lollius, quippe ſecurus, nihilque ſibi conſcius legeret, vbi ſuum repentè nomen offendit, dum ſe trepidus adoperto capite è foro ſubtrahit, interfectus eſt.*

Pag. 413. Πλείστας τὴν ἀσπέιαν.] Legendum eſſe arbitror, πλείστας.

IN NICOLAVM DAMASCENVM

Adnotationes.

Pag. 414. Περὶ τοῦ ἰδίου βίου.] Hunc titulum cum tribus primis capitibus ex Suldæ lexico ſuppleui, cùm in noſtro codice aliquot paginæ deeſſent. Ac titulum quidem ipſum quem appoſui, hîc optimè conuenire ex reliquiis quæ in ms. noſtro ſaltem conſeruatæ ſunt, ſatis apparet. Videtur autem Nicolaus hunc de vita ſua librum hiſtoriis ſuis

præfixiſſe exemplo Hecatæi atque Herodoti, ac Thucydidis, qui de ſe-ipſis initio operis quamquam longè breuius atque modeſtius præfati ſunt, quorum exemplum cæteri ferè Græci hiſtoriæ ſcriptores ſecuti ſunt: È Latinis autem, vt arbitror, nemo. Cæterùm hæc fragmenta tria ipſius Nicolai eſſe phraſis ipſa ſatis per ſe indicat.

Pag. 417. Τραγῳδίας ἐποίει.] Scripſit Nicolaus tragœdiam titulo Suſannam, cuius meminit Euſtathius in Dionyſium περιηγ. vbi de Tigride, καθὰ καὶ ὁ γράψας τὸ δρᾶμα τῆς Σωσαννίδος οἶμαι ὁ Δαμασκηνός.

Pag. 418. Ἡρώδην βοηθόν.] Idem memorat Ioſephus cap. 3. libri ſextidecimi, his verbis; ἠπείγετο μὲν γὰρ αὐτὸν διαλλάξαι ὀργιζόμενον.

Ἐπὶ Παφλαγονίαν ἧκε σὺν Ἀγρίππᾳ.] Ioſephus ibidem ſic ait; ὡς δ' αὐτοῖς κατείργαστο τὰ περὶ τὸν πόντον, ὧν χάριν Ἀγρίππας ἐστάλη τὴν ἀνακομιδὴν ἐκέτ' ἐδόκει ποιεῖσθαι πλέουσιν. ἀλλὰ διαμείψαμενοι τήν τε Παφλαγονίαν καὶ Καππαδοκίαν, &c. Hæc acta ſunt anno vrbis 740. Licinio Craſſo & Cornelio Lentulo Coſſ. quo anno Agrippa aduerſus Boſporanos, qui duce Scribonio res nouas agitabant, profectus eſt, vt docet Dio lib. 54. Agrippam comitatus eſt Herodes ac Nicolaus Damaſcenus, vt hinc apparet. ſed Nicolaus Damaſcenus confectis rebus Ponticis, per mare Ilium nauigauit, ac deinde Chium ac Rhodum petiit: tandemque Agrippam atque Herodem in Aſia minore aſſecutus eſt, vt indicat Ioſephus cap. 4.

Pag. 421. Πλέων εἰς Ῥώμην.] Vt filios apud Cæſarem accuſaret. vide Ioſephum cap. 7.

Διεξῄει αὐτῶν.] Haud paulò melius legeretur αὐτῷ, & mox legendum eſſe exiſtimaui, εἴ τινος οὐ κατεφρόνει.

Pag. 422. Παρὰ τῶν δυνατῶν] Lego δυναστῶν. ſed locus ob defectum exemplaris obſcurior eſt: ſenſum tamen qualemcunque elicui.

Τῶν καθ' αὑτὸν σοφιστῶν.] Poſidonium Stoïcum intelligit, qui cùm eſſet oriundus Apamea Syriæ, poſtea Rhodium ſe vocauit, vt teſtis eſt Athenæus & Strabo.

Pag. 425. Βαρυπλήτοις φυομένοις.] Lego, φυομένοις.

Pag. 426. Ὅτι ἐπὶ Ἀρβάκου.] Imo ἐπὶ Ἀρταίου. quod ſequentia manifeſtè docent. neque aliter Diodorus Siculus lib. 2. qui Artæo regnante (ſic enim vocat quem Nicolaus Artæum) Parſondem Perſam virum prudentia ac fortitudine ſingulari, infenſum regi ob cauſam ſuam minimè ex æquo iudicatam, ad Caduſios confugiſſe ſcribit.

Pag. 429. Τὸν οἶνον ὃν κατήλασε.] Procul dubio legendum eſt ὄνον; quod in verſione mea ſum ſecutus. Onagrum enim intelligit quem perſecutus erat Parſondes. Erant verò Perſæ onagrorum venationi valde dediti, ſicut docet Petrus Teixera lib. 2. Relationis rerum Perſicarum, eaque regia venatio habebatur. Theophylactus lib. 4. cap. 7. hiſtoriæ: καὶ κῶλα θήρας βασιλικῆς βουβαλίδων τε καὶ δορκάδων καὶ ὄνων ἀγρίων. Quinetiam inter victimas regias erant onagri; vt ait Heraclides Cumæus, qui Perſica ſcripſit lib. 2. ἔστι μὲν γὰρ τῷ βασιλεῖ χίλια ἱερεῖα τῆς ἡμέρας κατακοπτόμενα. τούτων δ' εἰσὶ καὶ ἵπποι καὶ κάμηλοι, καὶ βόες, καὶ ὄνοι. In cœnis quoque magnatum

apud Perſas onagrorum carnes fuiſſe docet Herodotus lib. I.

Καθυποστιβισμένους τοὺς ὀφθαλμούς.] Sic correxi, cùm in exemplari *στιβασμένους* legeretur abſque ſenſu. Eſt autem *ὑποστιβίζειν*, oculos ſtibio linire, quod ſolebant olim mulieres. Ion in Omphale,

> *Καὶ τὴν μέλαιναν στίμμιν ὀμματογράφον.*

Pollux lib. v. cap. 16. *ἴδοις*, ait, *δ' ἂν τοῖς κόσμοις προσήκοντα ἔντριμμα, ψιμμύθιον, ἐγχας*. (lege *ἔγχουσα*, ex Etymologo.) *φῦκος καὶ τὰ ὑπογράμματα καὶ ἡ στίμμις παρ' Ἴωνι*. Hieronymus in Epiſtola ad Furiam, de viduitate ſeruanda: *Non habuit criſpantes mitras, non ſtridentes calceolos, nec orbes ſtibio fuliginatos.* Idem intelligit Cyprianus de habitu virginum, cùm ait, *Illi & oculos circunducto nigrore fuſcare.* Et in libro de bono pudicitiæ, *Quid capillorum mutatur color? quid oculorum extremitates ſuffuſcantur?* Nec præteriit Ouidius lib. 3. artis:

> *Nec pudor eſt oculos tenui ſignare fauilla,*
> *Vel prope te nato lucide Cydne croco.*

Per fauillam intelligo puluerem è ſtibio, quem nigrum puluerem vocat Cyprianus in libro de habitu virginum. Atque hinc puto ſtibium dictum eſſe à quibuſdam, *πλατυόφθαλμον*, quòd circunducto nigrore oculos dilatare videatur, quamquam aliter Plinius lib. 34. cap. 6. Neque oculos ſolùm, ſed & palpebras inficere ſolebant mulieres, vti docet Plinius lib. xi. quam in rem vtebantur calliblepharo. ac præterea ſupercilia fuligine fuſcabant. Iuuenalis:

> *Ille ſupercilium madida fuligine tinctum*
> *Obliqua producit acu.*

Τὴν μόλιν.] Ita ſcriptum erat in noſtro exemplari. ſed Herodotus lib. I. non Molim, ſed Mylitta ab Aſſyriis appellari Venerem ſcribit, ab Arabibus, Alitta.

Pag. 430. *Ταῖς μουσουργοῖς.*] De his mulieribus elegans eſt locus apud Suidam in *μουσουργοί*. quem pænè adducor vt credam eſſe ex Nicolao noſtro, atque hic poſitum fuiſſe. Habebant etiam Perſarum Reges huiuſmodi pſaltrias quæ in Regis conuiuio canebant. quem morem à Medis, Medi ab Aſſyriis hauſerant. Heraclides Cumæus lib. 2. *καὶ παρὰ τὸ δεῖπνον ᾄδουσί τε καὶ ψάλλουσιν αἱ παλλακαὶ αὐτῷ. καὶ μία μὲν ἐξάρχει, αἱ δ' ἄλλαι ἀθρόως ᾄδουσι.*

Pag. 434. *Ἐν ἀγροίᾳ γενόμενος.*] Sic emendaui, cùm in exemplari noſtro *ἀνοίᾳ* legeretur. obſeruaui autem has duas voces ſæpe inter ſe confundi in ſcriptis codicibus. Tueri tamen fortaſſe aliquis poſſit, *τὸ ἀνοίᾳ*, vt deriuatum *ἀπὸ τοῦ ἄνεω*, quæ vox Græcis attonitum ac mutum præ admiratione ſignificat.

Τῆς ἑτέρας ἐλπίδος.] Nempè *τῆς προηγουμένης*. iam enim alterius voti compos erat Parſondas, Regis ſcilicet videndi.

Pag. 437. *Τοῦτο τὸ τέλος.*] *τέλος* hic pro ſententia quam pragmatici definitiuam vocant, ſumi videtur. in qua ſignificatione nunquam eam vocem legere memini. Apud Demoſthenem in Orat. aduerſus Macar-

tatum refertur lex Solonis de Archonte. *κύριος ἔστω ἐπιβάλλειν κατὰ τὸ τέλος.* quod ſic interpretari ſoleo, *mulctandi quanta maxima ei licet mulcta ius habeat.* ſic apud Iſæum in Orat. de Nicoſtrati hæreditate. *κατὰ τὸ τέλος ζημιοῦσθαι* eodem ſenſu dicitur. ſed hæc pluribus ad leges Atticas, quas vbi ſe primum occaſio offerret, edituri ſumus.

Καὶ ἠμύνατο.] Strategema quo vſus fuerat Parſondas ad vlciſcendum Nanarum & Artæum hic quidem deſideratur graui iactura. Suidas tamen fragmenta quædam nobis conſeruauit ex Strategematum Excerptis ſine dubio tranſcripta. Ea ſic habent. *νυκτὸς δὲ γενομένης τοὺς οἰκέτας ἐξεκλήκει τοὺς Νανάρου. σφοδρῶς τε ποτοῦ γενομένου ἐπιδεξιούμενος ὁ Παρσώνδης αὐτὸς μὲν ὀλίγον ἔπινεν, ἐκείνοις δὲ πολὺ ἐγχεῖν τῷ θεράποντι ἐκέλευε.* quæ leguntur in V. *ἐξεκλήκει* & *σφοδρῶς.* Sumpta autem de Nanaro vltione Parſondas ad Caduſios confugit: à quibus dux creatus, bellum graue ac diuturnum intulit Artæo Regi Medorum, vt ex Cteſia ſcribit Diodorus Siculus lib. 2.

Ο στρυαγγαῖος.] Apud Dionyſium Halic. in lib. *περὶ ἑρμηνείας*, capite de perſpicuitate *στρυάγγλιος* ſcribitur, itémque apud Ioannem Tzetzem Chiliade 12. cap. 451. *στρυάγλιος.* Ex quibus rectè à nobis *σακῶν* emendatum eſſe apparet. Accedit Diodori auctoritas, qui *Ζαρίναν* Sacarum reginam appellat, quem vide in lib. 2.

Ρωξανάκης.] Huius vrbis meminit Stephanus Byzantius, *ῥοξονοκία πόλις. τὸ ἐθνικὸν Ροξονοκαῖος καὶ Ροξονοκιάτης καὶ ῥοξονοκιανός.*

Pag. 438. *Ἀστιβάρα θυγατέρα.*] Aſtibaram intelligo Medorum regem Artæi nepotem quo regnante Sacæ cum Perſis bellum geſſere. Eo bello dux Medorum fuit Stryangæus, qui pace cum Sacis facta Roxanacam ingreſſus eſt.

Ἐγὼ μέν σε ἔσωσα.] Hæc ex hiſtoriis Cteſiæ penè ad verbum tranſcripta ſunt, vt docet Dionyſius Halic. in lib. *περὶ ἑρμηνείας*, vbi Cteſiam dicit perſpicuitatis cauſa ſæpe eaſdem res repetere: & exemplum hoc ſubiicit. *Στρυάγγλιός τις ἀνὴρ Μῆδος γυναῖκα Σακίδα καταβαλὼν ἀπὸ τοῦ ἵππου, θεασάμενος τὴν Σακίδα εὐπρεπῆ καὶ ὡραίαν μεθῆκεν ἀποσώζεσθαι· μετὰ δὲ τοῦτο σπονδῶν γενομένων ἐρασθεὶς τῆς γυναικὸς ἀπετύγχανεν. ἐδέδοκτο μὲν αὐτῷ ἀποκαρτερεῖν· γράφει δὲ πρότερον ἐπιστολὴν τῇ γυναικὶ μεμφόμενος τοιάνδε. Ἐγὼ μέν σε ἔσωσα καὶ σὺ μὲν δι' ἐμὲ ἐσώθης· ἐγὼ δὲ διά σε ἀπωλόμην.* Ac præcedentia quidem illa non ſunt ipſius Cteſiæ, vt quidam putarunt (quo in errore fuit & Ioan. Tzetzes) ſed velut argumentum & *προαναφώνησις* Dionyſij ipſius ex hiſtoria Cteſiæ ſumpta ad pleniorem ſcientiam. Ne quis porrò miretur quod auctorem libri *περὶ ἑρμηνείας* Dionyſium Halicarn. facimus, non vt cæteri, Demetrium Phalereum, lectores monitos volumus id nos auctoritate veteris Grammatici qui ſcholia in Ariſtophanem ſcripſit feciſſe. Is ad illum locum in Nubibus Ariſtophan. *καὶ σούνιον ἄκρον Ἀθηνῶν.* Notat *χάρις ἐστὶν ἐκ στίχου τοῦ ἀλλοτρίου ὥς φησι Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασσεὺς ἐν τῷ περὶ ἑρμηνείας.* qui locus legitur iiſdem planè verbis apud auctorem libri *περὶ ἑρμηνείας*, in capite *περὶ χάριτος λόγου γλαφυροῦ.* Accedunt

& alia argumenta quæ hunc librum à Demetrio Phalereo abiudicant. Nam in cap πῶς δεῖ ἐπιστέλλειν, laudatur Artemo, qui indicem Ariſtotelis epiſtolarum ſcripſerat, quem quidem longè poſt Demetrij ætatem vixiſſe pro certo habeo. In capite περὶ συνθέσεως, Nicias pictor memoratur: at is vixit ætate regis Attali, vt docet Plinius lib. 35. cap. xi. Poſtremo in cap περὶ ἐσχηματισμένων laudatur Demetrius Phalereus. Nec probabile eſt à ſeipſo laudari Demetrium. Omitto ſtylum ipſum, qui prorſus Dionyſianum refert. Sane Aldus qui primus eum librum cum Græcis Rhetoribus edidit, Dionyſij Halicarn. libris hunc proximè ſubiunxit.

Αλλὰ γάρ μοι παρῄνεσας.] Verba hic tranſpoſita eſſe nemo non videt. legendum itaque. ἀλλὰ . . . . . εἰς ᾅδου ἀπιὼν ἀνδρείως· σὺ γάρ μοι παρῄνεσας τοιοῦτον γενέσθαι· ταῦτα γράψας, &c.

Ο δὲ εὐνοῦχος.] Deſunt duæ paginæ. folium enim ex quaternione exemptum fuerat. Apud Suidam in ὠμὴ, quædam leguntur quæ minimam partem huius lacunæ suppleant. δεδοικὼς μὴ δόξῃς ὠμή τις εἶναι δεινῶς οὕτω τιμωρουμένη Νικόλαος ὁ Δαμασκηνός φησι. verba ſunt Eunuchi ad Zarinæam.

Pag. 441. Εὔναιον.] lego Εὔνεων. ſic enim dictus eſt ille Iaſonis filius ad omen proſperæ nauigationis, vt ait Statius lib. 6.

--atque omine dictus

Euneos Argoo.---

Homerus ιλ'. ν'. ad finem Εὔνηον nominat poëtica licentia. nec ſecus Apollodorus in bibliotheca & Heſychius. ab hoc Euneo gens quædam Athenis appellata eſt Εὐνεῖδαι, vt docent Heſychius & auctor Etymologici. quod nomen variè corruptum offendi. Apud Pollucem lib. 8. οἱ δὲ περὶ τὰς πομπὰς ἐκ τοῦ Εὐσινειδῶν γένους. lege Εὐνειδῶν. Apud Athenæum lib. 15. Κρατῖνος ἐν Εὐνοίδαις laudatur. ſed apud Ptolemæum Hephæſtionis filium, & Stobæum cap. 170. rectius legitur Εὐνείδαις. In Harpocratione quoque perperam ſcribitur Εὐνίδαι.

Απενιαυτίσαντα ὡς νόμος καὶ καθηράμενον.] Apud Græcos heroïcis temporibus patratæ cædes anni exilio luebantur. vt docet Euripides in Hippolyto initio.

Ἐπεὶ δὲ Θησεὺς Κεκροπίαν λίπε χθόνα
Μίασμα φεύγων αἵματος Παλλαντιδῶν
Καὶ τήνδε σὺν δάμαρτι ναυστολεῖ χθόνα
Ἐνιαυσίαν ἔκδημον αἰνέσας φυγὴν.

ad quæ Græcus ſcholiaſtes notat. ἔθος γὰρ τοῖς ἐφ' αἵματι φεύγουσιν ἐνιαυτὸν μένειν ἐκτὸς τῆς πατρίδος. idque ἀπενιαυτίζειν Græci dicebant. Heſychius ἀπενιαυτισμὸς ἡ εἰς ἐνιαυτὸν φυγὴ τοῖς φόνον δρῶσι. Ipſi homicidæ quos velut ſceleratos ac contaminatos cuncti auerſabantur, quempiam ex amicis ſupplices adibant, & ad focum ac penates taciti conſidebant. Æſchylus in Eumenidibus.

ἄφθογγον εἶναι τὸν παλαμναῖον νόμος.

Ἐπεὶ πρὸς ἀνδρὸς αἵματος καθαρσίου
Σφαγαὶ καθαιμάξωσι νεοθήλου βοτοῦ.

hoſpes poſtquam ſupplicantis deſiderium ex habitu coniecerat, eum ante omnia viuo flumine abluebat, porcellúmque lactentem mactabat, quod νεόθηλον βοτὸν vocat Æſchylus loco allato. Eius ſanguine interfectoris manus eluebat: ſordes ac maculæ quæ καθάρσια, ſeu ἀποκαθάρματα dicuntur, ex domo foras proiiciebantur, abdebanturque in ſecretum locum, vt docet Pauſanias in Corinth. & Bœoticis. Tum ſacra fiebant Ioui καθαρσίῳ, ſeu expiatori, cuius rei meminit Herodotus lib. 1. certíſque ſacrificiis ac libationibus occiſi hominis manes placabantur. Eæ libationees abſque mero erant, ac proinde νηφάλια dictæ ab Æſchylo in Eumenid. χοάς τ' ἀοίνους νηφάλια μειλίγματα. In quo præcipuum quid agnoſcas. Nam ſuo fato citra vim defunctis vino, melle, lacte & aqua ad tumulum libabant, vt docet Æſchylus in Perſis, Euripides in Phœniſſis, & in Iphigenia Taurica. his peractis tum demum hoſpitem benigno ſermone tectóque & conuiuio accipiebat luſtrator. Totam rem fusè explicat Apollonius lib. 4. Argon. pag. 201. cuius verſus breuitatis ſtudio omiſimus. Apud Romanos quis fuerit expiandarum cædium ritus docet Dionyſ. Halic. lib. 3. pag. 159. & Pompeius Feſtus in ſororium tigillum.

Pag. 442. Ἄθλοις καλουμένη.] Latini etiam athla dicunt, ſane apud Hyginum fabula 30. legitur hæc inſcriptio. *Herculis athla* 12. & in ſequenti capite. *Parerga eiuſdem.* quæ quidem parerga etiam πάρεθλα eſſe dicta obſeruaui à ſcholiaſte. Pindari in Odem 3. Nemeonicarum. Nam poſtquam Callimachi in Herculem diſtichon retulit, quod ſic habet,

Χαῖρε βαρυσκίπων ἐπίτακτα μὲν ἑξάκι δοιὰ
Ἐκ δ' αὐτ' ἀγρεσίης πολλάκι πολλὰ καμών.

Subdit τοῦτ' ἔστι τὰ πάρεθλα.

Σκάμανδρος.] Scamander Cretenſis cùm Creta frugum inopia laboraret, cum parte tertia populi ad exteras ſedes quærendas profectus eſt, ab Apolline monitus ibi eum habiturum ſedes, vbi à terrigenis eſſet oppugnatus. Delatus ergo ad Phrygiam cum caſtra ad Idam poſuiſſet, mures arcuum neruos & lora ſcutorum arroſerunt. quos Scamander hoſtes terrigenas interpretatus, ibi vrbem condidit, & cum finitimis bella geſſit, vt ex Pompeio Trogo refert Seruius in lib. 3. Æn. & Euſtathius in ἰλ. α'. quanquam Iſacius Tzetzes in Lycophronem, non Scamandro, ſed Teucro Scamandri filio id accidiſſe ſcribit.

Σάμωνι.] Samon hic Cretenſis fuit, vnà cum Scamandro profectus è Creta, à quo Samonium Cretæ promuntorium apud Ptolemæum dictum eſſe exiſtimo. quanquã Apollonius lib. 4. Argon. in fine, & Dionyſius periegetes Σαλμωνίδα ἄκραν appellant. Sed Strabo, Mæla ac Plinius Samonicum defendunt.

Τὸ πόλιον.] Sic in exemplari ſcriptum erat. Oppidum Troiani Agri

lege tenebatur, quiſquis malè geſta Rep. maieſtatem pop. Rom. minuiſſet, vt ait Tacitus lib. I.

Ἀλέξανδρος.] Hic eſt Alexander cognomine Bala quem aduerſus Demetrium, Ptolemæus & Attalus ſubornauerant, tanquam Antiocho Epiphane genitum, anno Græcorũ 160. vt eſt in lib. I. Machab. Olympiade 157. quo etiam anno ſubditicius hic Alexander vnà cum Laodice ſponſa Epiphanis filia Romam venit, vt Senatus auctoritate in paternum regnum reſtitueretur, idque tandem obtinuit cùm Heraclides qui eum Romam adduxerat, pleroſque Senatores muneribus corrupiſſet, vt docet Polybius cap. 140. legationum.

Τεταπεινωμένης τῆς κατ' Αἴγυπτον βασιλείας.] Exiſtimaui legendum eſſe κατὰ Συρίαν, idque in verſione ſecutus ſum. ſuſtineri tamen poteſt altera lectio. quippe morte Philometoris valde maieſtas regni Alexandrini erat imminuta, cùm Ptolemæus Phyſcon regnum teneret imbellis atque ignauus. Erant autem aſſidui hoſtes Syrorum reges Ægyptij iam inde à Ptolemæo Philadelpho. quare eo metu leuatus eſſe videbatur Demetrius Nicator Demetrij Soteris filius.

Ὁ τῆς βασιλείας προεστηκώς.] Laſthenem Cretenſem intelligo quem πατέρα & συγγενῆ vocat ipſe Demetrius apud Ioſephum lib. 13. cap. 8. Antiq. Is Laſthenes Demetrium in recuperando regno multum adiuuerat.

Χρωμένων τῇ συνηθείᾳ.] Malim hunc locum interpretari de Antiochenſium leuitate ac ſtudio rerum nouarum quam de dicacitate. Idque firmant poſtrema Diodori verba quæ in hoc capite leguntur. Herodianus lib. 2. *φύσει δὲ κοῦφον τὸ Σύρων ἔθνος, ἐς καινοτομίαν τε τῶν καθεστηκότων ἐπιτήδειον.*

Pag. 349. *Μεγάλης δὲ ταραχῆς.*] De hàc ſeditione Antiochenſi vide omnino lib. I. Machab. cap. XI. & Ioſephum cap. 9.

Τοὺς ἀπὸ τῆς ἑτέρας οἰκίας.] Ex ſtirpe ſcilicet Antiochi Epiphanis, ex qua oriundus erat Alexander Balas, cuius ſtirpis reges clementiores habebantur. Certè Alexandro Balæ hanc laudem tribuit Athenæus lib. v. *Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος πρᾶος ἦν ἐν πᾶσι καὶ φιλόλογος ἐν ταῖς ὁμιλίαις.* Altera autem ſtirps Seleuci Philopatoris malè ob ſuperbiam ac ſæuitiam audiebat.

Οἱ Ἀράδιοι τῶν ψυχῶν αὐτῶν.] Hoc fragmentum connecti debet cum cap. 29. legationum Diodori. Nam poſt hæc quæ illic leguntur vltima verba, ſequebantur ſine dubio *ἐπιβουλευομένων δὲ*, &c. vt edidimus.

Τῶν Μαραθηνῶν.] Marathus vrbs eſt Phœniciæ, cuius meminit Polybius lib. v. Strabo ac Ptolemæus. In Itinerario Burdegal. mutatio Maraccus dicitur 16. millibus diſtans ab Antarado. Huius incolæ *Μαραθεῖς*, an *Μαραθηνοὶ* dicendi ſunt obſcurum eſt. Cicero in Bruto, Menelaum Marathenum memorat. In mſ. ſemper *Μαρα* ſcriptum erat. Ego *Μαραθίας* prætulerim vt diſtinguantur ab incolis Marathi oppidi in Acarnania, qui *Μαραθηνοὶ* dicuntur teſte Stephano Byzantio. tamen in cap. 29.

legationum Diodori Vrſinus edidit Μαραθηνοί.

Pag. 350. Ἀπίστευον τῆς διὰ τῶν ὅπλ.] Vi enim aperta Marathenos aggreſſi ſunt, atque vrbe capta & euerſa agros eorum ſorte diuiſerunt. vt ait Strabo lib 16. Μάραθος πόλις ἀρχαία Φοινίκων κατεσκαμμένη· τὴν δὲ χώραν Ἀράδιοι κατεκληρούχησαν.

Ὅμως ἐβασίλευσεν ἔτη ιε΄.] Hæc ita accipienda ſunt, nō quaſi dicat Diodorus Phyſconem 15. dumtaxat annos regnaſſe: id enim eſſet falſiſſimum, cùm 29. annis imperauerit. ſed quaſi dicat Ægyptios eius crudelitatem & acerbum imperium paſſos eſſe ad annum quintumdecimum quod verum eſt. Hoc enim anno ab Alexandrinis expulſus incenſa Regia clam Cyprum profugit anno vrbis 623. vt ex Liuij Epitome 59. iamdudum notaueram in Indice Regum Aegypti. quod hic Diodori locus vnicè confirmat. & ita planè Oroſius ponit ex Liuio, Appio Claudio & M. Perpenna Coſſ. Porrò hunc auctoris noſtri locum citat Georgius Syncellus in Excerptis Euſebianis Ioſephi Scaligeri pag. 54. Διόδωρος δέ φησιν ὅτι ιε΄ ἔτη ὁ νεώτερος Πτολεμαῖος ἐβασίλευσε μετὰ τὸν πρεσβύτερον ἀδελφόν· πολλάς τε παρανομίας διεπράξατο, τήν τε ἰδίαν ἀδελφὴν Κλεοπάτραν γήμας, καὶ πολλοὺς ἀφειδῶν ψευδέσι συκοφαντίαις ὡς ἐπιβουλεύοντας αὐτῷ· καὶ τοὺς μὲν ἀναιρῶν, τοὺς δὲ φυγαδεύσας, καὶ τὰς οὐσίας αὐτῶν ἀφαιρούμενος.

Pag. 354. Κατὰ τὴν Μέμφιν ἐνθρονιζομένου.] Memphis Regia erat Ægyptiorum, alterum poſt Alexandriam Ægypti caput. quin & antequam Alexandria conderetur, regum ſedes fuerat. Hinc igitur ortus ille mos videtur, vt Ægypti Reges etiam poſt celebrata ἀνακλητήρια, Memphi quoque in palatio ſolenniter inaugurarentur. quod etiam docet Hieronymus in cap. XI. Danielis. *Porrò Antiochus parcens puero & amicitias ſimulans aſcendit Memphim, & ibi ex more Ægypti regnum accipiens*, &c. Sed omnem ritum vnicè declarat Germanicus in Aratum vbi de Capricorno. *Typhon*, ait, *fulmine interficitur ab Apolline in templo Ægypti Memphis, vbi mos fuit ſolio regio decorari reges qui regnabant. ibi enim ſacris initiabantur primùm vt dicitur reges ſatis religioſè tunicati, & tauro quem Apim appellant iugum portare fas fuit, & per vicum vnum duci vt periti exiſtimabant labore humanæ neceſſitatis, ne crudelius his qui ſub eis ſunt abutantur. Deducitur autem à ſacerdote Iſidis in locum qui nominatur ἄδυτος, & ſacramento adigitur neque diem, neque menſem intercalandum*, &c. Similis inauguratio regum Perſarum fiebat Paſargadis quam τελετὴν vocat Plutarchus in Artaxerxe.

Διήγυλις.] Hunc Attalus Philadelphus prælio victum cepit, vt docet Strabo lib. 13. Appianus in Mithridatico eum Pruſiæ generum fuiſſe ſcribit, & Διήγυλιν Θρᾶκα vocat Προυσίου κηδεστήν. Corruptum eſt huius reguli nomen apud Valerium Max. lib. 9. cap. 2. *Numuliſinthis*, inquit, *Diogiridis filia Thraciæ regis*. legendum eſſe puto Diegylidis. Erat autem Rex vt opinor Cænorum Thracum, quod eliciuiſſe mihi videor ex Prologo 36. Trogi Pompeij in quo ſic legitur. *Vt Rex Aſiæ Attalus Cænos Thracas ſubegit.*

Pag. 357. Ἀπεστιγμένας τὰ σώματα.] Legendum eſſe arbitror κατεστιγμένας id eſt notis compunctas, quæ mulieres nobiliſſimæ à Thracibus habentur. Nam quò mulier quæpiam in Thracia nobilior eſt ac clariori familia prognata, eò pluribus magiſque verſicoloribus ſe notis compungit, vt ſcribit Dio Chryſoſt. Oratione 14. de ſeruitute, & ante illum Herodotus initio lib. v. Καὶ τὸ μὲν ἐστίχθαι εὐγενὲς κέκριται· τὸ δ' ἄστικτον ἀγενές. His notis inuſtas fuiſſe à viris Thracum mulieres ob cædem Orphei canit Phanocles Leſbius verſibus cultiſſimis apud Stobæum ſermone 185.

Ποινὰς δ' Ὀρφῆι κταμένῳ στίζουσι γυναῖκας
Εἰσέτι νῦν, κείνης εἵνεκεν ἀμπλακίης.

Sed aliam cauſam affert Athenæus lib. 12. has Threſſarum notas ſic deſcribit Valerius Flaccus lib. 2.

Picta manus vſtoque placet, ſed barbara mento.

Et mox:

Noſtroſque toros virgata tenebit--
---& plauſtro derepta nurus.

Pag. 358. Ὅτι τοῦ Πομπηΐου.] Hic eſt Q. Pompeius qui Conſul fuit anno vrbis 612. & prouinciam Celtiberiam ſortitus malè cum Numantinis pugnauit.

Pag. 361. Τοῦ Οὐειάτθου.] Sic ſemper id nomen ſcribitur tum in Diodori, tum in Appiani Excerptis. Neque aliter apud Silium Italicum lib. 3.

Hos Viriatthus agit Luſitanúmque remotis
Extractum luſtris, primo Viriatthus in æuo
Nomen Romanis factum mox nobile damnis.

Ἕνδεκα γὰρ ἔτη.] Haud ſatis inter auctores conſtat quot annos Viriathinum bellum durauit. Appianus in Iberico annis octo tractum id bellum aſſerit. Iuſtinus libro vltimo annis decem: ſic enim de Hiſpanis ſcribit *In tanta ſæculorum ſerie nullus illis dux magnus præter Viriatthum fuit qui annis x. Romanos varia victoria fatigauit. adeò feris propiora quam hominibus ingenia gerunt.* Diodorus noſter annis x 1. dicit. Eutropius lib. 4. quatuordecim Sed ego Iuſtini aut Diodori veriorem eſſe ſententiam puto ob eam rationem quam adfert Sigonius in Faſtis ad annum 607.

Φύσκων ἐκαλεῖτο.] Sic ob ſaginam corporis vocatus eſt Ptolemæus quaſi προγάστωρ. eſt enim φύσκη κοιλία vt docet Heſychius. vide Iuſtinum lib. 38.

Pag. 362. Ὁ Αἰμίλιος ὁ ὕπατος.] Hic M. Æmilius Lepidus cognomento Porcina ob nimiam corporis ſaginam ac molem. Conſul fuit anno vrbis 616.

Συναποκοντισθέντων ἐκείνῳ.] Ita correxi cum in exemplari ἐκείνων legeretur abſque ſenſu. Confirmat autem hanc emendationem Strabo. qui lib. 14. ſcribit Ariſtonicum qui ſe Eumenis filium ferebat, Leucas occupaſſe,

paſſe, deinde ab Epheſiis ſuperatum nauali pugna, in mediterraneâ receſſiſſe, ac ſeruis ad libertatem vocatis, armatiſque egenorum hominum cateruis magnum exercitum comparaſſe. Eos autem ſeruos Heliopolitas appellabat, vt ait ibidem Strabo.

Pag. 366. Φοβεροὶ τοῖς ἀρχαῖς.] Idem teſtatur Cicero in Frumentaria: *Antea cùm equeſter ordo iudicaret, improbi & rapaces magiſtratus in prouinciis inſeruiebant publicanis, ornabant eos quicunque in operis erant, &c.*

Οἱ περὶ τὰς γεωργίας ἀγρ.] Italicos intelligo, ſeu ciues Rom. qui arationes in Sicilia poſſidebant, aut teſtamento ſibi relictas, aut alio quopiam iure. Hi aratores dicebantur. Cicero in Frumentaria: *Hunc principem Verres ad fortunas aratorum vexandas diripiendaſque eſſe voluit. Huius audaciæ, nequitiæ, crudelitati fideliſsimos ſocios optimoſque ciues, ſcitote hoc Prætore traditos atque addictos fuiſſe.* Et paulò pòſt, Q. Septicium equitem Rom. ex aratorum numero fuiſſe teſtatur, itemque Q. Lollium ex equeſtri ordine, & Anneïum Brocchum Senatorem populi Romani.

Δαμόφιλος.] Hæc ex Poſidonij libro 8. hiſtor. Diodorus tranſcripſit, vt videre eſt ex Poſidonij verbis quæ refert Athenæus libro 12. *Τρυφῆς οὖν δοῦλος ἦν καὶ κακουργίας, διὰ μὲν τῆς χώρας τετρακύκλους ἀπήνας περιαγόμενος καὶ ἵππους καὶ θεράποντας ὡραίους, καὶ παραδρομὴν ἀνάγωγον κολάκων τε καὶ παίδων στρατιωτικῶν.* Porrò id ſeruile bellum cœptum eſt annis ſexaginta poſt debellatam à maiore Africano Carthaginem, vt ait Diodorus lib. 34. id eſt, anno vrbis circiter 613.

Pag. 369. Μεγαλλίς.] Malui eam lectionem ſequi quæ in Excerptis libri 34. Diodori legitur, *μεγαλλὶς*.

Ἀποστήσονται.] Poſt hæc verba collocare oportet ea quæ leguntur in iiſdem Excerptis, pag. 904. *Συνετίθεντο πρὸς ἀλλήλους ὑπὲρ ἀποστάσεως καὶ φόνου τῶν κυρίων.*

Τὰς τῆς τραπέζης.] Lege, *τὰς ἐκ τῆς τραπέζης.* quæ præpoſitio ſuperiori lineæ loco prorſus alieno irrepſit. Videſis Excerpta libri 34. Diodori. Mox corrige, *καὶ τὸ πλὴν κατὰ τὴν οὐσίαν.*

Pag. 370. Ἄτταλος ὁ βασιλεύς.] Attalus cognomine Philometor vltimus rex Pergami, regnum iniit anno vrbis 616. Æmilio Porcina & Hoſtilio Mancino Coſſ. deceſſit Q. Mucio & Calpurnio Piſone Coſſ. anno vrbis 620. cùm quinquennio imperaſſet, vt ſcribit Strabo. De huius crudelitate eadem refert Iuſtinus lib. 36. Fuit autem imprimis hortorum curæ ac plantarum cognitioni deditus, vt præter Iuſtinum docet Plutarchus in Demetrio, adeoque etiam de plantis libros ſcripſit, vt teſtis eſt Varro in Proœmio librorum de re ruſtica.

Pag. 373. Σύροι δραπέται.] Fugitiuos in Sicilia intelligo, quorum rex Eunus ſe Antiochum, milites Syros vocauit, teſte Diodoro.

Δεισιδαιμονήσαντες.] Intelligi puto id quod narrat Cicero 5. in Verrem: *Tib. Graccho occiſo cùm magnorum periculorum metus ex oſtentis portenderetur, P. Mucio, L. Calpurnio Coſſ. aditum eſt ad libros Sibyllinos, in quibus*

inuentum eſt Cererem antiquiſſimam placari oportere. Tum ex collegio Decemuirali ſacerdotes Ennam profecti ſunt. Idem ait Valerius lib. 1. initio.

Pag. 374. Ὀνομαζόμενον τῇ Μεμφίτην] Idem narrat Valerius Max. lib. 9. cap. 2. Iuſtinus lib. 38. & Liuius lib 59.

Πλεῖστα ἐν ταῖς ἐπισταθμίαις.] Ex hoc loco explicanda ſunt hæc Iuſtini verba lib. 38. vbi de hac ipſa Antiochi Sidetæ in Parthos expeditione loquitur. *Nam cùm grauari ſe copiarum præbitione & iniuriis militum ciuitates viderent, &c.* Per copiarum præbitionem intelligit annonam & pabula, quæ duces Antiochi Sidetæ ab hoſpitibus exigebant.

Τὸν Ἀντίοχον ἐγκαταλιπόντων.] Iuſtinus, *Ad poſtremum cùm virtute hoſtes vincerent, metu ſuorum deſertus occiditur.* Porrò hunc Antiochum bis aduerſus Parthos profectum eſſe ſcribit Plutarchus in Apophthegm.

Pag 377. Εὐήμερος ὁ τῶν Πάρθων β.] Magnum hoc loco mendum eſſe ſemper ſuſpicatus ſum. quippe eo tempore regnabat apud Parthos Phraates, cum quo Antiochus Sideres bellum geſſit. Phraati ſucceſſit Artabanus, ac deinde Mithradates. quinam igitur eſt ille Euemerus, qui adeò in Babylonios ſæuiit? longè fallor niſi Diodorus ita ſcripſit, Ὁ Ἵμερος ὁ τῶν Περσῶν βασιλέως στρατηγός. Namque Phraates cùm aduerſus Scythas proficiſceretur, ad tutelam regni Himerum reliquerat, qui oblitus vicarij officij, tyrannica crudelitate Babylonios, multaſque alias ciuitates importunè vexauit, vt ait Iuſtinus lib. 42. Cuius rei in prologo 42. Trogi Pompeij non obſcura fit mentio, *Vt Præfectus Parthis à Phraate Himerus Meſenis bellum intulit, & in Babylonios ac Seleucenſes ſæuiit.* Sic enim ex ms. legendus hic eſt locus. pro *Apratæus*, emendaui, *à Phraate Himerus*. Sed & Poſidonius apud Athenæum lib. xi. huius tyranni meminit, Ποσειδώνιος δὲ ἐν τῇ ιϛ´. τῶν ἱστοριῶν Λυσίμαχόν φησι τὸν Βαβυλώνιον καλέσαντα ἐπὶ δεῖπνον Ἵμερον τὸν τυραννήσαντα οὐ μόνον Βαβυλωνίων ἀλλὰ καὶ Σελευκέων.

Ἀλέξανδρος ὁ Ζαβινᾶς.] Hunc Ptolemæus Phyſcon aduerſus Demetrium Nicatorem ſubornauerat, partim rogatus à Syris, quos improbitatis Demetrij tædebat, vt ait Ioſephus; partim ob priuatas ſimultates infenſus Demetrio, quòd Peluſium oppugnare, & Ægyptum occupare tentaſſet, vt ſcribit Iuſtinus lib. 39 & Georgius Syncellus in fragmentis Euſebianis, pag. 227. quo loco Alexander iſte à Syris Ζαβινᾶς appellatus eſſe dicitur, quòd emptus è cataſta eſſe videretur. In Prologo Trogi Pompeij 39. Zabbineus nominatur. Apud Ioſephum, Ζεβινᾶς, quomodo ferè in nummis ſcribi teſtis eſt Goltzius in Theſauro: ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΖΕΒΕΝΝΟΥΣ ΒΑΣΙΛΕΩΣ.

Σεξτου.] Exiſtimaui hunc eſſe C. Sextium Caluinum, qui Conſul Salyos apud aquas Sextias vicit anno vrbis 629. idque & temporum ratio, & nomen Conſulis quod ei tribuit Diodorus, planè confirmant.

Pag. 378. Τὸ τοῦ Διὸς ἱερὸν.] Idem narrat Iuſtinus lib. 39. contigit hæc Alexandri Zabinæ clades atque obitus Caſſio Caluino & C. Sextio Longino Coſſ. Olymp. 164. anno 3.

Λεύκιος Οὐιτέλλιος.] L. Septimuleïum cæteri hunc vocant, Valerius Max. lib. 9. cap. 4. Plutarchus in Gracchis, Plinius lib. 33.

Pag. 381. Τοὺς Ασιαγενεῖς.] L. Scipio maioris Africani frater in nummis Aſiag. dicitur, vt videre eſt apud Ful. Vrſinum & Abrah. Gorlæum. Eſt autem Ασιαγενὴς Græcè idem quod Aſiaticus. ſic Athenæus lib. 12. Αγαθό-κλεος ὁρῶν τοὺς Ασιαγενεῖς στολαῖς πολυτελῶς ἠσκημένους.

Καὶ τοὺς Ισπάνους.] Cognomen in gente Cornelia fuit Hiſpâlus, quod penultimâ longâ pronunciari debet. deductum eſt enim ab Hiſpania, vt eximius hic Diodori locus oſtendit, eadem forma qua Meſſala cognomen à capta Meſſana inditum eſt Valerio. ſed Græci Ισπάνους dicere ſolent, non Ισπάλους. ſic certè Appianus in Libyco, Γναῖος Κορνήλιος ὁ Ισπανὸς ἐπίκλησιν. quod rectè Gelenius Hiſpalum vertit. tamen in Senecæ Controuerſiis, Cornelius Hiſpalus ſemper ſcribitur.

Pag. 382. Κάτων ὁ Επικλ. Δημοσθένης.] Catonem ob vehementiam in dicendo, vulgò Romanum Demoſthenem vocabant, vt ait Plutarchus in eius vita, & Appianus in Iberico, atque ex eo Suidas in Κάτων.

Ο τούτου δ' υἱὸς.] Hîc verò non aſſentior Diodoro, qui Scipionem Naſicam, eum qui priuatus Tib. Gracchum interfecit, filium ait eſſe Scipionis Naſicæ, eius qui vir optimus à Senatu iudicatus eſt. fuit enim reuera illius nepos, filius P. Scipionis Naſicæ, eius qui Corculum cognominatus eſt, vt docet Velleïus Paterculus lib. 2. & Cicero in Bruto, niſi fortè adoptatus à Scipione Naſica auo fuit.

Pag. 385. Κατὰ τὸν ὑποκείμενον ἐνιαυτὸν.] P. Scipio Naſica Conſul in Magiſtratu mortuus eſt anno vrbis 642. hunc inprimis diſertum fuiſſe, & cunctos ſale facetiiſque ſuperaſſe ait Cicero in Bruto.

Αντίοχος ὁ Κυζικηνὸς.] Antiochi Sidetæ filius Cyzicenus ideò dictus, quòd Cyzici apud Craterum hoſpitem educatus erat. Regnum iniit Olymp. 167 anno primo.

Μίμοις καὶ προδείκταις.] Magis probo lectionem Suidæ, qui hunc locum proferens legit δεικηλισταῖς. eſt enim deductum ἀπὸ τοῦ δεικνύειν. ſunt autem δεικηλισταὶ, propriè hiſtriones ac mimi, qui ridicula ac iocularia quædam in ſcena fundebant, quæ δεικτήρια dicebantur. Varro, ὄνος λύρας: *Neque orthopſalticum attulit pſalterium, quibus ſonant in Græcia dicteria.* Hinc δεικτηριάδες vocantur mimæ à Polybio in lib. 14. apud Athenæum. μόνετιον δὲ μία τῶν ἀποδεδειγμένων καὶ κοινῶν δεικτηριάδων. Ab eadem origine dictos quoque cenſeo à Lacedæmoniis, δεικηλιστὰς, ſeu δικηλίκτας, quos Heſychius exponit μιμολόγους.

Καὶ νευροσπατεῖν.] Legendum eſt ſine dubio νευροσπαστεῖν quod ſequentia planè confirmant. Nam illud νευροσπατεῖν Græcum non eſt. νευροβατεῖν potius diceretur: vnde Neurobates apud Vopiſcum. ſed hoc quidem loco minime conuenit. Eſt autem νευροσπαστεῖν ope fidiculæ mouere ac trahere lignea quæuis ſimulacra, quod fit arte mechanica. Vide Turnebum lib. 2. Aduerſ. hac in arte excelluiſſe dicitur Pothinus quidam Athenienſis teſte Euſtathio Iliad. δ'. vbi addit Τέχνη δὲ παύτης οὐ σεμνὴ

ϑεῖα ἡ πυρεραστική, ἀλλὰ τῶν κατ' ἄλλος παιδιάς.

Ζῶα περίχρυσα] Intelligo beſtiarum ſimulachra deaurata quæ in pompa traduci mos erat, vt patet ex deſcriptione pompæ illius Ptolemæi Philadelphi apud Athenæum lib. v.

Pag. 385. Καὶ Μικίψα.] Huius Iunioris Micipſæ filium arbitror fuiſſe Hiempſalem, cuius meminit Plutarchus in Mario. Appianus lib. 1. Ciuilium, & Cicero in 2. contra Rullum.

Pag. 386. Ταῖς ἀγορ. ἀρχὰς μόγις εἰληφώς.] Cicero pro Plancio, *C. Marius duabus ædilitatis acceptis repulſis ſepties Coſſ. eſt factus.*

Pag. 389. Οὐ μόνον τὸ πλῆθος τῶν οἰκετῶν.] Hoc fragmentum ex lib. 36. Diodori eſt, vbi iiſdem ferè verbis legitur, pag. 912. Cœptum autem eſt hoc ſecundum in Sicilia ſeruile bellum, anno vrbis 648. vt ex lib. 36. Diodori patet.

Pag. 390. Ταμίας εἰς τὴν ἐξ Ὠστίας.] Inter prouincias quæſtorias erat procuratio frumentaria. eaque prouincia Oſtienſis dicebatur, quod ex Oſtienſi portu frumentum in vrbem ſubueheretur. Cicero pro Sextio: *Nec mihi res erat cum Saturnino, qui quod à ſe quæſtore Oſtienſi per ignominiam ad principem & Senatus & ciuitatis M. Scaurum rem frumentariam tranſlatam ſciebat, dolorem ſuum magna contentione animi perſequebatur.* Idem in Orat. de haruſpicum reſp. *Saturninum quod in annonæ caritate quæſtorem à ſua frumentaria procuratione Senatus amouit, eique rei M. Scaurum præfecit ſcimus dolore factum eſſe popularem.*

Pag. 393. Ἐκ τῆς ἰδίας οὐσίας.] Increbuerat ſcilicet hæc conſuetudo vt Magiſtratus Romani qui in prouinciam proficiſcebantur, aut qui iuriſdictionis cauſa obibant prouinciam, publica hoſpitia & iumenta ac cætera eiuſmodi à peruiis ciuitatibus exigerent. quæ praua conſuetudo cœperat à L. Poſthumio Albino ſub initia Perſici belli, vt docet Liuius lib. 42. initio. huic malo emendando lata poſtea eſt lex Iulia, quæ vetabat ne præter 4. lectos & tectum ac fœnum Magiſtratus eiuſve comites à prouincialibus acciperent quidquam. teſte Cicerone in lib. v. ep. ad Atticum.

Pag. 39. Συμπεφωνηκότα περὶ τῆς κυρίους.] Vſitatum id fuit apud Romanos vt ſeruus de libertate ſua cum domino paciſceretur. Tacitus lib. 14. Annalium. *Negata libertate cui precium pepigerat.* Dio Chryſoſtomus Orat. 14. de ſeruitute. Οἱ δέ πως τὴν αὑτῶν τιμὴν καταβαλόντες τοῖς δεσπόταις· καὶ οὐδέποτε δοῦλοί εἰσιν αὐτῶν οὗτοι. Prætermittere hic non poſſum locum Dionyſij Halic. ſane illuſtrem. ex libro 4. pag. 227. Ἐτύγχανον δὲ τῆς ἐλευθερίας οἱ μὲν πλεῖστοι προῖκα διὰ καλοκἀγαθίαν· καὶ κράτιστος ἀπαλλαγῆς τῶν δεσποτῶν τρόπος οὗτος ἦν. ὀλίγοι δέ τινες λύτρα καταθέντες ἐξ ὁσίων καὶ δικαίων ἐργασιῶν συναχθέντα, &c. quæ vix mihi temperaui quin adſcriberem. Adde quæ notauit I. Lipſius ad dictum locum Taciti.

Φθάσας τὴν ἀπολύτρωσιν.] Id eſt, antequam integrum redemptionis precium numeraſſet. λύτρα quippe eam pecuniam vocat Dionyſius loco proxime allato.

Αεύκιος Ασύλλιος.] Exiſtimaui legendum eſſe Ασέλλιος, quod eſt cognomen Romanum. apud Appianum lib. 1. Ciuilium Ασέλλιος Prætor vrbanus à fœneratoribus occiſus eſſe dicitur: qui à Valerio Max. lib 9. cap. 7. Aulus Sempronius Aſellio vocatur, in Prologo autem lib. 74. T. Liuij Aſellus, minus rectè. Nam & apud Nonium Marcellum Sempronius Aſellio laudatur in lib. 4. hiſt. & apud Gellium lib. 2. & 11. noctium Attic. qui ait Aſellionem hunc ſub Africano Tribunum mil. ad Numantiam fuiſſe.

Pag. 397. Στρατηγῶν ἐιωθ. διδόναι ἐπιτρόπους.] Hic locus vt puto ſingularis eſt, de tutoribus quos Prætores aut Proconſules in prouinciis dare ſoliti erant. Poſtea vero lata eſt ab Auguſto lex Iulia & Titia anno vrbis 722. Auguſto 111. & M. Titio Coſſ. qua iubentur Præſides prouinciarum mulieribus pupilliſue non habentibus tutores dare, vt ait Vlpianus in Regulis.

Θαυμαστῶς ἀγαπώμενος.] Legendum eſſe putaui ἀγαπωμένη. & ad patrem Liuij Druſi id retuli, de quo hæc C. Carbo olim cum maximo plauſu dixit. *O Marce Druſe, patrem appello. Tu dicere ſolebas ſacram eſſe Remp. quicunque eam violauiſſent ab omnibus eſſe ei pœnas perſolutas.* Hic Druſus collega in tribunatu fuerat C. Gracchi. Conſul fuit anno vrbis 641.

Προστάτης τῆς συγκλήτου] Deeſt ἀξιόχρεως, aut quid ſimile. Cicero pro Milone: *Domi ſuæ nobiliſſimus vir Senatus propugnator atque illis quidem temporibus pene patronus Tribunuſpl. M. Druſus occiſus eſt.* Sed & ante hunc M. Liuium Druſum pater eius M. Druſus C. filius Senatus partes contra C. Gracchum in tribunatu defenderat, eúmque fregerat, vt ait Cicero in Bruto, quam ob cauſam Senatûs patronus dictus fuit, vt ſcribit Suetonius in Tiberio, & Plutarchus atque Appianus. Quintus etiam Cæpio Senatûs patronus eſt dictus, vt ſcribit Valerius lib. 6. cap. vlt.

Pag. 398. Σερυιλίῳ τῷ στρατηγῷ.] Proconſulem verti ex Prologo lib. 72. Titi Liuij & Appiano lib. 1. Ciuilium. Velleius lib 2. & Oroſius, & hiſtoria Miſcella Seruium Prætorem eum appellant.

Αγαμέμνων.] Huius meminit Oroſius his verbis: *Marſi autem Agamemnonem piratam præoptauerant.* Eum ipſum intelligit Appianus lib. 1. vbi Seruilij procoſ. cædem commemorat.

Οἱ Πιννῆται.] Vrbs Veſtinorum eſt Pinna Ptolemæo memorata in lib. 3. Cuius Ciues Pinnenſes dicuntur à Plinio.

Αμετάπιστον πρὸς Ρωμαίους συμμαχίαν.] Legendum eſſe arbitror ἀμετάπειστον. Nam illud ἀμετάπιστον meo quidem iudicio Græcum non eſt.

Pag. 401. Τῆς τῶν Ρωμαίων ἡγεμονίας.] Lego τοὺς τῶν ς. ἡγεμόνας. Prælium illud intelligit quo Manius Aquillius & Q. Oppius cum L. Caſſio & Nicomede rege Bithyniæ à Mithridate victi ſunt. de quo vide Appianum in Mithridatico.

Τὸν Ακύλλιον.] Lego Ακυίλλιον. quippe Manius Aquilius à Mitylenæis

vinctus ac Mithridati eſt traditus. vt ſcribit Paterculus lib. 2.

Ὁ δὲ χαίρειν νέος ὤν.] Hæc non iam de Manio Aquilio intelligenda ſunt, quem conſtat viuum in Mithridatis manus veniſſe. Ex Valerio Max. lib. 9. Appiano in Mithridatico & Poſidonio, cuius hæc verba ſunt: *Μάνιος δὲ Ἀκύλλιος ὁ ὑπατευκὼς ὁ τὸν ἀπὸ Σικελίας καταγαγὼν θρίαμβον συνδεθεὶς ἔχων ἁλύσει μακρᾷ Βαστέρνην πεντάπηχυν πρὸς ὑπὸ ἱππέως ἕλκεται*· apud Athenæum lib. v. Ex quo ſatis patet hæc Diodori verba ad alium quempiam pertinere, qui cùm à Mitylenæis vinciendus eſſet ſemetipſe occidit. Sed eius nomen incuria exſcriptorum omiſſum eſt.

Pag. 401. Ναυμαχίαν.] Prælium illud nauale intelligit, quo Rhodij aduerſus Mithridatem decertarunt, de quo Conſule Appianum.

Ἔρημος σφῶν.] Fortè φίλων.

Pag. 405. Πάλαι προκείμενον πόλεμον.] Sociàle ſcilicet bellum, quod bello ciuili Sullano veluti renouatum eſt.

Δέκα μυριάδων.] Idem ſcribit Iulius Obſequens: *L. Scipione C. Norbano Coſſ. centena millia hominum conſumpta Italico ciuilique bello relata ſunt.* Eutropius & ex eo auctor hiſtoriæ Miſcellæ: *Hoc*, inquit, *fine concluſa ſunt duo bella funeſtiſſima, ſociale Italicum, & ciuile Sullanum, quæ per annos x. tracta ſunt. Conſumpſerunt autem vltra centum quinquaginta millia hominum, viros Conſulares 33. Prætorios vij. Ædilicios lx. Senatores cc. abſque innumeris Italiæ totius populis.*

Τὸ δεῖσθαι αὐτὸν ὑπατεῦσαι.] Malim μὴ δεῖσθαι αὐτὸν, vt ad Merulam referatur. Vide Appianum lib. 1. Ciuilium, & Paterculum lib. 2.

Pag. 409. Τὴν μεθ' ἡμέραν.] Fortè ſcribendum eſt, τῇ μεθ' ἡμέραν ὁμιλείᾳ, aut potius, τῇ τῆς καθ' ἡμέραν.

Pag. 410. Εἷς δὲ τῶν συνεληλυθότων.] Hic videtur eſſe qui Lollius ab Oroſio dicitur & in hiſtoria Miſcella: *Quam proſcriptionis tabulam cùm Lollius, quippe ſecurus, nihilque ſibi conſcius legeret, vbi ſuum repentè nomen offendit, dum ſe trepidus adoperto capite è foro ſubtrahit, interfectus eſt.*

Pag. 413. Πιείσεσθαι τὴν ἀπειθείαν.] Legendum eſſe arbitror, πείσεσθαι.

IN NICOLAVM DAMASCENVM

Adnotationes.

Pag. 414. ΠΕρὶ τοῦ ἰδίου βίου.] Hunc titulum cum tribus primis capitibus ex Suidæ lexico ſuppleui, cùm in noſtro codice aliquot paginæ deeſſent. Ac titulum quidem ipſum quem appoſui, hîc optimè conuenire ex reliquiis quæ in ms. noſtro ſaltem conſeruatæ ſunt, ſatis apparet. Videtur autem Nicolaus hunc de vita ſua librum hiſtoriis ſuis

præfixiſſe exemplo Hecatæi atque Herodoti, ac Thucydidis, qui de ſeipſis initio operis quamquam longè breuius atque modeſtius præfati ſunt, quorum exemplum cæteri ferè Græci hiſtoriæ ſcriptores ſecuti ſunt: E Latinis autem, vt arbitror, nemo. Cæterùm hæc fragmenta tria ipſius Nicolai eſſe phraſis ipſa ſatis per ſe indicat.

Pag. 417. Τραγῳδίας ἐποίει] Scripſit Nicolaus tragœdiam titulo Suſannam, cuius meminit Euſtathius in Dionyſium περιηγ. vbi de Tigride, καθὰ καὶ ὁ γράψας τὸ δρᾶμα τῆς Σωσαννίδος οἶμαι ὁ Δαμασκηνός.

Pag. 418. Ἡρώδην βοηθεῖν.] Idem memorat Ioſephus cap. 3. libri ſextidecimi, his verbis; ἐλθὼν μὲν γὰρ αὐτὸν διήλλαξεν ὀργιζόμενον.

Ἐπὶ Παφλαγονίαν ἤει σὺν Ἀγρίππα.] Ioſephus ibidem ſic ait; ὡς δ' αὐτοῖς κατείργαστο τὰ περὶ τὸν πόντον, ὧν χάριν Ἀγρίππας ἐστάλη τὴν ἀνακομιδὴν κατ' ἐδόκει ποιεῖσθαι πλέουσιν. ἀλλὰ διαμείψαμενοι τὴν τε Παφλαγονίαν καὶ Καππαδοκίαν, &c. Hæc acta ſunt anno vrbis 740. Licinio Craſſo & Cornelio Lentulo Coſſ. quo anno Agrippa aduerſus Boſporanos, qui duce Scribonio res nouas agitabant, profectus eſt; vt docet Dio lib. 54. Agrippam comitatus eſt Herodes ac Nicolaus Damaſcenus, vt hinc apparet. ſed Nicolaus Damaſcenus confectis rebus Ponticis, per mare Ilium nauigauit, ac deinde Chium ac Rhodum petiit: tandemque Agrippam atque Herodem in Aſia minore aſſecutus eſt, vt indicat Ioſephus cap. 4.

Pag. 421. Πλέων εἰς Ῥώμην.] Vt filios apud Cæſarem accuſaret. vide Ioſephum cap. 7.

Διηγεῖτο αὐτῶν.] Haud paulò melius legeretur αὐτῷ, & mox legendum eſſe exiſtimaui, εἴ τινος οὐ κατεφρόνει.

Pag. 422. Παρὰ τῶν δυνατῶν] Lego δυναστῶν. ſed locus ob defectum exemplaris obſcurior eſt: ſenſum tamen qualemcunque elicui.

Τῶν καθ' αὐτὸν σοφιστῶν.] Poſidonium Stoïcum intelligit, qui cùm eſſet oriundus Apamea Syriæ, poſtea Rhodium ſe vocauit, vt teſtis eſt Athenæus & Strabo.

Pag. 425. Βαρύπλευτοις φυομένοις.] Lego, φυομένοις.

Pag. 426. Ὅτι ἐπὶ Ἀρβάκου.] Imo ἐπὶ Ἀρταίου. quod ſequentia manifeſtè docent. neque aliter Diodorus Siculus lib. 2. qui Artæo regnante (ſic enim vocat quem Nicolaus Artæum) Parſondem Perſam virum prudentia ac fortitudine ſingulari, infenſum regi ob cauſam ſuam minimè ex æquo iudicatam, ad Caduſios confugiſſe ſcribit.

Pag. 429. Τὸν οἶνον ὃν κατέλαβε.] Procul dubio legendum eſt ὄνον, quod in verſione mea ſum ſecutus. Onagrum enim intelligit quem perſecutus erat Parſondes. Erant verò Perſæ onagrorum venationi valde deditj, ſicut docet Petrus Teixera lib. 2. Relationis rerum Perſicarum, eaque regia venatio habebatur. Theophylactus lib. 4. cap. 7. hiſtoriæ: καὶ κῶλα θήρας βασιλικῆς βουβαλίδων τε καὶ δορκάδων καὶ ὄνων ἀγρίων. Quinetiam inter victimas regias erant onagri; vt ait Heraclides Cumæus, qui Perſica ſcripſit lib. 2. ἔστι μὲν γὰρ τῷ βασιλεῖ χίλια ἱερεῖα τῆς ἡμέρας κατακοπτόμενα. τούτων δ' εἰσὶ καὶ ἵπποι καὶ κάμηλοι, καὶ βόες, καὶ ὄνοι. In cœnis quoque magnatum

apud Perſas onagrorum carnes fuiſſe docet Herodotus lib. 1.

Καθυποςιβισμένος τὼ ὀφθαλμώ.] Sic correxi, cùm in exemplari ςιβαζομένος legeretur abſque ſenſu. Eſt autem ὑποςιβίζειν, oculos ſtibio linire, quod ſolebant olim mulieres. Ion in Omphale,

Καὶ τὴν μέλαιναν ςίμμιν ὀμματογράφον.

Pollux lib. v. cap. 16. ἴσως, ait, δ' ἂν τοῖς κόσμοις προσήκοι ἔντριμμα, ψιμμύθιον, ἐγχαῖς. (lege ἔγχαυτα, ex Etymologo.) φῦκος καὶ τὰ ὑπογράμματα καὶ ὁ ςίμμις παρ' Ἴωνι. Hieronymus in Epiſtola ad Furiam, de viduitate ſeruanda: *Non habuit criſpantes mitras, non ſtridentes calceolos, nec orbes ſtibio fuliginatos.* Idem intelligit Cyprianus de habitu virginum, cùm ait, *Ille & oculos circunducto nigrore fuſcare.* Et in libro de bono pudicitiæ, *Quid capillorum mutatur color? quid oculorum extremitates ſuffuſcantur?* Nec præteriit Ouidius lib. 3. artis:

Nec pudor eſt oculos tenui ſignare fauilla,
Vel prope te nato lucide Cydne croco.

Per fauillam intelligo puluerem è ſtibio, quem nigrum puluerem vocat Cyprianus in libro de habitu virginum. Atque hinc puto ſtibium dictum eſſe à quibuſdam, πλατυόφθαλμον, quòd circunducto nigrore oculos dilatare videatur, quamquam aliter Plinius lib. 34. cap. 6. Neque oculos ſolùm, ſed & palpebras inficere ſolebant mulieres, vti docet Plinius lib. xi. quam in rem vtebantur calliblepharo. ac præterea ſupercilia fuligine fuſcabant. Iuuenalis:

Ille ſupercilium madida fuligine tinctum
Obliqua producit acu.

Τὴν μόλιν.] Ita ſcriptum erat in noſtro exemplari. ſed Herodotus lib. 1. non Molim, ſed Mylitta ab Aſſyriis appellari Venerem ſcribit, ab Arabibus, Alitta.

Pag. 430. Ταῖς μουσουργοῖς.] De his mulieribus elegans eſt locus apud Suidam in μουσουργοί. quem pænè adducor vt credam eſſe ex Nicolao noſtro, atque hic poſitum fuiſſe. Habebant etiam Perſarum Reges huiuſmodi pſaltrias quæ in Regis conuiuio canebant. quem morem à Medis. Medi ab Aſſyriis hauſerant. Heraclides Cumæus lib. 2. καὶ παρὰ τὸ δεῖπνον ᾄδουσί τε καὶ ψάλλουσιν αἱ παλλακαὶ αὐτῷ. καὶ μία μὲν ἐξάρχει, αἱ δ' ἄλλαι ἀθρόαις ᾄδουσι.

Pag. 434. Ἐν ἀγνοίᾳ γενόμενος.] Sic emendaui, cùm in exemplari noſtro αὐοίᾳ legeretur. obſeruaui autem has duas voces ſæpe inter ſe confundi in ſcriptis codicibus. Tueri tamen fortaſſe aliquis poſſit, τὸ αὐοίᾳ, vt deriuatum ἀπὸ τοῦ αὔω, quæ vox Græcis attonitum ac mutum præ admiratione ſignificat.

Τῆς ἑτέρας ἐλπίδος.] Nempè τῆς πρεσβείας τοῦ. iam enim alterius voti compos erat Parſondas, Regis ſcilicet videndi.

Pag. 437. Τοῦτο τὸ τέλος.] τέλος hic pro ſententia quam pragmatici definitiuam vocant, ſumi videtur. in qua ſignificatione nunquam eam vocem legere memini. Apud Demoſthenem in Orat. aduerſus Macar-

tatum

tatum refertur lex Solonis de Archonte. *κύριος ἔστω ἐπιβάλλειν κατὰ τὸ τέλος.* quod ſic interpretari ſoleo, *multandi quanta maxima ei licet mulcta ius habeat.* ſic apud Iſæum in Orat. de Nicoſtrati hæreditate. *κατὰ τὸ τέλος ζημιοῦσθαι* eodem ſenſu dicitur. ſed hæc pluribus ad leges Atticas, quas vbi ſe primum occaſio offerret, edituri ſumus.

Καὶ ἠμύνατο.] Strategema quo vſus fuerat Parſondas ad vlciſcendum Nanarum & Artæum hic quidem deſideratur graui iactura. Suidas tamen fragmenta quædam nobis conſeruauit ex Strategematum Excerptis ſine dubio tranſcripta. Ea ſic habent. *νυκτὸς δὲ γενομένης τοὺς οἰκέτας ἐξεκλήκει τοὺς Ναναρου. σφοδρῶς τι ποτοῦ γενομένου ἐνεδρεύων ὁ Παρσώνδης αὐτὸς μὲν ὀλίγον ἔπινεν, ἐκείνοις δὲ πολὺ ἐγχεῖν τῷ θεράποντι ἐκέλευε.* quæ leguntur in V. *ἐξεκλήκει* & *σφοδρῶς.* Sumpta autem de Nanaro vltione Parſondas ad Cadusios confugit: à quibus dux creatus, bellum graue ac diuturnum intulit Artæo Regi Medorum, vt ex Cteſia ſcribit Diodorus Siculus lib. 2.

Ὁ στρυαγγαῖος.] Apud Dionyſium Halic. in lib. *περὶ ἑρμηνείας*, capite de perſpicuitate *στρυάγγλιος* ſcribitur, itémque apud Ioannem Tzetzem Chiliade 12. cap. 451. *στρυάγλιος.* Ex quibus rectè à nobis *σακῶν* emendatum eſſe apparet. Accedit Diodori auctoritas, qui *Ζαρίναν* Sacarum reginam appellat, quem vide in lib. 2.

Ῥωξανάκης.] Huius vrbis meminit Stephanus Byzantius, *ῥοξονοκάα πόλις. τὸ ἐθνικὸν Ῥοξονοκαῖος καὶ Ῥοξονοκαιάτης καὶ ῥοξονοκαιανός.*

Pag. 438. *Ἀστιβάρα θυγατέρα.*] Aſtibaram intelligo Medorum regem Artæi nepotem quo regnante Sacæ cum Perſis bellum geſſere. Eo bello dux Medorum fuit Stryangæus, qui pace cum Sacis facta Roxanacam ingreſſus eſt.

Ἐγὼ μέν σε ἔσωσα.] Hæc ex hiſtoriis Cteſiæ penè ad verbum tranſcripta ſunt, vt docet Dionyſius Halic. in lib. *περὶ ἑρμηνείας*, vbi Cteſiam dicit perſpicuitatis cauſa ſæpe eaſdem res repetere: & exemplum hoc ſubiicit. *Στρυάγγλιός τις ἀνὴρ Μῆδος γυναῖκα Σακίδα καταβαλὼν ἀπὸ τοῦ ἵππου, θεασάμενος τὴν Σακίδα εὐπρεπῆ καὶ ὡραίαν μεθῆκεν ἀποσώζεσθαι. μετὰ δὲ τοῦτο σπονδῶν γενομένων ἐρασθεὶς τῆς γυναικὸς ἀπετύγχανεν. ἐδέδοκτο μὲν αὐτῷ ἀποκαρτερεῖν· γράφει δὲ πρότερον ἐπιστολὴν τῇ γυναικὶ μεμφόμενος τοιάνδε. Ἐγὼ μέν σε ἔσωσα καὶ σὺ μὲν δι' ἐμὲ ἐσώθης· ἐγὼ δὲ διά σε ἀπωλόμην.* Ac præcedentia quidem illa non ſunt ipſius Cteſiæ, vt quidam putarunt (quo in errore fuit & Ioan. Tzetzes) ſed velut argumentum & *προαναφώνησις* Dionyſij ipſius ex hiſtoria Cteſiæ ſumpta ad pleniorem ſcientiam. Ne quis porrò miretur quod auctorem libri *περὶ ἑρμηνείας* Dionyſium Halicarn. facimus, non vt cæteri, Demetrium Phalereum, lectores monitos volumus id nos auctoritate veteris Grammatici qui ſcholia in Ariſtophanem ſcripſit feciſſe. Is ad illum locum in Nubibus Ariſtophan. *καὶ σούνιον ἄκρον Ἀθηνῶν.* Notat *χάρις ἐστὶν ἐκ στίχου τοῦ ἀλλοτρίου ὡς ἔφη Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασσεὺς ἐν τῷ περὶ ἑρμηνείας.* qui locus legitur iiſdem planè verbis apud auctorem libri *περὶ ἑρμηνείας*, in capite *περὶ χάριτος λόγου Γλαφυροῦ.* Accedunt

& alia argumenta quæ hunc librum à Demetrio Phalereo abiudicant. Nam in cap πῶς δεῖ ἐπιστέλλειν, laudatur Artemo, qui indicem Ariſtotelis epiſtolarum ſcripſerat, quem quidem longè poſt Demetrij ætatem vixiſſe pro certo habeo. In capite περὶ συγκρίσεως, Nicias pictor memoratur: at is vixit ætate regis Attali, vt docet Plinius lib. 35. cap. xi. Poſtremo in cap περὶ ἐσχηματισμένων laudatur Demetrius Phalereus. Nec probabile eſt à ſeipſo laudari Demetrium. Omitto ſtylum ipſum, qui prorſus Dionyſianum refert. Sane Aldus qui primus eum librum cum Græcis Rhetoribus edidit, Dionyſij Halicarn. libris hunc proximè ſubiunxit.

Ἀλλὰ γάρ μοι παρελώντας.] Verba hic tranſpoſita eſſe nemo non videt. legendum itaque. ἀλλὰ . . . . . εἰς ᾅδου ἀπιὼν ἀνδρείως· οὐ γάρ μοι παρελώντας τοιοῦτον γενέσθαι· ταῦτα γράψας, &c.

Ὁ δὲ εὐνοῦχος.] Deſunt duæ paginæ. folium enim ex quaternione exemptum fuerat. Apud Suidam in ὠμὴ, quædam leguntur quæ minimam partem huius lacunæ suppleant. δεδοικὼς μὴ δόξῃς ὠμή τις εἶναι δεινῶς οὕτω τιμωρουμένη Νικόλαος ὁ Δαμασκηνὸς φησί. verba ſunt Eunuchi ad Zarinæam.

Pag. 441. Εὔναιον.] lego Εὔνεων. ſic enim dictus eſt ille Iaſonis filius ad omen proſperæ nauigationis, vt ait Statius lib. 6.

--atque omine dictus
Euneos Argoo.---

Homerus ιλ'. κ'. ad finem Εὔνηον nominat poëtica licentia. nec ſecus Apollodorus in bibliotheca & Heſychius. ab hoc Euneo gens quædam Athenis appellata eſt Εὐνεῖδαι, vt docent Heſychius & auctor Etymologici. quod nomen variè corruptum offendi. Apud Pollucem lib. 8. οἱ δὲ περὶ τὰς πομπὰς ἐκ τῶν Εὐσινεΐδων γένους. lege Εὐνειδῶν. Apud Athenæum lib. 15. Κρατῖνος ἐν Εὐνοΐδαις laudatur. ſed apud Ptolemæum Hephæſtionis filium, & Stobæum cap. 170. rectius legitur Εὐνείδαις. In Harpocratione quoque perperam ſcribitur Εὐνίδαι.

Ἀπενιαυτίσαντα ὡς νόμος καὶ καθηράμενον.] Apud Græcos heroïcis temporibus patratæ cædes anni exilio luebantur. vt docet Euripides in Hippolyto initio.

Ἐπεὶ δὲ Θησεὺς Κεκροπίαν λείπει χθόνα
Μίασμα φεύγων αἵματος Παλλαντιδῶν
Καὶ τήνδε σὺν δάμαρτι ναυστολεῖ χθόνα
Ἐνιαυσίαν ἔκδημον αἰνέσας φυγήν.

ad quæ Græcus ſcholiaſtes notat. ἔθος γὰρ τοῖς ἐφ' αἵματι φεύγουσιν ἐνιαυτὸν μένειν ἐκτὸς τῆς πατρίδος. idque ἀπενιαυτίζειν Græci dicebant. Heſychius ἀπενιαυτισμὸς ἡ εἰς ἐνιαυτὸν φυγὴ τοῖς φόνον δράσασι. Ipſi homicidæ quos velut ſceleratos ac contaminatos cuncti auerſabantur, quempiam ex amicis ſupplices adibant, & ad focum ac penates taciti conſidebant. Æſchylus in Eumenidibus.

Ἄφθογγον εἶναι τὸν παλαμναῖον νόμος.

Ἐπεὶ πρὸς ἀνδρὸς αἵματος καθαρσίου
Σφαγαὶ καθαιμάξωσι νεοθήλου βοτοῦ.

hoſpes poſtquam ſupplicantis deſiderium ex habitu coniecerat, eum ante omnia viuo flumine abluebat, porcellúmque lactentem mactabat, quod *νεόθηλον βοτὸν* vocat Æſchylus loco allato. Eius ſanguine interfectoris manus eluebat: ſordes ac maculæ quæ *καθάρσια*, ſeu *ἀποκαθάρματα* dicuntur, ex domo foras proiiciebantur, abdebanturque in ſecretum locum, vt docet Pauſanias in Corinth. & Bœoticis. Tum ſacra fiebant Ioui *καθαρσίῳ*, ſeu expiatori, cuius rei meminit Herodotus lib. 1. certíſque ſacrificiis ac libationibus occiſi hominis manes placabantur. Eæ libationees abſque mero erant, ac proinde *νηφάλια* dictæ ab Æſchylo in Eumenid. *χοαί τ' ἄοινοι νηφάλια μειλίγματα.* In quo præcipuum quid agnoſcas. Nam ſuo fato citra vim defunctis vino, melle, lacte & aqua ad tumulum libabant, vt docet Æſchylus in Perſis, Euripides in Phœniſſis, & in Iphigenia Taurica. his peractis tum demum hoſpitem benigno ſermone tectóque & conuiuio accipiebat luſtrator. Totam rem fusè explicat Apollonius lib. 4. Argon. pag. 201. cuius verſus breuitatis ſtudio omiſimus. Apud Romanos quis fuerit expiandarum cædium ritus docet Dionyſ. Halic. lib. 3. pag. 159. & Pompeius Feſtus in ſororium tigillum.

Pag. 442. *Ἄθλοις καλουμένοις.*] Latini etiam athla dicunt, ſane apud Hyginum fabula 30. legitur hæc inſcriptio. *Herculis athla* 12. & in ſequenti capite. *Parerga eiuſdem.* quæ quidem parerga etiam *πάρεθλα* eſſe dicta obſeruaui à ſcholiaſte. Pindari in Odem 3. Nemeonicarum. Nam poſtquam Callimachi in Herculem diſtichon retulit, quod ſic habet,

Χαῖρε βαρυσκίπων ἐπίτακτα μὲν ἑξάκι δοιὰ
Ἐκ δ' αὐτ' ἀγρείης πολλάκι πολλὰ καμών.

Subdit *τοῦτ' ἔστι τὰ πάρεθλα.*

Σκάμανδρος.] Scamander Cretenſis cùm Creta frugum inopia laboraret, cum parte tertia populi ad exteras ſedes quærendas profectus eſt, ab Apolline monitus ibi eum habiturum ſedes, vbi à terrigenis eſſet oppugnatus. Delatus ergo ad Phrygiam cum caſtra ad Idam poſuiſſet, mures arcuum neruos & lora ſcutorum arroſerunt. quos Scamander hoſtes terrigenas interpretatus, ibi vrbem condidit, & cum finitimis bella geſſit, vt ex Pompeio Trogo refert Seruius in lib. 3. Æn. & Euſtathius in *ἰλ. α'*. quanquam Iſacius Tzetzes in Lycophronem, non Scamandro, ſed Teucro Scamandri filio id accidiſſe ſcribit.

Σάμων.] Samon hic Cretenſis fuit, vnà cum Scamandro profectus è Creta, à quo Samonium Cretæ promuntorium apud Ptolemæum dictum eſſe exiſtimo. quanquã Apollonius lib. 4. Argon. in fine, & Dionyſius periegetes *Σαλμωνίδα ἄκραν* appellant. Sed Strabo, Mela ac Plinius Samonicum defendunt.

Τὸ πόλιον.] Sic in exemplari ſcriptum erat. Oppidum Troiani Agri

ſignificari opinor, quod Aſtypalæenſes ad Simoentem condiderant, quod πόλιον initio dictum eſt poſtea πόλισμα. teſte Strabone lib. 13.

Μήλην.] Meles Rex fuit Sardium, teſte Herodoto lib. 1. pag 35. quem Dio Chryſoſtomus Orat. 64. Μύλην nominat. ſed quia locus eſt mendoſus, nec à Caſaubono intelligi potuit, hic eum apponam: τί οὖν τύραννοι μέγα φρονοῦσι ἐπὶ τοῖς τείχεσι; τί δὲ Ἀμφίων ᾖδει; τί δὲ Δηιόκης ποιεῖ; τί δὲ Σεμίραμις οἰκοδομεῖ; τί δὲ μετὰ τοῦ λέοντος Μύλης τὸ τεῖχος περιέρχεται· κρατήσει γὰρ Μήδων κύρος καὶ Βαβυλωνίων Ζώπυρος, καὶ Σάρδεων Μαρδόνιος. Hiſtoriam de Mele qui leonem circum Sardium muros circumtulit, refert Herodotus loco citato. ex quo corrige apud Dionem Μάρδος pro Μαρδόνιος.

Pag. 445. Καμβλίτας.] Hæc hiſtoria ſumpta eſt ex Xanthi Lydiacis, cuius verba refert Athenæus lib. x. Ξάνθος δ᾽ ἐν τοῖς Λυδιακοῖς, Κάμβλητά φησι τὸν βασιλεύσαντα Λυδῶν πολυφάγον καὶ πολυπότην γενέσθαι, ἔτι δὲ γαστρίμαργον. τοῦτον οὖν ποτε νυκτὸς τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα κατακρεουργήσαντα καταφαγεῖν· ἔπειτα πρωῒ εὑρόντα τὴν χεῖρα τῆς γυναικὸς ἐνοῦσαν ἐν τῷ στόματι ἑαυτὸν ἀποσφάξαι περιβοήτου τῆς πράξεως γενομένης. Eiuſdem meminit & Ælianus libro 1. variæ hiſtoriæ.

Τὸν Ἰάρδανον] Hic eſt, opinor, Iardanus pater Omphalæ, ex cuius Iardani ancilla Hercules Alcæum ſuſtulit, cuius nepos Agron primus ex Heraclidis regnauit in Lydia. Ante Agronem Atys poſteri regnum tenuerant, vt ſcribit Herodotus in 1. qui Atym Manis filium facit. Verùm Dionyſius Halic. lib. 1. Manis eum nepotem ponit. Ait enim ex Ioue & Tellure natum eſſe Manem, qui primus apud Lydos, qui tùm Mæones dicebantur, regnauit: Manis verò & Callirhoæ Oceani filiæ Cotym filium fuiſſe, qui ex Halia Tulli indigenæ filia Aſiem & Atym ſuſcepit. Atym ex Callithea Choræi filia Lydum & Tyrrenum ſuſtuliſſe. Malè apud Dionyſium Ἀδίην legitur, pro Ἀσίην, quomodo Herodotus lib. 4. appellat, & Euſtathius ad illud ιλ. β΄. Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι.

Πλοῦτον δὲ παρ᾽ Ἀτρείδαισι.] Lege πλοῦτον δ᾽ ἄρ, vt eſt apud Suidam in ἀλκήν. Hoc diſtichon ita verterat H. Grotius, vir doctiſſimus:

Obtigit Æacidis dono Iouis armipotens laus.
Mens Amythaonidis, opulentia ceßit Atridis.

Τῷ προδότῃ Φιλονόμῳ.] Philonomus Laconicam Dorienſibus prodiderat, & perſuaſerat Tiſameno Oreſtis filio, vt cum Achæis in Ioniam, quæ tum vocabatur, poſtea Achaïa dicta eſt, ſecederet. ob cuius beneficij memoriam cùm Heraclidæ Laconicam in partes ſex diſtribuiſſent, vnam ex his Amyclas extra ſortem Philonomo donauerunt, vt ſcribit Ephorus apud Strabonem, lib. 8. Conon quoque narratione 36. ait Philonomum, cùm Lacedæmonem Dorienſibus prodidiſſet, dono accepiſſe Amyclas, eamque vrbem colonis ex Imbro & Lemno abductis frequentaſſe.

Pag. 449. Δύο σκύλακας λαβών.] Idem narrat Plutarchus in lib. περὶ τῆς παίδων ἀγωγῆς.

Εἰ παρείκοι.] Apud Suidam in Λυκοῦργος, legitur εἰ παρήκει. & paulò pòſt,

ἐλευθέρεσις εἶναι καὶ οὐ πράττειν. quod præferre non dubitaui, cùm in codice noſtro eſſet, εἶναι καὶ πράττειν.

Pag. 451. Αλκρῇ ἀμπεχόμενος.] Apud Suidam hic locus integer legitur in voce μάγους. ſed pro ἀλκρῇ, legitur, διαπρεπεῖ κόσμῳ ἀλκρεῖ.

Pag. 453. Oi δὲ τούτου συγγενεῖς.] Exiſtimaui legendum eſſe, οἱ δὲ τούτων, vt de mulierum propinquis id intelligeretur, quibus dedecori erat cognatarum infamia.

Σαδυάττης ἀλυάττεω.] Imò, ἄρδυος, ex Herodoto lib. 1.

Ατταλην καὶ Αδραμυν.] Ab Attale Attalia vrbs Lydiæ mihi videtur dicta, quamuis Strabo ac Stephanus refragantur. Ab Adramy Adramyttium Myſiæ oppidum dictum eſſe veriſimile eſt. Ariſtoteles tamen ab Adramyto Alyattis filio Crœſi fratre id deducit: alij ab Hermone Lydorum rege, quem Lydi Adramyn dicunt, vt ſcribit Stephanus & Heſychius.

Pàg. 454. Σαδυάττην ὕπαρχον.] Exiſtimaui hîc legendum eſſe, ἔμπορον, vt paulò pòſt idem Sadyattes appellatur. quid quod & apud Suidam ἔμπορον legitur in V. κροῖσος;

Παμφάης.] Apud Ælianum lib. 4. variæ hiſt. Παμφαὴς ὁ Πριηνεὺς dicitur 30. minas dono dediſſe Crœſo Alyattis filio, patre adhuc ſuperſtite. qui numerus pecuniæ haud omninò conſentit cum Nicolai noſtri ratione. Mitto quod Ælianus currum argento onuſtum dicit, non auro.

Αλήθειαν ἐδιδάχθη.] Inter inſtituta Perſarum id primum ac præcipuum numerauerim quod pueros veriloquio adſuefaciebant. Hac enim adſuetudine tum omnia mala quæ ex mendacio tanquam ex fonte oriri ſolent, è medio tolluntur, tum ipſis pueris animi quædam altitudo ac celſitas accedit. Omnium verò præcipuè reges ac principes huic rei aſſueſcere oportet. Nam ſi iuſtitia virtus regia habetur, prorſus & veritas iuſtitiæ germana iiſdem colenda eſt. Itaque meritò in Iuliano id prædicat Mamertinus: *Mira eſt in principe noſtro mentis linguæque concordia: non modò humilis & parui animi, ſed ſeruile vitium ſcit eſſe mendacium. & verò, cùm mendaces homines aut inopia, aut timor faciat, magnitudinem fortunæ ſuæ princeps qui mentitur, ignorat.*

Pag. 457. Τῆς πρὸς τοὺς ἀρχομένους φιλίας.] Legendum, τῆς παρὰ τῶν ἀρχομένων.

Pag. 458. Μὴ συναπόλλυται.] Leges Grammaticæ hîc poſtulant vt legatur, συναπολέσθω, aut ſanè, συναπόλοιτο.

Η Σίβυλλα.] Quam ſuprà Herophilam Epheſiam vocauit. cuius, quod ſciam, alibi mentio extat nulla. Celebris eſt quidem Herophila Erythræa, Mermeſſo vrbe Troadis nata, vt ipſa cecinit his verſibus:

> Πατρὶς δέ μοι ἐστὶν Ερυθρὰ
>
> Μερμησσὸς δὲ μητρὸς ἱερὴ ποταμός τ' αἰδώνευς.

Malè apud Pauſaniam in Phocicis legitur μαρπησσὸς, cùm Μερμησσὸς legendum ſit ex Stephano Byzantio, ac Lactantio lib. 1. & Marc. Capella.

lib. 2. Hæc mille annos vixiſſe dicitur, vt ipſa verſibus prodidit, quos refert Phlego in lib. de Longæuis: vbi etiam dicit poſt obitum animam ſuam ſortes κληδόνας dictas fundere. corpus autem à feris & alitibus deuoratum, auguria & hepatoſcopiam hominibus oſtendiſſe. vixit autem ante bellum Troianum, teſte Pauſania. hanc tamen cum Epheſia noſtra videtur confudiſſe Varro apud Lactantium lib. 1. Poſſem multa hic de Sibyllis addere, prætermiſſa ab Onufrio Panuinio, viro elegantiſſimi ingenij: ſed breuitatis ſtudio miſſa nunc facio. Tantùm moneo emendandum eſſe errorem Onufrij de Sibylla Libyca. quippe ea omnium vetuſtiſſima fuit, teſte Pauſania. Itemque de Chaldæa, quam idem Onufrius Olymp. 120. vixiſſe ſcribit, inductus nomine Beroſi, qui eius pater fuiſſe dicitur, quem quidem ille pro Beroſo hiſtorico accepit. At is ex Pauſania longè alius fuit, multoque antiquior. Plura de Sibyllis vide apud Pauſaniam, Strabonem, Stephanum in Γέργιθος. Euſtathium in Ἰλ. β΄. pag. 351. ex Arriani Bithynicis.

Pag. 460. Τόν γε μὴν Ζωροάστρην.] Deeſt hic verbum aliquod, puta αἰδούμενοι, aut quid ſimile. niſi legas, τῷ γε μὴν Ζωροάστρῃ ἑπόμενοι.

Pag. 462. Ἐν ᾧ δὲ ἔτει.] Hæc & ſequentia vſque ad finem lib. 7. cuncta ad verbum tranſcripta ſunt ex lib. 1. Dionyſij Halicarn. pag. 69. ex quo quædam etiam hic emendauimus. Mirum verò eſt Nicolaum noſtrum adeò ſecurum fuiſſe, vt ex auctore, & quidem æquali, integras paginas furatus ſit. ſed omninò qui hiſtoriam vniuerſalem ſcribebat, multos ſcriptores compilare neceſſe habuit. Eius generis ſunt quæ ſuprà ex Cteſia deſcripta eſſe oſtendimus. Ex Xantho etiam Lydo multa eundem accepiſſe docent Stephani reliquiæ: nimirum properabat Nicolaus vt hiſtoriam ſuam Herodi regi amico, & eius cognitionis ſtudioſo detexeret. Porrò ex hoc furto ſatis colligitur Damaſcenum poſteriorem eſſe Dionyſio Halicarn.

Pag. 465. Λέξει τὰ τῆς ἀληθείας.] Apud Dionyſium legitur, τῆς ἀληθείας, malè, vt opinor. in exemplari noſtro ſcriptum eſt, τῆς ἀληθείας. Itaque vocem τὰ, addidi ex coniectura.

Τῆς ἀλόγου πραότητος.] Deeſt ὑπὸ, aut quæpiam ſimilis coniunctio.

Pag. 469. Κηνίνη.] Legendum, Καινίνη, ex Dionyſio lib. 2. pag. 101. vnde hæc tranſcripta ſunt. ſed viciſſim emendandus eſt Dionyſius ex noſtro codice. legendum enim in Dionyſio, τὸ μὴ λαβεῖν ὑπὲρ αὐτῶν δίκας.

Καθ' ἕνα τρεῖς γένοιντο.] In Dionyſio legitur, εἰ καθ' ἓν αἱ τρεῖς, rectius vt mihi videtur. pauloque poſt, πόλεμον ἐπάγειν. ἐξεστρατευμένων δὲ, &c. quod lectioni codicis noſtri præferendum exiſtimo.

Pag. 470. Ἐπὶ τοὺς λοιποὺς.] Apud Dionyſium legitur, ἐπὶ τοὺς αὐτοπεράτας.

Pag. 473. Οὐδὲ τινος ὑπήκοοι] Quædam hic tranſpoſita eſſe perſpicuum eſt. ſic enim legendum eſt, ὧν δὲ πρότερον οὐδὲ ὀνόματα ἠπίσταντο οἱ ἄνθρωποι, οὐδέ τινος ὑπήκοοι ἐγεγόνεισαν διὰ μνήμης, ἡμερωσάμενος.

Ὡς ἂν εὐδοκιμοῖεν.] Legendum videtur, ὡς ὂν εὐδοκιμοῖν. quod in verſione noſtra ſecuti ſumus. ferri tamen poteſt vulgata lectio.

Pag. 475. Ὀκταουΐῳ ὄντι ἐκείνῳ.] Octauium Auguſti patrem hic intelligi non ſine cauſa quis ſuſpicetur. Et verò ita ſenſiſſe H. Grotium declarat Latina eius interpretatio, quam affecta hac editione à Puteanis fratribus viris Clariſſimis commodatam accepi.

Καὶ τοῖς ἀνδράσι.] Cùm hic locus manifeſtè corruptus eſſet, exiſtimaui ita corrigendum eſſe leui, vt opinor, mutatione. καὶ, ὅπου τοῖς ἀνδράσι πολὺς ἐγγίνεται θόρυβος, ἐν πολλῷ ὁμίλῳ δημηγορήσας. Intelligit enim ſine dubio orationem funebrem quam Auguſtus vixtum decennis habuit in roſtris de laudibus auiæ Iuliæ. de qua re ſic Suetonius in Aug. *Quadrimus patrem amiſit, duodecimum annum agens, auiam Iuliam defunctam pro concione laudauit.* lege, *decimum annum agens*, ex Damaſceno noſtro, qui περὶ ἔνατον ἔτος, id ab Auguſto geſtum eſſe ſcribit. ſic Tiberius nouem natus annos defunctum patrem pro roſtris laudauit, teſte Suetonio.

Ος ἦν ἀπόγονος τοῦ τὸν Μακεδόνα Φίλιππον.] An potius, Περσέα, reſcribendum eſt. Etenim Q. Marcius L. F. Philippus bellum geſſit cum Perſeo Macedonum rege, & facilem victoriam Æmilio Paulo ſucceſſori tradidit. Huius patri L. Philippo hoſpitium interceſſerat cum Philippo Macedonum rege, vt ait Liuius lib. 4. Cæterùm id cognomen Philippi antiquiſſimum fuit in gente Marcia, quippe cùm anno V. C. 470. Q. Marcius Philippus Conſul recenſeatur in faſtis Capitolinis.

Pag. 477. Περὶ ἔτη μάλιστα ιδ´.] Hic verò locus inprimis eſt notatu dignus. quippe quo ætas legitima ſumendæ virili togæ vnicè firmatur, & difficultas ex corrupto Suetonij loco nata diſſoluitur. ſic enim ait Suetonius, XII *annum agens auiam Iuliam defunctam pro concione laudauit, quadriennio poſt virili toga ſumpta.* ex quo efficiebatur Auguſtum anno ætatis XVI. togam virilem ſumpſiſſe. ſed, vt ſuprà dixi, corrigendus eſt Suetonij locus, & pro XII. legendum eſt X. auctore Nicolao noſtro. quod & infrà clarius demonſtrabitur. Porrò tirones eo die quo togam puram ſumpſerant, ſolebant deduci in forum, atque in templa ſacrificandi cauſâ. quod ſignificat Appianus lib. 4. Ciuilium, Ἀτίλιος δὲ ἄρτι τὴν τῶν τελείων περιθέμενος στολὴν, ᾔει μὲν, ὡς ἔθος ἐστὶ, σὺν πομπῇ φίλων ἐπὶ θυσίας εἰς τὰ ἱερά.

Τὴν περιπόρφυρον ἐσθῆτα] Pueri nobiles Romæ togâ prætextâ amiciebantur; vnde & prætextati vocabantur. cuius conſuetudinis elegantem meo iudicio affert rationem Quintilianus declamat. 340. *Ego vobis allêgo etiam ipſum illud ſacrum pretextarum, quo ſacerdotes vtuntur, quo magiſtratus, quo infirmitatem pueritiæ ſacram facimus ac venerabilem.*

Εἰς τὸν Λευκίου Δομιτίου τόπον.] Is eſt L. Domitius Ahenobarbus, qui in acie Pharſalica occiſus erat ab Antonio, vt ait Cicero Philipp. 2. Iulio Cæſare 2. & Seruilio Iſaurico 2. Coſſ. quum ſuperiore anno Auguſtus annum agens quartumdecimum togam virilem accepiſſet. fuerat autem pontifex L. Domitius, quo ſacerdotio pater eius auuſque functi erant, teſte Suetonio in Neronis vita.

Ο δῆμος ἐχειροτόνησε.] Lege Domitia ius ſacerdotum ſubrogandorum

à collegis ad populum tranſlatum fuerat. Tulerat eam in tribunatu Cn. Domitius infenſus Pontificibus, quòd alium quàm ſe in locum patris ſui cooptaſſent, vt ſcribit Suetonius; ac Velleius. ipſe primus populi ſuffragiis Pontifex creatus eſt, teſte Liuio lib. 67. Poſtea verò cùm ea lex abrogata ab L. Sulla fuiſſet, T. Labienus Trib. pl. eam retulit Conſulatu M. Tullij Ciceronis, vt ſcribit Dio. Fiebat autem hæc ſacerdotum creatio comitiis tributis, 17. duntaxat tribubus ad ſuffragia vocatis: ab ea parte populi qui ſacerdos erat factus, lex iubebat vt à collegio cooptaretur. nam propter religionem populus ſacerdotia mandare non poterat, vt ait Cicero in Rullum Vide Gruchium lib. 2. de Comitiis De Pontificatu Cæſaris Octauiani extat Ciceronis teſtimonium in Philippica 5.

Οτι παῖς ὤν.] Melius legeretur, ὅτι παῖς ὢν, & mox, νόμῳ, τε μόνον.

Ἀεὶ τὴν πάτριον ἀμπίσχετο.] Percrebruerat hic mos ætate Ciceronis, vt nobiles adoleſcentes, atque etiam Senatores in hortis ac ſuburbanis ſuis externo vterentur cultu, ac pallium cum crepidis & mitella ſumerent. Verba Ciceronis ſunt in Orat. pro Rabirio Poſtumo: *Deliciarum cauſa & voluptatis non modò ciues Rom. ſed & nobiles adoleſcentes, & quoſdam etiam Senatores ſummo loco natos, non in hortis & ſuburbanis ſuis, ſed Neapoli in celeberrimo oppido cum mitella ſæpè videmus, &c.* Gellius quoque ſua ætate correptos à Caſtricio ſcribit Senatores, qui die feriato cum lacernis & gallicis eum adierant, *Licet is veſtitus de multo iam vſu ignoſcibilis eſſet.* ſic enim loquitur cap. xx. lib. 13.

Αὐτῇ δὲ] Legendum, τῇ δὲ, & paulò pòſt, ἐπιδυλευόμενός τε.

Ἑορτῆς Λατίνης.] Latinæ feriæ dictæ ſunt à Latinis populis, qui quotannis in montem Albanum conueniebant, Ioui Latiari ſacra facturi ex inſtituto Tarquinij Superbi. Eius ſacri participes erant 47. populi: aliiq. agnos, alij caſeos, alij liba conferre tenebantur. Communis omnium victima taurus erat vnus, qui pro ſalute omnium Diis immolabatur, iſque candidus. poſtea Senatuſconſ. cautum eſt, vt ruffulos quoque immolare liceret, teſte Arnobio lib. 2. ex quo carnes vnicuique populo diuidi oportebat. ſi quis præteritus eſſet feriæ inſtaurabantur, teſte Liuio lib. 32. initio, & lib. 37. Sacrificio autem præerant Romani, adeóque feriæ ipſæ indicebantur à Conſulibus cum primum magiſtratum acceperant, vt ex hiſtoria notiſſimum eſt. vnde & Varro lib. 5. de lingua lat. Latinas inter Conceptiuas ferias recenſet Vide Dionyſium Halic. lib. 4. Plinium lib. 3. Dio has Latinas ferias ſemper ἀνοχὰς appellat ſimpliciter. & πολίαρχον ἐν ταῖς ἀνοχαῖς Præfectum vrbi Latinarum cauſa, lib. 43. pag. 238. quod interpres non intellexit.

Τοὺς δ' ἱερεῖς.] Profectis ad Latinas ferias Coſſ. ne vrbs ſine imperio maneret, conſtituebatur à Coſſ. Præfectus vrbi Latinarum cauſa, iſque ea ætate quæ nondum Senatoria eſſet, vt docet Gellius lib. 14. extremo: atque vt plurimum adoleſcens aliquis nobili ſacerdotio ornatus, vt indicat Damaſcenus noſter. quod quidem alibi non reperias. De

hoc

hoc Præfecto Latinarũm ſic Tacitus lib. 6. Annal. *Dein Coſſ. mandabant: duràtque ſimulacrum quoties ob ferias Latinas præficitur qui conſulare munus vſurpet.*

Pag. 478. Σφόδρα ὀλίγοις συγγνούς.] Scribit Dio Cæſarem omnibus, qui bello Africo & Hiſpanienſi in poteſtatem eius venerant, veniam dediſſe, niſi quibus iam antea ignouerat. Eos enim qui ſæpius ipſi inſidias ſtruxiſſent conſeruare, ſummæ dementiæ non manſuetudinis eſſe exiſtimabat: primi autẽ delicti veniam concedere, neque implacabili iracundia ferri, id demũ ſui officij eſſe. Verba Dionis ſunt, lib. 44. p. 264.

Κόσμοις αὐτὸν στρατηγικοῖς ἀσκήσας.] Fortè στρατιωτικοῖς, cui emendationi fauet Suetonius in Auguſti vita: *Militaribus donis triumpho Cæſaris Africano donatus eſt, quanquam expers belli propter ætatem.* qui locus ſic vulgo legitur, *quadriennio poſt virili togâ ſumpta militaribus donis,* &c. vnde hic ſenſus exiſtit, Octauium eodem anno togam puram induiſſe, quo Cæſar triumphauit ex Africa, quod tamen falſiſſimum eſt.

Τῷ ἑαυτοῦ ἅρματι ἐπιβαίνειν.] Moris erat vt qui triumphans in vrbem introibat liberos & cognatos vtriuſque ſexus, ſi quidem prætextati adhuc eſſent, in curru iuxta ſe haberet; ſin grandiores eſſent, equis iugalibus funalibúſve imponeret. quod ſi plures eſſent, equis ſingularibus vecti currum proſequebantur, vt ſcribit Zonaras tomo 2. Annal. ex Dione. Cui adſtipulatur Appianus in Libyco his verbis: ἐπιβαίνουσι δ᾽ αὐτῷ ἐπὶ τὸ ἅρμα παῖδές τε καὶ παρθένοι, καὶ ἐπὶ τῶν παρηόρων ἑκατέρωθεν οἱ ἤθεοι συγγενεῖς· quod igitur Zonaras ſeu Dio dixerat, ἐπὶ τῶν ζυγίων καὶ σειραφόρων, id Appianus, ἐπὶ τῶν παρηόρων dicit: omiſſa iugalium mentione; in quibus ſediſſe adoleſcentes vix crediderim. In funalibus equis dexterior habebatur honoratior, vt teſtis eſt Suetonius in Tiberio, cum ait: *Dehinc pubeſcens Actiaco triumpho currum Auguſti comitatus eſt ſiniſteriore funali equo, cùm Marcellus dexteriore veheretur.* De hoc more celebris extat locus apud Ciceronem pro Murena, quem hic apponam. *An cum ſedere in equis triumphantium prætextati potiſſimum filij ſoleant, huic donis militaribus patris triumphum decorare fugiendum fuit, vt rebus communiter geſtis pene ſimul cum patre triumpharet.* quo loco mihi videtur ſcribendum eſſe, *patris triumpho decorari.* Porrò Damaſcenus noſter ait Octauium adoleſcentem currum auunculi duntaxat proſecutum eſſe: equo ſcilicet ſingulari vt mos erat. Sic Domitianus Iudaïcum patris ſimul ac fratris triumphum equo albo comitatus eſt, teſte Suetonio ac Dione.

Pag. 481. Ὁ μὲν ἤδη τῆς αὐτοκρατορικῆς.] Hæc de Iulio Cæſare accipienda eſſe exiſtimaui cui Senatus prænomen Imperatoris primo omnium decreuit, vt refert Suetonius: quod & Dio memorat, eodem quidem anno quo Damaſcenus noſter ſignificat, non tamen proximè poſt triumphum Africanum, ſed poſt victoriam Hiſpanienſem. Sed & H. Grotius hunc locum vertens de Iulio Cæſare acceperat. Cuius viri auctoritate opinionem noſtram firmari magnopere gauiſi ſumus.

Καὶ ἐν τοῖς θεάτροις.] Verba hic tranſpoſita eſſe ſatis apparet. proinde ſic legi debent, συνὼν δ' ὁ παῖς αὐτῷ καὶ ἐν τοῖς θεάτροις.

Θεατέων δ' Ἑλληνικοῦ.] Ludos Græcos verti. Duo enim genera ludorum à Cæſare edita eſſe Damaſcenus ſcribit, Latinos & Græcos. Latinis ipſe Cæſar præſedit, Græcis Octauius. Edebantur autem ij ludi à Cæſare ob dedicationem fori ſui. Appianus lib. 2. Dio ad hunc annum 708. τήν τε γὰρ ἀγορὰν τὴν ἀπ' αὐτοῦ κεκλημένην καθιέρωσε. καὶ πολλούς γε ἐπ' αὐτοῖς καὶ παντοδαποὺς ἀγῶνας ἔθηκε. Græci porrò ludi apparatu Græcanico, & lingua Græca edebantur. quorum meminit Cicero ep. 1. lib. 7.

Τούτῳ ἐπιτρέψαν ἐκείνου.] Rectius legeretur, τούτου ἐπιτρέψαν ἐκείνῳ. Et mox: ἐν καυματώδεσι, non καματώδεσι.

Pag. 482.] Συνέπεσε τὴν πορείαν.] Huius rei ſic meminit Suetonius in Auguſto. *Profectum mox auunculum in Hiſpanias aduerſus Cn. Pompeij liberos, vix tum firmus à graui valitudine per infeſtas hoſtibus vias pauciſſimis comitibus, naufragio etiam facto ſubſecutus magnopere demeruit.* Huius naufragij nulla apud Nicolaum noſtrũ eſt mẽtio, ideò, vt opinor, quod quædã hic conſulto omiſſa ſunt, quæ ad alios Excerptorũ libros pertinebãt. Sane vbicumq. colũ in Græco reperies, ſcias aliquid deeſſe.

Περὶ πόλιν Καρπίαν.] Vrbem intelligit quæ Carteia vulgo dicitur ſita in monte Calpe, teſte Pomponio Mela. vnde & coniunctim Calpe Carteia dicitur in Itinerario Antonini. Sane Strabo libro tertio eam Calpem nominat. Nam poſtquam de monte Calpe dixit, ſubiicit καὶ πρὸς αὐτῷ Κάλπη πόλις. quem locum infeliciter ſollicitat Caſaubonus, cùm Καρπηία reponit. Etenim auctor eſt Stephanus Κάλπην & Κάρπιαν à nonnullis vrbem hanc eſſe dictam. Κάλπη, inquit, πόλις Ἰβηρίας, ἐθνικὸν Καλπιανός, λέγουσι γὰρ καὶ τὴν πόλιν Κάρπιαν, τινὲς τούτους Καρπιτανοὺς οὐ Καλπιανούς φασι. qui locus ſic à nobis reſtitutus eſt. Emendationem vero noſtram ipſe confirmat Stephanus in Καρπηία cum ait. Εἴρηται ἐν τῷ Κάλπη, ὅτι τινὲς Καρπίαν τὴν πόλιν φασὶ καὶ Καρπιτανοὺς τὸ ἐθνικόν. pro Καρπίαν fortè legendum eſt Κάρπιαν, vt in priore loco ſcriptum eſt. tamen Pauſanias in Eliacorum 2. Καρπίαν nominat. Εἰσὶ δ' οἳ Καρπίαν Ἰβήρων πόλιν καλεῖσθαι νομίζουσι τὰ ἀρχαιότερα Ταρτησσόν. Quid quod & Appianus in Hiſpanienſi eandem Καρπησσὸν vocat, credo ad antiquam τῆς Ταρτησσοῦ appellationem alludens. Sic enim priſcis temporibus nominata eſſe dicitur, teſte Strabone, Pauſania, Mela, ac Plinio. quanquam Silius Italicus lib. 3. & diſtinxit ſimul & confudit his verſibus.

Arganthoniacos armat Carteia nepotes.
Rex proauis fuit humani ditiſſimus æui
Terdenos decies emenſus belliger annos.
Armat Tarteſſos ſtabulanti conſcia Phœbe.

Βούσχον καὶ συναίτιον.] Idem teſtatur & Suetonius his verbis, quæ illis quæ ſuprà attuli, coniuncta ſunt. *Approbata citò morum indole ſuper itineris induſtriam.* Induſtriam vocat quam Damaſcenus ἐπιμέλειαν. Porrò Octauium bello Hiſpanienſi interfuiſſe, & in contubernio Cæſaris mi-

litaſſe docet Dio lib. 43. in fine.

Ὡς πρῶτος.] Fortè ὅς.

Pag. 485. Περὶ ὧν ἔτυχεν.] Legendum puto, οἱ δὲ τῶν ἰδίων ἔτυχεν ἄλλων. ſed ſequentia prorſus corrupta ſunt, quæ quidem ſine ſcriptorum codicum ope reſtitui poſſe nequaquam exiſtimo. Ego in interpretando ſenſum qualemcunque expreſſi.

Ἐν τῇ μετὰ ταῦτα τὴν χώραν.] Lego, μετὰ ταύτην, ſupple, ἡλικίαν. Hunc autem locum ſic vetterat H. Grotius: *Verecundiam aliquis adoleſcentiæ propriam putet, quod aliis virtutibus natura ſequentem ætatem dicauerit.*

Pag. 486. Γαΐου Μαρίου παῖς.] Herophilus equarius medicus C. Marium ſepties Coſ. auum ſibi vendicando ita ſe extulit, vt coloniæ veteranorum complures & municipia ſplendida collegiaque ferè omnia patronum eum adoptarent. Quinetiam cùm C. Cæſar Cn. Pompeio adoleſcente in Hiſpania oppreſſo populum in hortos ſuos admiſiſſet, proximo intercolumnio penè pari ſtudio frequentiæ ſalutatus eſt. Cæterùm decreto Cæſaris extra Italiam relegatus, poſt eius necem in vrbem rediit, & conſilium interficiendi Senatus cepit. quo nomine damnatus à Senatu in carcere ſtrangulatus eſt, vt ſcribit Valerius Max. lib. 9. In Prologo lib. 116. Titi Liuij, & apud Appianum lib. 3. Ciuilium, initio, C. Amatius dicitur. Fortè quia Græcum ἡρόφιλος nomen in Latinam ſpeciem mutauerat. Eiuſdem meminit Cicero lib. 14. Ep. 6. ad Atticum, & in Philippica 1.

Προσποιεῖτο γὰρ τὸ γένος.] C. Marius VII. Coſ. in matrimonio habuerat Iuliam auiam Caij Cæſaris, ex qua C. Marius iunior natus eſt, vt auctor eſt Plutarchus.

Pag. 489. Ἀποδείκνυται εἶναι τῶν Πατρικίων.] Anno vrbis 709. Fabio ac Trebonio Coſſ. quo anno Iulius Cæſar Patricios allegit, teſte Dione in lib. 43. inter quos & gentem Octauiam magna vi retulit, vt ait Suetonius.

Pag. 90. Μετὰ δὲ ταῦτα.] Hoc fragmentum cum præcedenti, quod eſt de Abrahamo, continuandum eſſe ſatis apparet.

Pag. Σκαμάνδριος.] Hic Hectoris filius, collecta ex agro Troiano multitudine, in Scythiam venit, & ad Tanaïdem conſedit, vt ſcribit Anaxicrates lib. 2. rerum Argiuarum. Eius verba ex ſcholiis in Euripidis Andromacham hìc apponere viſum eſt: Ἀναξικράτης γὰρ ἐν τῇ β΄ τῶν Ἀργολικῶν οὕτως λέγει, ὁ δὲ Ἀμφινέα καὶ Σκαμάνδριον τὸν Ἕκτορος υἱὸν καὶ Παλαίτερον. ἦσαν δὲ αὐτῷ οὗτος μὲν νόθος, ὃς κατελήφθη ἐν Ἰλίῳ καὶ ἀπόλλυται· οὗτοι δὲ διασώζονται. Σκαμάνδριος δὲ ἀφίκετο εἰς Τανάϊδα. Ex quibus verbis apparet poſt excidium Troiæ hæc accidiſſe. Atque hæc eò libentius adnotaui, quòd veterem illam de Francorum origine hiſtoriam valdè confirment. Nam Francos plerique (inter quos eſt Aimonius monachus) deducunt à Troianis, qui capta Troia, Tanaïdem versùs commigrarunt. ſed quod Antenorem ducem eius coloniæ faciunt, in eo errant, cùm Scamandrius is fuerit, teſte Anaxicrate & Nicolao.

Μέμφων ἦν ποτε.] Hic locus deſcriptus eſt ex Stephani Byzantij integro

opere, quod habuit Conſtantinus Porphyrog. vt patet ex iis quæ cap. x de Sicilia citat ex Stephano, & paſſim tum in illis libris, περὶ θεμάτων, tum in libris de adminiſtrando imperio, in cap. 23. & 24.

Pag. 494. Μία τῶν πέντε.] Sic idem Stephanus in Τάμεια. Πόλις, inquit, Μεσσήνης μία τῶν πέντε.

Pag 497. Διήρχετο ἡ γυνὴ τοῦ Θρᾳκός.] Eadem hiſtoria refertur ab Herodoto, initio libri v ſed quædam diuerſa habet Herodotus ab hac Nicolai narratione. Neque enim Alyattem, ſed Darium Regem, nec mulierem Myſam, ſed ex Pæonum gente ponit.

Pag 510. Τὰ δὲ κεράμεια τῶν χρηστηρίων.] Legendum videtur τῶν χυτρείων, aut quid ſimile. quid enim ineptius quam oracula hic interpretari vt fecerat N. Cragius, cuius verſionem cùm hîc, tum alibi emendauimus.

Pag. 513. Ὀμβρικοί.] Sic dicti ſunt à Græcis Vmbri Italiæ populi, teſte Stephano & Herodoto lib. 1. ſunt & Ὀμβρικοὶ gens Scythica apud eundem Herodotum lib. 4.

Pag. 518. Βασυλιεῖς.] Legendum putaui Μασσυλιεῖς. Quos enim cæteri Maſſylos dicunt, eos Polybius Μασσυλιεῖς dixit lib. 7. Dionyſius de ſitu Orbis Μασυλῆας.

IN DIONYSIVM HALICARNASſeum Notæ.

Pag. 526. OTI Μάρκος Φήριος.] Hæc ad librum 12. pertinere cenſui. quæ enim in exemplari noſtro præcedebant fragmenta, ea ad priores Dionyſij libros ſpectabant. quæ quia in editis extabant, conſulto prætermiſi. Libros autem Dionyſij vndecim duntaxat priores integros habemus ex xx quos ſcripſerat. quorum librorum ipſe Epitomen conſcripſerat libris quinque, vt teſtis eſt Photius. Eam Epitomen laudat Stephanus Byzantius in Αἰκεια & Κορίολλα.

Τῶν Τυσκλανῶν] Liuius lib. 6. ad Annum vrbis 373. huius rei ſic meminit. *Tantùm ferè verborum à Tuſculanis in Senatu factum. Pacem in præſentia nec multo poſt ciuitatem impetrauerunt.* & Anno vrbis 377. *Incenſos Latinos ea rabie impetus Tuſculum tulit, ob iram quod deſerto communi concilio Latinorum non in ſocietatem modo Roman. ſed etiam in ciuitatem ſe dediſſent.* Ciuitatem porrò cum ſuffragij iure iis datam eſſe ſatis indicāt verba Dionyſij quæ ſequuntur, πάντων μεταδόντες ὧν τοῖς φύσει Ῥωμαίοις μετῆν. Secus quam opinatus eſt Onufrius in libro de Imperio Rom.

Μίαν δὲ πρᾶξιν οἰόμενοι.] Deeſſe videtur verbum aliquod puta συνέχειν aut quid ſimile.

Pag. 530. Σαμίοις ἀποίκοις.] Samij Athenienſium coloni dicuntur eo

quod Neleus Codri filius Athenienſis, Ionicæ coloniæ auctor fuit. vnde Iones omnes Athenienſium habentur coloni, tametſi multi extranei ex omni Græcia collecti cum Neleo profecti ſint, iique varias in ea parte Aſiæ vrbes fundauerint, vt ibi gratia Samum, de qua hîc ſermo eſt, Tembrion & Procles Nelei comites occuparunt, quorum Procles quidem Epidaurius fuit, teſte Pauſania in Achaïcis; Tembrion verò cuius fuerit ignotum eſt. Ambo ſocietate facta cum Caribus, circa Cheſium amnem conſederunt, vrbemque Samum in duas tribus diuiſêre; alteri Cheſiæ nomen inditum à præfluente fluuio, alteri Aſtypalææ, vt ex Themiſtagora ſcribit auctor Etymologici in Ἀστυπαλαία, vbi Προκλῆς, legendum eſt, non Πατροκλῆς, ex Pauſania, & Strabone, & Clemente Alex. lib. 1. περὶ στρωμ. legendum quoque eſt χησίαν, & χησίου ποταμοῦ, non Σχησίαν, auctore Plinio lib. 5. & Scholiaſte Nicandri in Alexipharm. χησιεῖς δὲ πρῶτον ᾤκησαν ἐν Σάμῳ, εἶτα Ἀστυπαλαιεῖς. Vide Stephanum in Χήσιον. Porrò de crudelitate qua Athenienſes tractarunt Samios, vide Plutarchum in Pericle.

Μεσσηνίους ἀδελφῶν οὐδὲν διαφέροντας.] Temenus & Creſphontes & Ariſtodemus, Ariſtomachi filij, Pindo profecti, Peloponneſum occuparunt. quorum Temenus quidem Argos cum comitibus ſuis ſortitus eſt. Creſphonti Meſſene ceſſit. Procles & Euryſthenes in locum defuncti patris Lacedæmonem ſortito obtinuerunt. Hinc ergo apparet fraternam quandam inter Lacedæmonios ac Meſſenios cognationem interceſſiſſe. Herodotus lib. 5. Meſſenios vocat Lacedæmoniorum ἰσοπαλέας, id eſt, conſortes, vt feliciter vertit Valla. De ſæuitia autem qua in Meſſenios vſi ſunt Spartani, conſulendus eſt Pauſanias.

Διαλέκτῳ χάειν.] Melius χάειτι.

Σολπίκιος Ῥοῦφος.] Is eſt Ser. Sulpicius Rufus, qui Tribunus militum fuit Conſulari poteſtate non ſemel. Eius meminit Liuius lib. 6. & Zonaras. hunc Prætextatum etiam cognominat Sigonius in Faſtis.

Πολιτείαν τὴν διὰ μέσου.] Duo ſemper in ciuitate Rom. fuerunt genera eorum qui in Repub. verſari vellent. alteri optimates, alteri populares dicebantur. qui ea quæ faciebant, quæque dicebant, multitudini grata eſſe volebant, populares: qui autem ita ſe gerebant, vt ſua conſilia optimo cuique probarent, optimates habebantur, vt præclarè ait Cicero in Orat. pro Sextio. Sed & tertium quoddam genus fuit eorum qui nec multitudini, nec patribus nimis fauerent, ſed mediam quandam inter optimates ac populares viam tenerent, quam πολιτείαν τὴν διὰ μέσου, hîc vocat Dionyſius. Saluſtius lib. 3. hiſt. factionem mediam, cùm ait, *Niſi fortè C. Cotta ex factione media Conſul aliter quàm metu iura quædam Tribunis pl. reſtituit.*

Ποστόμιος ὁ ὕπατος.] Anno vrbis 462. L. Poſtumius Megellus Conſul fuit tertiûm, cum C. Iunio Bruto Bubulco. Poſtumius (quippe III. Conſul) cùm collegam ſuum deſpectui haberet, Samniticum bellum extra ſortem accepit, collegâ in ordinem coacto, vt narrat Dionyſius. Ex hoc

igitur loco emendandi ſunt Faſti Sigonij, qui Poſtumio quietam prouinciam obueniſſe ſcripſit.

Pag. 533. Εἰς τοὺς ἰδίους ἀγρούς.] De hac re ita ſcriptum eſt in Prologo lib. xi. T. Liuij. *L. Poſtumius Conſularis, quoniam cum exercitui præeſſet, operâ militum in agro ſuo erat vſus, damnatus eſt.*

Pag. 534. Ἐξέπλευσεν.] Videtur legendum, ἐξέκλεισεν.

Οὐενουσίαν.] De hac colonia loquitur Velleïus lib. 1. *Sinueſſam Minturnaſque miſſi coloni. poſt quadriennium Venuſiam.* deducta autem ea eſt colonia L. Poſtumio Megello III. C. Iunio Bruto Coſſ. anno V. C. 462.

Pag. 537. Γαίος Λαιτώριος Μέργος.] Apud Valerium Max. lib. 6. cap. 1. M. Lætorius Mergus dicitur. *Libidinoſi Centurionis ſupplicium M. Lætorij Mergi Tribuni militaris æquè fœdus exitus ſequitur, cui Cominius Trib. pl. diem ad populum dixit, quod cornicularium ſuum ſtupri cauſa appellaſſet. Nec ſuſtinuit eius rei ſententiam Lætorius, ſed ſe ipſe ante iudicij tempus fugâ prius ſubtraxit, deinde etiam morte puniuit. Naturæ modum expleuerat, fato tamen functus, vniuerſæ plebis ſententia crimine impudicitiæ damnatus eſt.*

Ποπλίου υἱός.] Valerius Max. lib. 4. Titum Veturium vocat filium eius Veturij qui in conſulatu ſuo Samnitibus ob turpiter ictum fœdus deditus fuerat. Liuius non in nomine ſolùm, ſed etiam in tempore diſſentit. adoleſcentem enim vocat C. Publicium, idque eueniſſe ſcribit C. Poetelio, L. Papirio Coſſ. anno V. 427. quinquennio ante Conſulatum T. Veturij.

Pag. 538. Λεόφρονι.] Huius Leophronis Rheginorum tyranni meminit Iuſtinus lib. 21.

Pag. 541. Θοίνων ὁ φύλαρχος.] Lege φρούραρχος, vt ſuprà. hic corruptè Θυνίων ſcribitur apud Diodorum Siculum lib. 22. vbi & Σώστρατος dicitur qui hic Soſiſtratus.

Pag. 542. Βάλακρος.] Nomen eſt Macedonicum apud Polybium legat. 69. & Harpocrationem in Νικάνωρ, & Diodorum pro eo quod cæteri Φάλακρος dicerent. Solent enim Macedones β ἀντὶ τοῦ φ vſurpare pro φ. ſic Βίλιππος dicunt & Βερενίκη & Βάλακρος teſte Plutarcho cap. 9. quæſtionum Græcarum, & Stephano Byzantio in Βερεσία

Κρείττονα πάντως.] Hic locus certiſſimo mendo laborat quem ſic corrigere procliue eſt. κρείττονα πάντως εἶναι νομίσας, τοῖς εἰσηγησαμένοις τὴν γνώμην, & cætera.

Pag. 545. Ἐπικουρεία τοῖς ἐπέροις.] Mallem τοῖς ἐχθροῖς.]

IN APPIANVM ALEXANdrinum Notæ.

Pag. 546. EK Ρηγίλλου.] Sic emendaui, cùm in exemplari ſcriptum eſſet Ηειγίλλου. Auctorem autem emendationis habui Dionyſium Halicarn. lib. v. & Suetonium in Tiberio cuius hæc ſunt verba. *Patricia gens Claudia orta eſt ex Regillis oppido Sabinorum.*

Ρωμαίων καὶ Μασσαλιωτῶν θησαυρῷ.] In templo Apollinis Delphici multæ erant ædiculæ ſimiles earum, quas vulgo Cappellas dicimus, in quibus ſingulæ ciuitates ſua ſeparatim donaria collocabant. Hos θησαυροὺς Græci vocant. ſic θησαυρὸς Κορινθίων Delphis fuiſſe memoratur ab Herodoto lib. I. & Athenienſium, Lacedæmoniorum, aliorúmque theſauri recenſentur à Pauſania in Phocicis. De his theſauris fortè loquitur Varro lib. 6 de lingua Lat. cum ait. *Delphis in æde foramen ad latus eſt quoddam theſauri ſpecie quod Græci* ὀμφαλὸν *dixerunt.* Similiter & Olympiæ in Elide theſauri fuerunt variarum ciuitatum vt Sicyoniorum, Syracuſanorum, Metapontinorum, teſte Pauſania in lib. 2. Eliac. qui hos theſauros οἰκοδομητοὺς fuiſſe dicit. Polemo autem in Helladico hos theſauros ναοὺς, ſeu ædiculas vocauit. ſic enim ait teſte Athenæo lib. XI. Πολέμων οὖν περὶ τῶν ἐν Ὀλυμπίᾳ λέγων Μεταποντίνων ναοῦ γράφει ταῦτα. ναὸς Μεταποντίνων ἐν ᾧ φιάλαι ἀργυραῖ ρλβ. οἰνοχόαι ἀργυραῖ δύο· ἀποθυστάνιον ἀργυροῦν, φιάλαι τρεῖς ἐπίχρυσοι. ναὸς Βυζαντίων ἐν ᾧ τρίτων κυπαρίσσινος ἔχων κρατήριον ἀργυροῦν.

Μασσαλιωτῶν.] Sic in exemplari noſtro ſcribitur rectè. neque aliter Athenæus lib. XI. vbi de phialis diſſerit. ἔτι γοῦν καὶ νῦν οὕτως Μασσαλιῆται. quod per τροπὴν fieri ſcribit Stephanus in αἰγινα. vbi de terminatione in ιτης diſſerit. τὸ δὲ Βαργυλιήτης καὶ Μασσαλιήτης τέτραπται.

Πεντήκοντα μυριάσι.] Aliter Plutarchus in Camillo. ait enim ὦφλε τὴν δίκην ἐρήμην τίμημα μυρίων καὶ πεντακισχιλίων ἀσσαρίων ἔχουσαν· ὃ γίνεται πρὸς ἀργυρίου λόγον χίλιαι δραχμαὶ καὶ πεντακόσιαι. Cum Plutarcho conſentit Liuius lib. 5.

Pag. 549. Τὴν Ἀχίλλειον εὐχήν.] Eadem ſententia vtitur Plutarchus. ἐκεῖνος μὲν οὖν ὥσπερ ὁ Ἀχιλλεὺς ἀρὰς θέμενος ἐπὶ τοὺς πολίτας καὶ μεταστὰς, &c. Vota autem intelligit quæ Achilles facit apud Homerum ιλ. α. matrem orans vt à Ioue contendat, vt Troianis auxiliari tantiſper velit, & Græcos in fugam vertere, quo Græci & ipſe Agamemnon præſentiam ſuam deſiderent. At quanto modeſtius Ariſtides Athenienſis, qui cum in exilium decennale ſuffragiis teſtarũ miſſus eſſet, Deos immortales abiens precatus eſt, ne vnquam in illud tempus inciderent ciues ſui quo Ariſtidem deſideraturi eſſent. τῆς δὲ πόλεως ἀπαλλαττόμενος, inquit Plutar-

chius, ηὔξατο τὴν ἐναντίαν εὐχὴν τῷ Ἀχιλλεῖ. μηδένα καιρὸν Ἀθηναίοις καταλαβεῖν ὅς ἀναγκάσει τὸν δῆμον Ἀριστείδου μνησθῆναι.

Δέκιος δημότης.] Tribunum militum interpretatus ſum. P. enim Decius eo bello Tribunus militaris fuit, & egregiam operam nauauit, & prope æqualem Coſſ. ipſis gloriam retulit. vt refert Liuius lib. 7. Ac δημότης quidem plebeium ſignificare haud ſum neſcius: Decios etiam plebeios fuiſſe noram, vel ex illo Iuuenalis verſiculo.

Plebeiæ Deciorum animæ---

veruntamen quia ea interpretatio ac ſententia nimis frigida videbatur, malui aliter interpretari.

Μάμερκος.] Is C. Marcius Rutilus dicitur à T. Liuio & in Faſtis. Conſul cum Seruilio Ahala anno V. C. 411. ſequente autem anno Conſul fuit Æmilius Mamercas cum Plautio Vennone. ſed eius Mamerci, ſeu Mamercini nullæ partes in hac coniuratione fuerunt.

Pag. 553. Ἐν Ῥηγίῳ Ῥωμαίων.] Legendum videtur ἐν Ῥηγίῳ Ῥωμαῖοι οἱ ἐπὶ, & cætera.

Pag. 554. Μετάπεμπτος ἀπὸ Μεσσήνης.] Aliter id narrat Diodorus lib. 22. pag. 264. editionis noſtræ. Ait enim Decium à militibus ſuis pulſum Rhegio, Meſſanam abiiſſe, ibique cum in oculorum dolorem incidiſſet, à quodam medico qui Meſſanam olim Rhegio migrauerat, cæcatum fuiſſe. Cęterum pulſo Decio milites pręſidiarij M. Cæſium ſcribam eius imperatorem delegerant, vt teſtatur Valerius Maximus lib. 2.

Φαβείκιος.] Imò L. Genucius. hic enim Rheginorum vrbem cepit, & milites defectionis auctores Romam miſit, vt ex Liuio ſcribit Oroſius anno Vrbis 482. cùm anno 473. milites Rom. eam ciuitatem occupaſſent. Ita per decem annos eam vrbem tenuerunt, quod & Liuius ait libro 28.

Ἐξεῤῥίφησαν ἄταφοι.] Notanda ſunt Valerij Max. verba: *Milites qui Rhegium iniuſto bello occupauerant, Senatus carcere incluſit, ac M. Furio Flacco Trib. pl. denunciante ne in ciues Rom. aduerſus morem maiorum animaduerteret, nihilominus propoſitum executus eſt. Cæterùm minore cum inuidia id vt perageretur, quinquagenos per ſingulos dies virgis cæſos, ſecuri percuti iuſſit, eorumque nullum ſepulturæ mandari, mortemque lugeri vetuit.* Idem ſcribit Frontinus lib. 4. Strateg. qui totam legionem millia hominum quatuor ſecuri percuſſa eſſe narrat, cui accedit & Liuius in lib. 28. ſed Polybius circiter trecentos in foro necatos eſſe tradit. cæteros enim fortiter pugnantes in obſidione cecidiſſe: quod veriſimilius eſt. Sanè Appianus noſter τοὺς αἰτίους duntaxat morte mulctatos fuiſſe memorat.

Pag. 556. Ὅτι Κεδίκιος.] Pontius Cominius is dicitur à T. Liuio lib. 5. & Zonara in Annalibus, & Plutarcho. At Cædicius is eſt qui paulò antè nunciarat Tribunis pl. Vocem humana clariorem noctis ſilentio abs ſe audita fuiſſe, quæ iuberet Magiſtratibus dici Gallos aduentare, vt ſcribit Liuius.

Περὶ

Περὶ τ̃ ὑπάτου ἀρχῆς.] Fallitur hîc quoque Appianus. Neque enim Camillus Conſul, ſed Dictator à Senatu dictus eſt. Sed non dubito quin hic error compilatori adſcribendus ſit. Vide ſuprà, pag. 549.

Ὅτι Κελτοὶ τήν τε φύσιν.] Hic locus integrior extat apud Suidã in V. ἄδην.

Pag. 558. Μόνοι Συρακούσιοι.] Vide Liuium lib. 24.

Μυστηρίων ἀγομένων.] Sacra bonæ Deæ intelligit. quæ myſteria etiam appellat Cicero lib. 5. Ep. xxi. ad Atticum, & lib. 6. Ep. 1. *Facieſque me in quem diem Romana incidant myſteria certiorem.* Porrò qua occaſione Appianus in hoc libro de hoc Clodij adulterio ſit locutus, obſcurum eſt. niſi fortè narrabat hoc loco, quomodo Cyprus inſula in ditionem populi Romani veniſſet rogatione Clodij. hic enim liber de inſulis agebat, inſcriptuſque erat, Ρωμαϊκῶν Σικελικὴ καὶ Νησιωτική, teſte Photio.

Pag. 561. Ὅτι Μέτελλος. Hæc in Libycis Appiani hodie non extant. ex quo patet eum librum ad nos imperfectum perueniſſe, & extremam illius partem, in qua de bellis Numidicis agebatur, deſiderari. quippe inſcriptus erat hic liber, Ρωμαϊκῶν Λιβυκὴ καὶ Καρχηδονιακὴ καὶ Νομαδική.

Τουρπίλιον.] Saluſtius in Iugurthino, T. Turpilium Silanum vocat.

Pag. 562. Εὐμένει δ' ὡς οὐ λυσομένῳ ταῦτα Ρωμ.] Hæc partim corrupta, partim tranſpoſita ſunt. ac mihi videntur collocari debere poſt ea verba, διαβαλεῖν τὸν Εὐμένη ὡς οὐ λυσομένων τούτων τοὺς Ρωμαίους. vel ſanè, ὡς οὐ λυσόμενόν γε τοὺς Ρωμαίους.

Κλοιλίῳ.] Liuius lib. 44 Clondicum vocat regulum Gallorum, non vt Appianus noſter, Getarum. Plutarchus autem in Æmilio Paulo, Baſtarnas dicit. ἧκον γὰρ αὐτῷ δεηθέντι Βαστάρναι, μύριοι μὲν ἱππεῖς, μύριοι δὲ παραβάται. quæ Plutarchi verba nemo melius interpretatus eſt T. Liuio. Is ſic ait: *Veniebant x. millia equitum, par numerus peditum, & ipſorum iungentium curſum equis, & in vicem prolapſorum equitum vacuos capientium ad pugnam equos.* Tot verbis opus fuit vt vnica vox, παραβάται, explicaretur. Ex his autem colligi poteſt Baſtarnas Gallicam gentem fuiſſe. Hoc enim genus pugnæ proprium fuit Gallorum, vt teſtis eſt Pauſanias in Phocicis: δύο γὰρ οἰκέται περὶ ἕκαστον τ̃ ἱππευόντων ἦσαν ἀγαθοὶ καὶ αὐτοὶ τὰ ἱππικά, &c. quæ breuitatis ſtudio prætermitto. Germani quoque hoc genere pugnæ exercitati fuêre, vt ait Cæſar lib. 1. de bello Gallico in fine: *Equitum millia erant ſex, totidem numero pedites velociſsimi, quos ex omni copia ſinguli ſingulos ſuæ ſalutis cauſa delegerant. Cùm his in prœliis verſabantur, &c.* Parum refert hoc quidem loco Gallicam an Germanicam gentem dicamus: quippe Gallos Germanis permixtos fuiſſe conſtat. Certè T. Liuius, quem regem Gallorum in libro 44. vocat, eundem regulum Baſtarnarum dicit lib. 40. extremo. Et Diodorus Siculus eos modò Γαλάτας, modò Κελτοὺς nominat. Denique in Prologo libri 32. Trogi Pompeij ſatis indicatur Baſtarnas à Gallis ortos eſſe.

Pag. 565. Παρελθὼν. ἐς τὴν ἀγορὰν εἶπε.] Eadem ferè oratio Pauli Æmilij legitur apud Plutarchum in eius vita.

Pag. 566. Τῆς ἀποχειροτονηθείσης βασιλικῆς.] Error eſt compilatoris, qui cùm

librum primum Appiani Βασιλικὴν inſcribi cerneret, ita & totum opus inſcriptum eſſe exiſtimauit. ſed Appianus ipſe in Procœmio hiſtoriæ ſatis docet opus ſuum Ῥωμαϊκὴν ἱστορίαν inſcriptum eſſe, ac primum quidem librum, quod res ſub regibus geſtas continet, inſcribi, Ῥωμαϊκῶν βασιλικήν. ſecundum verò, Ῥωμαϊκῶν Σαυνιτικὴν, & ſic deinceps. Vtinam verò ſaltem poſtremus huius ſcriptoris liber extaret, in quo omnes reditus ſumptuſque ac legiones & claſſes Imperij Romani prodiderat, vt ipſemet teſtatur.

IN DIONEM COCCEIANVM *Notæ.*

Pag. 569. Δίωνος Κοκκιανοῦ.] Sic in exemplari noſtro ſcriptum erat, pro Κοκκηϊανοῦ, vt rectè ſcribitur in Scholiis Iſacij Tzetzæ in Lycophronem, & apud Suidam alioſque. Dio etiam Chryſoſtomus dictus eſt Cocceianus, vt docet Epiſtola Traiani ad Plinium Secundum. Hæc enim Epiſtola, vt & illa Plinij, cui reſpondet Traianus, pertinet ad Dionem Chryſoſtomum. Quippe Dio cùm frequenter ciuibus ſuis ſuaſiſſet vt opus quoddam publicum ad vrbis ornatum extrueretur, tandem ipſe Curator eius operis decreto Pruſenſium erat creatus. In eo ædificando tabernam ærariam deſtruxit, & ſepulcra quædam ac ſtatuas tranſtulit. Hinc calumniatores ab eo vrbem deſtrui ac diſturbari omnia clamabant, vt teſtatur ipſemet Dio Orat. 40. 45. 46. & 47. Itaque cùm opus illud perfectum vrbi aſſignaret Dio, vexatus eſt à quibuſdam, vt teſtatur Epiſtola Plinij ad Traianum cum reſcripto Traiani, in quo Cocceianus Dio disertè appellatur. Atque vt coniecturam meam liberè proponam, videtur mihi Dio id pronomen vſurpauiſſe in gratiam Cocceij Neruæ, cui inprimis carus fuit, vt ipſe teſtis eſt initio Orat. 45. Hunc porrò auum fuiſſe maternum Dionis hiſtorici ſuſpicor, tum ex nominis gentilitate, tum ex patriæ coniunctione. Ambo enim Bithyni fuêre. prior quidem Pruſenſis ex ea Pruſa quæ ad Olympum ſita eſt, teſte Plinio: alter Nicænus.

Ἐν Κολωνῷ Κυρινναλίῳ.] Idem dicit Solinus cap. 2. *Numa in colle primùm Quirinali habitauit, deinde propter ædem Veſtæ, in regia, quæ adhuc ita appellatur. Tullus Hoſtilius in Velia, vbi poſtea ædes Deum Penatium eſt facta,* &c. qui locus videtur tranſlatus eſſe ex Varrone lib. 1. de vita populi Rom. cuius verba hæc profert Nonius in ſecundum. *Tullum Hoſtilium in Velis, vbi nunc eſt ædes Deum Penatium: Ancum in Palatio ad portam Mugioniam ſecundum viam ſub ſiniſtria.* Lege *habitaſſe in Velia.* Sic enim dicebatur locus ille teſte ipſo Varrone lib. 4. de lingua lat. *Velienſis ſexticepſos in Velia ad ædem Deûm Penatium.* vel potius legendum eſt *in Veliis* numero plurali; quemadmodum vocat Dionyſius Halicarn. lib. 1.

pag. 54. vbi de templo Deûm Penatium loquitur, quod erat Romæ iuxta forum, λέγεται δὲ, inquit, κατὰ τὴν ὀπισθίαν γλῶτταν ὑπὸ Ἐλαίαις τὸ χωρίον. Interpretes *ſub oliuis* vertunt, cum vertendum ſit *in Veliis*.

Σαλίους τοὺς κολλινούς.] Hi & Agonales dicti ſunt. vouerat eos Tullus Hoſtilius in bello contra Sabinos. Alij erant Salij Palatini dicti, quos inſtituit Rex Numa, quorum ædes erat in Palatio. at Collini ædem habebant in tumulo Collino. vt docet Dionyſius Halic. lib. 2. & 3. Quocirca fallitur Seruius qui in lib. VI. Æneid. ſcribit duo eſſe genera Saliorũ, Collinos & Quirinales à Numa inſtitutos, & ab Hoſtilio Pauorios ac Pallorios. Atqui ex Dionyſio ac Dione didicimus Collinos ab Tullo Hoſtilio inſtitutos fuiſſe: quos quidem & Quirinales dictos fuiſſe & Agonales exiſtimo, eo quod in colle Quirinali, qui & Agonalis dictus eſt, ſacra habebant. Pauorios vero ac Pallorios vnde hauſerit Seruius, ignoro. niſi fortè à Pauore & Pallore ita dictos cenſeamus, quibus Tullum Hoſtilium in bello contra Fidenates aram vouiſſe Liuius ſcribit. quo in bello etiam 12. Salios eundem vouiſſe auctor eſt, quos Dionyſius, vt dixi, bello Sabino votos eſſe prodidit.

Pag. 577. Οὐκ ἄκουσα δὴ ἐμοιχεύθη.] Hic vero grauiſſima iniuria Lucretiam afficit Dio, qui eam minime inuitam cum adultero commixtam eſſe ſcribit. quo conceſſo perit omnis grauitas quæ in hac hiſtoria debet eſſe. Etenim cum hæc res cauſam inſignis mutationis Reip. Rom. attulerit, ſitque quaſi quidam cardo hiſtoriæ populi Rom. procúldubio grauiter enarranda fuit. quo appareret non ſine graui cauſa Reges, quorum imperio à condita vrbe aſſueuerant Romani, vrbe expulſos fuiſſe. Non igitur dicendum fuit Lucretiam minime inuitam ſtuprum eſſe paſſam. hoc enim proximum culpæ eſt. ſed vi ac ferro coactam fuiſſe. Porrò cum hac Dionis noſtri narratione conferri poteſt narratio Dionyſij Halicarn. lib. 4. cui meo quidem iudicio longè præſtat illa Diodori Siculi pag. 253. editionis noſtræ omnibus vero illa Titi Liuij quæ eſt in lib. 1.

Ἐθρυλλήθη.] Malim ἐθρυλλεῖτο, & paulò pòſt, ὅσα προσῆκεν, non προσήκειν.

Pag. 578. Τὰς πύλας ἐν ἀτιμίᾳ.] Eam portam ſceleratam appellarunt Romani, non quod ſceleris vllius cauſam præbuiſſet, ſed quia infauſtum exitum ominari videbatur. Itaque vt contaminatam cuncti eam vitabant. ſceleratum autem pro contaminato antiqui ſumebant. vt apud Cæſarem lib. 6. & Liuium lib. 2. Itaque eleganter Ouidius Faſt. 2.

Porta caret culpa, ſed tamen omen habet.

& Dio ἄτιμον eam portam, quod eſt infamem habitam eſſe dicit. Aliam ob cauſam vicus quidam ſceleratus à Rom. dictus eſt, quod nimirum graue olim ſcelus in eo vico admiſſum fuiſſet. Adeò infamia ſceleris etiam loca ipſa inficit. ac præclarè Tertullian. in lib. 2. de cultu feminarum. *Vt cum*, inquit, *in alicuius agro latrocinium geſtum eſt, crimen quidem dominum non contingit, dum tus tamen ignominia notatur.* Et

Pomponius Mæla lib. 2. Scironia ſaxa ſæuo quondam Scironis hoſpitio etiamnum infamia eſſe dicit. Ouidius in Ibin.

Infamémque locum ſceleris quæ nomine fecit,
Preſſit & inductis membra paterna rotis.

Μὴ μετ' ἐκείνοις ἤμωσι.] Hæc vox corrupta eſt. Itaque legendum putaui, ὅτι μὴ ἐκείνοις ἤμωσι. De hac condemnatione Menenij Coſ. eadem ſcribit Dionyſius Halicarn. lib. 9.

Γραμματιστής τις.] Nota hiſtoria, quam Alfius Auitus vetus poëta lib. 2. excellentium his trimetris expoſuit.

Tum litterator creditos
Ludo Faliſcûm liberos
Cauſatus in campi patens
Extraque muri ducere,
Spatiando paulatim trahit,
Hoſtilis ad valli latus.

Apud Priſcianum lib. 8. Idem Priſcianus lib. 12. hos eiuſdem Auiti ex libro 2. verſus affert, qui ad eandem hiſtoriam pertinere mihi viſi ſunt.

Seu tute mauis hoſpites,
Seu tute captiuos habe.

ſunt enim ex oratione Ludimagiſtri ad Camillum. Itaque legendum puto. *Seu tute mauis obſides.* hic eſt, vt opinor, Flauus Alfius Auitus qui ſummam ingenij vim deſidia & carminibus eneruauit, vt ait Seneca lib. 1. Controu. 1.

Ἡ κερδοῦς ἐλπίδι.] Hæc ex Dione tranſcripſit Zonaras pag. 32. vt ad marginem notaui. Idem tamen multa hic adiicit, quæ non ex Dione ſunt, ſed ex Plutarcho deſumpta in Camillo. Solet enim Zonaras, vbi in aliquam hiſtoriam incurrit quæ à Plutarcho refertur, relicto Dione Plutarchi ſcrinia compilare.

Pag. 581. Τῶν ποντιφίκων.] Liuius non id ſolenne Pontificum ſacram fuiſſe dicit, ſed proprium ac priuatum gentis Fabiæ. cui conſentit & Valerius Max. lib. 1. vterque autem in prænomine Fabij Dorſonis emendandus ex Dione eſt, & pro C. ſcribendum K. qua ſingulari nota Kæſonis pronomen veteres deſignabant.

Οὐ ἱερουργία ἱκνεῖτο.]. Pontifices & ſacerdotes apud Romanos per vices miniſtrabant, ac Romæ quidem Iuliani Aug. ætate per 3. dies ſinguli ſacerdotes functionem ſuam obibant; quibus peractis ſtationem ſuam alteri tradebant. quod & olim obtinuiſſe innuit Polyb. cap. 23. legat. alibi vero aliud atque aliud præſcriptum ſpatium erat, vt dicit Iulianus in fragmento Epiſtolæ ἀνεπιγράφου, quam D. Petauio viro vndecunque doctiſſimo debemus. Eius moris veſtigia mihi videor deprehendiſſe, apud Herodianum libro 1. vbi de agone Capitolino ſcribit. Στεπτὸς δὲ καὶ ἀθλοθέτης σὺν τοῖς λοιποῖς ἱερεῦσιν, οὓς ἐν περιόδῳ χρόνων ἡ τάξις καλεῖ, ὁ βασιλεὺς γίνεται. quem locum ſic vertit Politianus. *Cum ſacerdotibus quos ordo ſingulis annis poſtulat.* Mihi ſic vertendus is locus videbatur.

Cùm ſacerdotibus qui tum ſuo ordine ad miniſterium obeundum vocantur. Apud Hebræos quidem Sacerdotes ac Leuitæ octo dies ſinguli in templo miniſtrabant ex inſtituto Dauidis, vt refert Ioſeph. lib.7.

Pag. 582. Πλὴν κατασκαφῆς.] Cur ab euerſione ædium tandem abſtinuerint Romani, ratio hæc videtur eſſe, ne vrbs huiuſmodi deſtructionibus ædificiorum deformaretur. Sane etiā priſcis illis temporibus, ratò eam pœnam de ſceleſtis ac nefariis ciuibus ſumptam legimus. nec pluſquam quinque exempla in Romana hiſtoria extant, quæ collegit Cicero in Orat. pro domo. Primus ea pœna adfectus eſt Sp. Mælius eo quod regnum affectaſſet. de quo præclara hæc ſunt T. Liuij verba. *Nec ſatis eſſe ſanguine eius expiatum, niſi tecta parietéſque intra quos tantum amentia conceptum eſſet diſſiparentur, bonáque contacta precijs regni mercandi publicarentur.*

Pag. 585. Οὐκ ἀπίοιεν εἰ μὴ τὰ ἄγοιεν.] Hæc mirum in modum obſcura ſunt. Ego ita ſum interpretatus quaſi legeretur ἢ μὴ φάγ. vide interim Liuium lib. 6.

Νυκτὸς γὰρ πάντως ἐκ τῶν πατρίων.] Liuius lib. 9. idem dicit. *Nocte ſilentio, vt mos eſt, L. Papirium Dictatorem dixit.* Idem lib. 8. *Cùm Conſul ineunte nocte ſilentio diceret Dictatorem.* Et paſſim apud eum ſcriptorem id occurrit. quid autem ſit ſilentio ſurgere, egregiè docet Feſtus. *In auſpiciis*, inquit, *ſilentium dici vbi qui poſt mediam noctem auſpicandi cauſa ex lectulo ſuo ſilens ſurgit, & liberatus à lecto in ſolido ſedet, ſilétque ne quid eo tempore deiiciat inde ſe in lectum repoſuit* in V. *ſilere* & in *ſiniſtrum.* Sed & Velius Longus lib. 1. de Orthographia eius moris meminit cum ait. *Oriri apud antiquos ſurgere frequenter ſignificabat, vt apparet in eo quod dicitur. Oriens Conſul Magiſtrum populi dicat, quod eſt ſurgens.* quæ priſcæ legis verba fuiſſe equidem exiſtimo. Per Magiſtrum populi Dictatorem intellige. Sic enim olim vocabatur teſte Cicerone, Varrone, ac Feſto. Neque verò intererat nocte ineunte an poſt mediam noctem à Conſule diceretur Dictator, dummodo auſpicato dictus eſſet noctu. ſecus in aliis auſpiciis magiſtratuum. ea enim ferè poſt mediam noctem peragebantur. Sane qui Magiſtratum inituri erant nonniſi poſt medium noctis auſpicio operam dabant. vt teſtatur Dionyſius Halicarn. lib. 2. ἐπαυλίζονται μὲν γὰρ οἱ τὰς ἀρχὰς μέλλοντες λαμβάνειν· καὶ περὶ τὸν ὄρθρον ἀνιστάμενοι ποιοῦνταί τινας εὐχὰς, &c. quem locum Gelenius de Candidatis interpretatus eſt. cuius errorem ſecutus quoque eſt Caſaubonus ad Suetonij Auguſt. cap. 95. Ecquis vero vel mediocriter in Romana hiſtoria verſatus vnquam audiuit penes candidatos auſpicia fuiſſe? quæ nonniſi Magiſtratuum erant. Quid quod & Plutarchi locum ſiniſtre interpretatur ibidem Caſaubonus. verba Plutarchi ſunt in Marcello. ὅπως ἄρχων ἐπ᾽ ὄρνισι καθεζόμενος, &c. hæc de Candidatis accipienda eſſe affirmat. At Plutarchus ibi loquitur de Conſule qui Comitia habiturus eſt. Ecquando verò ἄρχων apud Græcos pro candidato ſumitur. Proinde emendandus eſt

hic error Caſauboni, quem in explicando Suetonij loco nihil vidiſſe conſtat, idque tunc cum plus ſibi vidiſſe quam cæteri videretur. hanc enim explicationem ſuam reiecta atque exploſa aliorum ſententia ambitiosè proponit, & morem ex prima antiquitate abs ſe illuſtratum iri præmonet. Porrò Dionyſij locum de Candidatis non eſſe ſumendum ita vincimus. *οἱ τὰς ἀρχὰς μέλλοντες λαμβάνειν*, ad verbum ſunt ij qui Magiſtratum inituri ſunt. ij circa diluculum ſilentio ſurgebant è cubili. deinde iam candente die vrbem ingreſſi, ſedebant pauliſper in tribunali, & aliquid agebant pro magiſtratu. & ita auſpicati eſſe, & egiſſe eodem die dicebantur. diem enim definiebant Romani à media nocte ad mediam noctem. vt ait Gellius lib. 3. cap. 2. & Cenſorinus cap. 24. hinc quia coniuncta erant auſpicium & actio, auſpicari dicitur ſæpe qui agere incipit. Illuſtris eſt Ciceronis locus lib. 1. in Verrem qui ad hunc morem pertinet. *Nam vt Prætor factus eſt, qui auſpicato à Chelidonide ſurrexiſſet, ſortem nactus eſt vrbanæ prouinciæ.* vbi Aſconius notat. *Auſpicari dicuntur ineuntes magiſtratum.*

Pag. 586. *Ἐνόμισαν εἶναι*] Legendum *ἐνόμισεν*, & paulò ſuprà pro *ἐχειροτονήθη*, non dubito in Dionis libris fuiſſe *ἐχειροτόνησε*. quod confirmat Cicero lib. 2. de Oratore: *Cùm C. Fabricio P. Cornelius, homo auarus & furax, ſed egregiè fortis & bonus Imperator, gratias ageret, quòd ſe homo inimicus Conſulem feciſſet bello præſertim magno & graui. Nihil eſt quo mihi gratias agas, inquit, ſi malui compilari quàm venire.* Idem refertur ab Agellio lib. 4. vt notat Sigonius ad annum V. C. 476.

Pag. 589. *Φίλιππος ὁ Μακεδών.*] At per hæc tempora nullus eo nomine regnauit in Macedonia, quocirca hunc locum corruptum eſſe non dubito.

Pag. 590. *Ἐπὶ μεῖζον διαιρούμενοι.*] Apud Zonaram pag. 51. legitur, *ἐπὶ μεῖζον αἰρόμενοι*, rectius.

Κύντον Φάβιον.] Hiſtoriam hanc narrat Valerius Max. lib. 6. cap. 6. quam Sigonius in Faſtis refert ad annum V. C. 485. Huius autem conſuetudinis mentio fit in lege 17. D. de Legationibus: *Si quis Legatum hoſtium pulſaſſet, contra ius gentium id commiſſum eſſe exiſtimatur, quia ſancti habentur Legati. Itaque eum qui Legatum pulſaſſet, Q. Mutius dedi hoſtibus, quorum erant Legati, ſolitus eſt reſpondere.*

Ὑπὸ Κορινθίων ἀποικισθῆναι.] Idem teſtatur Thucydides lib. 1. Stephanus quoque Byzantius ſcribit Gylacem Corinthium ducentorum ciuium coloniam eò deduxiſſe, ab eóque vrbem Gylaciam eſſe dictam.

Pag. 593. *Δι' αὐτὴν ἀποσῆναι.*] Fortè legendum eſt, *διὰ τὸ ἀποσῆναι*, quod ſuadent verba quæ leguntur in Epitome lib. 18. T. Liuij: *Cumque Atilio proſperè bellum gerenti ſucceſſor à Senatu non mitteretur, idipſum per literas ad Senatum miſſas conqueſtus eſt: in quibus inter cauſas petendi ſucceſſoris erat, quod agellus eius à mercenariis deuaſtaretur.* Addit Valerius Max. lib. 4. Regulum iis literis poſtulaſſe à Coſſ. vt ſucceſſor ſibi quamprimùm mitteretur, ne deſerto agro quem VII. iugerum in Pupinia ha-

bebat, non eſſet vnde vxor ac liberi ſui alerentur. Quæ poſtquam Senatus à Coſſ. accepit, & agrum alij villico colendum locaſſe, & alimenta coniugi eius ac liberis præberi, reſque quas amiſerat, redimi publicè iuſſiſſe.

Πόλεμον ἀράμενον.] Legendum ἀράμενοι, & mox, χειροτονούμενοι, ex Zonara pag. 66. itemque ἐποιήσατο. Vide Faſtos Sigonij, editionis Baſilienſis, ad annum 527. Nam in editione Veneta lapſus erat Sigonius, hancque hiſtoriam anno Vrbis 590. retulerat.

Τοῦ Πίννου ἀποστερήσαντες] Erat Pinneus Agronis Illyriorum regis filius, matre genitus Triteuta: quâ repudiatâ Agron Teutam vxorem duxit, eique regnum moriens adminiſtrandum reliquit. Sed Teuta cùm bellum graue aduerſus populum Romanum ſuſcepiſſet, paulò pòſt tædio victa, ac metu perculſa, imperio ſe abdicauit: quod Demetrius, qui Triteutam Pinnei matrem duxerat, tutorio nomine gerendum ſuſcepit, vt ex Dione narrat Zonaras pag. 68. vtriuſque autem codices emendandi ſunt; vbi enim Agron Σαρδιαίων Rex dicitur, Ἀρδιαίων ſcribi debet ex Strabone in lib. 7. Appiano in Illyrico & Stephano. Polybius Ἀρδιαίους vocat. Idem error eſt apud Polyænum lib. 4. vbi de Lyſimacho. Huius porrò Pinnei meminit, præter Dionem & Appianum, Liuius lib. 22. *Ad Pinneum quoque regem in Illyrios legati miſſi ad ſtipendium, cuius dies exierat, poſcendum.*

Pag. 597. Τὰ χρεῖα ὁ Φάβιος ἀποδόμενος.] Eam rem narrat Liuius lib. 22. & Plutarchus in Fabij vita. Valerius Max. libro 4. cap. 8. ita ſcribit: *Fabius Max. captiuos ab Hannibale interpoſita pactione nummorum receperat: qui cùm à Senatu non præſtarentur, miſſo in vrbem filio, fundum quem vnicum poſſidebat, vendidit, eiuſque pretium Hannibali protinus numerauit.*

Pag. 601. Οἱ τὰ αὐτὰ ἐποίησαν.] De Acerranis hîc Dionem loqui teſtis eſt Zonaras pag. 81. quorum vrbem Hannibal cùm in deditionem accepiſſet, diripuit atque incendit, vt paulò antè Nuceriæ fecerat. Liuius lib. 23. Itaque hic locus ita ex Zonara ſupplendus eſt, Ὅτι καὶ Ἀκεῤῥανοὺς ἑλὼν ἐπὶ ταῖς αὐταῖς τοῖς Νουκερινοῖς συνθήκαις, τὰ αὐτὰ, &c.

Pag. 602. Μὴ ἐννόμου ἡγεμονίας.] Imperium illud illegitimum vocat Dio, quod priuato delatum eſſet. Poteramus etiam interpretari Extraordinarium. ſic enim Latini vocant. Cicero in Philipp. xi. *Nam extraordinarium ſemper imperium populare atque ventoſum eſt, minimè veſtræ grauitatis, minimè veſtri ordinis.* Et paulò pòſt, extraordinarium id eſſe imperium docet, quod non magiſtratui, ſed priuato deferretur. cuiuſmodi imperium fuit quod tum P. Scipioni in Hiſpania eſſe populus iuſſit, vt ſcilicet Procoſ. res gereret. Nemo autem mirari debet, ſi is qui Procoſ. eſt, priuatus dicitur. Etenim priuatus dicitur qui Magiſtratum non gerit. Procoſ. autem ac Propr. magiſtratus non eſt. Itaque P. Scipioni huic de quo agimus, confectâ prouinciâ denegatum triumphum eſſe ſcribit Liuius lib. 29. quod ſine magiſtratu res geſſiſſet. Ex his

apparet falli Sigonium lib. 3. de antiquo iure prouinc. cap. 7. vbi magiſtratum qui confectâ prouinciâ in vrbem redibat, priuatum ingredi dicit, quia ſcilicet imperium non habebat. Nam, vt dixi, priuatus opponitur magiſtratui, non Imperatori. Itaque Magiſtratus qui in vrbem redibat, licet imperium deponeret, priuatus tamen dici non poterat.

Στάσεως γενομένης τῶν στρατιωτῶν.] Quædam hîc deeſſe ſatis apparet, quæ ex Ioanne Zonara ſupplenda ſunt: ex quo etiam meam interpretationem hîc adornaui.

Pag. 605. Ὅτι Ἀρχιερεὺς ὢν, ἔμελλεν ἀκλήρωτος.] Habuit quidem Craſſus Conſul & Pontifex Max. prouinciam, ſed ſine ſorte. Itaque rectè ἀκλήρωτος à Dione dicitur. Id Liuius ita explicat lib. 28. *Nominatæ Coſſ. prouinciæ ſunt: Sicilia Scipioni extra ſortem concedente collega, quia cura ſacrorum Pontificem Max. in Italia retinebat: Brutij Craſſo.* Notanda autem eſt religio Romanorum, qui nefas putabant Pontificem Max. extra Italiam proficiſci, ne ſacrorum cura desereretur. Primus multis poſt ætatibus P. Licinius Craſſus Coſ. idemque Pontifex Max. extra Italiam profectus eſt, quod nunquam antea factum erat, idque ei peſſimè ceſſit. victus enim & interfectus eſt, vt eſt in Epitome 59. Titi Liuij. Ac tum quidem multis eam Craſſi Pontificis Max. profectionem extra Italiam diſplicuiſſe, deque ea re magnis contentionibus in Senatu & ad populum actum fuiſſe teſtis eſt Cicero Philipp. XI.

Pag. 605. Ὅτι ἱμάτιον ἀνεβάλλετο.] Apud Græcos lautiſſimus ac beatiſſimus quiſque pallium in humeros reijciebat, idque ἱμάτιον ἀναβάλλεσθαι dicebant. quod & athletis vſitatum fuiſſe docet Libanius in Orat. pro ſaltatoribus, pag. 490. Ἤδη τις Ἀθλητὴς μακρὰ βαίνων καὶ διάβροχος ἐλαίῳ τῆς ἐσχάτης δυσωδίας, ἀναβεβλημένος ἱμάτιον. Contrà modeſtiores brachium pallio cohibebant, vt notatum eſt ſuprà.

Pag. 610. Τὸ δεινὸν ἐκεῖθεν ἀρξάμενον.] Idem tradit Liuius initio lib. 39. *Luxuriæ peregrinæ origo ab exercitu Aſiatico inuecta in vrbem eſt. ij primùm lectos æratos, veſtem ſtragulam pretioſam, plagulas, & alia textilia, monopodia, & abacos Romam aduexerunt. tunc pſaltriæ ſambuciſtriæque, &c.* Conſentit & Plinius libro 33. cap. XI. *Eadem Aſia domita multò etiam grauius afflixit mores.* Et paulò antè, *Aſia primùm deuicta luxuriam miſit in Italiam.*

Pag. 617. Ἐν Ἰταλίᾳ λαχὼν ἄρχειν.] Hinc emendandi ſunt Commentarij Faſtorum à Sigonio viro doctiſſimo conſcripti. Is enim ad annum vrbis 610. ſcribit Claudio Galliam prouinciam obtigiſſe, cùm tamen Italia ei obuenerit, vt ex hoc Dionis loco conſtat.

Ἐκ τῶν δέκα ἱερέων.] Cùm à Salaſſis, quos App. Claudius iniuſtè aggreſſus erat, illata clades eſſet Romanis, decemviri pronunciarunt ſe inueniſſe in libris Sibyllinis, quoties bellum Gallis illaturi eſſent, ſacrificari in eorum finibus oportere, vt ait Iulius Obſequens in prodigiis huius anni. Itaque Senatus duos ex decemviris ad Appium Conſulem miſit, qui monerent vt in finibus Gallorum ſacra faceret, priuſquam iis bellum inferret.

Pag.

Pag. 618. Τῷ Λευκόλλῳ χρῆσαι.] Hanc L. Mummij benignitatem laudat Strabo lib. 8. his verbis: Λεύκολλος δὲ κατασκευάσας τὸ τῆς εὐτυχίας ἱερὸν, καὶ στοάν τινα, χρῆσιν ᾐτήσατο ὧν εἶχεν ἀνδριάντων ὁ Μόμμιος ὡς κοσμήσων τὸ ἱερὸν μέχρι ἀναδείξεως, εἶτ' ἀποδώσων. οὐκ ἀπέδωκε δὲ, ἀλλ' ἀνέθηκε, &c. quæ ita vertit Xylander: *Et cùm Lucullus bonæ fortunæ templum feciſſet cum porticu, Mummium rogauit vt tabulas ſibi commodaret ad ornatum templi, donec illud dedicaret, pollicitus ſe ſtatim à dedicatione eas redditurum.* Sed Caſaubonus Xylandrum reprehendit; ait enim Felicitatis templum fuiſſe dicendum, non bonæ Fortunæ. cui vt aſſentiar, facit Ciceronis locus, quem mox adducam. Illud etiam in Xylandri verſione reprehenderim, quod illa verba, μέχρι ἀναδείξεως vertit, *donec dedicaret*, cùm vertendum fuerit, *quas duntaxat in publico proponeret, ac mox redditurus eſſet.* Subijcit Strabo, Mummium eam iniuriam patienter tuliſſe, eoque facto maiorem laudem ac gloriam quam eum qui tabulas dedicauerat, ſibi peperiſſe. Simile ac planè geminum exemplum refert Dio lib. 48. in fine, de L. Domitio, qui cùm palatium refeciſſet, & pictas tabulas commodato accepiſſet ab Auguſto, eas cum palatio dedicauit, ac repoſcenti paulò pòſt Auguſto, renunciauit vt miniſtros mitteret qui eas auferrent. Itaque Auguſtus religione motus eas ibi dedicatas reliquit.

Τυχαῖον.] Melius εὐτυχαῖον, ex Strabone legeretur. tamen Dio etiam lib. 43. τυχαῖον vocat. Cicero in Verrem de ſignis: *At ille L. Mummius cum Theſpiis ea quæ ad ædem Fœlicitatis ſunt, cæteraque profana ex illo oppido ſigna tolleret.* tangit hiſtoriam quæ hîc refertur à Dione.

Πομπήιος.] Vide Appianum in Hiſpanienſi, Sigonium in Faſtis, ad annum 613.

Pag. 621. Ὅτι ὁ Κλαύδιος.] Hic locus vnicè confirmat coniecturam Caroli Sigonij, qui anno vrbis 617. Cenſores poſuit Appium Claudium Pulcrum, & Q. Fuluium Nobiliorem, quorum nomina in Faſtis Capitolinis præ vetuſtate interierant: ſed vir diligentiſſimus verumque ſagaciter odoratus eſt. Itaque eius coniecturam, quippe quæ hoc Dionis noſtri loco comprobetur, ſuo elogio afficiendam eſſe duxi.

Ὁ Φύριος.] Conſul fuit anno V. 617. cum Sex. Atilio Serrano, & Hiſpaniam prouinciam ſortitus eſt. Eius factum plenum generoſæ fiduciæ refert & Valerius Max. lib. 3. cap. 7. *P. Furius Philus Coſ. Q. Metellum & Q. Pompeium conſulares viros inimicos ſuos, cupitam ſibi profectionem in prouinciam Hiſpaniam identidem exprobrantes legatos ſecum illuc ire coëgit.*

Pag. 622. Αὐτῷ τὰ τῶν Νομαντίνων ἐπινίκια.] Hæc vox corrupta mihi videtur. vnde enim aut Hoſtilius Mancinus, aut Gracchus triumphum ſperare poterant? quorum alter multis præliis victus, alter ignominioſæ paci ſubſcripſerat. Αὔλῳ certè hîc legendum eſſe, non αὐτῷ, ſatis apparet, & ad Aulum Hoſtilium Mancinum id eſſe referendum.

Προσπεῦσαι πάντως ἐπιθυμήσας.] Prorſus veriſſimum eſt quod ait Cicero in Quintiana: *Quemadmodum ſolent homines nobiles, ſeu rectè, ſeu perpe-*

ram facere cœperunt, ita in vtroque excellere, vt nemo noſtro loco natus aſſequi poßit.

Pag. 625. Εκλαυσεν ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας.] Eius prodigij meminit Iulius Obſequens, C. Claudio, M. Perpenna Coſſ. anno V. 623. *Apollinis ſimulacrum lacrymauit per quatriduum. Vates portenderunt Græciæ fore exitium vnde deductũ eſſet.* ſequenti verò anno mortuus eſt P. Scipio Africanus.

Pag. 626. Βραχίονα πρῶτος ἀπεγύμνωσε.] Idem ſcribit Plutarchus in Gracchis: Τῶν Ῥωμαίων πρῶτον ἐπὶ τοῦ βήματος περιπάτῳ τε χρήσασθαι, καὶ περισπάσαι τὴν τήβεννον ἐξ ὤμου· καθὰ περὶ Κλέωνος τοῦ Ἀθηναίου ἱστορεῖται περισπάσαι τε τὴν περιβολὴν, καὶ τὸν μηρὸν πατάξαι πρῶτον τῶν δημαγωγούντων. Poſt Cleonem Athenis oratores omnes exerta manu perorare ſolitos docet Æſchines in Orat. contra Timarchum, cùm antea is habitus immodeſtior exiſtimaretur. Veteres quoque Romani inter orandum brachium veſte continebant, vt docet Quintilianus lib. XI.

Ηνδραποδίσαντο.] Vox eſt familiaris Dioni. Suidas, Ηνδραπόδισαν. Ανδράποδα ἐποίησαν. οὕτως Δίων πολλάκις ἐχρήσατο. De hoc autem ſtupro virginum Veſtalium præter Plutarch. cap. 83. quæſt. Rom. ita Oroſius in lib. V. cap. 15. *L. Veturius eques Rom. Æmiliam virginem Veſt. furtino ſtupro polluit, duas præterea virgines Veſt. eadem Æmilia ad participationem inceſti ſollicitatas, contubernalibus ſui corruptoris expoſuit. Indicio per ſeruum facto ſupplicium de omnibus ſumptum eſt.* Sed Oroſius poſt Iugurthinum bellum id commemorat, cùm triennio antè contigerit, M? Acilio & C. Porcio Catone Coſſ. vt tradit Iulius Obſequens, firmatque Liuij Epitome 63. De hoc iudicio illuſtria ſunt quæ notat Aſconius in Milonianam: *Ob quam ſeueritatem quo tempore Sex. Peducæus Trib. pl. criminatus eſt L. Metellum Pont. Max. totumque collegium Pontificum malè iudicaſſe de inceſtu virginum Veſtalium, quod vnam modò Æmiliam damnauerat, abſoluerat autem duas, Marciam & Liciniam, populus L. Caßium creauit, qui de eiſdem virginibus quæreret. iſque & vtraſque eas, & præterea complures alios nimia, vt exiſtimabatur, aſperitate vſus dãnauit.* Addit Obſequens, ædem Veneri Verticordiæ factam eſſe. Pro Licinia dixit L. Licinius Craſſus celebris ille orator, annos tum XXVII. natus, vt ait Cicero in Bruto.

Pag. 629. Μάρκῳ Δρούσῳ.] M. Druſus Conſul anno V. 641. aduerſus Scordiſcos benè rem geſſit, contra quos C. Cato, qui Conſul ante biennium fuerat, minus proſperè pugnauerat, vt eſt in Epitome 63. Titi Liuij.

Καὶ τὴν ἄλλως.] Mendum hîc ſubeſſe perſpicuum eſt. Nam quod edidimus coniunctim τὴν ἄλλως, non ſatisfacit, prorſuſque, legendum videtur ἣν γὰρ ἄλλος καὶ, &c.

Pag. 630. Ηχθετο ὁ Μάριος.] Error eſt compilatoris. Neque enim hæc de Mario dicebat Dio, ſed de Gauda Maſtanabalis filio, Maſſaniſſæ nepote, vt auctor eſt Saluſtius in Iugurthino.

Τόλοσαν.] Notum prouerbio eſt aurum Toloſanum, quod Q. Cæpio

captâ Toloſâ diripuit, vt narrat Gellius lib. 3. Iuſtinus lib. 32. aliique. Id contigit anno vrbis 647. Q. Cæpione, & Atilio Serrano Coſſ.

Pag. 633. Γναῖος Δομίτιος.] Idem refert Cicero in Orat. pro Rege Deiotaro. Valerius Max. lib. 6. & Aſconius in Orat. pro Scauro.

Pag. 637. Πούπλιον Φούριον.] Id contigit anno V. C. 653. C. Mario VI. Valerio Flacco Coſſ. vt Oroſius ſcribit, & Appianus lib. 1. de bellis ciuilibus. De hoc eodem Furio accipienda eſſe opinor quæ paulò pòſt leguntur in his Dionis Excerptis, Ὅτι ὁ Φούριος, vſque ad ἀφείλετο. Ac tranſpoſita hîc eſſe fragmenta ſuſpicor, quæ ſuo loco ſic reſtituenda ſunt, ſi caput illud cuius initium eſt, Ὅτι ὁ υἱὸς, & illud quod proximè ſequitur, vſque ad verbum ἀφείλετο, collocentur ante illud, Ὅτι τῷ Ρουτιλίῳ, quod ipſa hiſtoriæ ſeries requirit. Metellus enim Numidicus aliquot annis ante damnationem Rutilij eſt reſtitutus.

Ἀπελογήσατο γενναιότατα.] De conſtantia Rutilij Rufi conſule Valerium lib. 6. cap. 4. de quo ita Cicero in Bruto: *Qui cùm innocentiſſimus in iudicium vocatus eſſet, (quo iudicio conuulſam penitùs ſcimus eſſe Rempub.) cùm eſſent eo tempore eloquentiſſimi viri L. Craſſus, & M. Antonius Conſulares, eorum adhibere neutrum voluit. dixit ipſe pro ſeſe, & pauca M. Cotta quod ſororis erat filius. Sed Q. Mucius enucleatè ille quidem & politè, vt ſolebat: nequaquam autem ea vi atque copia quam magnitudo cauſæ poſtulabat.* Fuerat autem Rutilius legatus in Aſia Q. Mucij Procoſ. non autem Quæſtor, vt ait Aſconius in Verrinas. Nam Quæſtor quomodo eſſe potuiſſet, qui Prætor fuerat, & Conſulatum geſſerat?

Pag. 638. Εν Μιτυλήνῃ.] De hoc exilio Rutilij ita loquitur Cicero in Orat. pro Rabirio Poſtumo: *Faciliùs certè P. Rutilium Rufum neceſſitatis excuſatio defendet, qui cùm à Mithridate Mitylenis oppreſſus eſſet, crudelitatem Regis in togatos veſtitus mutatione mutauit.* Mitylenis à Mithridate captis, Rutilius Smyrnam ſe recepit, & à Smyrnenſibus ciuitate donatus eſt, vt tradit Cicero in Orat. pro Cornelio Balbo. Cumque ei reditum in patriam Sullana victoria præſtaret, in exilio ne quid contra leges faceret, remanſit, teſte Valerio Max. lib. 6. quod etiam teſtatur Ouidius lib. 1. Elegia 4. de Ponto:

Et graue magnanimi robur mirare Rutili,
Non vſi reditus conditione dati.
Smyrna virum tenuit. Adde Oroſium lib. v. cap. 17.

Κόϊντος εἶχον.] Non ſine cauſa, vt arbitror, Q. Seruilium Cæpionem hîc intelligi exiſtimaui. Hoc enim pronomine affectus fuit, vt teſtatur Cicero pro domo ſua: *M. Druſus ille clariſſimus vir Trib. pl. Pontifex fuit. ergo ſi is Q. Cæpionis inimici ſui poſtem ædium tenuiſſet, & pauca verba feciſſet, ædes Cæpionis eſſent dedicatæ.* Porrò M. Druſus Senatus & Optimatium partes tuebatur. Contrà Q. Cæpio nimis equeſtri ordini deditus, à Senatu diſſidebat, teſte Cicerone in Bruto.

Γάμων ἐπαλλαγῆς.] Dupliciter accipi poteſt hæc Γάμων ἐπαλλαγὴ. Primò ita, vt Druſus quidem Cæpionis, Cæpio autem Druſi ſororem in con-

iugium acceperint. Secundò, vt ambo vxores ſuas inuicem permutauerint, & Cæpio quidem Druſo, Druſus Cæpioni coniugem ſuam ceſſerit, quod non omnino inſolens videri debet. Etenim & M. Catonem Hortenſio vxorem ſuam petenti ceſſiſſe Plutarchus narrat, & Strabo p. 515. lib. XI. κτ' Παλαιὸν Ρωμαίων ἔθος. Prior tamen ſenſus magis placet. Ex hac autem affinitate tandem in acerrimas inimicitias venerunt Druſus ac Cæpio: quas ex annulo in auctione vænali cæpiſſe tradit Plinius lib. 33. cap. 1.

Pag. 641. Μάειος ὑποπτεύσας τὸν λοῦπον.] Imò λοῦπος ὑπὸ τῦ Μάειον legendum eſt Sic enim refert Oroſius. *Rutilius Coſſ. Marium propinquum ſuum legatum ſibi elegit. quem aſsiduè ſubmonentem moram bello vtilem fore, dolo id agere ratus contempſit, ſeſeque in inſidias Marſorum præcipitauit.*

Pag. 642. Τραλλιανοί.] Idem narrat Appianus in Mithridatico. Cæterum Tralliani id ex more inſtitutóque originis ſuæ feciſſe videntur; qui alium ad cædem faciẽdam conduxerint. Etenim ſcribit Heſychius Τράλλεις dici mercenarios Thracas, qui ad faciendas cædes conducantur. Ab his autem Thracibus vrbs Tralles & condita & appellata eſt. Strabo lib. 14. κτίσμα δὲ φασὶν εἶναι τὰς Τράλλεις Αργείων καί τινων Θρακῶν, ἀφ' ὧν καὶ τοὔνομα ἔχει. Hi Thraces, vt dixi, Tralles appellabantur. quod præter Heſychium docet Diodor. lib. 17. ἐκ δὲ Θρᾴκης ἱππεῖς μὲν ἑξακόσιοι, Τραλλεῖς δὲ τειακόσιοι. quanquam Stephanus Byzantius Tralles Illyriorum genus eſſe dicit, in Βῆγις & in Τραλλία. cui accedit & Liuius lib. 31. *Quadringentos Triballos, Illyriorum id, ſicut alio diximus loco, eſt genus.* In mſ. codice S. Victoris *Traſſ.* reperi. vnde Tralles emendandum eſſe non dubito. ſic enim idem Liuius lib. 37.

Οἱ Θρᾷκες.] Id contigiſſe videtur anno V. 665. vide Sigonium in Faſtis.

Pag. 647. Τὰ εἰσιτήρια.] Kalendis Ian. Coſſ. in Capitolium procedebant, ibique ſacrificabant, inde in forum deſcendebant, atque ibi augurium captabant, vt docet Dio lib. 58. de Seiano, Ouidius lib. 4. de Ponto, Elegia 4. Deinde hoſtiis de conſilij ſententia pro tribunali probatis ſacrificabant pro Curia, inde Patres Conſcriptos in curiam vocabant. Cuius moris non obſcurè meminit Cicero in 2. Agraria de Prætoribus Campanis. *Erant hoſtiæ maiores in foro conſtitutæ quæ ab his Prætoribus de Tribunali, ſicut à nobis Coſſ. de conſilij ſententia probatæ ad præconem ac tibicinem immolabantur. deinde Patres Conſcripti vocabantur.* Hinc explicandus eſt Tertulliani locus in 1. ad Nationes cap. x. *Sed tamen & Gabinius Coſ. Kalendis Ian. cum vix hoſtias probaret præ popularium cœtu, &c.* Dio 45. pag. 279. τῦ Οὐιβίυ τὰ εἰσιτήρια τῇ Νυμνίᾳ θύοντος ῥαβδοῦχός τις αὐτῦ ἔπεσεν ἐξαίφνης. Idem lib. 72. pag. 857. ὅτι τὰ εἰσιτήρια πρὸ τῦ βουλευτηρίυ ἔθυεν Ιουλιανὸς παρόντων ἡμῶν. Sed hic vltimus locus non de illo ſacro accipiendus eſt, quod fiebat Kal. Ian. quippe Didius Iulianus imperium occæpit a. 4. Cal. Apr. nec pluſquam bimeſtre:

ſpatium imperauit. Itaque potius ad illum morem referendus eſt quem Appianus lib. 2. Ciu. memorat. ἔθος ἐστὶ τοῖς ἄρχουσιν ἐς τὴν βουλὴν ἰοῦσιν οἰωνίζεσθαι πρότερον. quod ab Auguſto primum inſtitutum eſſe ſcribit Suetonius: ſimiliter apud Athenienſes εἰσιτήρια dicebantur ſacra quæ pro Senatu & populo Athen. fiebant anno nouo. de his Demoſthenes in Orat. de falſa legatione. καὶ ἡ βουλὴ τὰ αὐτὰ ταῦτα εἰσιτήρια ἔθυσε, καὶ συνειστιάθη. & in Midiana: εἴασε μέν με εἰσιτήρια ὑπὲρ τῆς βουλῆς ἱεροποιῆσαι καὶ θῦσαι καὶ κατάρξασθαι τῶν ἱερῶν ὑπὲρ ὑμῶν καὶ ὅλης τῆς πόλεως. Suidas ad hæc verba notat. Ταύτην δὲ τὴν ἡμέραν Ἀθηναῖοι πρώτην τοῦ ἔτους νενομίκασι. Contrà exitu anni dies ille, quo omnes Magiſtratu abibant, ἐξιτήρια dicebatur, teſte Heſychio. Ἐξιτήρια, inquit, ἡμέρα ἐν ᾗ τὰς ἀρχὰς ἀπετίθεντο Ἀθήνησι.

Τῇ ἡγεμονίᾳ τὰς ἀρχάς.] Hæc ſunt manifeſtè corrupta: ſed emendatio difficilis eſt. Ac pro τὰς ἀρχὰς non dubito equidem legendum eſſe τὰς ἀπαρχάς.

Pag. 646. Τὰ πολλὰ τῶν ἀνδρῶν.] Sic in codice noſtro exaratum eſt, cum tamen τῶν ἔργων legendum ſit ex Plutarcho in Sulla. ex quo hæc & ſequentia quatuor capita ad verbum tranſcripſit Dio. Sed & caput 34. & 37. legationum ex Dionis hiſtoria Excerptarum, ſimiliter exſcripta ſunt ex eiuſdem Plutarchi Sulla. Adeò furaces & plagiarij Græci ferè omnes deprehenduntur. Porrò cum hæc ex Plutarcho exſcripta ſint, furto ſemel deprehenſo facile nobis fuit lacunas aliquot noſtri exemplaris inde explere.

Pag. 649. Παρθένιον.] Plantam hanc deſcribit Dioſcorides lib. 3. cap. 155. Scholiaſtes vetus Nicandri in Theriaca ait eandem σιδηρῖτιν & περδίκιον appellari & ἑλξίνην.

Πότοις μεθημερινοῖς.] Apud antiquos dedecori habebatur per diem poculis indulgere. Solíſque id ganeonibus conuenire putabant. Itaque apud Plutarchum in Arato emiſſarij Nicoclis tyranni ad ſpeculanda iuuenis Arati conſilia ſubmiſſi, tyrannum ridebant qui iuuenem diurnis compotationibus deditum reformidaret. Οὐδὲν ἦν, ἔλεγον, τυράννου δειλότερον, εἰ καὶ Νικοκλῆς τηλικαύτην πόλιν ἔχων ὀρρωδεῖ μειράκιον εἰς ἡδονὰς καὶ πότοις μεθημερινοῖς τὰ τῆς φυγῆς ἐφόδια καταχεάμενον.

Ἱερὸν τῆς θεοῦ λύχνον.] Athenis erat lucerna ſacra in templo Mineruæ, quam πολιάδα vocabant, Liuius Arcis præſidem interpretatur. Eam lucernam oleo quotannis implebant certo die, durabatque oleum vſque ad eundem diem inſequentis anni, tametſi diu noctuque arderet. Eius lucernæ ellychnium erat ex carbaſo, quod genus lini haudquaquam igne conſumitur, vt refert Pauſanias, ἐν περιηγήσει τῆς Ἑλλάδος lib. 1. Eum λύχνον ἄσβεστον vocabant Athenienſes. Strabo lib. 9. ἀρχαῖος νεὼς ὁ τῆς Πολιάδος, ἐν ᾧ ὁ ἄσβεστος λύχνος Hunc vero perpetuum ignem cuſtodiebant Athenis non virgines, vt Romæ in æde Veſtæ, ſed mulieres viduæ. Plutarchus in Numa: ἐπεί τοι τῆς Ἑλλάδος, ὅπου πῦρ ἄσβεστόν ἐστιν ὡς Πυθοῖ καὶ Ἀθήνησιν, οὐ παρθένοι, γυναῖκες δὲ πεπαυμέναι γάμων ἔχουσι τὴν ἐπιμέλειαν. Et

paulò pòſt, addit ſacram hanc lucernam Athenis extinctam eſſe tyrāni Ariſtionis temporibus: *καθάπερ Ἀθήνησι μὲν ἐπὶ τῆς Ἀριστίωνος λέγεται τυραννίδος ἀποσβεσθῆναι τὸν ἱερὸν λύχνον.*

Pag. 650. *Ὑποστρατηγὸς Φλάκκου Φιμβρίας.*] Notandum eſt hæc à Dione memorari poſt Conſulatum Cinnæ & Carbonis. ex quo apparet Valerium Flaccum Procoſ. à Fimbria legato occiſum eſſe, vt rectè Velleius Paterculus prodidit, & ex eo Sigonius in Faſtis ad annum V. 668. Quocirca non aſſentior Vincentio Contareno doctiſſimo viro qui cap. 7. variarum lectionum, Flaccum in Conſulatu occiſum eſſe contendit.

Pag. 654. *Ἀνδρὶ μήτ' ἄλλως ἐπωνυμένῳ.*] Lucretium Ofellam intelligi exiſtimo, cui L. Sulla maximam exercitus partem ad obſidionem Præneſtinæ vrbis commiſerat. vt ſcribit Plutarchus & Liuius. Hic Lucretius Ofella paulò pòſt cum Conſulatum peteret, Sullæ iuſſu occiſus eſt à L. Bellieno vti Aſconius dicit in Orat. Ciceronis in toga candida.

Pag. *Τὸν ἀγρὸν τὸν δημόσιον.*] Nempe in villa publica conſules dilectum habebant, vt docet Varro lib. 3. de re ruſtica cap. 2. *Præterea cum ad remp. adminiſtrandam hæc villa ſit vtilis, vbi cohortes ad dilectum Conſuli adducta conſiſtant, vbi arma oſtendant: vbi Cenſores cenſu admittant populum.* Duplicem autem dilectum quotannis Romæ habebant Conſules, primum in Capitolio, quando iuſſu Coſ. conueniebant iuniores. ibique à Tribunis ſingulæ tribus ſortito citabantur ſicut refert Polybius lib. 6. Varro *γεροντοδιδασκάλῳ*. *Manius Coſ. in Capitolio cum dilectum haberet, nec citatus in tribu ciuis reſpondiſſet, vendidit tenebrionem.* Liuius quoque lib. 26. *Marcellus relictis Siculis in Capitolium ad dilectum abiit.* Poſterior dilectus erat cum iidem iuniores præſtituto die conuenire iterum iuſſi in certum locum, alij iri principes, alij in haſtatos, alij in velites legebantur vt tradit ibidem Polybius. Sed cum is locum in quo hic poſterior dilectus agebatur, non tradiderit, ego villam publicam in campo Martio eam fuiſſe affirmo ex auctoritate M. Varronis. Atque hic poſterior propriè dilectus fuit. Nam in priore dilectu, ſorte tantum res peragebatur, poſterior ſola lectione conſtabat. Quare Polybius in hoc dilectu vtitur hac voce *διαλέγειν*, quod ad verbum eſt deligere. *διαλέγουσι δὲ τοὺς μὲν νεωτάτους εἰς γροσφομάχους*, &c. Primos autem reperio M. Fabium & L. Valerium Coſſ. dilectum in campo Martio habuiſſe anno Vrbis 271. vt Tribunospl. eluderent qui dilectum impediebant. quippe Tribb. pl. extra vrbem nulla poteſtas erat. vt refert Dionyſ. Halic. lib. 8.

Pag. 661. *Ἀναγραφὴ βουλευτῶν.*] Erat quippe album Senatorium, in quo omnium Senatorum erant nomina perſcripta, idque quotannis proponi in Curia ſolebat ex inſtituto Auguſti, vt notat Dio lib. 55. ad annum 746. Tacitus lib. 4. Annalium. *Albo Senatorio eraſit.* Ad hoc album alludere videtur Paulinus in epiſt. 33. ad Alethium cum ait. *Verè tunc*

tibi, Roma, nobilis eſſet illa nobilitas, quam ſacrati patres Abraam, Iſaac paternis ſinibus exciperent, quam cæli Senatus agnoſceret, quam poſt togam nulla immundi ſanguinis ſanie funeſtatam regali ſtola Chriſtus indueret, & in albo hoc eſt libro vitæ perennis adſcriberet. Idem Conſtantinopoli vſitatum fuiſſe docet Corippus lib. 3.

Inde Senatorum ſacro recitantur ab albo
Nomina, Conſcripti patres, &c.

Sed & in municipiis & coloniis erat album Decurionum, cuius mentio fit in Pandectis quod in hoc Dionis loco intelligi nihil vetat. βουλευταὶ enim tam de Senatoribus pop. Rom. quam de Decurionibus dicitur.

Κατάλογος στρατιωτῶν νομιζομένων.] Qui in hunc militarem catalogum relatus non eſſet, is nequaquam miles habebatur, tametſi lectus eſſet tiro, & ſumptu publico iter in exercitu faceret. Vlpianus leg. 42. de teſtamento mil. *Qui nondum in numeris ſunt, licet etiam lecti tirones ſint, & publicis expenſis iter faciant, nondum milites ſunt. debent enim in numeros referri.*

Ἐγγεγραμμένους κτάνεσθαι.] Hinc Cicero eam proſcriptionem à L. Sulla factam facete Cannenſem pugnam appellat. Canna enim ſeu calamo proſcripta erant nomina eorum quos Sulla morti addixerat. In Oratione pro Roſcio Amerino Erucium ſic compellat. *Te pugna Cannenſis accuſatorem ſat bonum fecit. Multos cæſos non ad Thraſymenum lacum, ſed ad Seruilium vidimus, &c.* quem Ciceronis locum ita vt dixi interpretatur Arnobius lib. v. in fine: *Poteſt quidem proſcriptio, quemadmodum Tullius ludit, pugna dici appellarique Cannenſis.*

Pag. 662. Ὅτι ὁ Τιβέριος.] Hæc inſerenda ſunt lib. 55. Dionis pag. 554. qui liber ad nos non integer ſed breuiatus peruenit. ſimiliter & cæteri qui eum ſequuntur vſque ad librum 61. Itaque integros Dionis libros tantum xx habemus à lib. ſcilicet 35. vſque ad 55. Sanè in Vaticana bibliotheca codex Dionis hos duntaxat libros habet. Initium enim eius eſt à libro 35. finis in 54. Cæteri deinceps libri vſque ad 61. breuiati ſunt à neſcio quo, qui Xiphilino anterior, an poſterior fuerit obſcurum eſt.

Ἐν τῷ ὁμονοείῳ.] Hanc ædem Concordiæ Tiberius anno V.C. 747. Kal. Ian. quibus conſulatum iniuit cum Cn. Piſone, vltro à ſe refectũ iri receperat, quo eam ſuo ac Druſi nomine dedicaret, vt ſcribit Dio lib. 55. Dedicauit autem anno 764. inſcripto ſuo, & fratris Druſi tametſi pridem mortui nomine. Dio in lib. 56.

Pag. 665. Κατηυχάζετο.] Legendum videtur κατηυχάζετο γοῦν πάνθ' ὅσα ἐν. ſed ante hæc verba deeſſe quidpiam videtur, non enim dixit, quid in eo Tiberij teſtamento ſcriptum eſſet.

Πρὶν διαρπάσαι] Legendum videtur, πρὶν διάρξαι. qua voce vtitur Dio lib. 53. aut ſanè, δημαρχῆσαι. Notum porrò eſt Tribunos quandiu in magiſtratu erant, in ius vocari non potuiſſe, ob ius ſacroſanctæ poteſtatis. Exemplum eſt apud Valerium lib. 6. cap. 5.

Ὅτι Γάϊος.] Hæc locum habent in lib. 55. Dionis, pag. 555. vbi ingens eſt lacuna multorum annorum, quod breuiatoris, vt iam monui, facinus eſt: qui quidem non contentus plurima reſecuiſſe, grauem præterea errorem admiſit, cùm ait: Συνέβη δὲ εὐθὺς καὶ τὸν Τιβέριον ἐκ Ῥόδου ἐς Ῥώμην ἀφικέσθαι, Λουκίου καὶ Γαΐου τελευτησάντων. quæ ſunt ſine dubio falſiſſima. Conſtat enim poſt Tiberij reditum ex Rhodo C & Lucium Cæſares pluſquam biennij vixiſſe ſpatio, vt Velleïus lib. 2. teſtatur, & Suetonius. Hunc verò errorem non Dioni eſſe, ſed breuiatori tribuendum, patet ex Zonara, qui cùm Dionem vbique tranſcribat, id quidem ſic refert: καὶ ὁ Τιβέριος οὐ πολλῷ πρότερον ἐκ τῆς Ῥόδου ὑπονοστήσας.

Τὰς δίκας πλεῖν.] Suetonius in Caio. de Germanico: *Orauit cauſas etiam triumphalis.* Ouidius in libro 1. Faſtorum, ad Germanicum loquens:

Quæ ſit enim culti facundia ſenſimus oris,
Ciuica pro trepidis cùm tulit arma reis.

Pag. 666. Αὐτὸς Συριακῷ φίλῳ χρώμενος.] Horum Tiberij verborum is eſſe ſenſus videtur. iniuſtè agere Gallum qui cùm Syriaci amicitiâ libenter vtatur, Seiano amicitiam principis inuideat. Idem enim iuris ſibi eſſe quod Gallo. quare ſi Gallus Syriacum in amicitiam admiſerit, ſibi quoque Seianum adſciſcere amicum licere. Porrò Syriacus ob hæc principis verba, paulo poſtea eſt occiſus, vt teſtatur Dio lib. 58. pag. 623. Συριακὸς δ' οὔτ' ἀδικήσας τι οὔτ' αἰτιαθεὶς, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ παιδείᾳ ἐλλόγιμος ὢν ἐσφάγη διὰ τοῦτο μόνον, ὅτι φίλον αὐτὸν τοῦ Γάλλου ὁ Τιβέριος εἶπεν εἶναι. quæ manifeſtè pendent ex iis quæ nos edidimus.

Συριακῷ.] Hic eſt Vallius Syriacus, quem hominem diſertum vocat Seneca lib. 2. Controuerſ. eiuſque declamationes laudat paſſim. Dio ἐπὶ παιδείᾳ ἐλλόγιμον dicit fuiſſe.

Pag. 669. Δροῦσον διὰ τῆς γυναικός.] Druſum Germanici filium intelligit, cuius vxorem Æmiliam Lepidam corruperat Seianus, eoque induxerat vt maritum ſuum crebris apud principem criminationibus vrgeret. Tacitus lib. 6. Annalium: *Et Æmilia Lepida, quam iuueni Druſo nuptam retuli, crebris criminationibus maritum inſecuta, quamquam inteſtabilis, tamen impunita manebat, dum ſuperfuit pater Lepidus.*

Τὸν Κάσσιον.] L. Caſſium Longinum ſine dubio intelligit, qui Conſul fuit cum M. Vinucio, anno V. C. 783. hic cum ad Senatum retuliſſet de Druſo, Senatus Druſum hoſtem publicum cenſuit. quo facto Druſus in cuſtodiam conditus eſt intra Palatium Romæ, L. Caſſio, M. Vinicio Coſſ.

Ὅτι βασανισθεῖσα.] Idem intelligit Suetonius in Caligula, cap. 16. *Mulieri libertinæ octingenta donauit, quod excruciata grauiſſimis tormentis de ſcelere patroni reticuiſſet.*

Pag. 670. Πάρθοι τὸν βασιλέα σφῶν.] Tiridatem ſcilicet, quem Tiberius Regem Parthis dederat. idem mox coniuratione Megiſtanum pulſus eſt regno anno V. 789. Q. Plautio, Sex. Papinio Coſſ. vt ſcribit Tacitus libro 2.

Pag. 673. Τὴν Σμύρναν ὁ Τιβέριος.] De hoc templo quod Smyrnei Tiberio & Senatui publicè poſuerunt, & de Senatuſconſulto in eam rem facto conſulendus eſt Tacitus lib. 4. Eius templi hic videtur fuiſſe titulus, Τιβερίῳ Καίσαρι καὶ τῇ ἱερᾷ συγκλήτῳ.

Νεὼν οὖν οἱ Μιλήσιοι.] Hoc templum intelligit Suetonius in Caligula cap. 21. cùm ait, *Deſtinauerat & Mileti Didymeum peragere.*

Τάς τε ὥρας καὶ τὰ δικαστήρια.] Sic in ms. ſcriptum eſt manifeſto errore. Itaque conijciebam πάς τε ὥρας, vt ſenſus ſit Caium ex modo aquæ quæ litigantibus dabatur, lucrum captaſſe. Cæterùm de his ſordibus Caij ita ſcribit Suetonius cap. 40. *Vectigalia noua atque inaudita exercuit, nullo rerum aut hominum genere omiſſo, cui non tributi aliquid imponeret. Pro litibus atque iudiciis vbicunque conceptis quadrageſima ſummæ de qua litigaretur. Ex gerulorum diurnis quæſtibus pars octaua.*

Βραχυτάτοις γράμμασιν.] Hæc ferè è Suetonio tranſcripta à Dione eſſe videntur. Is cap. 41. hæc ſcribit: *Tandem flagitante populo Rom. propoſuit quidem legem, ſed minutiſsimis literis, & anguſtiſsimo loco, vti ne cui deſcribere liceret.* quamquam Dio non anguſtiſſimo loco, ſed editiſſimo legem eſſe propoſitam dicit.

Pag. 674. Τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου.] In vulgatis Dionis exemplaribus, τοῦ νόμου excuſum eſt. paulò pòſt pro ὁμολόγουν, rectius apud Zonaram ὡμονόουν legitur.

Τοῦ Τιβερίου τοῦ σφαγ.] Lege ex Zonara, τὸν τοῦ Σιλίου τοῦ ὑπὸ Τιβερίου σφαγέντος υἱόν. Noſtri enim codicis lectio ferri non poteſt; quippe pater Silij non Tiberius, ſed Caius pronomen habuit, teſte Cornelio Tacito lib. 4. Annalium.

Τὸν γοῦν Κλαύδιον ἐλάνθανε.] Stupiditati Claudij iure id adſignaueris. Cæterùm & aliis ferè omnibus vſuuenit, vt domeſticam calamitatem nouiſſimi cognoſcant: Hieronymus lib. 1. contra Iouinianum, *L. Sulla,* inquit, *Felix ſi non habuiſſet vxorem Metella coniux palam erat impudica. Et quia nouiſsimi mala noſtra diſcimus, id Athenis cantabatur, & Sulla ignorabat, ſecretaque domus ſuæ primùm hoſtium conuitio didicit.*

Pag. 677. Ἀσιατικοῦ κήποις δι' οὓς.] Tacitus libro XI. extremo. *Interim Meſſalina Lucillianis in hortis prolatare vitam.* hos hortos Aſiatici fuiſſe, eumque à Meſſalina ob eos maximè hortos necatum idem Tacitus prodit initio eiuſdem libri: *Simul hortis inhians quos ille à Lucullo emptos inſigni magnificentia extollebat.* ſed aut hîc *Lucillio* legendum eſt, aut ſuprà, *Lucullanis,* apud Tacitum.

Ὅτι ὁ Σιλανὸς.] Vide Zonaram pag. 185. Tacitus lib. 12. initio, eadem habet quæ hîc Dio: *L. Silano deſponderat Octauiam Cæſar, iuuenemque & alia clarum, inſigni triumphalium & gladiatorij muneris magnificentia protulerat ad ſtudia vulgi.* Adde Suetonium in Claudio, cap. 24. & 29.

Στασιάρχην.] Principem factionis intelligi exiſtimaui, quales fuerunt ij qui Δήμαρχοι dicuntur à Græcis, quorum crebra mentio eſt in hiſtoria Byzantina.

Τὴν τοῦ Απανοῦ θυγατέρα.] Lego τοῦ Σηϊανοῦ, cuius emendationis auctorem habeo Suetonium. Is cap. 27. in Claudio ſcribit: *Druſum Pompeium puberem amiſit, cui & ante paucos dies filiam Seiani deſpondiſſet.*

Pag. 678. Σωσίβιον ᾧ ἡ τροφὴ καὶ ἡ παιδεία.] Mendum eſt apud Zonaram in huius viri nomine. Σωσήκιον enim legitur perperam, cùm Tacitus lib. XI. Soſibium appellet educatorem Britannici, qui eum præceptis ad virtutem formabat.

Τοὺς βουλομένους.] Exiſtimaui legendum eſſe βουλευομένους, ex ſimili loco Dionis in lib. 57. de Liuia, quam adeò ſupra omnes fæminas faſtu elatam fuiſſe dicit: Ωστε καὶ τὴν βουλὴν καὶ τοῦ δήμου τοὺς ἐθέλοντας οἴκαδε ἀσπασομένους. ἀεὶ ἐσδέχεσθαι. καὶ τοῦτο καὶ ἐς τὰ δημόσια ὑπομνήματα ἐσγράφεσθαι.

Ναρκίσσος τῆς λίμνης.] Vide Tacitum lib. XII. in fine, cuius hæc ſunt verba: *Agrippina trepidatione Principis vſa, miniſtrum operis Narciſſum incuſat cupidinis ac prædarum.*

Pag. 682. Τοῖς ἐν τῷ βασιλικῷ θησαυροῖς.] In editis Dionis exemplaribus vulgò legitur, ἐν τῷ βασιλικῷ κοιτῶνι, perperam. Dio enim fiſcum Principis ſolet vocare, τὸ βασιλικόν. Sic lib. 78. Agrippam quendam memorat τῷ βασιλικῷ συνδεδικηκότα, id eſt, qui Aduocatus fiſci fuerat.

Μάρκον Ιούνιον Σιλανόν.] Is primo anno imperij Neronis extinctus eſt, vt narrat Tacitus lib. 13. initio.

Τοῦ Πωλίωνος βουλητῶν.] Cælius Pollio Præfectus militum in Armenia Mithridatem Armeniæ Regem ſocium pop. Rom. per ſummum ſcelus prodiderat, vt refert Tacitus libro 12. Claudio etiamtum imperante.

Διαθήκας τινὰς κακουργήσαντι.] Ea occaſione Senatuſconſultum factum eſt id cuius meminit Suetonius in Nerone, cap. 17.

Pag. 685. Εν φορείῳ λάθρα.] Suetonius cap. 26. *Interdiu clam geſtatoria ſella delatus in theatrum ſeditionibus Pantomimorum ex parte proſcenij ſuperiori ſignifer ſimul & ſpectator aderat.*

Στρατιώτας ταῖς τοῦ δήμου συνόδοις.] Tacitus libro 13. ad annum V. C. 808. *Fine anni*, inquit, *ſtatio cohortis aſſidere ludis ſolita demouetur, quo maior ſpecies libertatis eſſet, vtque miles theatrali licentiæ non permixtus incorruptior ageret.*

Τὴν Ιουλίαν μοιχεύσαι] Iuliam Germanici filiam intelligit, quam Meſſalina Claudij vxor adulterij inſimulatam necauit, æmulatione accenſa quod Claudius ſæpè ſolus cum ea colloqueretur. Seneca adulterij cum ea commiſſi crimine pulſatus, in exilium miſſus eſt, vt ait Dio libro 60. poſtea fauore & gratia Agrippinæ ab exilio reuocatus, Præturam inſuper accepit, teſte Tacito lib. 12.

Βιβλίον ἐκ τῆς νήσου.] Intelligit librum Senecæ de conſolatione ad Polybium, qui Polybij (is erat Claudij libertus) laudibus totus ſcatet.

Pag. 689. Ηβητήρια.] In vulgatis Dionis exemplaribus νικητήρια excuſum eſt magno errore. Sunt autem ἡβητήρια, amœna diuerſoria. ἱστιατήρια καὶ καταλύσεις, vt ad hunc locum neſcio quis adnotauerat, quod malè in contextum admiſit horum collectaneorum compilator. ſic ἐνθυμητήρια,

apud Herodotum in lib. 2. de Mycerino. quæ ἐνευωχητήρια Suidas interpretatur. & apud Plutarchum in Pompeio, τῆ Ῥώμης τὰ ἥδιστα προάστεια καὶ τῶν ἡβητηρίων τὰ κάλλιστα. Latini *Seceſſus* vocant.

Pag. 690. Ἄννιον ὑποστρατηγοῦντα.] Viuianus Annius gener Domitij Corbulonis, nondum Senatoria ætate pro legato quintæ legioni impoſitus erat in Syria, vt ait Tacitus lib. xv.

Ἰούνιος Τορκουάτος ἀπόγονος Αὐγούστου.] Tacitus ad annum V. C. 816. eandem necis Silani cauſam ponit: *Iiſdem diebus Torquatus Silanus mori adigitur, quia ſuper Iuniæ familiæ claritudinem diuum Auguſtum atauum ferebat. Iuſſi id accuſatores obijcere, prodigum largitionibus, neque aliam ſpem quam in nouis rebus eſſe.* Erat hic Appij Silani filius, frater Marci & Lucij Silanorum. Etenim Tacitus & Dio abnepotem Auguſti hunc Torquatum faciunt, perinde ac Marcum & Lucium. Itaque miror Lipſium virum acutiſſimum in ſtemmate Silanorum id fugiſſe. Eum vide in Notis ad lib. 12. Taciti. hunc eundem Torquatum eum eſſe exiſtimo qui Conſul fuit anno 806. cum Q. Haterio. proinde ei nomen fuerit D. Iunio Torquato Silano.

Ἐπὶ τοὺς Αἰθίοπας καὶ τὰς Κασπίας.] Suetonius in Nerone: *Parabat & ad Caſpias portas expeditionem.* De qua expeditione loquitur Plinius lib. 6. his verbis: *Corrigendus eſt error in hoc loco multorum qui Caſpias appellauêre portas Hiberiæ, quas Caucaſias diximus vocari. Et Neronis principis comminatio ad Caſpias portas tendere dicebatur, cùm peteret illas quæ per Hiberiam in Sarmatas tendunt.*

Δάφνην.] Pythiorum victores lauro Delphica coronatos fuiſſe notum eſt vel ex Plinio lib. xv. ſed dubium mouet Archiæ veteris poëtæ Epigramma, in quo habetur, Ἆθλα δὲ τῶν κότινος, μῆλα, σέλινα, πίτυς. Pythicis ludis præmij loco μῆλα vides attribui. ſed & Maximus Tyrius ſerm. 35. & 37 diſertè μῆλα Πυθικὰ appellat, μεταχεῖν οὐ κοτίνου μόνον ὀλυμπιακοῦ, ἀλλὰ καὶ Πίτυος ἰσθμικῆς καὶ Σελίνου Ἀργολικοῦ καὶ Μήλων Πυθικῶν. Denique & Lucianus in Anacharſi Pythicis ludis adſignat μῆλα. Equidem hac voce baccas lauri Delphicæ ſignificari crediderim, quæ maximæ erant, & è viridi rubentes, teſte Plinio. Proinde non immeritò à pomorum ſimilitudine poma appellatæ ſunt. Accedit quod Græcis μῆλα, vt apud Latinos poma, omnis generis fructum comprehendunt. Itaque μῆλα, ſeu baccæ συνεκδοχικῶς, pro corona laurea accipiuntur. Auſonium porrò non excuſo, qui illum Archiæ verſum ſuprà allatum ſic vertit:

Serta quibus pinus, malus, oliua, apium. at in Græco erat μῆλα, non μηλέα.

Ἀπώλεσε τὸν πολιτικόν.] Corona Ciuica è quercu cum laurea primo omnium Auguſto à Senatu populóque Rom. oblata eſt. decretúmque vt hæc pro foribus palatij poneretur, illa in faſtigio domus Palatinæ: hæc ob hoſtes victos, illa ob ciues ſeruatos. Dio lib. 53. ad annum 726. τό τε τὰς δάφνας πρὸ τῶν βασιλείων αὐτοῦ προτίθεσθαι, καὶ τὸ τὸν στέφανον τὸν δρύϊνον ὑπὲρ αὐτῶν ἀρτᾶσθαι, τότε οἱ ὡς καὶ ἀεὶ τοὺς πολεμίους νικῶντι καὶ τοὺς πολίτας σώζοντι

ἐλαφεῖσθαι. quæ Xylander ſic vertit, *Vt ante ipſius domum in palatio lauri ponerentur, ac ſuper eas coronæ quernæ ſuſpenderentur, &c.* Putauit ſcilicet τὸ, ὑπὲρ αὐτῶν ad δαφνῶν referendum eſſe, cùm ad βασίλειον referatur, vertendumque ſit. *In faſtigio Palatinæ domus ciuica figeretur.* Confirmat ſententiam noſtram Suetonius in Claudio cap 17. *Naualem coronam faſtigio Palatinæ domus iuxta ciuicam fixit.* Vide Plinium lib. 16. cap. 4.

Pag. 693. Τὰ ἀναθήματα ὅσα ἐκ τῶν ἱερῶν.] Suetonius in Nerone cap. 32. *Vltimo templis compluribus dona detraxit, ſimulacráque ex auro vel argento fabricata conflauit.* Ad eam rem Nero vſus eſt opera ac miniſterio Acrati liberti, qui omnem ferre orbem terrarum eius rei cauſa peragrauit, nulla quamuis exigua villa prætermiſſa quin ſcrutaretur. De quo extat locus elegans apud Dionem Chryſoſtomum in Rhodiaca. ſed quia inſigni mendo corruptus eſt, nec à Caſaubono emendari potuit, eum hic apponam. Ἐπεὶ καὶ Νέρων τοιαύτην ἐπιθυμίαν, καὶ σπουδὴν περὶ τοῦτο ἔχων, ὥστε μηδὲ τῶν ἐξ Ὀλυμπίας ἀποσχέσθαι, μηδὲ τῶν ἐκ Δελφῶν· ἔτι δὲ τοὺς πλείστους τῶν ἐκ τῆς ἀκροπόλεως μετενεγκεῖν, καὶ τῶν ἐκ Περγάμου πολλοὺς αὐτῷ προσήκοντος ἐκείνου τοῦ τεμένους· περὶ μὲν γὰρ τῶν παρ' ἄλλοις τί δεῖ λέγειν; τοὺς παρ' μόνοις ὑμῖν εἴασε. Et paulò pòſt: Ἴστε γὰρ δήπου ὁ Κράτων ἧκε μόνος τὴν οἰκουμένην σχεδὸν ἅπασαν περιελθὼν τούτου χάριν, καὶ μηδὲ κώμην παρεὶς μηδεμίαν, ὡς κἀνθάδε ἧκε, &c. In his vltimis vlcus Chironium latet, quod ex mſ. codicis veſtigiis ſanabimus. In mſ. Regio legitur, ὡς τε γὰρ ακρα τὸν ἐκεῖ μόνος. Scribe itaque meo periculo. ἴστε γὰρ δήπου Ἀκρατον ἐκεῖνον, ὃς τὴν οἰκουμένην. Id eſt, *Meminiſtis enim, vt credo, Acratum illum, qui totum ferè orbem terrarum eius rei gratia perluſtrauit, tandem etiam huc veniſſe.* Etſi verò hæc emendatio adeò illuſtris eſt, vt nulla probatione indigeat, eam tamen auctoritate Cornelij Taciti confirmabimus. Is lib. 16. in fine ſcribit Barteam Soranum Procoſ. Aſiæ damnatum, quod *Vim ciuitatis Pergamenæ prohibentis Acratum Cæſaris libertum ſtatuas & picturas auehere, inultam omiſerat.*

Pag. 694. Λέγων βραχέα.] Vide Suetonium cap. 40. & 41.

Pag. 698. Μεταδόρπια.] Suetonius in Vitellio cap. 13. *Epulas*, inquit, *trifariam ſemper, interdum quadrifariam diſpertiebat in ientacula & prandia & cœnas comeſſationéſque, facilè omnibus ſufficiens vomitandi conſuetudine.* quas Suetonius comeſſationes Dio μεταδόρπια dicit παραμύθια πλησμονῆς. quæ verba mutuatus eſt Dio ex Platone in Atlantico: vbi Plato felicitatem Atlanticæ inſulæ prædicat his verbis, ὅσα τε παραμύθια πλησμονῆς μεταδόρπια ἀγαπητὰ κάμνοντι τιθέμεθα, πάντα ταῦτα ἡ τότε οὖσα νῆσος ἔφερε. Græci etiam ἐπιδορπίσματα, ἐπιφορήματα & τραγήματα, & δευτέρας τραπέζας vocant, vt docet Athenæus lib. 14. vbi & illum Platonis locum ex Atlantico adducit. Latini autem ſecundas menſas, bellaria, apophoreta, comeſſationes. Sic enim Suetonius in Caligula cap. 55. *Agitatori comeſſatione quadam in apophoretis vicies ſeſtertium detulit.* Et in Domitiano cap. xxi.

Θηρία καὶ ἄνδρες.] Sæuum Vitellij ingenium his verbis notatur, qui ne Natali quidem ſuo à cædibus abſtinebat. Idem in Caracalla reprehendit Dio lib. 77. in fine.

Μὴ παρέλθοιτε πατέρες.] Tacitus lib 2 hiſt. id ſic refert. *Nihil noui accidiſſe reſpondit quòd duo Senatores in rep. diſſentirent: ſolitum ſe etiàm Thraſea contradicere.* Dio hanc poſtremam ſententiæ partem non adiecit, in qua tamen non mediocris ineſt importunitas. Portò hoc fragmentum locari debet, pag. 736. vbi quædam Vitellij facta laude digna referuntur. quibus addenda ſunt ea quæ ex Dione refert Zonaras in Vitellio vſque ad hæc verba: *καὶ διὰ ταῦτα μὲν ἐπῃνεῖτο, καὶ ὅτι Πείσωνος ἀντειπόντος*, &c. vt hic à nobis edita ſunt.

Ενήγισε τῷ Νέρωνι.] Tacitus lib. 2. *Latum fœdiſſime cuique, apud bonos inuidiæ fuit, quod ſtructis in campo Martio aris inferias Neroni feciſſet.* Suetonius quoque cap. x i. *Medio Martio campo adhibita publicorum ſacerdotum frequentia inferias Neroni dedit.*

Τῶν ὁσίων καὶ τῶν ἱερῶν.] Quæ Diis conſecrata erant, Græci *ἱερὰ χρήματα* vocabant, quæ populi erant ea *ὅσια* dicebantur. vt docet Harpocratio in V. *ὅσιον.* Clariſſime Demoſthenes in Orat. aduerſus Timocratem initio. *τίθησι τουτονὶ τὸν νόμον, δι' οὗ τῶν ἱερῶν μὲν χρημάτων τοὺς θεοὺς, τῶν ὁσίων δὲ τὴν πόλιν ἀποστερεῖ.* Itaque *ὅσιον* dicitur quod ſacrum non eſt, ſed profanum. Sic apud Ariſtophanem in Lyſiſtrata.

Ω πότνι' Εἰλείθυια ἐπίσχες τοῦ τόκου
Εως ἂν εἰς ὅσιον ἀπέλθω χωρίον.

Suidas *ὅσιον βέβηλον* hic interpretatur.

Pag. 702. *Ταῖς λεγομέναις ἀσεβείαις.*] Crimen Maieſtatis impietatem vulgo appellabant, quippe quod in parentem publicum admiſſum eſſet. eſt enim impietas propriè ea quæ in patrem aut Deum ſuſcipitur. Imperator autem & patris patriæ & Dei cuiuſdam inſtar erat. Dio lib. 78. in Macrino. *τούς τε ἐπ' ἀσεβείᾳ τινι, οἵα γε ἡ ἀσέβεια αὕτη ἡ ἐς τοὺς αὐτοκράτορας λέγεται γίνεσθαι, τιμωρίαν ἔνδικον ὠφληκότας ἀπαλλάξας.* & crebro ea vox occurrit in hiſtoria Dionis. Tacitus lib. 6. *Albucilla defertur impietatis in Principem.* Econtrariò animus deuotus dicatúſque numini & maieſtati Principis pietas dicebatur. Sueton. in Vitellio initio. Tacitus lib. 3

Διὰ Βάρβιλλον ἀγῶνα τοῖς Ἐφεσίοις] Hæc certamina *Ἐφέσεια Βαρβίλλεια* dicta eſſe reperi. Sic enim habet inſcriptio vetus inter marmora Arundelliana pag. 34. *Ἔφεσον Ἐφέσεια Βαρβίλλεια.* Corruptè in Farneſiana inſcriptione apud Lipſium & Gruterum legitur, *Ἔφεσον τρὶς Ἀδριανὰ Ὀλύμπια Βαλβίλλεια.* ſed *Βαρβίλλεια* proculdubio legendum eſt à Barbillo Aſtrologo qui permiſſu Veſpaſiani eos agones Epheſi inſtituit, ſicut hic docet Dio. Agones autem ab inſtitutorum nomine appellari nouum non eſt. Nam & Eurycléa quorum mentio fit in inſcriptione Farneſiana, non dubito quin ab Eurycle Spartano inſtituta ſint. fuit autem Eurycles ille nobiliſſimus, ac ditiſſimus Spartanorum, amicitia Auguſti &

Herodis regis familiariter vſus teſte Strabone lib. 8. Ioſepho lib. 16. Antiq. & Plutarcho in Antonio. Sed hoc inter vtrumque agonem intereſt quod Barbilléa quidem erat ἱερὸς ἀγὼν, vt hîc teſtatur Dio: Eurycléa vero erat θεματίτης, quemadmodum eſt in inſcriptione Farneſiana. Multum autem præſtabant ſacri agones pecuniariis ſeu donaticiis, tametſi in ſacris certaminibus corona præmium eſſet: vnde & στεφανῖται & φυλλινοὶ ἀγῶνες dicebantur, iidémque ἱεροὶ ac περιοδικοί. teſte ſcholiaſte Pindari in Nemeon. Ode 8 & Vlpiano in Demoſthenis Orat. aduerſus Leptinem. quibus opponuntur θεματῖται, qui & χρηματῖται & δωρῖται dicuntur, & ἀργυρῖται ab iiſdem quos citaui Grammaticis. tametſi autem ſacrorum certaminum ſola corona præmium eſſet, tamen victoribus multa alia priuilegia publicè erant conſtituta, vt notat idem Vlpianus δίδονται οὖν μέγισται. δωρεαὶ καὶ μετὰ τῶν στεφάνων. Itaque Dio lib. 51. initio ἱεροὺς ἀγῶνας definit τοὺς σίτησιν ἔχοντας. id eſt quorum victoribus victus in prytaneo publicè eſt conſtitutus. Vide Vitruuium initio lib. 9.

Pag. 705. Αὐτὸς ποιεῖ τοιούτους.] Suetonius in Domitiano: *Ferebatúrque vox eius, Princeps qui delatores non caſtigat, irritat.* Elegantior alluſio videtur futura, ſi *inſtigat* dixeris, pro *irritat.*

Pag. 706. Τῶν ὁμοτίμων.] Sic Senatores vocat Dio non hîc ſolum, ſed & lib. 53. τρεῖς δὲ περίδροις αἱρεθῶνται οἱ ὑπατευκότες ἐκ τῶν ὁμοτίμων. id eſt *ex Conſularibus.* vt enim Conſulares ſunt inter ſe ὁμότιμοι, ita & Senatores. Cùm ergo Princeps ſit in Senatu, rectè Senatores reſpectu Principis, ὁμότιμοι dici poſſunt. Sane Themiſtius in Orat. 13. habita in Senatu Conſtantium vocat ὁμότιμον. οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι ἄνθρωποι εἰς βασιλεῦ μόνον τελοῦσιν, ὑμᾶς δὲ ἐκεῖνος ἐθέλει, καὶ ὡς ὁμοτίμους.

Επί τοι.] Exiſtimaui legendum eſſe ὅτι τι. maxime cum in vulgatis editionibus τι legatur, & ἐγένετο. quod magis placet, quam mſ. noſtri ſcriptura.

Τὸν δὲ Οὖρσον.] Hic eſt Vrſus cuius ſuaſu Domitiam coniugem repudiauerat Domitianus. quem iuuenem iucundiſſimum & ſine iactura deſidiæ doctiſſimum vocat Statius in Epiſtola præfixa lib. 2. Siluarum. Eiuſdem immenſas opes prædicat in Epicedio Pileti Vrſi.

Pag. 709. Ες τὰ ὑπομνήματα.] Intelligo acta publica populi Rom. quæ ad ærarium deferebantur. Dio lib. 57. τὰ δημόσια ὑπομνήματα, & τὰ κοινὰ ὑπομν. appellat. Sola enim hæc ſimpliciter acta, ſeu ὑπομνήματα dici poſſe videntur κατ' ἐξοχήν· cætera vero adiuncto vocabulo, Senatus puta aut Magiſtratuum aut Principis. Ac Senatus quidem acta curabāt Quæſtorij, quorum officium dicebatur, *Ab actis Senatus.* à quo officio proximus ad ædilitatem gradus erat, vt docet Spartianus in Hadriano. Dio lib. 78. de Domitio Floro, τὰ τῆς βουλῆς ὑπομνήματα διὰ χειρὸς ἔχων καὶ ἀγορανόμος ἐπ' αὐτοῖς ἀποδειχθῆναι ὀφείλων. Erant præterea acta & Commentarij principum, quorum meminit Suetonius in Caligula cap. xv. & in Domitiano cap. 20. de his elegans eſt Taciti locus in lib. 4. hiſt.

Petit à Cæſare Mauricus vt commentariorum principalium poteſtatem Senatui faceret, per quos noſceret quem quiſque accuſandum popoſciſſet. Vide Lipſium in Notis ad lib. 5. Annal. Taciti.

Pag. 715. Ο Σπορά κης.] Legendum Αβγαρος; Sporaces enim erat Anthemuſiæ regulus. at hoc loco de Edeſſæ regulo ſermo eſt, cui nomen fuit Agbaro: quanquam in vulgatis codicibus Αὔγαρος ſcribi ſolet. ſed Αβγαρος vel Ακβαρος verior ſcriptura eſt, quam & noſter codex firmat, & Suidas in ὑφεῖται & φυλάρχης & Αβγαρος. quinetiam Tacitus lib. 12. Acbarum quendam memorat Arabum regem, cuius regia erat Edeſſæ. Fuitque id nomen commune omnium Oſdrœnæ regulorum. Primus in hiſtoriis occurrit Acbarus ille Oſdrœnorum regulus qui Craſſum dolis circumuentum prodidit Parthis, teſte Dione lib. 40. vbi Αὔγαρος Οσροηνὸς perperam ſcribitur. In Plutarchi Craſſo φύλαρχος Αράβων Αριάμνης vocatur, ſed in Appiani Parthicis quæ ſunt ex Plutarcho compilata, Ακβαρος ſcribitur optime. Proximus huic eſt Abgarus ille qui ad Seruatorem noſtrum literas ſcripſit, teſte Euſebio libro 1. hiſt. & Procopio in Perſicis. Poſt hunc occurrit Acbarus ille temporibus Claudij Aug. de quo Tacitus lib. 12. Deinde noſter ſub Traiano. fuit & Agbarus quidam Oſdrœnorum regulus qui ad Seuerum transfugit, teſte Herodiano lib. 3. & Dione lib. 79. pag. 914.

Ο Σάμβηλος.] In editis Dionis ſeu Xiphilini exemplaribus Αβδάμβηλος dicitur.

Αὔφερου.] Spartianus in Hadriano. *Hadriano pater Ælius Hadrianus cognomento Affer fuit.* ſic in mſ. codice legitur. vulgo tam in Spartiani quam Xiphilini & Zonaræ codicibus Afer dicitur.

Φαβωρῖνον Γαλάτην.] Fauorinus Arelatenſis, Academicus philoſophus Dionis Chryſoſtomi diſcipulus fuit. hic tria vni ſibi poſt homines natos contigiſſe iactabat. primum quod Gallus cùm eſſet, Græcè loqueretur: alterum quod cùm eſſet Eunuchus, adulterij tamen accuſatus fuiſſet: poſtremo quod inuiſus imperatori nihilo minus viueret. vt refert Philoſtratus in vitis Sophiſtarum. Hunc intelligit Lucianus in dialogo qui Eunuchus inſcribitur: Καί τις ἀκαδημαϊκὸς εὐνοῦχος ἐκ Κελτῶν ὀλίγον πρὸ ἡμῶν εὐδοκιμήσας ἐν τοῖς Ἕλλησιν. ὁ Διοκλῆς δὲ κἀκεῖνον αὐτὸν ὑπὲρ ἑαυτοῦ, &c. lege ἐν ἀτιμῷ. Addit Lucianus eum à Stoicis & Cynicis ob labem corporis variis dicteriis deriſum fuiſſe.

Pag. 714. Αγάλματα αὐτοῦ.] Epiphanius in Ancyroto, Antinoi ſtatuas luſorium nauigium adiunctum habuiſſe ſcribit, pag. 503. ὁ Αντίνοος ὁ ἐν Αντινόου κεκηδευμένος καὶ σὺν λουσορείῳ πλοίῳ κείμενος ὑπὸ Αδριανοῦ οὕτως κατετάγη. Cuius rei non ea cauſa eſt quam putauit Scaliger in Notis ad Euſebij Chronicon, quod ſcilicet Antinous dum per Nilum nauigat periiſſet: ſed quædam paulo abſtruſior ratio eſt quam hic ponam. Ægyptij enim cum dæmones fingebant, eos non in ſolido ac ſtabili ſtatuere conſueuerant, ſed in nauigio. Ita Solem alioſque omnes effingebant, vt ſcribit Porphyrius in libro de antro Nympharum in Odyſſea. vbi notat ea

re indicari dæmones illos eſſe animas quæ ſupra humidum feruntur, & in generationem pronæ ſunt. Idem teſtatur & Clemens Alexandr. lib. v. *στρωματ.* his verbis, *Αἰγυπτίων οἱ μὲν ἐπὶ πλοίου, οἱ δὲ ἐπὶ κροκοδείλου τὸν ἥλιον δεικνύουσι.* ſed omnium optime Marcianus lib. 2. Philologiæ in fine, vbi eam nauem deſcribit Solis, *Cui nautæ 7. præſidebant. In prora felis forma depicta, leonis in arbore* (id eſt malo) *Crocodili in extimo videbatur. In eadem rate fons quidam lucis ætheree arcanis fluoribus manans in totius naturæ lumina ferebatur.* vulgo *felix forma* depicta legitur mendosè.

Παυλίνη ἀδελφῇ] Hæc videtur eſſe quæ Seruiano nupſerat. cuius mentio fit in veteri inſcriptione apud Gruterum pag. 252. DOMINÆ. PAVLINÆ. SORORI. IMP. CÆSARIS. TRAIANI. HADRIANI. AVG. FVNDANI. D. D.

Τῇ βουλῇ καὶ τῷ κλήρῳ.] Prouinciæ omnes imperij Rom. ex inſtituto Diui Auguſti bifariam erant diuiſæ. aliæ enim Cæſaris, aliæ Senatus populíque Rom. dicebantur. In Prouincias populi Rom. mittebantur quotannis ex Senatoribus ſorte ducti qui Procoſſ. vocabantur, ſeu Prætores ij, ſeu Conſules fuiſſent. At in Cæſaris prouincias mittebantur è Senatoribus, non ſorte, ſed iudicio principis lecti: iique legati Proprætore dicebantur omnes, tametſi conſulatum geſſiſſent. vt ſcribit Dio lib. 53. Quocirca miror virum doctiſſimum qui in Notis ad Spartianum pag. 9. & 56. affirmat legatos Cæſaris qui ex Coſſ. eſſent Conſulares eſſe dictos: qui Prætorij, Proprætore. Nec vero probare poſſum quod idem vir inculcat, pag. 93. & 322. & 433. vbi prouincias Cæſaris, alias Conſulares, alias Prætorias facit, illis præfuiſſe Conſulares, his Proprætores: quæ ſunt minus vera. Nam, vt dixi, etiam Conſulares Cæſaris legati Propr. dicebantur. Dio libro 53. *τοὺς δ᾽ ἑτέρους ὑπό τε ἑαυτοῦ αἱρεῖσθαι καὶ πρεσβευτὰς αὐτοῦ ἀντιστρατήγους ὀνομάζεσθαι κἂν ἐκ τῶν ὑπατευκότων ὦσι διέταξε.* Iam illa diuiſio prouinciarum Cæſaris in Conſulares & Prætorias, nullo auctore nititur. Prouinciæ quidem populi Rom. ita diuiſæ fuêre, vt Aſia & Africa à Conſularibus regeretur, cæteræ à Prætoriis, vt Strabo & Dio ibidem teſtantur. At de Cæſaris prouinciis id nemo veterum dixit. quippe illæ ex arbitrio principis pendebant, qui in eas pro libito aut Conſulares viros, aut Prætorios mittebat, vt diſertè ſcribit Strabo in fine lib. vlt. & Dio lib. 53. his verbis: *Ἐκ τε τῶν ἐστρατηγηκότων καὶ ἐκ τῶν ὑπατευκότων ἄρχοντες ἀμφοτέροισι πέμπειν ἐνομίσθησαν καὶ αὐτῶν ὁ μὲν αὐτοκράτωρ ὅποι τέ τινα καὶ ὁπότε ἤθελεν ἔστελλε. τῇ δὲ δὴ βουλῇ ἰδίᾳ μὲν τοῖς ὑπατευκόσι τὴν Ἀφρικὴν καὶ τὴν Ἀσίαν, καὶ τοῖς ἐστρατηγηκόσι τὰ λοιπὰ πάντα ἀπένειμε.* Nihil clarius dici potuit.

Ἀντὶ Βιθυνίας.] Inter prouincias Senatus & populi Rom. Pontum & Bithyniam fuiſſe auctores ſunt Strabo ac Dio, & hiſtoriæ ſcriptores. tandem Hadrianus eam recepit, eiuſque loco Pamphyliam Senatui conceſſit, vt ex hoc Dionis loco diſcimus. hinc in veteri inſcriptione legimus: P. STATIO P. F. PAVLO LEG. PRO. PR. PONT.

ET

ET BITHYN. & in altera: L. FABIO CILONI. LEG. PRO. PR. PROVINCIAR. MOESIÆ. SVPER. PONTI. ET. BITHYNIÆ.

Pag. 717. *Ὅτι Μάρκος.*] Mirum eſt nullum hîc elogium extare Antonini Pij, qui tamen Princeps optimus ac laude digniſſimus fuit. Sed huius rei hanc vnam eſſe cauſam puto, quod eius Imp hiſtoria in Dionis libris deerat. Sanè Xiphilinus defuiſſe in ſuis codicibus teſtatur, neque in Zonaræ exemplari extitiſſe pro certo habeo. Cæterùm ne nihil de hoc Imp. dicamus, nummum quendam huius Principis obiter explicabimus, quem Occo & Goltzius retulêre. Serpens eſt in gyrum conuolutus cum hac inſcriptione, ΑΒΩΝΟΤΕΙΧΙΤΩΝ ΓΛΑΥΚΩΝ. ſed literas adeò malè deſcriptas fuiſſe ait Occo, vix vt aſſequi potuerit. Quo fit vt affirmare non dubitem legendum fuiſſe, ΓΛΥΚΩΝ, non ΓΛΑΥΚΩΝ. Huius emendationis auctorem habeo Lucianum. Is in Pſeudomanti ait Alexandrum quendam celebre oraculum conſtituiſſe in oppido Paphlagoniæ, cui Abonutichos nomen eſt, cùm draconem quendam haberet, quem vocabat *γλύκωνα*, à quo oracula reddi fingebat: eundemque nummos noua figura percuſſiſſe, quorum ex vna parte eſſet Glycon ille ſerpens.

Τῷ Ἀριογαίσῳ.] Quadorum Regi, quem Quadi pulſo Rege legitimo Furtio, Regem conſtituerant. ſed Marcus regnum ei confirmare, tametſi poſtulantibus Quadis, recuſauit, vt ait Dio lib. 71. pag. 808.

Βήρῳ ἐπιτιμῶντι.] Hic eſt Martius Verus, qui res maximas in Armenia geſſit auſpiciis Ælij Veri Auguſti. Succeſſit autem Statio Priſco, vt docet Capitolinus in Marci & Veri Impp. vita, & Dio apud Suidam in *Μάρτιος Βῆρος*. Idem Legatus cùm eſſet Cappadociæ, primus de rebellione Caſſij Marcum admonuit, teſte Dione hoc libro.

Pag. 718. *Ἐν τοῖς Κιβωτίοις τοῦ Πούδεντος.*] Prænomen id videtur fuiſſe Caſſij. Neque enim exiſtimo libertum Caſſij hîc intelligi, qui eius epiſtolas curabat, quippe cùm hic non Pudens, ſed Manilius dictus ſit, teſte Dione infrà. Integrum igitur Caſſij nomen id videtur fuiſſe, Auidius Pudens Caſſius. Quod ſi quis fortè addubitet, eò quòd Vulcatius Gallicanus nullam eius prænominis mentionem fecerit, is velim cogitet multa ab eo ſcriptore, quæ ad Caſſium ſpectabant, & omiſſa & admiſſa etiam ſequius fuiſſe. Vel illud de familia & natalibus Caſſij, annon extremæ negligentiæ eſt? quod eius patrem non nominat, eumque ex familia illa nobili Caſſiorum fuiſſe credit. Atqui conſtat Caſſium Syrum fuiſſe Heliodori cuiuſdam filium, quem quidem Heliodorum ſcribit Dio ob rhetoricæ artis peritiam ad Præfecturam Ægypti perueniſſe. Eius Heliodori meminit Ariſtides in Orat. 4. earum quæ ſacræ dicuntur. Fuerat is Diuo Hadriano perfamiliaris & ab Epiſtolis, vt teſtatur Dio lib. 69. Spartianus in Hadriano: *In ſumma*, inquit, *familiaritate Epictetum & Heliodorum philoſophos habuit*. Atqui Heliodorus philoſophus non fuit, ſed rhetor, vt præter Dionem docet Philoſtratus in Heliodoro.

Ἐν τῇ Τιβερείῳ ᾗ.] Capitolinus in Marco: *His ita geſtis Pius in Tiberianam demum eum tranſgredi iuſſit, & aulico faſtigio renitentem ornauit.*

Πρόκριτον τῆς ἱππάδος.] Capitolinus ibidem: *Conſulem ſecum Pius Marcum deſignauit, & Cæſaris appellatione donauit, & Seuirum turmis equitum Rom. iam Conſulem deſignatum creauit.* Itaque Πρόκριτος τῆς ἱππάδος, eſt Seuir turmis equitum Romanorum. Ego tamen Principem iuuentutis interpretatus ſum. Idé enim eſſe cenſui Πρόκριτον τῆς Ἱππάδος, ac Πρόκριτον τῆς Νεότητος. Eſt autem Πρόκριτος τῆς Νεότητος, princeps iuuentutis apud Zonaram, ſicut πρόκριτος τῆς γερουσίας eſt princeps Senatus apud eundem Zonaram, ſiue Dionem. differt tamen princeps iuuentutis à Seuiro turmis equitum Rom. Nam princeps iuuentutis nudus honos videtur fuiſſe, perinde ac princeps Senatus. At Seuir nomen officij videtur fuiſſe, cui & ludorum Seuiralium cura competebat, teſte Capitolino. Iungi autem plerumque hi duo honores ſolebant. Zonaras in Auguſto. τῷ δ' ἐφεξῆς ἔτει δωδέκατον ὑπατεύων ὁ Αὔγουστος ἐς τοὺς ἐφήβους τὸν Γάϊον ἐνέταξε, καὶ ἐς τὸ βουλευτήριον ἅμα ἐσήγαγε, καὶ πρόκριτον ἀπέφηνε τῆς νεότητος, ἴλαρχόν τε φυλῆς γενέσθαι ἐπέτρεψε. quæ ex Dione deſcripta eſſe minime dubitandum eſt. Sic autem à Volphio Latinè ſunt reddita, *Caium principem iuuentutis deſignauit, & præfectum tribus eſſe iuſſit.* ſed vertendum erat, *& Seuirum turmis equitum Rom. eſſe iuſſit.*

Pag. 725. Ἰουλιανὸν τὸν Σάλβιον.] Sic in exemplari noſtro ſcriptum eſt, rectius quam in vulgatis codicibus Xiphilini Σέρβιον. Saluius enim Iulianus dicebatur. teſte Lampridio in Commodo.

Πάτερνον Ταῤῥουτλώνιον.] Proxime ad hanc codicis noſtri ſcripturam accedit Lampridius in Commodo, in quo legitur Tarruteni Paterni. Index quoque præfixus Pandectis Ταῤῥουτλώου Πατέρνου præfert. Fuerat is primo ab Epiſtolis Latinis Diui Marci, vt ſcribit Dio lib. 71. quo in loco male Ταῤῥούνιον legitur. poſt in bello quod Marcus vltimum geſſit cum Sarmatis & Quadis, exercitui Rom legatus præfuit, ſicut refert ibidem Dio.

Pag 726. Ὑπὸ τοῦ Μάρκου τιμηθείς.] Capitolinus in Antonino. *Ex condiſcipulis præcipuos Senatorij ordinis amauit Seium Fuſcianum & Aufidium Victorinum.* Hic legatus Proprær. Germaniæ Chattos in Germaniam irrumpentes repreſſit, teſte eodem Capitolino.

Pag. 729. Γλαβρίωνα Ἀκίλιον.] Qui bis Conſul fuerat, vir patriciorum nobiliſſimus, vtpote qui ad Æneam originē ſtirpis ſuæ referebat. Eundem Pertinax quo primum die Imp. ſalutatus in Senatum venit, manu prehenſum hortatus erat, vt imperium capeſſeret, & in ſella imperatoria ſedere vellet, teſte Herodiano lib 2.

Pag 730. Φλούβιος.] Fuluium verti, quaſi Φούλβιος legeretur. Exiſtimaui enim hunc quiſquis fuit materno genere coniunctum fuiſſe Seuero, eamque ob propinquitatem à Didio Iuliano aduentantis Seueri metu percito promotum fuiſſe ad ampliſſimam dignitatem. Sanè hunc Fuluium Afrum fuiſſe ſatis innuit hic Dio. Mater porrò Seueri Fuluia Pia

dicta eſt. Auus Maternus Fuluius Pius reſte Spartiano.

Pag. 733. Οὐεσπρώνιος Κάνδιδος] De quo Spartianus in Iuliano eadem ſcribit *Inter cæteros legatus eſt Veſpronius Candidus Verus Conſularis, militibus inuiſus ob durum & ſordidum imperium.* Eiuſdem meminit Dio lib. 74.

Καθεστηκότας ἐκ τῆς Ἰταλίας.] Idipſum ſane teſtatur Tacitus initio lib. 4. *Quanquam inſideret vrbem proprius miles, tres vrbanæ, nouem Prætoriæ cohortes Etruria fermè, Vmbriáque delectæ aut vetere Latio & coloniis antiquitus Romanis.* Neque vero id ſolum nouauit Seuerus quod in Prætorias cohortes omnis generis barbaros adſcripſit, ſed & numerum Prætorianorum magnopere auxit. vnde vrbem numeroſa militum turba, & ærarium ſuperfluis ſumptibus grauauit, quod hic queritur Dio. Herodianus quoque idem teſtatur lib. 5. τῆς τε ἐν Ῥώμῃ δυνάμεως αὐτῆς τετραπλασιασθείσης. quo loco legi mallem αὐτοῖς τριπλασιασθείσης. Nam cum Seuerus ambos liberos ſuos Auguſtos creaſſet, iiſdémque palatium ſeorſim vtrique dediſſet, vt Herodianus docuerat ſupra, conſequens fuit vt Prætorianos triplicaret, quò tribus Auguſtis apparere poſſent.

Μόνον καὶ τόν.] Delendum videtur καὶ, & mox : αὐτοὺς μὲν ὡς καὶ πιστευομένους legendum.

Pag. 734. Ὅτι Περτίναξ.] Hæc videntur eſſe deſcripta ex Oratione funebri quam Seuerus pro roſtris habuit de laudib. Pertinacis. Xiphilinus lib. 74. μετὰ ταῦτα ἀνέβη ὁ Σεβῆρος ἐπὶ τὸ βῆμα, καὶ ἀνέγνω ἐγκώμιον τοῦ Περτίνακος. vbi notabis obiter vocẽ ἀνέγνω, quæ creberrimè occurrit eo ſenſu apud Dionem. Principes enim Rom. cum in Senatu aut ad populum aut ad milites verba faciebant, ne periculum adirent memoriæ, aut ne in ediſcendo tempus abſumerent, ferè recitabãt omnia. quod ab Auguſto inſtitutum eſſe ſcribit Suetonius.

Τῶν βουλευτῶν ἀπέκτεινεν οὐδένα.] Lampridius in Seuero : *Neque quenquam Senatorem qui Nigri partium fuerant præter vnum ſupplicio affecit.* Et mox : *In multos animaduertit præter ordinem Senatorium qui Nigrum fuerant ſecuti. Eos Senatores occidit, qui cum Nigro militauerant ducum vel Tribunorum nomine.* Porrò Seuerus principatus exordio more bonorum principum iurauerat ſe nullum Senatorem occiſurũ, & Senatuſc. de ea re fieri iuſſerat. Verum ipſemet primus contra eam legem peccauit, quippe qui multos Senatores ſuſtulerit, atque in his Iulium Solinum qui id Senatuſc. de quo dixi perſcripſerat. Is eſt, vt opinor, C. Iulius Solinus, cuius liber extat Polyhiſtoris titulo. Xiphilinus quidem & Zonaras Ἰούλιον Σόλωνα eum appellant, tum hic tum in rebus Commodi.

Pag. 737. Τὸν ἄνδρα διαβάλῃ.] Turpe enim eſt Senatori nedum Conſulari delationem exercere. Hinc Tacitus alicubi vt nouum & indecorum notat, quod Senator delatoris partes ſuſtineret. Sane Senatoria perſona indicium profiteri non poteſt ſaluis legibus, vt ait Aſconius

in Diuinationem, & Marcianus in lege 18. D. de iure fiſci. *Clariſſimi viri deferre non poſſunt.* Itaque Dio lib. 58 merito Tiberium accuſat, qui cùm neſcio quis qui olim centurio fuerat indicium profiteri vellet, vetuit ne quiſquam veteranus indicium profiteretur, cùm tamen & equites & ſenatores id facere permitteret, pag. 635.

Αἰμίλιον Σατουρνῖνον.] Fortè Αἰμίλιον Λαῖτον ſcribendum eſt, vt ſit is Æmilius Lætus qui in expeditione Parthica à Seuero occiſus eſt. ob cuius cædem cum ſe inuiſum eſſe cerneret Seuerus, factum id iniuſſu ſuo à militibus aiebat. vt Dio & Spartianus ſcribunt.

Pag. 741. Τὰ ἐντάφια.] Hanc vocem Latini ſatis exprimere vnico vocabulo non poſſunt. ſignificat autem veſtes pretioſas, aromata, ac ſuffimenta ac cætera id genus quæ in pyram coniiciebantur Dio lib. 72. in funere Pertinacis, καὶ τὰ ἐντάφια ὅσα ὅ τε αὐτοκράτωρ καὶ ἡμεῖς ἐπέμψαμεν. Herodianus δῶρα appellat generali vocabulo vt & Latini munera. ſic enim Suetonius in Iulio, cap. 84. Catullus,

Tradita nunc triſtes munera ad inferias.

Valerius Flaccus lib. 3. *Date debita cæſis*

Munera quæ noſtro miſiſſet Cyzicus igni

Et libro quinto.

Lacrymáſque & munera mæſti

Vana ferunt, creſcit donis feralis aceruus.

Καὶ Σερουιανὸς.] In ms. ne quid diſſimulem, ſcriptum erat, Καίσαρ Ἰουλιανὸς. In Xiphilini codicibus, Σιβνειανὸς, vtrumque mendosè. Nam Seruianus is dictus eſt, qui ſororem Hadriani Paulinam duxerat. Hic cùm iuſſu Hadriani interficiendus eſſet, foculum popoſciſſe dicitur, & thure iniecto Deos precatus eſſe, vt Hadriano quandoque mortem optanti mori non liceret, vt ſcribit Dio lib. 69. Sed & in eo loco corruptum eſt nomen eius viri. nam Σιβνειανὸς ſcriptum eſt; pro Σερουϊανὸς. Sic enim Spartianus in Hadriano eum nominat non ſemel, & Plinius lib. 3. & 6. Epiſt. vbi gratulatur Seruiano quod filiam ſuam Fuſco Salinatori deſponderit. Sanè Fuſcus Ἔκγονος Seruiani memoratur à Xiphilino vnà cum auo occiſus. Cæterùm notandus eſt hic mos veterum, qui adhibito foculo execrationes & diras concipere ſolebant. Sic apud Plutarchum in Craſſo Ateius Trib. pl. ἔθηκεν ἐσχαρίδα καιομένην καὶ ἐπιθυμιῶν καὶ κατασπένδων ἀρὰς ἐπηρᾶτο δεινάς, &c. Quò referendus eſt Ciceronis locus pro domo: *C. Atinius*, inquit, *patrum memoria bona Q. Metelli conſecrauit foculo poſito in roſtris, adhibitoque tibicine. Vidimus hoc idem Cn. Lentulo Cenſori Tribunum pl. facere, &c.*

Pag. 742. Ἐν πολλαῖς τοσαύταις ῥάβδοις] Superflua eſt vox πολλαῖς, & Scholij vice addita. ſignificat autem Dio ambos Iuliani Aſpri filios ſimul Conſules fuiſſe. Itaque in Caſſiodori Faſtis anno V. C. 965. Coſſ. recenſentur duo Aſpri, quibus prænomina neſcio quæ attribuit Onufrius in Faſtis, abſque vllo auctore. Leonclauius in editione Dionis, alterum Iulium Aſprum nominat, ex Dione lib. 79. initio. ſed apud Dio-

nem eo loco, Ἄσπρον τὸν Ἰούλιον, patrem intelligi crediderim, qui hîc Ἰουλιανὸς dicitur.

Τὸν Λαῖτον.] Lætum intelligi exiſtimaui, de quo ita ſcribit Spartianus in Caracalla: *Lætum ad mortem coëgit miſſo à ſe veneno: ipſe enim inter ſuaſores Getæ mortis primus fuerat.* Conſul fuit anno 968. cum Cereali.

Θρασέαν Πρίσκον.] Hic eſt L. Valerius Meſſalla Thraſea Priſcus, qui Conſul fuit anno V. C. 649 Seueri Aug. temporibus, cóllega C. Domitio Dextro, vt videre eſt in Faſtis Onufrij. Videtur autem ortus fuiſſe ex familia Heluidij Priſci, qui fuit Pæti Traſeæ gener, vt ſcribit Tacitus & Dio.

Τῆς μὲν Γαλατίας.] Gallogræciam intelligi exiſtimo. Gallogræcis enim magis conuenit τὸ κοῦφον καὶ τὸ δειλὸν, quàm Gallis. vtro autem genere à Gallogræcis originem duxerit Caracalla, obſcurum eſt: niſi fortè per auum maternum Baſſianum, ex cuius nomine ipſe Caracalla Baſſianus dictus eſt ſed hunc Baſſianum Phœnicem facere videtur Victoris Epitome in Heliogabalo.

Pag 745. Χρημάτων πλῆθος.] Aurum coronarium id dicebatur, cuius crebra mentio fit ab hiſtoriæ Auguſtæ ſcriptoribus.

Τῆς δεκάτης.] Decimæ hereditatum quam pro viceſima inſtituit Antoninus Caracalla, mentio extat apud Vlpianum in libris Inſtitutionum, titulo de Succeſſionibus ab inteſtato, cuius locus extat in Collatione legis Moſaïcæ. Sed hoc vectigal decimæ hereditatum pariter cum vectigali decimæ manumiſſionum paulò pòſt abolitum eſt à Macrino Auguſto, & ad antiquam formam vtrumque reuocatum, vt teſtatur Dio libro 78. Τά τε περὶ τοὺς κλήρους καὶ τὰ περὶ τὰς ἐλευθερίας καταδειχθέντα ὑπὸ τοῦ Καρακάλλου παύσας.

Καὶ δωρεὰς ἐποίησε.] Diu me torſit hic locus, quem tandem minima mutatione ſic reſtitui, κλήρων καὶ δωρεῶν. Huius autem emendationis ipſe auctor eſt Dio, qui lib. 55. de inſtitutione huius vectigalis ab Auguſto facta loquens, ſic ait: Εἰκοστὴν τῶν τε κλήρων καὶ τῶν δωρεῶν, ἃς ἂν οἱ τελευτῶντές τισι, πλὴν τῶν πάνυ συγγενῶν ἢ πενήτων καταλείπωσι, κατεστήσατο. id eſt, vt rectè Xilander interpretatus eſt: *Inſtituit vt viceſima pars hereditatum ac legatorum, exceptis iis quæ proximè genere iunctis ac pauperibus morte aliorum relinquebantur, in ærarium militare inferretur.*

Τάς τε διαδοχὰς καὶ τὰς ἀτελείας.] Duo ſunt ab Antonino Caracalla in ſucceſſionibus innouata. primùm enim ius ſuccedendi ab inteſtato ademit certis perſonis quibus id tum ex legibus, tum ex Conſtitutionibus principum, tum ex Edicto Prætoris competebat. Deinde immunitates viceſimæ hereditatum certis perſonis ab anterioribus principibus conceſſas ſuſtulit: eaſque ſolas perſonas in ſucceſſionibus ab inteſtato admitti voluit, quibus immunitatem decimæ hereditatum, quam pro viceſima inſtituerat, conſtitutione ſua tribuebat, vt Vlpianus diſertè docet apud Ruffinum in Collatione legis Moſaïcæ, cap vlt. *Sed Imperator noſter in hereditatibus quæ ab inteſtato deferuntur, eas ſolas perſonas voluit*

admitti, quibus decimæ immunitatem ipſe tribuit. Ad quem locum P. Pithœus, vir excellentis ingenij, rectè quidem adnotauerat de xx. hereditatum ibi agi: ſed nec cur decima diceretur, nec quænam fuerit illa Antonini Conſtitutio, aſſequi potuit. Proinde ob id quidem quod ingenioſè ac feliciter deprehendit, laudem meretur: ſi quid verò ab eo vtpote libris deſtituto prætermiſſum eſt, id nos ſupplere debuimus. quod quidem à nobis beneficio huius ſingularis loci aliqua ex parte præſtitum eſt. Nam cæteroqui quæ fuerint eæ perſonæ quibus Caracalla decimam hereditatum remiſerat, id verò diuinare non opis eſt noſtræ. Atque hæc in ſucceſſionibus ab inteſtato. In teſtamentariis autem idem Antoninus conſtituit vt caduca omnia fiſco vindicarentur, quemadmodum Vlpianus in regulis ſcribit.

Τοῖς πάνυ προσήκουσι.] In lib. 55. loco ſuprà citato, *πλὴν τῶν πάνυ συγγενῶν*, dixit Dio. Immunitas viceſimæ ex lege Iulia domeſticis heredibus conceſſa erat, vt ait in Panegyrico Plinius, id eſt, ſuis, conſanguineis, & agnatis, qui modò veteres eſſent ciues. Poſtea Nerua nouis ciuibus indulſit, vt quod ex matris ad liberos, ex liberorum bonis ad matrem perueniſſet, etiamſi cognationum iura non impetraſſent, cùm ciuitatem adipiſcerentur, eius viceſimam ne darent. Eandem immunitatem in bonis filij patri dedit, ſi modò is in poteſtatem patris rediiſſet. Sed Traianus eam exceptionem remouit, patrique in bonis filij, tametſi is è poteſtate patris exiſſet, immunitatem tribuit. Cauit poſtremò vt in ſororis bonis frater, & in fratris ſoror, vtque auus auia in neptis nepotiſque, & inuicem illi immunes eſſent, vt teſtatur Plinius. Sed & Antoninus Pius id vectigal abrogaſſe videtur, ſi credimus Zonaræ, cuius hæc ſunt verba: *Περὶ τούτου ᾄδεται, ὅτι καὶ τὸ τῆς συγκλήτου κατέχωσε ψήφισμα τὸ κατ᾽ ἐπιταγὴν τοῦ Ἰουλίου γέγονε Καίσαρος, διατάζον μηδενὶ ἐξεῖναι διαθήκην ποιεῖν, εἰ μὴ μέρος ἀφωρισμένον τῷ κοινῷ καταλείψει ταμείῳ. ὅθεν νομίζεται καὶ μέχρι τοῦδε ταῖς διαθήκαις ἐγγράφεσθαι ὅτι τῷ βασιλικῷ ταμείῳ καταλείπω τόδε.* quæ verba amplius conſideranda ſunt.

Ῥωμαίους πάντας.] Hic verò locus liquidò docet, quis fuerit auctor eius Conſtitutionis quam refert Vlpianus in leg. 17. de ſtatu hominum. Neque enim Hadrianus, vt quibuſdam Eccleſiæ Patribus placuit; neque Antoninus Pius, vt Aurelius Victor ſcripſit; nec poſtremò Marcus, vt Cuiacio viſum eſt, eam Conſtitutionem tulère: ſed Antoninus Caracalla, quemadmodum hîc ſcribit auctor certiſſimus, & qui illis temporibus vixit Dio. Sed & ipſius Vlpiani verba ſatis id demonſtrant: *In orbe Rom. qui ſunt ex Conſtitutione Imp. Antonini ciues Rom. effecti ſunt.* Etenim Vlpianus quotieſcunque Imp. Antoninum dicit, Caracallam perpetuò intelligit. Antoninum autem Pium, & M. Aurelium ſicubi deſignare vult, Diuum Pium & Diuum Marcum nominat, vt monuit me vir Cl. idemque in omni genere doctrinæ præſtans Hier. Bignonius, in Pariſienſi Senatu Regis Aduocatus. Sed contra hanc ſententiam afferri poteſt locus Spartiani in Seuero, qui ſic habet: *Seuerus Africa*

oriundus, imperium obtinuit, cui ciuitas Lepti, pater Geta, maiores equites Rom. ante ciuitatem omnibus datam. Ex quo confici videtur ante Caracallam ciuitatem omnibus in orbe Rom. degentibus datam fuiſſe. verùm reſponderi contrà poteſt, omnibus datam ciuitatem in Spartiano de Leptitanis tantùm intelligi. ſanè in ms. codice non *omnibus* legitur, ſed *ſibi*. quod rectius eſt.

Τοὺς ξένους τὰ πολλὰ μὲν σωτελ.] Verbi gratia, viceſimam eorum qui manumitterentur non ſoluebant peregrini. lex enim illa ad eas ſolas manumiſſiones pertinebat, quibus manumiſſi ciuitatem Romanam conſequebantur. Similiter vectigal viceſimæ hereditatum peregrini non pendebant, vt diſertè docet Plinius in Gratiarum actione his verbis: *Inueniebantur tamen quibus tantus amor nominis noſtri ineſſet, vt Rom. ciuitatem non viceſimæ modò, ſed etiam affinitatum damno bene compenſari putarent.* Hereditates quoque peregrinorum non ſubiacebant legi caducariæ. & ratio eſt, quia peregrini non tenentur iure ciuili.

Pag. 746. Αὔγαρος.] Hunc amicitiæ ſpecie ad ſe euocatum Caracalla in vincula coniecit, atque ita regno illius potitus eſt. vt ex integro Dionis exemplari ſcribit Zonaras, & Xiphilinus. Idem videtur eſſe qui à Seuero magnificentiſſimè erat exceptus cùm Romam ad eum veniſſet, vt ſcribit Herodianus lib. 3. & Dio lib. 79 Ανήχθη εἰς τὴν Ρώμην ὑπὸ τιμῆς ἀπλέτου καὶ ὅσην οὔτε Αὔγαρος ἐπὶ τοῦ Σεβήρου, οὔτε Τηριδάτης ἐπὶ Νέρωνος ἔσχεν.

Τῶν γενεσίων.] Inter τὰ γενέσια, ac γενέθλια, id diſcriminis duntaxat ponit Dio, quod γενέσια, ſemper de mortuis, γενέθλια, de viuentibus dicit. vtroque autem nomine diem natalem intelligit. At veteres Græci diem quo quis mortuus eſt, γενέσια dicebant, teſte Heſychio, & Ammonio grammatico, & parentalia ſic vocabant. Herodot. lib. 4. de Iſſedonib. Παῖς δὲ πατρὶ τοῦτο ποιεῖ ὥσπερ Ἕλληνες τὰ γενέσια.

Pag. 749. Ες τοὺς Αλβανοὺς] Legendum, Αλαμβαννοὺς, vt infrà ſcribitur rectius de rebus autem in bello Alamannico à Caracalla geſtis, nullibi plura quàm hiſce in fragmentis reperias, ne nomen quidem eorum extat niſi apud Aurelium Victorem qui de Caracalla ſic ait: *Alamannos gentem populoſam ex equo mirificè pugnantē prope Manum amnem deuicit.*

Τὸ Σύλλου μνημεῖον.] Caracalla ex omnibus ducibus præcipuè laudabat Sullam & Hannibalem, quibus ſtatuas atque imagines poſuit, teſte Herodiano lib. 4. Crebrò etiam dicere ſolebat Sullam ſe futurum, & milites ſuos quaſi Sullæ milites & cohortatus eſt, & donauit, vt ſcribit Spartianus.

Μεσομήδει.] Vixit is temporibus Antonini Pij, vt teſtis eſt Capitolinus & Euſebius in Chronico.

Τῶν Χάττων αἱ γυναῖκες.] Xiphilinus lib. 77. de Cennorum mulieribus id refert. ſunt autem Cenni Germanica gens, vt ibidem ait Dio, quos Breunis ac Vindelicis conterminos facit Florus lib. 4. cap. vlt. *Noricis animos dabant Alpes atque niues. ſed omnes illius cardinis populos Breunos, Cennos atque Vindelicos per priuignum ſuum Druſum Auguſtus perpa-*

cauit. Gruterus ex mſs. Palatinis, *Scennos* legit. ſed *Cennos* malo ex Iornande in lib. de ſucceſſione regnorum: qui liber maxima ex parte ex Flori hiſtoria compilatus eſt.

Pag. 753. Βαῖνε δίκης.] Apud Zonaram & Xiphilinum στίχῳ legitur leui diſcrimine. ſequens acroteleurion fortè ſic concipiendum eſt, σε δίκας αἰτοῦσι Σεβήρω, vt ſenſus ſit, *Ambo Seueri pater & filius à te pœnas exposcunt*. verùm id non ſatisfacit; dicendum enim fuiſſet, παρὰ σοῦ, non σε.

Ἀπόλλων ὁ Γρίνιος.] Exiſtimaui legendum eſſe, Γρύνειος, idque in Latina verſione ſecutus ſum. fuit enim celeberrimum olim templum & oraculum Apollinis Grynéi in oppido agri Myrinæi Grynio, vt teſtis eſt Strabò lib. 13. & Stephanus in Γρύνοι. Ipſe Apollo dicitur Γρυνεὺς quidem à Strabone, à Parthenio autem Γρύνειος, & Γρυνήϊος poëticè.

Pag. 754. Τὸν Ἑλλήσποντον ἐκ ἀκινδύνως.] Spartianus id ſic narrat: *Inde cum in Aſiam traiiceret, naufragij periculum adiit, antenna fracta, ita vt in ſcapham cum protectoribus deſcenderet.*

Pag. 757. Ἡρακλεῖ τῷ ἐν Γαδείροις.] Apud Gaditanos templum fuit Herculis tam Ægyptij quam Thebani, in quo Pygmalionis olea viſebatur aurea, cuius baccæ è ſmaragdo, & columnæ duæ quadratæ ignotis literis inſcriptæ, & nonnulla alia quæ legere eſt apud Philoſtrat. lib. 5. initio & Strabon. lib. 3. Cæterum Herculis ipſius nullum ſimulacrum erat intus, teſte Silio Italico lib. 3. initio. Ara perpetuo igne lucebat. Sacerdotes linea veſte laticlauia erant induti. Mulieres ab aditu templi arcebantur & ſues. Eiuſdem templi trabes iaminde à prima fundatione omni æuo duraſſe dicuntur, vt canit ibidem Silius. Porrò id templum à Tyriis conditum eſſe non dubito, qui & Gades condidere. Nam & Tyri in templo Herculis erat olea, ad cuius radicem ignis innoxius ardebat, vt ſcribit Achilles Tatius lib. 2. de Clitoph. amorib. Adhæc duæ columnæ ibidem erant, altera è ſmaragdo, altera ex auro puro. vt ait Herodotus lib. 2. vbi & duo Herculis templa dicit fuiſſe Tyri: alterum Herculis Tyrij, alterum Herculis Thaſij, cui vt heroi libabant. Erat & Saturni templum Gadibus teſte Strabone, cui humanis hoſtiis litabant, perinde ac Tyrij & Carthaginenſes, de quibus id teſtatur Curtius & Diodorus, ſed hunc morem Gaditanorum ſuſtulit C. Cæſar Prætor. ſic enim explicare ſoleo locum Ciceronis in Orat. pro Balbo: *C. Cæſar cum in Hiſpania Prætor eſſet inueteratam quandam barbariam ex Gaditanorum moribus diſciplinâque deleuit*. Denique nec Tyri ſimulacrum erat vllum in Herculis templo vt innuit Herodot. lib. 2. & Curtius lib. 4. cum ait, *aurea catena deuinxere Apollinis ſimulacrum, araeque Herculis inſeruere vinculum*. ſed hoc poſtremum affirmare equidem nolim. Hæc cum ita ſint nihil erat cur dubitaret Arrianus lib. 2. de reb. Alex. Herculem qui Tarteſſi colitur eundem eſſe cum Tyrio.

Τοῦ Σαωτέρου.] In mſ. ſcriptum erat Σαζοτέρου mendosè. fuit is Saote-

rus

rus præfectus cubiculi Imp. Commodi, apud quem vtpote catamitum ſuum plurimum valuit. adeò vt Nicomedienſes vnde erat oriundus, eius ſuffragio impetrauerint à Senatu, vt templum Commodo ponere, & certamina (Κομμόδεια vt opinor dicta) celebrare ſibi liceret, vt ſcribit Dio lib. 72. Eius nomen corruptum apud Lampridium in Commodo egregiè reſtituit Cl. Salmaſius vir doctiſſimus.

Ες χιλίας διακοσίας.] Numeros hic tranſpoſitos eſſe arbitratus ſum. Etenim militiæ prætorianæ præmia ſeu emerita longè ampliora fuiſſe quam reliquorum militum ſatis conſtat. Ac Auguſtus quidem anno V. 758. conſtituerat vt Prætoriani completis XVI. ſtipendiis v. millia drachmarum, id eſt vicena millia nummum viritim acciperent: reliqui vero tria drachmarum millia poſt XX. annos militiæ, vt ſcribit Dio lib. 55. At Caracalla pręmia miſſionum auxit, quippe profuſiſſimus in milites. ac Prætorianis quidem tantum alterum adiecit. cæteris vero quinque millia nummum ſupererogari conſtituit. Ita hunc Dionis noſtri locum intelligendum puto.

Pag. 758 Θέα τῇ κευλλώη.] De his ſpectaculis nihil compertum habeo. Ac fortè ea ſpectacula non Romæ, ſed Alexandriæ celebrata ſunt. ſanè Dio lib. 77. in fine, ſeu potius Xiphilinus ſcribit Caracallam ſpectacula & ſodalitia Alexandrinorum ſuſtuliſſe. ἐκ δὲ τούτου τάς τε θέας καὶ τὰ συσσίτια τῶν Αλεξανδρέων καταλύσας.

Pag. 761. Πολλίωνος ὑπάτου.] Corrigendum puto ὑπάρχου.

Κωμάζων.] Is Eutychianus proprio nomine dictus eſt, alumnus Mæſæ, educator Helagabali, eiuſdémque Præfectus Prætorij atque in Conſulatu 3. collega. huic ob mimicam artem cognomen inditum erat Comazon, vt ſcribit Dio. Lampridius in Helagab. *Ad Præfecturam Prætorij ſaltatorem qui hiſtrionicam Romæ fecerat adſciuit.* Vir doctus qui in Notis ad Spartianum in Hadriano ſcripſit Helagabalum dictum eſſe à Dione γάνιν & κωμάζοντα, aliud agebat. vtrumque enim nomen proprium eſt apud Dionem.

Pag. 765. Γορδίυ.] Hunc Gordium aurigam commemorat & Lampridius in Helagab. quem Helagabalus Præfectum vigilum fecit.

Pag. 766. Αβίτου τοῦ πάππου.] Ab huius Auiti aui ſui nomine Helagalus dictus eſt Auitus. Auum autem maternum ipſius Helagabali eum fuiſſe exiſtimo, maritum Mæſæ, cuius integrum nomen eſt Iulius Auitus. ſed quoniam tota ſtirps Helagabali & conſobrini eius Alexandri Seueri, magnopere confuſa eſt & obſcura, eam hic proponam. Igitur Baſſianus è Phœnice oriundus filias habuit Iuliam Domnam Auguſtam coniugem Seueri, & Mæſam. Iuliæ filius fuit Caracalla qui & Baſſianus ex nomine aui materni dictus. Mæſa Iulium maritū habuit virum Conſularem, ex quo duas filias peperit Sohæmiadem & Mamæam. Quarum Sohæmias quidem Vario Marcello Senatorij loci viro nupta filium habuit Auitum, qui & Baſſianus dictus eſt ex aui ac proaui materni nomine, ex paterno autem nomine Varius. Itaque fallitur Lam-

pridius qui Helagabalum Varium dictum eſſe ſcribit ex auiæ Variæ nomine. Nec minus falli eundem puto, cum Alexandrum Seuerum Varij filium, Variæ nepotem fuiſſe dicit. Neque enim credibile eſt patrem Helagabali & Alexandri vno eodémque appellatos nomine. Potius crediderim erraui ſſe Lampridium, qui Alexandri patrem facit qui erat Helagabali. Etenim ſi Varium Helagabali patrem eſſe ſciſſet, certè id in eius vita retuliſſet, quo loco cauſas quærit cur Helagabalus dictus eſt Varius. Ac duas quidem eius appellationis ibi cauſas retulit, hanc quam dixi prætermiſit. Proinde non dubito errorem illum in ſtirpe Alexandri Seueri ex ignoratione Lampridij fluxiſſe. Niſi fortè Varij filium interpretari placet, adoptatū ab Helagabalo qui & Varius eſt dictus. Cæterùm naturalis Alexandri Seueri pater ignoratur. Ab auctoribus autem Mamçæ filius ferè dici ſolet. quod in gratiā Mamçæ à Senatu decretum fuiſſe credibile eſt, quemadmodum patres olim cenſuerant, vt Tiberius Aug Liuiæ filius diceretur, teſte Dione. Auus quidem eius dictus eſt Alexianus, ſi credimus Herodiano lib. v. idque initio nomen fuit Alexandrô Seuero.

Pag. 769. Τοῖς καθόλου λόγοις ἐπιτ.] Hi ſunt qui rationales ſummarum dicūtur in Notitia Imperij Rom. & in codice. ſumma enim nihil aliud eſt quam ὁ καθόλου λόγος. ſic actorem ſummarum interpretari ſoleo apud Suetonium in Domitiano cap. xi. At Euſebius lib. 7. hiſt. Eccleſ. cap. 12. prorſus infeliciter latinam vocem expreſſit. Nam cum in Edicto Gallieni ſcriptum eſſet, *Aurelius Quirinus procurator ſummæ rei*, vertit Αὐρήλιος Κυρίνιος ὁ τοῦ μεγίστου πράγματος προεστηκώς. at eo loco ſumma res pro ſumma pecunia dicitur. vt leg. 7. Cod. vbi cauſæ fiſcales. *ad Bulephorum Rationalem ſummæ rei.* Melius itaque vertit Dio, τοὺς καθόλου λόγους ἐπιτετραμμένους. Hinc Rationales à Græcis καθολικοὶ dicti ſunt, vt apud Athanaſium in epiſt. ad Solitarios, Fauſtinus quidam καθολικὸς vocatur. & apud Euſebium lib. 4. de vita Conſt. cap. 36. Gloſſæ veteres καθολικὸς Rationalis. Item Conſularis καθολικὸς, Rationalis λογικὸς. Dicebantur autem procuratores ſummæ rei ad differentiam eorum qui vnius duntaxat rei procurationem gerebant, putà viceſimæ hereditatum, familiæ gladiatoriæ aut ſimilium. vtroſque manifeſtè diſtinguit Paulus in lege 35. D. ex quibus cauſis maiores. *Procurator Cæſaris, non ſolum cui rerum prouinciæ cuiuſque procuratio mandata erit, ſed & is cui rerum quamuis non omnium.*

Cuiacius lib. 8. obſ. cap. 32.

Pag. 771. Παρὰ Νυμίκιον.] Ita correxi ex Zonara, cum in vulgatis codicibus Κίον legatur ſine ſenſu. Tametſi autem Dionis nomen hic non laudetur, dubitari tamen non poteſt quin pleraque omnia Dionis ſint. quod certè fatebitur quiſquis hæc cum Zonaræ hiſtoria contulerit. vel illud de Albæ longæ conditu, & Regibus Albanorum annon apertè ex eodem fonte deriuatum eſt? Nam & Amulius vocatur Tiberini nepos vt apud Zonaram, quem cæteri aliter vocant. deinde illa μέχρι τούτου τὰ περὶ Ἄλβης, &c. iiſdem ferè verbis apud Zonaram leguntur.

Pag. 772. Αἰγίςου.] Ita eum vocat & Dionyſius lib. 1. ſed Ouidius in 4. Faſtorum Lauſum nominat.

Pag. 773. Εκτίσθη.] At cæteri Romam quadratam à Romulo conditam eſſe ſcribunt, vt Dionyſius lib. 1. & Solinus. Vide & Feſtum in Quadrata.

Ναρβωνησίοις Βέβρυκας.] Hic Dionis locus extat apud Zonaram tomo 2. pag 70. vbi Hiſpaniæ ſitum deſcribit. Inter cætera, Μέχρι τοῦ Πυρηναίου νέμεται· τὸ γὰρ ὄρος τοῦτο ἐκ τῆς θαλάσσης τῆς πάλαι μὲν Βεβρύκων ὕστερον δὲ Ναρβωνησίων ἀρξάμενον ἐς τὴν ἔξω τὴν μεγάλην διατείνει· πολλὰ μὲν ἐν τοῖς αὐτοῦ καὶ σύμμικτα ἔθνη ἔχον, πᾶσαν δὲ τὴν Ἰβηρίαν ἀπὸ τῆς προσοίκου Γαλατίας ἀφορίζον. Horum porrò Bebrycum qui Hiſpanis collimitant, meminit Marcianus Heracleota, vt notauit Scaliger in Euſebij Chronicon. Nomen illis à Bebryce, qui olim in ea ora imperauit; cuius filia Pyrene memoratur, quæ ab Hercule in Iberiam iter faciente vitiata, cum diſceſſu Herculis mœſta per ſiluas erraret, à feris laniata nomen monti dedit. Græci enim Πυρήνην, & nonnulli Latinorum eos montes vocant. Auctor Silius Italicus lib. 3. de his Bebrycibus loquitur & Stephanus: Βεβρύκων ἔθνη δύο· τὸ μὲν περὶ τῷ Πόντῳ ἐν τῇ Ἀσίᾳ τὸ δὲ παρὰ τοῖς Ἴβηρσιν ἐν τῇ Εὐρώπῃ.

Ὕστερον Σαλαπία, εἶτα Καλαβεία.] Zonaras ex Dione, vt ſolet, pag. 51. εἶτα εἰς τὴν νῦν καλουμένην Καλαβείαν ἐστράτευσαν. ſic & pag 83. pro Μεσαπύγη, & Μεσαπυγία, legendum eſt Μεσαπία, ex Strabone lib. 6. & Antonino Liberali cap. 28 Metamorph.

Pag 774. Ἐπὶ Φαβίου Μαξίμου.] Anno vrbis conditæ 625. Eius immanis ſacrificij meminit & Zonaras pag. 68. & Oroſius lib 4. cap. 13. eodem ipſo anno quem ſuprà dixi. factum id memorat. Poſtea etiam id ſacrificium repetitum eſt bello Punico ſecundo, vt narrat Liuius lib. 22. Simile quid & ſub Iulio Cæſare factum prodit Dio lib. 43.

Ἐν Ῥωμαϊκοῖς ις΄.] Hic locus quem citat Suidas, extat apud Zonaram pag. 86. ſed aliquot verbis truncatus, qui mos Zonaræ eſt.

Πάντες ἀποθανεῖν.] Et hic Dionis locus ex oratione Scipionis ad milites qui ſeditionem fecerant, extat apud Zonaram pag. 91. iiſdem planè verbis.

Pag. 775. Ἴβηρες δὲ Βαλερείας.] Ita ſcribitur quoque apud Zonaram, pag. 92. ex quo hunc locum lib. 16. aſſignare non dubitaui. Nam cùm præcedens fragmentum ſit ex lib. 16. Dionis, teſte Suida, ſequitur vt hæc quoque hiſtoria quæ cùm ſuperiori proximè iuncta eſt, ad eundem librum pertineat. Cæterùm Dioni hîc non aſſentior: nam neque Romani eas inſulas Gymnaſias vocant, ſed Græci tantùm; neque Hiſpani eas Balerias appellant, ſed Baleares.

Ὅτι Μάρκιος Βῆρος.] Hanc locum Suidas ex Collectaneis, περὶ Ἀνδραγαθημάτων, Conſtantini noſtri exſcripſit. vel illud initium, Ὅτι, ſatis declarat inde vbi dixi deſumptum eſſe. In vulgatis quidem Suidæ libris ea vox omiſſa, ſed ex mss Bibliothecæ Regiæ eam reſtitui. ac Dionis quidem id fragmentum eſſe, tametſi Suidas nomen auctoris reticet, tum

ſtilus, tum hiſtoria, ac res ipſa conuincit. Pertinet autem ad bellum Armenicum & Parthicum, quod Martius Verus geſſit auſpiciis Lucij Veri Auguſti. Id bellum fusè enarrauerat Dio lib. 71. quippe quod quadriennij tempore durauerat. ſed Xiphilinus totum reſecuit. Nos duo fragmenta eius belli ſanè luculenta edidimus.

Τὸν Σόαιμον.] In vulgatis Suidæ codicibus σώαιμον excuſum eſt ſine ſenſu. Scripti codices bibliothecæ Regiæ σύαιμον habent. Ego Σόαιμον malui. fuit enim Soæmus Armeniæ Rex Achæmenidis regis filius, Arſacidis nepos. Hic à Vologæſo Parthorum rege expulſus, ad Romanos confugit, atque in Senatorium ordinem relatus Conſulatum quoque geſſit. Poſteà in regnum maioris Armeniæ ductu Martij Veri iterum reſtitutus eſt. vt ſcribit Iamblichus Syrus in libro de amoribus Rhodanis & Sinonidis, cuius verba referuntur in bibliotheca Photij: λέγει δὲ καὶ ἑαυτὸν Βαβυλώνιον εἶναι συγγραφεὺς καὶ ἀκμάζειν ἐπὶ Σοαίμου τοῦ Ἀχαιμενίδου τοῦ Ἀρσακίδου ὃς βασιλεὺς ἦν ἐκ πατέρων βασιλέων. γέγονε δὲ ὅμως καὶ τῆς συγκλήτου βουλῆς τῆς ἐν Ῥώμῃ, καὶ ὕπατος δέ· εἶτα καὶ βασιλεὺς πάλιν τῆς μεγάλης Ἀρμενίας. Ῥωμαίων δὲ διαλαμβάνει βασιλεύειν Ἀντωνῖνον καὶ Οὐῆρον. huius Iamblici Syri meminit & Theodorus Priſcianus lib. 2. de re medica cap. 11.

Περὶ τὰς πράξεις.] Sic repoſui ex vetuſtiſſimo codice biblioth. Reg. vulgo περὶ τὰς τραπέζας excuſum eſt.

Pag. 776. Ἐκ Πρίσκου.] Is eſt Statius Priſcus, de quo Capitolinus ſic ſcribit in Marco. *Geſtæ ſunt res in Armenia proſperè per Statium Priſcum Artaxatis captis. delatumque Armeniaci nomen vtrique principum.* Statio Priſco in ea expeditione mortuo ſucceſſit Martius Verus, vt innuit idem Capitolinus in Vero: *Duces*, inquit, *confecerunt Parthicum bellum Statius Priſcus, Auidius Caßius, & Martius Verus quadriennio, ita vt Babylonem & Mediam peruenirent; & Armeniam vindicarent.*

Οὐ γὰρ οἶμαι δεῖ.] Vocem οἶμαι ex coniectura addidi, quæ in vulgatis Suidæ codicibus deeſt. ſed mſſ. bibliothecæ Regiæ habent, οὐ γὰρ δεῖ rectius.

Κάσσιος.] Hic eſt Auidius Caſſius legatus Veri qui Vologæſum Parthorum regem fugauit, & Cteſiphontem ac Seleuciam cepit, vt narrat Xiphilinus ex Dione lib. 71. ad quem librum hoc quoque fragmentum pertinet, vt ſatis conſtat. Cæterùm cum hac expeditiſſima iungendorum pontium ratione qua vtebantur Romani, conferri poteſt ea quam refert Arrianus lib. 5. de geſtis Alexandri: quæ vna eadémque eſt cum cum illa Dionis noſtri.

Σανατρούκης.] Hic eſt Vologæſi Armeniorum Regis pater cuius meminit Dio lib. 75. his verbis: τῷ δὲ Βολογαίσῳ τῷ Σανατρούκου παιδὶ, &c.

IN EXCERPTA EX IOANNE Antiocheno Adnotationes.

Pag. 781. ΑΠΟ τοῦ κατακλυσμοῦ ἕως Ἀβραάμ.] Hæc annorum computatio neque cum Hebraicis voluminibus, neque cum LXX. Interpretum editione conſentit, & ab Euſebij calculo diuerſa eſt. Neque verò mendum eſſe in numeris dici poteſt, cùm & apud Suidam in σερούχ vbi hic locus extat, planè iidem numeri legantur. Paulò pòſt reſcribendum eſt, ἀπὸ δὲ τοῦ Ἀδὰμ ἕως τοῦ Ἀβραὰμ ἔτη γϡμϛ´ vt in mſ. noſtro legitur & apud Suidam. ſed properantes Chalcographi quædam omiſerant.

Pag. 786. Δεσμά τε καὶ μάστιγας.] Eadem memorantur in hiſtoria Miſcella, *Iſte excogitauit primus vincula, taureas, fuſtes & lautumias, compedes, catenas, exilia, metalla, carceres.* quæ iiſdem penè verbis leguntur in Iſidori Originibus lib. 4. extremo.

Οὕτω δὴ μέτριός τε.] Hæc verba citat Suidas in μέτριος abſque auctore vt ſolet. ſunt autem ad verbum hæc cuncta tranſlata ex Eutropij Epitome ſeu Breuiario hiſtoriæ Rom. cuius hæc ſunt verba: *L. Valerius fataliter mortuus eſt; adeò pauper vt collatis à populo nummis ſumptum habuerit ſepultura: quem matronæ, ſicut Brutum, annum luxerunt.* Neque verò hic duntaxat locus, ſed pleraque ex ſequentibus ex eodem Eutropij Breuiario conuerſa ſunt, vbi & nos ipſa Eutropij verba interpretationis loco adhibuimus. Cæterùm hæc Eutropij verſio qua vtitur Ioannes Antiochenus, & antiquior eſt & longè elegantior eâ cuius auctor fuit Pæanius. Ac, ni fallor, eius auctor eſt Capito Lycius ſcriptor vetuſtus, qui paulò ante tempora Iuſtiniani vixit. Laudatur enim à Stephano Byzantio in ψιμάδα. Vixit autem Stephanus temporibus Iuſtiniani Aug. quod multis argumentis compertum habeo. Ab hoc Capitone Eutropij Breuiarium Græcè conuerſum teſtis eſt Suidas his verbis: Καπίτων Λύκιος ἱστορικὸς, οὗτος ἔγραψεν Ἰσαυρικὰ βιβλία η´. (lege ιε´. nam apud Stephanum in loco citato laudatur Capitonis Iſauricorum liber xv.) μετάφρασιν τῆς ἐπιτομῆς Εὐτροπίου, &c. Proinde non poſſum aſſentiri Cujacio qui Pæanium auctorem eius verſionis Eutropij quæ extat, vnum & eundem facit cum Capitone.

Pag. 789. Ἀποτιψάμενός τε τὰ σύμβολα.] Quædam hic deeſſe manifeſtiſſimum eſt, etſi apud Suidam qui hunc locum refert in Κώπος eodem legatur modo. ſuppleri autem lacuna hoc pacto videtur poſſe. ἀποτιψάμενος δὲ καὶ δεξάμενος τὰ σύμβολα. quod egregiè confirmat Liuius lib. 3. *Ibi ab legatis ſeu foſſam fodiens, ſeu cum araret, operi certè ruſtico intentus, ſalute data inuicem redditáque rogatus vt quod bene verteret ipſi reiq; P. togatus mandata Senatus audiret, togã properè è tugurio proferre*

vxorem Raciliam iubet. qua ſimul abſterſo ſudore ac puluere velatus proceſſit, Dictatorem eum gratulantes conſalutant. Addit Cedrenus Quinctium Dictatorem ſalutatum poſtquam prætextam ſumpſit paulisper moratum hæc dixiſſe. Ergo inquit agellus noſter hoc anno erit inaratus, & periculum famis domino ſubeundum.

Κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν καὶ Οὐολσίνοις.] Malè hæc cum ſuperioribus cohærent, Ioanniſne Antiocheni culpâ an Exſcriptoris haud facilè dixerim: vtriuſque certè ſatis mihi comperta negligentia eſt. Hæc quidem Vulſinienſium calamitas vindicata eſt à Romanis anno vrbis 488. Q. Fabio & L. Mamilio Coſſ. vt ex Dione tradit Zonaras. de quo conſulēdi ſunt Faſti Sigonij ad hunc annum. Eiuſdem rei meminit Oroſius lib. 4 cap. 5. & Valerius Maximus lib. 9. cap. 1. ſed in Oroſij codicibus deprauati ſunt numeri annorum. Marcelli verò & Scipionis Conſulatus incidit in annum vrbis 531. tanto poſt Vulſinienſem triumphum interuallo.

Ἰστριανοῖς κακουργοῦσι.] Ex Eutropio lib. 3. Mendum eſt apud Zonaram in huius rei narratione, pag. 69. Πούπλιός τε Κορνήλιος καὶ Μάρκος Μινούκιος ἐπ' ἴστρυ ἐστράτευσαν, lege ἐπ' ἴστροις. quod miror fugiſſe H. Volfium virum doctiſſimum.

Pag. 790. Ἅμα βασιλικῇ στρατιᾷ.] Lege ἅμα γὰρ τῇ β. ex Suida in Αἰμίλιος. Et hæc ex Eutropij Breuiario conuerſa ſunt, vt & caput quod proximè ſequitur.

Pag. 793 Ὡς τὴν Μαρίου τελευτήν.] Hæc ferè tranſcripta ſunt ex Plutarcho in Sulla. quædam tamen interſerit Ioannes ex Dione Cocceiano, vt videtur, haud mediocriter elegantia. Quod autem paulò pòſt ſubiicit Sullam iterum Dictatorem eſſe factum, id vero reconditum eſt, neque alibi, quod ſciam, legitur.

Pag 797. Μεγαλοπράγμων καὶ τὸ ἦθος ποικίλος.] Hæc ſunt verba Plutarchi in Ciceronis vita. ſuperiora vero cum quibuſdam ſequentibus traducta ſunt ex Eutropij Breuiario.

Pag. 801. Τὰ παρόντα στέργοιμεν.] Apud Plutarchum in Antonio, ex quo hæc deſumpta ſunt, legitur στέργωμεν, rectius, vt iudico.

Ἰουδαίων πολλῶν ἐς τὴν Ῥώμην συνηθροισμένων.] At hæc in Dionis exemplaribus hodie non leguntur, ob eam cauſam quam ſupra in Notis ad Dionem adduxi, quia ſcilicet ij Dionis libri à neſcio quo breuiati ad nos peruenerunt. Cæterùm de turba ac multitudine Iudæorum qui Romæ omnes angiportus impleuerant, teſtis ſit Cicero in Orat. pro Flacco, vbi de auro Iudaïco loquitur. *Scis*, inquit, *quanta ſit manus, quanta concordia, quantum valeat in concionibus.* Adeò verum eſt quod de iiſdem Iudæis ait Rutilius Numatianus in Itinerario:

Latius exciſæ gentis contagia ſerpunt,
Victoréſque ſuos natio victa premit.

Τοὺς πλείονας ἐξήλασε.] Anno vrbis 772. M. Silano, L. Norbano Coſſ. vt ſcribit Tacitus lib. 2. in fine. *Actum de ſacris Ægyptiis Iudaicíſque*

pellendis. Suetonius in Tiberio, Philo in legatione ad Caïum, & omnium optimè Ioſephus lib. 18. Antiq. cap. 4. & 5.

φοβερᾷ μὲν ἀμύντῃ.] Tranſlata ſunt hæc poſtrema ex Eutropij lib. 7.

Pag. 806. Τῷ φρονήματι ἐσφάλλετο.] Lege φωνήματι ex Dione in lib. 60. ac ſtatim poſt ἐν νοσηλείᾳ, non ἐν ἀσφαλείᾳ. quanquam illud ἐν ἀσφαλείᾳ etiam agnoſcit Suidas in Κλαύδιος.

Pag. 810. Ἐς τὸ ἄκοσμόν τε καὶ ταπεινὸν.] Hæc & ſequentia tranſlata ſunt ex Eutropij Breuiario, cuius verba pro interpretatione adhibuimus.

Δείλαια χρυσῆ Κατίλλα.] In Dionis exemplaribus Αἰλία exaratum eſt, quod maluimus ſequi. fuiſſe enim videtur hæc matrona ex gente Æliorum, vt ex cognomine eius apparet. Catella enim ὑποκοριστικῶς dicta eſt pro Cata, quod cognomen fuit in gente Ælia. Proinde non rectè à Xilandro Dionis interprete correctum eſt Κατύλλα.

Pag. 821. Τοὺς τῆς ἀρχῆς ἐγίνωσκεν.] In mſ. exemplari, ne quid diſſimulem, legebatur continuè τοὺς τῆς ἀρχῆς ἐγίνωσκεν ἄνδρας. nec ſecus apud Suidam. Ex quo apparet Caprionem, ſeu quis alius eius verſionis auctor fuit, legiſſe in Eutropio. *Deſinnere magis prouinciales quam amplificare ſtudens.* cum in noſtris exemplaribus legatur hodie *prouincias.*

Pag 822. Τὴν ἰδίαν προσηγορίαν μεταστήσασθαι.] Ex Herodiani lib. 1. hæc & ſequentia penè omnia tranſcripſit Ioannes Antiochenus, paucis pro arbitrio ſuo reciſis aut prætermiſſis.

Pag. Ἀδουέντιον.] Ita in exemplari noſtro id nomen perſcribitur. In Herodiani lib. 4. ex quo hæc deſcripta ſunt Αὔδεντος exaratur perperam vt iampridem alij monuerunt: cum apud Dionem & in lege vnica Cod. de ſententiam paſſis, & in Faſtis Conſularibus Ecdicianus Aduentus nuncupetur. Eodem quoque nomine fuit is, cui Solinus Polyhiſtorem ſuum dicauit.

Pag. 830. Καὶ τοῖς μὲν στρατοπέδοις ἐπῆρχον.] Sunt etiam hæc ex Herodiani lib. 5, in quibus vertendis Politianum ſua illa dexteritas ac felicitas deſeruit. Primam enim huius loci partem ſic vertit. *Quippe exercitibus ſaltatorem quendam præfecit.* cum vertendum eſſet *cohortibus Prætoriis.* Etenim Herodianis τῶν στρατοπέδων ἐπάρχους ſemper appellat, quos Latini Præfectos prætorio. Cuius rei exempla quoniam paſſim occurrunt, apponere hîc ſuperfluum duxi. ſed quæ ſequuntur longè infelicius vertit. Ait Herodianus, πάλιν δὲ ἕτερον ὁμοίως τῆς σκηνῆς βασιλικῆς παιδείας τῶν νέων καὶ εὐκοσμίας τῆς τε ὑποστάσεως τῆς εἰς τὴν σύγκλητον βουλὴν ἢ τὸ ἱππικὸν τάγμα καταταττομένων προέστησεν. quæ ſic interpretatur Politianus. *Alium item è ſcena, iuuentuti, alium Senatui, alium etiam equeſtri ordini præpoſuit.* Cum vertendum eſſet hoc modo, *Alteri etiam è ſcena præfecturam morum, & legendi Senatus ac recognoſcendi turmas equitum Rom. poteſtatem mandauit,* pro ὑποστάσεως in Græco textu ὁμοτίμως legi mallem. Niſi fortè ὑποστάσεως de cenſu tam Senatorio, quam equeſtri accipi placet. ſed vtrouis modo ſcribatur, ſemper interpretatio noſtra ſtat, & Suetonius in Auguſto cap. 37.

quidem recto talo vt ait Horatius. Quam confirmat etiam Lampridius in Helagabalo his verbis: *Ad Præfecturam Prætorij ſaltatorem qui hiſtrionicam Romæ fecerat adſciuit. Præfectum vigilum Gordium aurigam fecit. Præfectum annonæ Claudium Cenſorem.* In hoc Lampridij loco deeſſe videntur nonnulla, in hunc ferè modum. *Præfectum annonæ Claudium pantomimum: ſcenicum etiam artificem fecit Cenſorem.* Atque hæc noſtra coniectura eſt, quam non affirmamus, ſed quaſi dubitantes in medium proponimus. auctoritate tamē Herodiani videtur non mediocriter confirmari.

Pag. 833. Ἀντωνίδη γὰρ πᾶσι.] In Herodiani lib. 7. ex quo hæc deſumpta ſunt, legitur αὐτοῖς τε γὰρ πᾶσι, μᾶλλον δὲ καὶ περὶ κλήσεις δίδοτο συκοφάνταις.

Εὐθηνίας.] Politianus *publicam annonam* vertit. Ego publica epula, ſeu conuiuia interpretari malui. Quinetiam εὐθοινίας hic ſcribi mallem, licet εὐθηνία idem ferè ſignificat.

Pag. 834. Τοῦ παιδὸς γαμετῆς.] In Eutropij Breuiario legitur. *Trux omni tempore, etiam filij ſororis interfector.* Vnde apparet Capitonem cùm hæc Eutropij verba Græcè interpretaretur, legiſſe *filij vxoris:* Pæanius tamen rectè vertit, οὐδὲ τῶν ἀδελφιδῶν ἐφείσατο.

Pag. 837. Βέλτιον γὰρ οἱ εἶναι ἰδίας. τὰς δημοσίας χορηγίας.] Eutropius habet, *ducénſque melius publicas opes à priuatis haberi.* quibus verbis Græca adamuſſim non omninò conueniunt. Sed Eutropij ſenſum optime exprimit Libanius in Oratione quæ βασιλικὸς inſcribitur, vbi de Conſtantio Chloro hæc dicit: ὁ δὲ πάντα ἄριστος ἐκεῖνος ὥσπερ που συγγενόμενος Δημοσθένει, καὶ τὸν νόμον ἐκεῖθεν λαβὼν, ταμιεῖα μὲν ἀσφαλῆ τὰς τῶν κεκτημένων οἰκίας ἐνόμιζεν· οὐδαμοῦ γὰρ ἂν ἐν καλλίονι σωθῆναι· καταλαμβανούσης δὲ δαπανημάτων ἀνάγκης ἤρκει κηρύξαι τὴν χρείαν· καὶ πάντα ἦν χρημάτων μεστὰ, ἑκόντων διδόντων τοῖς πέλας. Id eſt, *At præſtantiſſimus ille Princeps quaſi cum Demoſthene verſatus eſſet, atque inde eam legem hauſiſſet, tutiſſimum ærarium eſſe ducebat ipſas poſſeſſorum domos: nullibi enim honeſtiore loco poſſe publicas opes cuſtodiri. Si quando autem ſumptuum neceſſitas inciderat, ſufficiebat neceſſitatem ærarij edixiſſe. Statimque omnia pecuniis redundabant, ſponte conferentibus prouincialibus.* Cuius rei inſigne extat exemplum apud Euſebium in lib. 1. de vita Conſtant. cap. x. quem iucundum fuerit legere.

Pag. 838. Τῆς ἀδελφῆς υἱὸν Κομμόδην διαφθείρει δόλῳ.] Imperitiâ linguæ latinæ turpiter hîc lapſus eſt interpres Capito. Nam cum in Eutropio ſcriptum eſſet, *Egregium virum & ſororis filium commodæ indolis iuuenem interfecit.* Putauit τὸ *Commodæ* nomen proprium eſſe. quo poſito *dolis* pro *indolis* videtur legiſſe. Sed hunc errorem cautius vitauit Pæanius qui cæteris Eutropij verbis omiſſis vt ſolet, id tantum poſuit. υἱοῦ τε καὶ ἀδελφοῦ (lege ἀδελφιδοῦ) φόνον ἐργασάμενος, quanquam Eutropius de filio nihil dixerat, conſultóne honori principis parcens, an exſcriptorum vitio qui Criſpi nomen omiſerint, incertum. ſed omninò Eutropius his verbis *Egregium virum* Criſpum Conſtantini filium denotat,

rat, vt ſequentibus verbis Licinium iuniorem Conſtantiæ ſororis filium. Notanda ſunt Oroſij verba lib. 7. *Sed inter hæc latent cauſæ cur vindicem gladium, & deſtinatam in impios vltionem Conſtantinus in proprios egit affectus. Nam Criſpum filium ſuum & Licinium ſororis filium interfecit.* Maiore animaduerſione ac ſeueriore cenſura dignus eſt auctor hiſtoriæ Miſcellæ, qui Eutropium cum exſcriberet ſic interpollauit. *Egregium virum* & bonæ *indolis iuuenem ſororis filium Commodum interfecit.*

Pag. 481. Βετρανίων.] Sic & in nummis veteribus dicitur D N. N. VETRANIO. P. F. AVG. Veteranionem tamen prætuli, ſecutus Eutropij & Oroſij priſcas editiones, ſed maximè Ammiani Marcellini noſtri auctoritatem. Ad quem breui, ſi Deus fauerit, hanc eius nominis ſcripturam firmabo. Sed quid vetat ea quæ ibi adnotauimus huc transferre, & lectoribus velut guſtum ac ſpecimen offerre? Igitur Themiſtius Orat. 14. ſub finem, vbi Vetranionem à Conſtantio exauctoratum narrat, inter cætera ſic ait, ὁπόσον δὲ ἐστιν ὑπ' ἀληθινοῦ φιλοσόφου λόγῳ ἁλῶναι, ᾔσθετο ἀκριβῶς ὁ καὶ τοὔνομα καὶ τὴν τύχην πάλαι στρατιώτης. id eſt, *Quantum autem & quale ſit à germano philoſopho oratione ſuperari, expertus eſt is qui reipſa erat ac nomine Veteranus.* Vides hic apertè Themiſtium ad Veteranionis nomen adludere. eſt enim Veteranus Græcis πάλαι στρατιώτης, cùm in Gloſſis veteribus, tum apud Themiſtium Orat. 6. in calce.

Ἐς τὰ μάλιστα πιστός.] Melius meo iudicio dixiſſet πιστεύων, ſed & in iis quæ ſequuntur, minime aſſecutus eſt Capito Eutropij ſenſum, cum οἰκείας τῶν γυναικῶν dixit pro *vxoribus.*

Διανυκτερεύων λόγοις συνέχαιρε.] Sumpta ſunt hæc ex Socratis lib. 3. hiſt. Eccleſ. cap. 1.

Pag. 842. Χριστιανοὺς ἐκώλυσεν Ἑλληνικῆς παιδείας μεταλαμβάνειν. Idem tradit Socrates, Theodoritus ac Sozomenus, iiſque poſteriores Zonaras ac Cedrenus. Conſtat tamen Iulianum non diſcendi, ſed docendi tantum ac publicè profitendi facultatem Chriſtianis ademiſſe. Sic Marcellinus lib. 25. *Inter quæ erat illud inclemens quod docere vetuit magiſtros rhetoricos & grammaticos Chriſtianos ni tranſiſſent ad numinum cultum.* Accedit Eunapius qui Proæreſium magiſtrum ſuum imperante Iuliano ſcribit à docendi munere excluſum fuiſſe eo quod Chriſtianus haberetur. Addítque Hieronymus in Chronico, cum ei ſpecialiter Iulianus concederet vt Chriſtianus ſolus doceret, ſponte eum ſcholam deſeruiſſe. Nec diſſentit Oroſius, cuius hæc ſunt verba in lib. 7. *Aperto tamen præcepit edicto ne quis Chriſtianus docendorum liberalium ſtudiorum profeſſor eſſet.* Poſtremo extat edictum ipſum Iuliani inter eiuſdem epiſtolas, quo diſertè edicit eam legem ad ſolos profeſſores ac magiſtros pertinere. τοῖς μὲν καθηγεμόσι καὶ διδασκάλοις οὑτωσὶ κοινὸς κεῖται νόμος· ὁ βουλόμενος γὰρ τῶν νέων φοιτᾶν, οὐκ ἀποκέκλεισται. Sed edictum ipſum obſcurioribus verbis de induſtria conceptum fuiſſe mihi videtur, eo vt in-

uidia atque atrocitas rei molliretur. Plura vide in Annalibus Ill. Cardinalis Baronij, cuius opinionem temerè reprehendit Rob. Montacutus in Notis ad Gregorij στηλιτευτικόν.

Pag. 845. *Δύω μόνων ἡμερῶν.*] Apud Suidam in V. *Ἰοβιανὸς*, vbi hic locus extat, *δύο μῆνας* excuſum eſt magno errore. ſed in mſſ. bibliothecæ Regiæ, in altero quidem reperi *δύο μόνας ἡμέρας*, in altero *δύο μόνων ἡμερῶν*. quod ad ſcripturam noſtri codicis propius accedit. Suidas mſ. quem in bibliotheca viri Cl. atque omni laude maioris Henrici Memmij vidimus, habet *δύο χρόνοις* magnâ vtrique differentiâ. Cæterùm Marcellinus noſter Iouianum omninò Niſibin ingreſſum eſſe negat lib. 25. his verbis. *Poſt quæ itinere feſtinato Niſibi cupidè viſa extra vrbem ſtatiua caſtra poſuit Princeps, rogatúſque enixè precante multiplici plebe, vt ingreſſus, palatio more ſuccederet Principum, pertinaciter reluctatus eſt, erubeſcens agente ſe intra muros vrbem inexpugnabilem iratis hoſtibus tradi.*

Pag. *Ἰοβιανὸς κατήχθη.*] Hic vero quædam addit Suidas non malæ notæ, quæ in noſtro exemplari deerant, reſecta, vt opinari datur, ab exſcriptore horum Collectaneorum.

Καταγνοὺς τοῦ θείου Οὐάλεντος.] Sumpſit hæc Ioannes Antiochenus ex Socratis hiſt. Eccleſ. lib. 5. cap. 2.

Pag. 849. *Ρουφῖνος καὶ Στιλίχων.*] Hic locus integrior extat apud Suidam in V. *Ρουφῖνος*, ex Eunapij Sardiani hiſtoria, vt ipſe ibidem teſtatur Suidas. Qui quidem Eunapij locus quin ex libro ſecundo Collectaneorum *περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας* Conſtantini noſtri ab Suida deſcriptus ſit, dubium non eſt.

Προύθηκεν ἐκπεσεῖν.] Supplendum videtur *νόμον προύθηκεν ἐκπεσεῖν τοὺς*, ex Socrate lib. 6. cap. v.

Pag. 850. *Αντιοχέων ἀνιασαμένων.*] In exemplari noſtro ſcriptum erat *ἀνιξαμένων*, ex quo *ἀνιασαμένων* conieceram. ſed *αἰνιξαμένων* magis arridet, quemadmodum legitur apud Socratem lib. 7. cap. 22. ex quo hæc ad verbum tranſcripta ſunt.

Pag. 851. *Οὐδὲν ὅτι καὶ ἄξιον μνήμης.*] Ita hic locus etiam apud Suidam legitur in V. *Θεοδόσιος*, vbi hoc caput plenius atque integrius extat. ſupplendus autem eſt articulus hoc modo, *οἱ, ὡς συνελόντι εἰπεῖν, ἀποσυχολοῦντες*, &c.

Pag. 854. *Τὰς μὲν ἀρχὰς ἁπάσας ἀπημπολῶν*] Atqui contrarium de Anaſtaſio tradit Theodorus lector lib. 2. hiſce verbis, *Αναστάσιος ἀνέστειλε τὸ χρυσάργυρον καὶ τὰς ἀρχὰς ὠνίους οὔσας προῖκα παρεῖχεν.* Cui conſentit etiam Ioannes Zonaras tomo 3. *τὰς γὰρ πολιτικὰς ἀρχὰς ὠνίους περιχομένας τὸ πρὶν, ἐκεῖνος ἀμίσθους ἐδίδου.*

Καὶ τὰς ἐντεῦθεν ψεύδεσι καταλόγων.] De numeris militaribus hunc locum accipiendũ eſſe exiſtimaui, quod ſequentia ſuadere videbantur. Poſſet etiam fortaſſe accipi de Albo Decurionum. Scribit enim Euagrius vrbes omnes imperij Romani Curialibus eſſe vacuefactas ab Anaſtaſio

lib. 3. cap. 42. Ὅθεν κατὰ πολὺ αἵ τε φόροι διεῤῥύησαν τά τε ἄνθη τῶν πόλεων διέπεσεν. ἐν τοῖς λευκώμασι γὰρ τῶν πόλεων οἱ εὐπατρίδαι πρόσθεν ἐνεγράφοντο, ἑκάστης πόλεως τοὺς ἐν τοῖς βουλευτηρίοις ἀντὶ συγκλήτου τινὸς ἐχούσης τε καὶ ὁριζομένης.

Τὴν ἐπιδαμνίαν.] Dyrrachium ſcilicet, vt teſtatur Euagrius lib. 3. hiſt. Eccleſ. cap. 29.

Omiſſa quædam, quæ hiſce Adnotationibus inſeri debent.

PAg. 12. Poſt hæc verba. *De quo præter hunc Polybij locum.* Adde: loquitur ſcholiaſtes Theocriti in Idyllium XVII. his verbis, Πτολεμαίῳ τῷ Φιλαδέλφῳ συνῴκει πρότερον Ἀρσινόη ἡ Λυσιμάχου, ἀφ' ἧς καὶ τοὺς παῖδας ἐγέννησε Πτολεμαῖον καὶ Λυσίμαχον καὶ Βερενίκην.

Pag. 21. Poſt vocem *Orgiago.* Adde. In Prologo lib. 32. Trogi Pompeij Ortiago Gallus dicitur, itémque apud Suidam in V. παιδοπολίτης. vbi filius eius fuiſſe dicitur Pædopolites, Ὀρτιάγοντος ἐγεγόνει Παιδοπολίτης· προβαίνων δὲ κατὰ τὴν ἡλικίαν δικαστὴς ἀπεδείχθη.

Pag. 23. Poſt illa verba, *Et Nicolaus noſter de Aſſyriis.* Addi velim. Eunapius quoque apud Suidam de Rufino tutore imperatoris Arcadij, βαθυγνώμων ἄνθρωπος καὶ κρυψίνους. hanc altitudinem animi vocant Latini. Saluſtius in bello Iugurthino de Sulla. *Ad ſimulanda negotia altitudo ingenij incredibilis.* Cicero lib. 1. de Officiis. *In liberis vero populis, & in iuris æquabilitate exercenda etiam eſt facilitas & altitudo animi quæ dicitur.*

Pag. 26. ſcribe à capite pag. 154. ἐδωρήσατο τῇ μητρί.] De hac liberalitate Scipionis Cicero in Lælio: *Quid dicam de moribus facillimis? de pietate in matrem? liberalitate in ſorores? bonitate in ſuos?*

Pag. 53. ſcribe à capite. Pag. 346. δίκαιος ἦν ἐν ταῖς διανομαῖς.] De Viriatho idem teſtatur & Tullius lib. 2. de Officiis his verbis: *Quinetiam leges latronum eſſe dicuntur. Itaque propter æquabilem prædæ partitionem & Bargulus Illyrius latro, de quo eſt apud Theopompum, magnas opes habuit, & multo maiores Viriathus Luſitanus.* Quo loco, vt obiter moneam, legendum eſt *Bardylis Illyrius latro.* ſic enim vocitatus eſt. hunc ex carbonario Regem euaſiſſe ſcribit Helladius Beſantinous in χρηστομαθείαις apud Photium, & Libanius in Oratione quæ πρὸς τὴν βουλὴν vulgo inſcribitur, ſub finem, vbi diſſerit orator de fortunæ in rebus humanis poteſtate. ſed quia locus corruptiſſimus eſt, hic eum prout legi debet apponere non inutile forſan fuerit. καὶ τί ἂν Ἑρμείαν τὸν εὐνοῦχον λέγοιμι τὸν Ἀταρνέα; ἀλλὰ Πάρον ἐκ κουρέως μὲν ἦν, Ἰνδοῖς δὲ ἐπέταξεν; ποῦ τὸν ἀνθρακέα Βάρδυλιν ὃν προσεκύνουν Ἰλλυριοί; Ac in codice quidem Auguſtano (in quo hæc oratio κατὰ Σεβήρου inſcribitur rectiùs) diſertè ſcriptum eſt, ἐκ κουρέως. cætera nos certiſſimâ coniectura emendauimus. Cæterùm huius Bardylis Illyriorum reguli meminit Diodorus lib. 16. & Plutarchus in Pyrrho, ac Frontinus lib. 2. ſtrateg. cap. 5. his verbis: *Harrybas Rex Moloſſorum bello petitus à Bardylie Illyrio.* ſic enim legendum eſt.

Pag. 67. In diſticho illo Callimachi in Herculem verſus poſterior ita emendandus videtur.

Ἐκ δ' ἀνθηριστίης πολλάκι πολλὰ χαμών.

Pag. 74. poſt hæc verba, *apud eundem Herodotum lib.* 4. ſcribe à capite Κελτοὶ οἱ τῷ Ὠκεανῷ. Idem de hac Celtarum audacia tradit elegãtiſſimus ſcriptor Ælianus lib. 12. variæ hiſt. cap. 23. & ante illum Ephorus. ſed his fabellas egregiè refellit Poſidonius Rhodius acerrimi iudicij ſcriptor apud Strabonem lib. 7.

Pag. 514. Παρὰ Ταρτησσίοις.] Gaditanos intelligo. Gades enim olim Tarteſſos dicta. Gaditanos autem ſenibus magnum honorem habuiſſe conſtat, apud quos etiam ara fuit ſenectuti dicata, vt tradit Philoſtratus lib v. de vita Apollonij initio, & Ælianus in lib. de Prouidentia his verbis: ἔστι δὲ καὶ γήρως, φησὶν, ἱερὸν τοῖς ἐκεῖ τιμῶσι τὴν ἡλικίαν τὴν μαθοῦσαν πολλὰ, vt refert Euſtathius in ſcholiis ad Dionyſium de ſitu orbis.

Pag. 517. Μόσυνοι.] Hi ſunt qui ab aliis Μοσυνοίκοι dicuntur.

Pag. 517. Φρύγες ὅρκοις οὐ χρῶνται.] Idem de Phrygum gente traditur à Socrate lib. 4. cap. 13. hiſt. Eccleſ. Φαίνεται δὲ τὰ Φρυγῶν ἔθνη σωφρονέστερα εἶναι τῶν ἄλλων ἐθνῶν· καὶ γὰρ δὴ καὶ σπανιάκις Φρύγες ὀμνύουσιν. Additque Socrates eos nec Circenſibus, nec theatralibus ludis ſua ætate addictos fuiſſe. Stuprum vero apud eos pro deteſtabili ſcelere haberi. Illud autem de Phrygum à iurando abſtinentia, videri poteſt Socrates ex Nicolai noſtri fontibus hauſiſſe. Eum enim ſtudioſè legerat, vt patet ex eiuſdem lib. VII. cap. XXV. vbi hæc habet quæ inter Damaſceni fragmenta à nobis collecta inſeri velim. Χρυσόπολις ὁπίνειον αἰγαῖόν ἐστιν, ὃ κεῖται μὲν ἐν ἀρχῇ τοῦ Βοσπόρου· μέμνηνται δὲ αὐτοῦ πολλοὶ τῶν παλαιῶν συγγραφέων, καὶ Στράβων τε καὶ ὁ Δαμασκηνὸς Νικόλαος.

Λύκιοι καλοῦνται μητρόθεν. Idem de Lyciis ſcribit Herodotus libro I. eiuſque rei cauſam affert Nymphis in lib. 4. de Heraclea apud Plutarchum in libro qui inſcribitur γυναικῶν ἀρεταί. In Lycios itaque optime quadrat prouerbium vetus Græcorum quod eſt huiuſmodi, τῆς μητρὸς ὡς αἲξ καλεῖται.

Pag. 79. poſt hæc verba παραβάται *explicaretur*. Adde. De hoc pugnæ genere Baſternarum ſenſiſſe videtur Valerius Flaccus in lib. 6. Argon. his verſibus.

Atque vbi Sidonias inter pedes æquat habenas
Illinc iuratos ſecum trahit Exa Baternas.

vbi Baternas poetica licentia videtur dixiſſe Flaccus, ἀντὶ τοῦ Baſternas. ſic enim dicunt Latini quos Græci Βαστέρνας. quanquam in editione Aldina legitur *Exabatarnas*, ſine ſenſu Exa populi nomen eſſe exiſtimo, cui contermini ac fœderati erant Baſternæ.

Pag 82 poſt verſus Ouidij ſcribendum eſt à capite.

Μαλλίου τοῦ στρατηγοῦ.] Etſi στρατηγὸς Prætorem ſignificat, Conſulem tamen hic vertere malui. Obſeruaui autem Dionem in prioribus libris qui à Zonara breuiati leguntur, ſemper στρατηγὸν vſurpare de iis qui

Conſules fuerunt. vt pag. 24. apud Zonaram de Coriolano, οὐ πολλῷ δ' ὕστερον στρατηγῆσαι αὐτῶν, & pag. 25. ἄμφω τοὺς ὑπάτους ἢ στρατηγοὺς, & alibi ſæpe. Nimirum illis temporibus Conſulem à præeundo Prætorem appellari mos erat. vt ait Cicero lib. 3. de legibus & Pompeius Feſtus, ac Liuius. Pulſis tandem Decemuiris ob inſolentiam Appij Claudij, tum primum Conſules dici cœpere qui antea Prætores vocabantur, vt ſcribit Dio apud Zonaram, pag. 28.

Pag. 88. poſt Ciceronis locum ex Quintiana ſcribe à capite.

Pag. 625. Ἀφρικανὸς φιλοτιμίᾳ πλείονι. De P. Scipione idem extat Ciceronis iudicium in lib. 1. Officiorum. *In C. Lælio multa hilaritas, in eius familiari Scipione ambitio maior, vita triſtior.*

Variæ lectiones in Polybium ex mſ. Codice Peireſciano.

LIB. 2. Polybij, pag. 144. οὐ μόνον ψεῦδος ἐνέδειξε τὸ ὅλον. mſ. ὡς συνήλεγξε.

Pag. 14. mſ. τὴν εἰς τὴν πατρίδα παρανομίαν.

Item, ὅν γε (καὶ) κατ' αὐτὴν τὴν εἰρήνην. opt. vulgo καὶ deeſt.

Pag. 147. mſ. ὑπομείναντας πόλεμον ὑπὲρ φίλων καὶ συμμάχων, optimè vulgo πόλεμον deeſt, magno ſententiæ damno.

Item, δοθείσης ἀνελπίστως καὶ παραδόξως αὐτοῖς ἐξουσίας.

Item, ἢ γέγονεν ἢ γένοιτο.

Pag. 148. mſ. εἰς τὸν πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους ἐνέβαινον πόλεμον, non ἀνέβαινον.

Item, τήν τε χώραν τὴν Ἀττικὴν ἅπασαν, opt.

Lib 4. p. 288. in λύσων & Χοισιάται.

Pag. 289. mſ. ἐν τοῖς ἤθεσι καὶ βίοις.

Pag. 345. mſ. ἅμα ποιούμενος τὴν πορείαν, quod tamen non probo.

Item, ἐπίεςατον φαρέτρα.

Pag. 346. mſ διελέγετο δυνατὸς εἶναι ἐπαγαγέσθαι.

Item, πλασάμενος τὴν διαβολὴν, non πλάσας.

Item, κατ' ἰδίαν λαμβάνοντας ἐπιτρέψει τὸν ἄνθρωπον λέγειν, ὡς opt.

Pag 348. mſ. ἐπιπαθῆσαι δι' αὐτὸ τοῖς ἐν Πελοποννήσῳ πράγμασι.

Lib. 5. 359. mſ νικήσας μάχῃ Κλεομένην τὸν βασιλέα τῶν Λακεδαιμονίων. opt. abſque φυγαδεύσας, quod eſt barbarum.

Item, μηδ' ἀκούσιον ἁμάρτημα γενέσθαι.

Pag. 361. mſ. καὶ μὴν τό γε νικῆσαι, rectius.

P. 399. mſ. τοὺς καλουμένους ἀδειγαίας, non δειγαίας.

Lib. 8 pag. 519. mſ. ἐπανείλατο φαρμάκῳ.

Item, ἔτυχε πρεπούσης τιμῆς καὶ τῇ Περσίδι.

Lib. 10. pag 576. mſ. ταὐτομάτῳ κατορθοῦντα.

Item, παραπλησίαν ἔχει φύσιν.

Pag. 557. mſ. τολμῶντες περιβάλλεσθαι.
Pag. 592. mſ. ἀνδροβάλου τοῦ τῆς λυδηνῶν βασιλέως, non ἰλεγητῶν.
Pag. 593. mſ. καὶ κατὰ τὸ σῶμα, καὶ κατὰ τὴν ψυχήν.
Lib. xi. pag. 630. mſ. ἐγκατέλειπε πίστιν, rectius.
Lib. xii. pag. 660. mſ. πᾶς ἐσκοτισμένος.
Item, τοὺς τὰ γεγονότα γάρ.
Lib. xiii. pag. 673. mſ. καὶ τολμηρότατος.
Pag. 675. mſ. τῶν πολιτικῶν ἀνεκαλέσατο.
Lib. xv. pag. 710 mſ. ὑπὸ δ' ἐκείνῳ παρακαλούμενοι καὶ διαγελώμενοι, rectius.
  malè vulgo διαλεγόμενοι.
Item, λόγον προσίεσθαι, non rectè. Item, ὅτε γὰρ ὁ πρεσβευτής.
Item, ἐπὶ προσπελθὼν, rectius. Item, εἰς τοιαύτην ἄγνοιαν.
Lib. 17. pag. 752. mſ. καίτοι γε νέος ὢν κομιδῇ, non καίτοι καὶ, rect. ſine dubio.
Pag. 773. καὶ βίον ἀσυγῆ, lege ex mſ. & Suida in Πολυκράτης βίον ἀπρεπῆ.
Item, παρακολουθήσαντα τῇ ἐξουσίᾳ αὐτῶν ἀπρεπῆ, dele ἀπρεπῆ auctore mſ.
Lib. 6. pag. 451. mſ. Regius. εἰς τοὐναντίον, non τἀναντία.
Pag. 452. καίτοι οὐδ' εἰς μόνας. mſ. ἀλλ' οὐδ' εἰς μόνας, rectius. περὶ σέβεσθαι,
  mſ. σέβειν.
Παρὰ τὸ ὧ, mſ. παρ' ὃ πάτειον, leg. παρ' ᾧ τό.
Pag. 453. καὶ μετὰ ταύτης, mſ. καὶ μὴν ταύτης.
Item mſ. πότε καί που, καὶ πῶς.
Φημὶ φύεσθαι τὰς πολιτείας πρῶτον, mſ. φημὶ τὰς πολ. πρ. συνίστασθαι. Item mſ.
  συμφθειρομένων τρόπων τῶν ἐπιτηδευμ. vulgo πάντων.
Item, ὅπερ αὐτῶν περιλειφθ. vulgo ἐκ τῶν. Item mſ. κατὰ τούτων εἰς τὸ ὁμοφ.
  non κατὰ τοῦτο.

Variæ lectiones in Diodorum Siculum ex mſ. Codice Peireſciano.

LIB. XI. pag. 21. mſ. ἀνθρωπίνως αὐτοῖς χρῆσθαι.
Item ſupra τοσοῦτον πλῆθος.
Pag. 35. mſ. βεβαιοτέραν ἐπιζητοῦντων.
Pag. 50. mſ. ἐν τεγέαις.
Pag. 86. mſ. ἐν τῷ λαγῳδίῳ.
Pag. 345. mſ. καὶ διακρίνειν τοὺς εὐσεβεῖς καὶ τοὺς πονηρούς.
Pag. 701. mſ. συμβουλεύεσθαι πρὸς ταύτην.
Pag. 711. mſ. πρᾶξιν μὲν οὐδεμίαν, οὔτε τὸ παράδοξ, οὔτε τὸ.
Item, δίαιταν μετεβάλετο.
Pag. 712. mſ. τὰ μὲν πολυτελευόμενος, non vt vulgo πολιτευόμενος egregia
  emendatio. Item, τέλος σπαρίστρατον.
Pag. 802. mſ. ἐνίους δ' ἀστραγάλους ἐπίτιμα προστιθείς. Item, τῶν εὐπόρων τινὰς
  ἐν καρκίνοις τοῖς σιδηροῖς. Item, μείζον συνετέλει.
Pag. 893. mſ. εἰ μὴ τὸν ἐξ ἀνθρώπων φόβον, rectius.

Variæ lectiones in Appianum.

IN libro qui Ἰϐηρικὸς inſcribitur, pag. 258. edit. Henrici Stephani, lege ex mſ. καὶ τῆ τε Ἰϐηρείας τὰ πολλὰ προσηγάγετο.

Pag. 259. lege ex mſ. τῆ βαρύτητος τῆ ἐπὶ βάρκα. Item διὰ δὴ ταῦτα. Item Λιϐύων μὲν σὺν ἐνσταθοῦσαι ἱέρα.

Pag. 260. mſ. περιϐαλόντας οἱ γείτονες ὑπὸ ζακανθαίων αὐτίκα τῶν ζακανθαίων παρὰ οἱ καταϐοαν, optime. Item καὶ ζακανθαίων μετεπέμπετο πρέσϐεις.

In Hannibalico p. 331. mſ. τὴν μεγάλην ἧτταν ἐπὶ πληθύων.

Pag. 344. mſ. Ἀσρούϐαν (ſic ſemper nominat) τὸν ναύαρχον ἐπὶ προφάσει διέπεμπε.

Pag. 348. mſ. τοῖς τε ὑπηκόοις αὐτῶ καὶ συμμάχοις ἐνυϐρίσας ὡς πολεμίοις, optime.

In Libyco, pag. 64. mſ. πάμπαν αὐτὴν ἀσθενῆ Ῥωμαίοις ὑπολιπόντα.

Item νομάδων διὰ τὸ ἀγεώργητον ποηφαγούντων, θησαυρούς τε μεγάλους χρημάτων, &c. Item καὶ μεγίστῳ δὴ τῷδε τεκμηριώσαι μάλιστα τὴν εὐῤῥωστίαν αὐτῶ, & ita quoque habet Suidas.

Pag. 72. mſ. τοῖς Ῥωμαίοις ἐπιτιθῶν. Item ἀθεμίτων ἔργων.

Variæ lectiones in Dionis Cocceiani hiſtoriam.

LIB. 42. pag. 189. mſ. ἐς Αἴγυπτον οὐ δι᾽ ἄλλο τι ἐπειχθεὶς, vt Xylander rectè coniecerat. Item ποθεῖν τι αὐτὸν ἐπλάττετο.

Pag 201. mſ. καὶ προσομιλῆσαι. Item ἔξω γὰρ ἐκείνης ἦν.

Pag. 223. mſ. καὶ τἄλλα ὅσα ποτ᾽ ἐντίζετο καὶ τοῖς μάλιστα τὸν τῆς Κλεοπάτρας ἔρωτα, lege ἐν τοῖς μάλιστα. Item Βιθυνίας βασιλεύοντι.

Pag. 227. mſ. ἐς αὐτὸ γε τὸ Καίσαρος ἐσοικίσθη. Item οὐ μέντοι ἔμελέν οἱ οὐδὲν.

Pag. 245. mſ. τῷ πρώτῳ αὐτὸν εἰπόντι βασιλέα.

Pag. 260. mſ. οὔτε τις αὐτὸν χειρὸς ῥοπή. Item πάντα γὰρ ἀεὶ πρὶν. Item γιγνωσκόμενον ἐκκρύψασθαι. Item πάνθ᾽ ὅσα ἕκαστα καλῶς ἠπίστατο, rectius. mox dele aſteriſcum.

Pag. 261. mſ. πλείστοις ἑαυτῷ πειρωμένοις, rectius.

Pag. 263. mſ. οὐδ᾽ ἡμᾶς τῆ παρ᾽ αὐτῶ. Item μισοῦν αὖ τὰ τῆ ἀνάγκης. optime non αὐτά.

Pag. 264. συνεπάθησαν mſ. συνεξεπάθησαν.

Pag. 265. mſ. ἵνα ἑκάστῳ τῶν ἁλόντων ἀφειπεῖσθαι.

Pag 266. mſ. παρὰ μικρὸν δ᾽ αὖ πρὸς ἐκεῖνα νομισθέντα, optime. vulgo deeſt νομισθέντα.

Pag. 268. mſ. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ τάχιστα ἐγκρατὴς. Item πολλὰ δὲ καὶ αὐτίκα ἔψε.

Pag. 276. mſ. σφαγιάσαι ἄλλους τέ τινας καὶ ἑκατοντάρχους, optime.

Pag. 330. mſ. οὐχ ὅσον πολλοὺς ἔφθειρεν.

Pag. 332. mſ. ἐπειδὴ καὶ ὡς καθ᾽ ἑτέρου τινὸς, rectius.

Pag. 333. mſ. ὁσίλιον δὲ δὴ γένος, ſcribe ὁσίδιον, ſic lib. 60. pag. 670. γραῖος

ὁσίδιος γέτας coniunctim legendum eſt. Apud Tacitum lib. XI. Luſius Geta ſcriptum eſt perperam. Vide Ful. Vrſinum de familiis Roman.

Pag. 371. mſ. μηδενὸς τῶν αὐτῷ πολεμησάντων σφίσι φείσασθαι.

Pag. 381. mſ. ὑπόδιον σίλωνα, fortè πουπόδιον.

Pag. 447. mſ. ἐν τοῖς ἀτιμοτάτοις.

Pag. 512. mſ. καὶ πρὸς τῶν ἄλλων. Item αὐτῷ ἐκείνῳ.

Pag. 536. mſ. ἐκτενευτικῶς, rectius.

Pag. 542. mſ. ἀλλὰ καθ' ἕκαστον δραχμὰς, optime ſi ἑκατὸν legeris.

Pag. 599. mſ. δεινῶς αὐτὸν ἐπόθουν, non ἐπένθουν. Item καὶ οἱ πλείους, καὶ οἱ δυνατώτεροι ἀπολώλεσαν. Item τοῖς δὲ παροῦσι μόνοις ἢ καὶ μάλιστα ἐντραφέντες, optime. Item ἔχαιρον καὶ μάλιστα καὶ ἀδεέστερον.

Pag. 612. mſ. καὶ διὰ τοῦτο καὶ κάστωρ.

Pag. 631. mſ. προσειπὼν μηδενὶ ἐφ' ἑτέρου τινὸς κωλύεσθαι τοῦτο ποιεῖν.

Ibid. mſ. πολεμίους οἱ ὄντας, optime, non εἰσιόντας. Item μακρὰ χαίρειν.

Pag. 641. mſ. ἀλλ' εὐθέως τοῦ ἑτέρων παμπολλῶν. Item μοιχικώτατός τε ἀνδρῶν γινόμενος.

Pag. 643. quæ ad marginem poſita ſunt, ea mſ. in textu habet.

Pag. 651. mſ. εἰς τὰς ἐπισκευὰς αὐτῶν, rectius.

Pag. 658. mſ. καὶ μέντοι καὶ ταῦθ' οὕτω φρονῶν.

Pag. 661. mſ. προσεγκαλέσας οἱ ὅτι τὸ Καπιτώλιον προκατέλαβε.

Pag. 673. mſ. ἐπὶ τιμωρίᾳ.

Pag. 684. mſ. ὅτι μὴ συνῇ αὐτῇ. Item ἐντὸς ῥητῆς τινὸς ἡμέρας ἐρήμην δικάσειν, optime.

Pag. 693. mſ ἀδεῶς οὕτω ποιῆσαι, rectius. poſt hæc verba συγγνώμην αἰτούμενος mſ. habet. ὁρῶν δὲ ταῦτα ὁ δορυφόρος. ΖΗΤΕΙ.

Pag. 719. mſ καὶ Πάρθους αὖ καὶ Κασπίους καὶ Αἰθίοπας ἐχειρώσατο. Item ὡς Φίλιππον, ὡς Περσία, ὡς Ἀντίοχον.

Pag. 734. mſ. τοιοῦτος εἶδος. Item τῆς ἡμέρας καὶ τῆς ὥρας ὁμοίως ἐδαπάνα.

Pag. 759. mſ. ἦν μὲν γὰρ καὶ θρασύς. Item ὥσπερ σκηπτός. Item ὑπηρετοῦντά οἱ, non αὐτῷ. Item, κατ' ἑκατοντῶν τι μηνύσαντας.

Pag. 795. mſ. πρὸς τῷ βασιλείῳ διέτριβε.

Pag. 825. mſ. ζήσεις non ζήσειας.

Pag. 827. mſ. ὁ Πομπηιανὸς ὁ Κλαύδιος ὁ λέγων. Item ἀπὸ νόσου ἢ καὶ.

Pag. 832. mſ. ἐστράτευτο, non ἐστρατεύετο.

Pag. 838. mſ. κατακλεισθεὶς ἐς αὐτὸ, non ἐν αὐτῷ.

Pag. 856. mſ. τὸ τούτου σῶμα, & ſic Suidas in Σεβῆρος.

Pag. 872. mſ. τῶν τε στρατιωτῶν τῶν μετὰ τοῦ Γέτα.

Pag. 875. mſ. τὰ προσπεσόμενά οἱ ἀπερισκέπτως ἐκλαλεῖν, non τὰ ἐπελθόντα.

Item καὶ τοῦ μηδὲν αὐτῶν, & ita Suidas in Ἀντωνῖνος.

Pag. 878. mſ. ὅθεν περ καὶ χρημάτων καὶ τιμῶν.

FINIS.

AO λ 1472 366

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google